ΑΡΙΣΤΟΦΑΝΟΥΣ ΚΩΜΩΙΔΙΑΙ

ARISTOPHANIS COMOEDIAE

AVCTORITATE LIBRI PRAECLARISSIMI
SAECVLI DECIMI
EMENDATAE
A
PHILIPPO INVERNIZIO
IVRISCONSVLTO ROMANO

ACCEDVNT CRITICAE ANIMADVERSIONES SCHOLIA
GRAECA INDICES ET VIRORVM DOCTORVM
ADNOTATIONES

VOLVMEN VI
COMMENTARIOS INTERPRETVM COMPLEXVM
CVRAVIT
CHRISTIANVS DANIEL BECKIVS

LIPSIAE
IN LIBRARIA WEIDMANNIA
CIↃIↃCCCXIX

COMMENTARII
IN
ARISTOPHANIS
COMOEDIAS

COLLEGIT DIGESSIT AVXIT
CHRISTIANVS DANIEL BECKIVS

VOLVMEN IV

COMMENTARII IN EQVITES PACEM
ET ECCLESIAZVSAS

LIPSIAE
IN LIBRARIA WEIDMANNIA
CIƆIƆCCCXIX

PRAEFATIO
C. G. DINDORFII.

Repetendis virorum doctorum in Ariſtophanem commentariis qui hactenus praefuit, Vir Illuſtris Chriſtianus Daniel Beckius, quum ab negotiorum multitudine, quibus Vir de literis et rebus Academiae noſtrae praeclariſſime meritus ac merens diſtrictus eſt, non quantum otii plurimi res laboris requirit ſibi relictum eſſe videret, librarii rogatu operis imperfecti curam in me recepi. Non diffiteor, paulo me alieniorem a Viri honeſtiſſimi conſilio futurum fuiſſe, niſi, quod nunc aliis ſtudiis detento non licuiſſet, diligenter olim, quanquam in alium vſum, collecta haberem quae ad rem non male gerendam pertinere videntur; commentariis autem maiore ex parte iam profligatis, eam operis partem perficiendam reſtare vidiſſem, quae ingratum aliorum obſeruationes deſcribendi, augendi, non recte dicta corrigendi laborem quodammodo compenſare

poterit, Fragmentorum Comici et Scholiorum Graecorum editionem. Breuiter igitur exponam quae ſcire Lectorum intereſt.

Commentariis in Equites et Pacem, qui ante hos quattuor annos cura Viri Celeberrimi typis exſcripti erant, quum initio nihil addere conſtituiſſem niſi veterum editionum ſcripturae varietatem, vt in praecedentibus voluminibus factum eſt, aliam rationem ineundam eſſe vidi. Quum enim his commentariis et aliquot codicum variae lectiones acceſſurae ſint et, vt facile aeſtimari poteſt, larga addendorum copia, eodem, quo Kuſterianam, Brunckianam aliasque, hanc quoque editionem praeuideri poterat incommodo laboraturam eſſe; pluribus locis fore vt conquirenda eſſent, quae ad vnum locum pertinerent, quod praeſertim in ſcripturae varietate perincommodum eſt. Quare haec omnia vno potius volumine complecti placuit: eodemque fine variae lectiones in priores fabulas, paucarum plagularum dispendio, fortaſſe recudentur, auctae editionum aliquot, quibus Editori tum vti non licuit, varietate, copiis Victorianis, quae ſerius editae ſunt, emendationibus Bentleii aliisque nouis acceſſionibus, quae ſuo quaeque loco aptius quam hic commemorabuntur.

Huic volumini, ita postulante inaequali fabularum numero et vt aequaretur voluminum moles, additi sunt commentarii in Ecclesiazusas, quae et breuissima est Comici fabula et minus copiosos nacta interpretes. Quod Inuernizius alium ordinem tenuit, non magnopere curandum erat: in illius enim editione, olim repetenda, alio hae fabulae et meliore, id est chronologico, ordine legentur, quem negligere, quum sequi liceat, peruersum est, et sequuturus haud dubie fuisset Brunckius, quod ex eius praefatione colligere mihi videor, nisi aliae quaedam rationes consilium mutare iussissent festinantem.

Interpretum obseruationibus quae de meo accesserunt, partim excerpta continent ex aliorum scriptis, partim editorum errores spectant, quorum tamen bonam partem, temporibus maxime, quibus illi scripserunt, imputandam, sine nota praetermittendam esse putaui. Et omnino, quod ad emendationem Ecclesiazusarum attinet, editores tam parum suo officio satisfecerunt, vt magnopere verear, ne eorum opera fabulae, quae est ex corruptioribus, plus nocuerit quam profuerit, quod inprimis de Brunckio intelligi velim. Cui incommodo vt, quantum quidem in me esset, mederer, satis nunc habui de locis

difficilioribus operam dare vt afferrem, quae ſaltem paulo propius a vero abeſſe viderentur, quam quae editoribus in mentem veniſſent: egregia quaedam acceſſerunt, quae Lectores mecum ei debent, cui ego nihil non in his literis debeo, Viro Summo Godofredo Hermanno: plurimum etiam mihi profuerunt Coniectanea Caroli Reiſigii, in cuius coniecturis aliisque obſeruationibus adnotandis hanc tenui rationem, vt, ſententia eius breuiter commemorata, argumenta Lectoribus in libro egregio, quem in omnium manibus eſſe conuenit, legenda relinquerem. Alia plurima, quae tum ad emendationem tum ad interpretationem, abs qua parte editorum et in hanc et in plerasque reliquas Comici fabulas commentarii magnopere laborant, afferri potuiſſent, meis in Ariſtophanem animaduerſionibus reſeruaui, quae vltimum horum commentariorum volumen excipient.

Haec habui huic volumini praemonenda. Commentarii in Acharnenſes et Veſpas nunc ipſum prelum exercent, proximo anno prodituri.

CODICES, EDITIONES
ET
INTERPRETES HARVM FABVLARVM.

I. EQVITES.

Codices, vnde variae lectiones afferuntur, ſunt Vaticano-Palatinus, quo vſus eſt Kuſterus, tres codices Pariſini, A. membran. MMDCCXII. B. chartac. MMDCCXV. C. chartac. MMDCCXVII., de quibus dictum eſt a Brunckio initio notarum in Aues. De codice B. vid. Reiſig. Coniect. I. p. 76 ſq. 292.

Separatim Lugduni Bat. 1557. 4. prodierunt Equites, verſibus latinis et ſcholiis illuſtrati a *Lamberto Hortenſio.*

De Caſauboni notis in Equites vid. Kuſterum in Praefatione, quae recuſa eſt T. I. horum Commentarr. p. XLIX. *). Valckenarius ad Herodotum III. p. 213. (p. 37. Schweigh.) has notas ſic laudat „*in notis ad Equites Ariſt. ſub Caſauboni nomine vulgatis*“, vt dubitaſſe videri poſſit de earum auctore.

Gallicam verſionem continet *Theatre des Grecs* Tom. XI.

Die Ritter oder *die Demagogen*, eine Komoedie des Ariſtofanes, aus dem Griechiſchen ueberſetzt von C. M. Wieland, in dem Attiſchen Muſeum, herausgegeben von Wieland. Vol. II. Partic. 1.

*) Quod ibi lin. 6. legitur *tinearum* mutandum in *tironum*, vt recte legitur apud Kuſterum.

II. PAX.

Exacta eſt haec fabula a Kuſtero ad eundem codicem Vaticano-Palatinum. Brunckio duo ſuppeditati ſunt codices Pariſini, A. chartaceus MMDCCXV. B. item chartaceus MDCCXVII. Vide initium notarum in Veſpas.

Separatae editiones hae prodierunt: Pax. Graece. ex officina Seruati Saſſeni. Lovanii 1547. 4. — Graece, cum emendationibus aliquot et variis lectionibus e cod. mſto in bibliotheca reginae matris, apud Federicum Morelium. Lutetiae 1586. 4. — cum latina verſione et commentariis *Florentis Chriſtiani*, Lutetiae apud Federicum Morelium *). 1589. 8. — Pax. curante Henrico Rumpio. Hamburgi 1615. 8.

Gallica verſio exſtat in *Theatre des Grecs* T. XII.

Germanica *Goldhagenii* in eius Anthologia. T. II.

---

*) In quibusdam exemplaribus legi *e typogr. Steph. Prevoſteau*, adnotauit Fabricius B. G. T. II. p. 392. Egregiae Florentis Chriſtiani notae recuſae ſunt in A. Porti et Kuſteri editionibus, ſed inſigniter auctae. Hinc in commentariis ſaepius (vide, vt his vtar, p. 415. not. s. 427. n. a. 560. n. l. 605. n. o.) adnotatum video, *acceſſiſſe aliquid in Kuſteri editione, quo careat Pariſina.* Sed Kuſtero hoc nomine nihil debemus: additamenta enim illa iam in Porti editione leguntur, qui, vnde ea nactus fuerit, tacere, more illorum temporum, quam docere lectores maluit. Hoc mihi ſatis videor exploratum habere, has quoque acceſſiones Florentis Chriſtiani eſſe, fortaſſe ex eius ſchedis ad Aemilium Portum delatas. Kuſterus in reddendis Fl. Chr. notis non niſi Porti editione vſus eſt: Pariſinam non videtur inſpexiſſe. Innuit hoc in Praefat. (Commentarr. T. I. p. XLVIII.)

III. ECCLESIAZVSAE.

Codicibus, poſt primos editores, nemo niſi Brunckius vſus eſt his duobus: cod. membr. Reg. Pariſ. MMDCCXII., qui continet verſus 444. et alio cod. Regio MMDCCXV. qui deſinit in v. 1135. ed. Br. (1180. Inuern.) Vide quae de his libris a Brunckio et me initio notarum dicta ſunt. — Codicis Monacenſis (Hardt. Catal. T. 2. p. 101.) chartacei ſeculi XV. variis lectionibus vſus eſt Reiſigius. Vid. Praefat. ad Coniect. I. p. V. Nouas lectiones, aliunde non notas, codex ille non praebet.

Concionatrices. Graece. apud Chriſtian. Wechel. Paris 1544. 4. — Textum Graecum in paruas particulas diſſectum cum latina verſione et notis edidit *Tanaquil Faber* in Epiſtolis ſuis T. II. ep. 64. *). Repetitae ſunt hae notae in ed. Amſtelod.

*) Notis haec ſunt praemiſſa: *Eliae Boherello Amico ſuo* S. P. D. *Tan. Faber.* Recte iudicas: nihil ineptius reperiri poteſt, nihil imperitius illa interpretatione Ἐκκλησιαζουσῶν Ariſtophanis, quae circumfertur. Itaque et diu eſt, cum elegantiores homines expetiuerunt aliam de integro procudi, quae ſaltem intelligi poſſet: nam bonus ille Andreas Diuus vix alternos verſus Comici noſtri intellexit, qui nullum Hellenismi ſenſum haberet. Illud itaque eſt quod iam facturus ſum: quin et Notulas addam, quarum ope, ſi qua erant minus aperta, explanabuntur. Paucis agam quidem: ſed pauca illa ſatis erunt: quod reipſa expertus mecum fateberis. Caeterum ſi non integram fabulam dabo, ne me incuſes: nihil promiſi: et ſcis quae mihi vita ſit. Sed prodit Praxagora; illam audiſſe operae pretium eſt: nam quid facere ſoleant mulieres nouit callide. Itaque *Praeco, fac audientiam populo.* Sed tu prius accipe argumentum Dramatis. — *Ad Lectorem.* Quam lecturus es fabulam, ea prius paulo quam luciſceret, occepta eſt agi. *Praxagora* itaque princeps dramatis in ſcenam prodiens, lucernam, quae ibi pendebat, furtorum nequitiarumque muliebrium conſciam compellat, id quod ab Ariſtoph. tanta praeſtitum arte eſt, vt vel Euripides ipſe, mulierum oſor acerrimus, vt aiunt, nihil vnquam in eas ſcripſerit amarulentius. Arrige itaque aures, intende oculos:

1670. et Kusteriana. Quaedam in eius obseruationibus bona sunt, a Brunckio interdum neglecta: maior notarum pars futilissima, quae vt minus essent offensioni, plerumque minoribus typis reliquorum editorum notis subiectae sunt. Eodem ablegaui alia quorundam somnia. In Fabri notis aliquid est prorsus singulare: saepe, nondum finita sententia, ponit *etc.*, vt, quid voluerit, interdum vix possit intelligi. Monui, ne quis me, illarum notarum pertaesum, hoc compendio vsum esse putet.

Denique ante hos quattuor annos Aristophanem attrectauit homo supra quam credi potest Graeco scriptori edendo ineptus, *G. Ch. Rannerus*, cuius editio Ecclesiaz. (Norimb. 1815.) nihil continet nisi Graecum textum Inuernizii (seruatis etiam religiose vitiis typographicis v. c. 1153.) et, vt vocat, *breues aliquot variorum varii generis notationes.* Sed huiusmodi nugas vel verbo perstrinxisse, nimium est.

Gallica versio legitur in *Theatre des Grecs* Tom. XIII. Legi, sed nihil mihi profuit.

Dissertatio Galli *Le Beau* sur le vrai dessein d' Aristophane dans la Comedie, intitulée *Ἐκκλησ.* edita est in Commentarr. Societ. Paris. Inscript. Tom. XXX.

---

caue ne modo aliud. Huius Comoediae principium paulo assurgit altius quam Comoediae liceat: in eo enim versus omnes sunt tragicae maiestatis cothurnoque, non socco, ingrediuntur. Quamobrem bene cum Aristophane actum est, qui Donatum aliquem non nactus est Scholiasten: temerariae enim licentiae poenas largissime dedit. Cui enim id dubium sit, cum impune non fuerit Terentio, qui canon artis est, scripsisse, *nunquam tetulissem pedem?* Sed si viueret Aristophanes, rideret, scio. Hoc autem dedita opera a Comico nostro bipedum omnium nasutissimo factum fuit, quo Praxagora, dicacula mulier, et dux praeclari facinoris, quod hic leges, Euripidem deridendum populo propinaret. Quamquam extitere qui Agathonem poetam illum pulcellum et molliculum, cuius meminit Plato, aut Dicaeogenem putent: quod oportuit monitum, cum vt scriptoris nostri mens peruideatur penitus; tum ad reliqua pergenti fax accendatur.

COMMENTARII

IN

ARISTOPHANIS EQVITES *a*).

Primum argumentum (p. 489.) ita edidit Br. ad fidem codd. — L. 2. Ed. Kuſt. *τὸ δρᾶμα τοῦτο ποιεῖται εἰς* — tum *τὸν* ante *τ. Ἀθ.* omittitur.

L. 11. *ὡς συνωμ.* Deeſt verbum *διαβάλλων* vel ſimile quid. *Kuſt.*

L. 15. ſ. Argumentum ad fidem membranarum emendaui, quibus accepta refertur optima lectio *τῶν συγκινδυνευόντων — ἵππων*, quod ad parabaſis vltimam partem ſpectat. Vulgo vox praecipua *ἵππων* omiſſa, et ſimplex eſt *κινδυνευόντων*. *Brunck.*

L. 17. ſ. Vulg. *παραγεγενημένος*.

P. 490. l. 1. ſ. Vulg. hoc ordine: *ὁ δῆμος τοῖς λόγοις συν.*

L. 5. Senſus eſt mutilus, quem ſic ſupplebis: *εἶτα τῆς μὲν τοῦ Ἀλλαντοπώλου κίστης κενῆς* etc. Et ſic vertimus. *Kuſt.*

L. 6. ſ. Ed. Kuſt. *ὡς περιφανὴς τὰ τ. δ. κ.* Tum poſt *κλ.* vulg. *ἐκβάλλεται τῆς ἐπιτροπείας*. Et haec a Br. e codd. correcta.

L. 9. Vulg. *ἐξ αὐτῆς*. Tum paulo poſt *προαγαγόντος*. *Kuſt.* ad haec: „*προαγαγόντος, Κλέων περικείμενος*.

---

a) Fabula haec vulgo poſt Ranas et ante Acharnenſes legitur, etiam ap. Brunck. Tomo III. in. ante Acharnn. poſt Vespas.

Sic legendum et distinguendum esse sensus aperte suadet. Antea enim male legebatur: προαγαγόντος Κλέωνος περικείμενος. Et mox παραδειγματισμῷ rescripsimus pro παραδειγματισμοῦ."

L. 11. Vulg. τὴν Ἀγορακρίτου θατέραν σκευὴν —

Secundum argum. L. vlt. Ἀθηναῖοι etc. Haec aut corrupta esse, aut a Grammatico ipso male narrata, satis ex Thucyd. IV, 3. ff. constat. cf. Wieland. in breui Enarratione earum rerum, quae huic fabulae opportunitatem dederunt, in Museo Attico II. p. XXII. f. Debebat esse: πόλιν Πύλον κρατήσαντες, τὴν νῆσον λεγ. Σφ. ἐπολ. Sed et alia in seqq. vitiosa sunt.

P. 491. L. 8. καθίησι. Cf. Schol. ad Vesp. 1013. *Kust.* l. 11. In membr. κρύπτει. Mox ex eis adscivi προσφανεὶς αὐτὸς pro vulgato προσφανῶς αὐτό. Reliqua pars argumenti a voce ἔοικεν in membr. non exstat. *Br.*

L. 16. διὰ τὸ πλ. τ. ἁλώσ. V. Schol. ad Nub. 186. *Kust.*

L. penult. Haec in ed. Kust. post argumentum metricum leguntur. -- ἐπὶ Στρ. ἀρχ. Id est, anno quarto Olymp. 88. qui erat annus septimus belli Peloponnesiaci. *Kust.* Cf. Corsin Fast. Att. III. p. 237. Respondet anno 424. ante C. N. v. Larcheri Chron. Herod. T. VII. Her. p. 667.

P. 492. l. 2. Vulg. Ὀλοφύροις. V. Meurs. in Bibl. Attica et Fabric. B. Gr. II. p. 424.

P. 493. l. 1. τοῦ ante Γραμματικοῦ addit Kust.

L. 5. Vulg. καὶ ἔτι —

L. 5. Vulg. κἂν — tum διαφοροῦντ', sed minus bene ita legi monuit *Br.* Lege διαφέροντα. *Kust.*

L. 6. Metri gratia scribendum est: εὐθ. τε σκατ. *Kust.* τε copulam addidi, quam metri lex omnino requirit. Quippe in σκατοφάγον prima corripitur. *Br.*

Argumentum in ed. Bergl.: Demosthenes, non orator ille celebris, sed praefectus militiae, occupauerat Pylum, locum maritimum in Peloponneso et muniverat. Quod cum sensissent Lacedaemonii, Pylum oppugnant, in tres partes diuiso exercitu, quarum vna erat in continente, altera in nauibus, tertia in proxime adiacente insula Sphacteria. Commisso deinde praelio

nauali victisque Lacedaemoniis illi, qui erant in insula. intercepti ab Atheniensibus iam obsidebantur. Quum autem obsidio illa diutius duraret, Athenis Cleo demagogus coepit criminari praefectos militiae, in primis Niciam, cui erat infensus, quod non proficiscerentur ad expugnandam insulam, quae facile capi possit, dicens, si ipse sit imperator, se intra viginti dies id facturum. Factus itaque imperator proficiscitur, et coniunctis cum Demosthene viribus, qui iam Lacedaemonios ad deditionem fere coëgerat, facile capit insulam, captiuosque ducit Athenas fere trecentos. Hanc gloriam sibi soli adscribebat Cleo, et ceteros duces assidue calumniabatur. De quo hic in prima fabula queruntur Demosthenes et Nicias, qui tamquam serui introducuntur et ferre non possunt contumelias Cleonis conserui, qui herum siue populum Atheniensem suis adulationibus ceperat; itaque consultant, quo pacto ab istis molestiis liberentur.

Argumentum in Equites ex Frischlino *b*).

Comoedia hac exagitaturus Cleonem poëta introducit Niciam et Demosthenem, duces Athenienses, seruili habitu et misera specie vestitos, qui de suis aerumnis et seruitute queritantur et consilium de arripienda fuga ineunt [1 — 39.]. Sed quia hoc non satis tutum videbatur, idcirco alia via rem aggrediuntur, et primum spectatoribus ingenium ac mores cuiusdam Paphlagonis seu vociferatoris (hoc enim nomine Cleo notabatur) recitant, et flagitia in rempublicam domi et foris perpetrata exponunt [40 — 79.]. Deinde vinum sibi afferri iubet Demosthenes, vt, illo hausto, bonum consilium reperiat [85 — 100.]. Nicias domum ingressus herum Cleonem dormientem reperit, et vinum subductum effert [101 — 107.]. Eo accepto et somno Cleo-

b) Praemittitur in ed. Kust.: Occasio fabulae. Ex Frischlino. Sed ea quia longior est disputatio, neque omni ex parte vera, omissa est. Cfr. Brumoy Théatre des Grecs T. XI. Ed. nouv. 1788. p. 1. ss. ubi p. 6. ss. Excerpta e fabula leguntur.

nis cognito Demoſthenes iterum ad herum intrare iubet Niciam et tabulas, in quibus arcana illius continebantur, proferre. Inſpectis autem et lectis tabulis oraculum deprehenditur de Cleonis interitu et de ſucceſſione Allantopolae ſeu fartoris cuiusdam, qui alio nomine dicebatur Agoracritus [108 — 145.]. Illis oraculum examinantibus, commodum ipſe Allantopola interuenit [146.]. cui [Sc. 2. Act. 1] ſpem conſequendi imperii duo ſerui faciunt, partim quod ipſe vir malus et audax eſſet, (nam tales digni imperio tum habebantur), partim quod oraculum reipublicae adminiſtrationem ei deferret [150 — 194.]. Ei rei vt fidem maiorem faciant, oraculum ex tabula recitant, et, quibus eum moribus praeditum eſſe velint, lepide perſtringunt [195 — 234.]. Interim e crapuloſo ſomno expergefactus Cleo quum ſeruorum ſuorum furtum animaduertiſſet, celeriter procurrit [Sc. 3. Act. 1.], et ſeruis tamquam coniuratis et ſeditioſis extrema mala comminatur [— 239.]. Fugit Agoracritus: ſed chorus Equitum accedit et animum illi ad opprimendum Cleonem adiicit. Qui mox confirmatus, Cleonem fruſtra auxilium Senatus implorantem verberibus mulctat. Quum vero multis querelis et magno clamore ſublato Cleo ſe defenderet, Equitesque accuſaret: Allantopola ſuum quoque clamorem contra attollit. Exoritur grauis inter Cleonem et Agoracritum contentio. Nam mutuis ſe criminibus et calumniis proſcindunt et extremam internecionem ſibi inuicem minantur c) [— 302.]. Chorus turbulenti Cleonis audaciam et peculatum execratus [— 314] Allantopolam exhortatur, vt productum Cleonem teneat ac manifeſtorum ſcelerum coram populo reum agat. Qua voce incitatus Allantopola Agoracritus primum Cleoni, qui tarditatem linguae et ruditatem ei obiiciebat, opponit ipſius loquacitatem et clamores. Deinde Cleonis vitia ſibi ineſſe fingit et falſe hominem reprehendit. Tum vterque alteri, verbis quibusdam ex ſua arte petitis, necem interminatur [— 374]. Qua re animaduerſa Chorus Allantopolam admiratur, quum fieri non poſſe exiſtimaſſet, vt ſum-

c) Interloquuntur vero et hic et in ſeqq. ſaepius tum Chorus tum Demoſthenes.

ma Cleonis dicacitas a quoquam fuperaretur [— 390.]. Hac oratione Equitum confirmatus Allantopola Cleonem acriter inuadit et alia multa flagitia illi obiicit. Sed Cleo nemini impudentia ceffurum fe affirmat. Cui refpondet Agoracritus et furem et hominem perfidum et fcortatorem et fellatorem f. pathicum effe docet. Itaque noua oritur altercatio et multis vtrinque conuiciis prolatis Cleo rurfum ab Allantopola verberatur. Tandem graui ira percitus in Prytaneum abit, vt coniuratores illic coram Senatu Athenienfi accufet. Sed Allantopola relictis in theatro inteftinis et cultro fartorio, ita monente choro, celeriter fubfequitur, vt fe contra Cleonis calumnias defendat [— 500.]. Illis digresfis chorus primum abeunti Agoracrito felicitatem precatur [— 510.] *d*), deinde in ftrophis et antiftrophis Neptunum [555 — 568.] ac Mineruam [585 — 598.] pro felici fucceffu inuocat: in Epirrhematis [569 — 584.] autem et Antepirrhematis [599 — 614.] varia ac multa Athenienfium vitia carpit, cum primis quod boni poëtae, malorum hoftes, in populi contemtu effent *e*); praeterea res ac virtutes maiorum extollit, et his fuae aetatis hominum vitia opponit; poftremo Equitum virtutem tam in praeliis naualibus quam terreftribus, cum fumma frugalitate coniunctam, commendat. Reuerfus ex Senatu Allantopola [Act. II. Sc. 1.] rem illic contra Cleonis accufationem profpere geftam Equitibus exponit, et orationem a fe habitam recitat, in qua Cleonis morem exprimens, Senatum impudenter reprehendit, populo fpem pacis et rerum omnium copiam promittit, foedus Lacedaemoniorum disfuadet ac totius chori applaufum confequitur [615 — 698.]. Illo fic perorante mox adeft et ipfe Cleo [Act. II. Sc. 2.], qui adverfario fuo graues minas ingerit, fed falfe ab eodem eluditur. Paulo poft vterque ad plebem prouocat [— 757]. Vbi haec vtriusque beneuolentiam cognofcit et res pro patria geftas intelligit, conftituit de ambobus

---

d) Interpofita eft parabafis [511 — 54.] qua chorus poetam defendit, quod cunctatus fuerit fabulam edere, cumque fpectatoribus commendat, fimul exprobrans populo inconftantiam.

e) Id factum eft in parabafi.

paulo diligentius inquirere [— 765.]. Chorus [Act. II. Sc 3] Allantopolam, vt circumſpectus ſit, praemonet [— 772.]. Iactitante ibi Cleone ſua in rempublicam beneficia et merita, reſpondet Agoracritus, non eſſe viri liberalis, aliis eripere, quod alteri largiatur. Simul obiicit Cleoni furta et rapinas, perturbationes pacis et alia ſcelera [— 845.]. Cui accuſationi etiam Chorus Equitum adſtipulatur [Act. II. Sc. 4], qui *f*) Cleonem ſeditionis arguit, quod clypeis et armis in templo ſuspenſis anſas reliquiſſet; quod perturbata republica bona ciuium compilaſſet, vt aquam turbare ſolent, qui anguillas captant; quod denique etiam libidinoſus ſit et perquam ſuperbus. Quibus omnibus plebs, tamquam conſcia, lubens aſſentitur et Cleonem deteſtatur. Ille aduerſario trierarchiam comminatur, ſed chorus ſilentium ei mandat. Victus ergo modis omnibus Cleo magiſtratum deponere et annulum iubetur reddere [— 957.]. Vbi quum nihil ſupereſſet praeſidii, oracula ſe allaturum ait, quibus ſuam auctoritatem tueatur. Id ipſum effecturum ſe promittit Allantopola [982.] *g*). Caeterum horum oraculorum auctores fuerant Bacis, qui pro Cleone, et Glanis, qui pro Allantopola faciebat [Act. III. Sc. 1.]. Prior oraculum ſuum recitat Cleo, poſterior Allantopola, idque alternatis vicibus. Sed ea ita comparata erant, vt facile intelligeretur, Cleonem imperio ſubmouendum et in locum eius Allantopolam ſubrogandum [1006 — 1107.]. Quum ergo et hac via nihil profeciſſet Cleo, ad vltimum remedium confugit ac populum ineſcare conſtituit; quod idem etiam Allantopola attentat [— 1118.]. Digreſſis ambobus Chorus Equitum cum populo expoſtulat, quod ſui tam impotens ſit vt etiam ineſcari ſe patiatur. Sed is ſe ſatis cautum ac circumſpectum fore promittit [— 1158.]. Mox reuerſi in ſcenam Cleo et Agoracritus [Act. IV. Sc. 1.] propoſitis vtrimque dapibus certatim plebis fauorem mercari conantur. In quo turpi aucupio cum neuter alteri cederet [— 1218.] tandem Allantopola plebem hortatur, vt ciſtas vtriusque patefaciat et, cuius vacuam deprehendat, eum probum et beneuolum, cuius

---

f) Hoc Agoracritus facit, non chorus.

g) Hic chori canticum interpoſitum eſt, quo in Cleonem invehitur [983 — 1005.].

vero plenam inueniat, eum pro depeculatore et hoste reipublicae habeat. Hoc consilio approbato quum vacua Allantopolae, plena autem Cleonis cista reperiretur, de omni dignitatis gradu Cleo deiicitur; populus se Allantopolae, qui Agoracritum se esse profitebatur, officiose commendat [— 1271.]. Abeunte cum populo Allantopola Chorus Equitum in stropha [1272 — 1283.] et antistropha [1300 — 1310.], laudatis equitibus, diuitias et paupertatem deprecatur, et Cleonymi sordes detestatur; in epirrhemate vero [1284 — 1299.] et antepirrhemate [1311 — 1327.] sceleratos et flagitiosos, vt Arignotum et Ariphradem insectatur, itemque Hyperbolum et Nauphantem, sed figurate *h*) sub persona triremium. Interim cum populo in theatrum redit Agoracritus [Act. V. Sc. 1.], et multo iam formosiorem et quasi recoctum populum Atheniensem ostendit Equitibus [— 1345.]. Simul [Act. V. Sc. 2.] veterem illi caecitatem et stultitiam demonstrat, quod se rhetorum praestigiis decipi et Sophistarum technis circumueniri passus esset. Quod ne deinceps eueniat, duo scorta adducit, quae foedera Atheniensium cum Lacedaemoniis repraesentabant, eaque apud Cleonem prius latitasse, nunc vero in lucem reddita affirmat [— 1406.]. Hisce plebs ad se receptis Agoracrito summam rerum committit, Cleonem vero cum farciminibus et intestinis negociatum amandat [— 1419.].

[Auctor versionis nouae francog. in Brumoei Theatro Gr. T. XI. p. 145. ff. contendit, propositum Comico fuisse, vt certissimam hanc sententiam oculis animisque Atheniensium infigeret, liberam facultatem sequendi primos voluntatis motus esse seruitutem omnium maximam *i*); itaque fabulam multo magis esse acrem seruitutis, qua populus iste liber oppressus fuerit, censuram, quam satyram contra Cleonem; duplicem autem esse fabulae virtutem, 1. quod exposuerit et factis demonstrauerit veritatem sententiae, quae diligentius

---

h) Ap. Frischl. erat: picturate.

i) La liberté ou la libre disposition de suivre les premiers mouvemens de sa volonté, est le plus grand de tous les esclavages.

populo ad libertatis abuſum procliui fuerit commendanda, 2. quod detexerit artificia et fraudes, quibus demagogi populum ſub iugum mitterent. Caeterum comparationem inſtituit inter hanc fabulam et Ruſſauii eam, quae Adulatoris nomine (Le Flatteur) inſcribitur. Quamquam autem de ſuo inuento valde gloriatur, rectius tamen Manſonus (Addit. ad Sulzer. Theor. Art. VII. p. 129. ſ.) docuit fabulam ad eas pertinere, quae proprie *politicae* appellantur, quum in promtu ſit, impudentis Cleonis inſolentiam et optimatium oppreſſionem notari. Nec diſſenſit Vuilandus, qui quidem coniecit, poetam fauiſſe optimatibus ſiue ab iis conductum fuiſſe, vt demagogos inque his Cleonem, cui equites admodum infenſi erant, aggrederetur *k*). Quod multa plebeie et obſcoene dicta ſint, id ex ſpectatorum quibus fabulam propoſuerit ingenio ne excuſandum quidem fuiſſe, recte monetur *l*).]

Equites quomodo et quo ſucceſſu docuerit Comicus.

Ex *Samuel. Petiti* Miſcellan. Lib. I. c. V. [p. 21. ſſ.]

Exſtat quoque hoc drama, quo toto inuehitur Comicus in Cleonem, quem priuatim inimicum habuit, quum biennio ante Cleon ei dicam ſcripſiſſet *ἀδικίας εἰς τοὺς πολίτας καὶ ξενίας*, ſtatim ac edidit Babylonios anno ſecundo Olymp. LXXXVIII. archonte Euclide. Dicebat enim Cleo, vt in ſuperioribus obſeruauimus [p. 17.], Ariſtophanem conuitium feciſſe Athenienſium populo

k) Addendus eſt Clodius Verſuche aus der Liter. und Moral II. p. 188—218. vbi multa egregie de hac fabula eiusque ingenio et moribus dicta ſunt.

l) Bene Brumoy (p. 55. l. l.): „le gout (de cette pièce) et la conduite repréſentent parfaitement la bizarrerie, l'acrimonie, la hardieſſe des comiques grecs et le génie des ſpectateurs, qui aimoient les verités crues et les traits ſanglans, fût-ce contre eux-mêmes."

Babyloniorum editione: eumque peregrinum eſſe, ſiue Aeginetam, ſiue Rhodium, non ciuem *m*). Qua in re, vt hoc obiter addam, corrupti ſunt Stephani [Byzant. V. *Μῆλος* p. 557. ed. Berk.] codices, qui Ariſtophanem Melium faciunt: *ὁ πολιτικὸς Διαγόρας ὁ Μήλιος καὶ Σωκράτης καὶ Ἀριστοφάνης.* At id veterum nemo dixit: et quod de Socrate ſcribitur, manifeſti arguit vitii, viam tamen ad emendandum praeit. Reſcribimus *n*): *ὁ πολίτης καὶ Διαγόρας ὁ Μήλιος καὶ Σωκράτης Ἀριστοφάνει.* Socratem, quamquam Athenienſis eſſet, Melium ab Ariſtophane dictum fuiſſe, his verbis ſignificat Stephanus, qui ad iſta e Nubibus Comici [v. 832.] animum aduertebat: — *Σωκράτης ὁ Μήλιος.* Scholia: *παρ' ἱστορίαν. Ἀθηναῖος γὰρ ὁ Σωκράτης, ἀλλ' ἐπεὶ Διαγόρας Μήλιος ὢν διεβάλλετο ὡς θεομάχος, καὶ τὸν Σωκράτη δὲ ὡς ἄθεον διαβάλλει. διὰ τοῦτο αὐτὸν Μήλιον ἔφη.* Sed e diuerticulo in viam. Acta igitur eſt haec fabula, cuius index *Ἱππεῖς*, anno quarto eiusdem Olymp. LXXXVIII., praetore Athenis Stratocle, Liberalibus Lenaeis. Anonymus in deſcriptione Olympiadum ad hunc annum: *Ἱππεῖς Ἀριστοφάνους ἐδιδάχθησαν δι' αὐτοῦ o) ποιητοῦ δημοσίᾳ εἰς Λήναια.* Veteres didaſcaliae: *ἐδιδάχθη τὸ δρᾶμα Ἱππεῖς ἐπὶ τοῦ Στρατοκλέους ἄρχοντος δημοσίᾳ,* id eſt, ita iubente et volente populo producta eſt in theatrum ac commiſſa haec Ariſtophanis fabula. Nam conſtat in delectu poëtae ſpectatam fuiſſe aliquando non choragi ſolum aut tribus vnius voluntatem, ſed vniuerſi populi. Addunt Didaſcaliae, doctam fuiſſe fabulam *εἰς Λήναια*, Liberalibus Lenaeis, quum iam Cleo omnia ſusque deque haberet in republica vitio creatus Athenienſium Strategus, trimeſtri fere, antequam ageretur hoc drama, ſpatio. Nam quando in Strategum electus eſt Cleo, accidit Lunae eclipſis.

---

m) Cf. Caſaub. ad Athen. (VI. p. 229.) T. III. p. 527. Anim. Schweigh.

n) Berkelius ex Menagii coniectura edidit: *ὁ πολίτης Μήλιος. Διαγόρας ὁ Μήλιος, καὶ Σωκράτης παρ' Ἀριστοφάνει.* Sed in ed. Gronou. p. 465. haec proponitur Tho. de Pinedo coniectura: *ὁ πολίτης Διαγόρας ὁ Μήλιος καὶ Σωκράτης, ὡς Ἀριστοφάνης.*

o) Addendum eſt *τοῦ*.

Ariſtoph. Nub. 582 — 585. Haec autem Lunae eclipſis incidit in menſem Boëdromionem. Scholia [ad Nubb. l. l.] *ἐπειδὴ ἔκλειψις ἐγένετο Σελήνης τῷ προτέρῳ ἔτει ἐπὶ Στρατοκλέους, Βοηδρομιῶνι.* Anonymus in deſcriptione Olympp. ad hunc annum quartum Olymp. LXXXVIII. Stratocle archonte: *ἔκλειψις Σελήνης Βοηδρομιῶνος.* Sequitur in Didaſcaliis huius fabulae: *δι' αὐτοῦ Ἀριστοφάνους*, egiſſe eam ipſum Ariſtophanem (quum nullus prae metu hiſtrio auderet *p*)) ora faecibus perunctum. Nam quum ſolerent Comici *ὅμοια τὰ προσωπεῖα ποιεῖν τοῖς κωμῳδουμένοις καὶ περιτιθέναι τοῖς ὑποκριταῖς, οὐκ εἶχεν τοῦ Κλέωνος προσωπεῖον, διὰ τὸ δεδοικέναι τοὺς σκευοποιοὺς καὶ μὴ θέλειν μήτε πλάττειν μήτε σχηματίζειν τὴν ὄψιν τοῦ Κλέωνος*, inquiunt Grammatici. Itaque in ſcenam tunc primum prodiit Ariſtophanes, quod innuit Veſp. [1057. ſſ. ſ. 1022. Br.] — *κινδυνεύων καθ' ἑαυτόν, οὐκ ἀλλοτρίων ἀλλ' οἰκείων Μουσῶν στόμαθ' ἡνιοχήσας, ἀρθεὶς δὲ κ. τ. λ.* Verum autem eſt, de quo [in illo loco] gloriatur. Nam quum ipſe victor renuntiatus eſt, antagoniſtis Cratino et Ariſtomene (vidd. Didascaliae), tum Cleo quinque talentis eſt multatus.

Titulus dramatis Attico more ſcribi debuit *ἹΠΠΗΣ* *q*) non vt vulgo, *ἱππεῖς*. Sic ſequentis fabulae titulum recte vulgati etiam libri exhibent *ἈΧΑΡΝΗΣ*, non *ἈΧΑΡΝΕΙΣ*. Vide Hemſterhuſ. ad Plut. p. 274. *Brunck.*

Tertia perſona fabulae ita apud Kuſt. indicatur: *Ἀγοράκριτος, ὁ καὶ Ἀλλαντοπώλης.*

---

p) Scilicet, Cleonis perſonam ſuſtinere.

q) Non *ἱππῆς* ſed *ἱππῇς* quod ex *ἱππῆες* contractum videtur, ſcribendum. Cf. intpp. Greg. Cor. p. 99. ſſ. Auct. de dial. ib. p. 641. ed. Schaef. et Maittair. de dial. p. 36. Sturz.

1. *Ἰατταταιὰξ* et *ἰατταταὶ* voces factae ad fignificationem doloris: *ἰατταταιὰξ* eft aliquid maius. *Cafaub.* Eft dolentis. In Ran. 656. qui verberatur, clamat: *ἰατταταὶ*, cui alter: *μῶν ὠδυνήθης a)*; *Bergl.* Scena eft ante Demi aetate prouecti domum, vbi primum Demofthenes egreffus domo confpicitur folus, tum ab altera parte accedit Nicias. *Vuiland.*

2. *Παφλαγόνα.* Inter Afiae minoris prouincias eft Paphlagonia *b)*. Per contemtum homo vilis appellatur Paphlagon. Hic autem Cleon appellatur *Παφλαγών*. non quod fuerit barbarus, fed quia Paphlagones audiebant rerum perturbatores. Athenis autem exteri femper notabantur propter barbarismum, et maxime Paphlagones: inde pro vili dicebant. *Cas.* Cleonem ita vocat partim, quod effet peregrinus, barbarus et ciuis non genuinus, de qua re vid. ad Vefp. 1215., partim quia erat homo turbulentus, clamoribus fuis omnia mifcens. *παφλάζειν* enim fignificat *ebullire cum fremitu*, vt ollae nimium feruentes, et metaphorice ad fimilia transfertur *c)*. Infra 914. (929.) de Cleone: *παφλάζων καὶ κεκραγώς*. *Be.* Huc refpicit Euftathius ad Iliad. p. 360. *Παφλαγόνες μὲν οὖν ἀπὸ Παφλαγόνος, ἐνδόξου ἀρχηγοῦ καλοῦνται. ἡ δὲ κωμῳδία τὴν λέξιν παρέστρεψεν εἰς ἀναιδῆ ῥήτορα, ὃν Παφλαγόνα ἔσκωψε, παρὰ τὸ οἷον παφλάζειν ἐν δημηγορίαις.* *Brunck.*

---

a) Locus (661.) aliter in ed. Inu. legitur.

b) Vid. *Mannert* Geographie der Griechen und Römer, vol. VI. Partic. 3. p. 1. ff. Ex regionibus Ponto propinquis inprimis multa mancipia in Graeciam deportabantur. v. Heynii Opufcula acad. IV, 335. f.

c) Vid. omnino Erasmus Adag. p. m. 280.

Νεωνήτων. Claudianus ait malum feruum mutare dominum *d*). Hinc *νεώνητος* per contemtum, *recens emtus.* Alio nomine vocabant feruos per contemtum, *οὐδ᾽ ἁλώνητον e*), quia fal paruo in pretio: vnde ap. Homer. prouerbium de re vili: *οὐδ᾽ ἅλα δοίην, ne fal quidem darem f*), quamquam alii hunc locum aliter legant. *Cas.*

3. *αὐταῖσι βουλαῖς.* Citat hunc locum Prifcianus Lib. XVIII. p. 1205., vt probet nimirum, praepofitiones apud Atticos frequenter deficere. Nam deficit h. l. praepof. *σὺν g*), quod et a Scholiafte monitum eft. *Kuft.* *ἀπολέσειαν κακὸν κακῶς.* Alludit ad prouerbium: *ἀπολεῖς κακὸς κακῶς, malus malum exitium facies h*). Homerus fontem dedit huic prouerbio. Plautus hoc etiam dixit. *Cas.*

4. Adducitur hic locus a Suida V. *Εἰςήῤῥησε* et Thoma M. ead. v. *Kuft.* *εἰςήῤῥησεν.* Vox Comica et Attica ab *ἔῤῥω*, in perniciem venio: vnde *εἰςήῤῥησεν venit cum pernicie i*). Scholiaftes notat legere quosdam *εἰςέφρησε k*), eft etiam vox Attica. *Cas.*

[5. Nulla ad h. l. aliorum librorum fcriptorum notata eft varietas, fed in omnibus legitur: *πληγὰς ἀ. πρ. τοῖς οἰκέταις.* Eaque certe vfitatior eft ftructura.]

6. *πρῶτος.* Eurip. Androm. 1237. *Ἀχιλλέα τεκοῦσα πρῶτον Ἑλλάδος principem Graeciae. Bergl.* *Παφλαγόνων.* Non intelligit Paphlagonas, fed Cleonem et omnes fectae eius. *Cas.*

---

d) Vid. in Eutrop. I, 31. ff. ibique Gesner.

e) Cf. Erasmus in Adag. p. 135.

f) Legitur Odyff. 17, 455. *οὐδ᾽ ἅλα δοίης.* Sed Callistratus Grammaticus fcripfit: *Οὐδ᾽ ἅλα δ.*

g) De qua huius praep. omiffione inprimis ante pronom. *αὐτὸς* cum Subft. vid. Lamb. Bos de ellipfi p. 745. f. ed. Schaef.

h) Vid. ad Plut. 65.

i) Gloffae: *Ἔῤῥω pereo:* vnde *εἰςήῤῥησεν intrauit cum pernicie. Bergl.*

k) Legiffe ita etiam videtur Zonaras Lex. T. I. p. 641. vbi v. Tittmann.

7. Refertur hic locus a Suida V. *Αὐταῖσι διαβολαῖς*. *Kuſt.* Infra v. 45 Cleonem vocat *πανουργότατον καὶ διαβολώτατον* l). *Be.*

9. Apud Suid. V. *Ξυναυλίαν* locus hic ita legitur:
Ξυναυλίαν πενθήσωμεν Ὀλύμπου νόμον m).
Sed metri gratia lectio vulgata praeferenda eſt. Iocus autem latet in eo, quod *κλαύσωμεν* praeter exſpectationem dixit pro *ᾄσωμεν*. *Kuſt.* ξυναυλίαν πενθήσομεν, Ὀλύμπου νόμον. Sic certiſſime verſum hunc Toupius e Suida emendauit, apud quem metro reclamante, exſtat: ξ. *πενθήσωμεν Ὀλύμπου νόμῳ*. Gloſſa verbo *πενθήσωμεν* adpoſita, *κλαύσωμεν*, genuinae vocis locum inuaſit: quapropter, quum ſyllaba ad verſus integritatem deficeret, primum nominis *Ὀλύμπου* produxerunt, ſcribendo *Οὐλύμπου*, cuius Ionicae formae voces quasdam tragicus quidem admittit ſermo, comicus vero prorſus reſpuit n). *ἵνα* cum futuro indicatiui paſſim ab Atticis conſtruitur eleganter o). Gloſſator vſitatiorem ſua aetate conſtructionem indicauit in interpretatione *κλαύσωμεν*. Non heri nec nudius tertius transuectio illa gloſſae in textum facta Nam praeterquam quod vetuſtiſſimae noſtrae membranae *κλαύσωμεν* exhibent,

l) *διαβάλλειν* eſt propr. *litem inter duos ſerere*, et *διαβάλλεσθαι inimicari alicui. βάλλειν* eſt *jacere*, *διαβάλλειν inter duos aliquid jacere. Cas.*

m) Imo *νόμῳ* ibi eſt. Sed rectius *νόμον* legi Kuſt. in not. monet.

n) Hunc locum tangit Valcken. Diatr. Eurip. p. 166. Sed aliter loquuntur Tragici, aliter Comici: quod non animaduertit vir doctiſſimus. Toup. Emm. in Suid. II. 195. III. 142.

o) *ἵνα*, *vt* finale ſignificans, cum futuro indicatiui non minus recte conſtruitur quam *ὅπως*. Eadem eſt vtriusque particulae conſtructionis ratio. V. not. ſupra ad Nub. 1494. Hoc autem ſi quis concedere nolit, quia nullum aliud forte exemplum *τῆς ἵνα* ſic conſtructae apud Comicum occurrat, qui minus idcirco ſincera videri debeat lectio, quam admiſimus? Nihil enim obſtat, quin *ἵνα* hic pro aduerbio loci *vbi* accipiatur. *Brunck.* in Suppl. Alia exempla huius conſtruct. part. *ἵνα* cum Fut. Ind. congeſſit Zeun. ad. Viger. p. 557. vbi etiam cf. Hermanni Adnot. p. 851. (ed. 2. Herm.)

non aliam lectionem cognouit Euſtathius, qui hunc verſum laudat ad Iliad. p. 1175. extr. *Ὄλυμπος καὶ κύριον ὄνομα ἦν αὐλητοῦ τινος, οὗ νόμος ὀδυρτικὸς περιῄδετο, καθὰ δηλοῖ καὶ ὁ Κωμικὸς ἐν τῷ, ξυναυλίαν κλαύσωμεν Ὀλύμπου νόμῳ.* Vbi obſerues, non magis illum quam Suidam Ionicam formam *Οὐλύμπου* agnoſcere *p*). Videndus Toupius ad Suidam T. III. p 155. et in Curis nou. p. 101. [ſ. ed. recent. Oxon. T. II. p. 195. III. p. 142.] Olympus Marſyae fuit amaſius et diſcipulus, quem idcirco *carum* magiſtro dixit Ouidius Metam. VI, 392. vbi cum Heinſio lego:

Illum ruricolae, ſiluarum numina, Fauni,
et Satyri fratres, et tu quoque carus, Olympe,
et Nymphae flerunt.

Apollodorus *q*) Olympum Marſyae patrem facit: alii, quorum potior auctoritas, Marſyam Hyagnidis filium fuiſſe perhibent, quos ſequitur Antipater Theſſ. Epigr. XXIX. vbi Hyagnis filii mortem fleuiſſe innuitur. *Brunck.*

Suidas in *Ξυναυλίαν* et Euſtath. in Il. Τ', p. 1175, 64. *Ὀλύμπου.* Notat Kuſterus *r*), *Οὐλύμπου* eſſe Ionicum atque ideo ſe malle legere *κλαύσωμεν αν Ὀλύμπου,* non improbabiliter, ſi non produci poſſet prima in *Ὀλύμπου* ob ſequentem liquidam *s*). Itaque malim *Ὀλύμπου* cum Suid. et Euſt. De *συναυλία t*) habet quaedam Athenaeus 14, 2. vbi v. Caſaub. et Spanh. ad

---

p) Theophylactus Epiſt. 52. *δεῦρο ξυναυλίαν, γερόντιον, κλαύσωμεν.* Syneſius ep. 4. ſub initium: *νῦν πρὸς ἐρήμοις ἀκταῖς συναυλίαν ὀλοφυρόμεθα* (vna lamentamur). Ad verbum *συναυλία* eſt *concentus tibiarum* aut *tibiae cantus permiſtus aliis cantibus.* In Ran. 212. *ξύναυλον ὕμνων βοάν.* Olympus autem fuit Muſicus. *Bergl.*

q) Bibl. myth. I, 4, 2, 1. Cf. Clavier ad Apoll. II. p. 46. Add. Forkelius in Hiſtoria Muſices I. p. 267. Inprimis de eo vid. Plutarch. Tract. de Muſica c. 9. 16. ff. 24. 43. 50. cum interpretatione Burettii in Mém. de B. L. X. p. 256.

r) Nempe ad Suid. T. II. p. 651.

s) Id vanum eſſe, neminem rei metricae peritum fugit.

t) Tibia ad res triſtes vſurpari ſolita. Lyra erat organum laetum, tibia *θρηνητικόν*. *Ξυναυλία*, quum duo organici aptant ſuos modos ad cantandum. *Ξυναυλία* cantus lugubris, apud Latinos *naenia. Caſaub.*

Call. p. 471. Olympi autem etiam meminit e Comico Euſtath. ad Il. *A*, p. 27. f. et Pollux l. 4. c. 10. n. 78. Vocis vero *νόμος* varios vſus adfert Schottus ad Procli Chreſtom. p. 36. Pro hymnis deorum quod accipi notat Scholiaſtes, pluribus exponit Spanh. in Call. in Del. 504. *Duck*. Apud veteres fuerunt cantilenae lugubres compoſitae ab Olympo quodam et legimus, illum compoſuiſſe *νόμους θρηνητικούς*, et videlicet magis inſtituiſſe ad vſus ſacros, quam ad vſus malos. *Νόμος* autem latine verti non poteſt: vnde Latini hoc nomen retinent, vt Suetonius *v*) et alii auctores. Cantilenae autem *nomi* vocantur, quia antiqui leges ſuas aptabant ad cantilenas ſiue *νόμους*. *Cas.*

10. Hic *μυ x*) eſt duplex: nam alterum notatur graui et eſt breue, alterum circumflectitur et longum eſt. Eſt autem vox flentis ſiue eius qui lugere incipit. Melius apud Latinos *my* eſt ſonus non audentis loqui et balbutientis, et hoc eſt *mutire*. Quare mirum eſt, cur Ariſtophanes faciat illud *μὺ* pronunciare, lugere incipientibus. *Μὺ* accipitur pro illo ſono, quum naribus olfacimus et hoc eſt *μύζειν*. *Cas.* Hic verſus perperam vulgo Demoſtheni continuatur. In tribus codd. praefixam habet perſonam Niciae. *Br.*

11. *κινυρόμεσθ'*. *Κινύρα* pro *κιθάρα* dicebant veteres Graeci: ſed illud verbum abiit in deſuetudinem. *Cas.* *ἄλλως y*). In Veſp. 924. *ἵνα μὴ κεκλάγχω διακενῆς ἄλλως ἐγώ*. vbi v. Not. *Bergl.*

14. Membr. et C. *ἵνα σοι μὴ μάχωμαι*. Iſtud *σοι* e gloſſemate eſt. In fine verſus vulgo legitur *'γὼ μὲν οὔ*. In C. *μὲν οὖν*. Oportuit *οὔκ*, ob vocalem initio ſequ. verſus. *Br.* *ἵνα μὴ μάχ.* In his haud dubie eo alluditur, quod Demoſthenes, cuius feruidius fuit ingenium,

---

v) Vit. Ner. c. 20. vbi vid. Burmann. T. II. p. 40. aliique intpp.

x) Eſt flentis. In Theſm. 237. *μὺ μῦ* clamat ille, cui barba ad viuum reſecabatur: vbi v. Not. *Bergl.*

y) Ex h. l. Ariſtoph. Etymologus probat, *ἄλλως* ap. Graecos interdum idem ſignificare, quod *ματαίως*, i. e. *fruſtra, in vanum*. v. eum v. *Ἄλλως*. *Kuſt.* In Gl. ap. Br. explicatur *θρηνοῦμεν ματαίως*.

ſaepe a Nicia diſſenſit et cum eo altercatus eſt. Cf. Thuc. 7, 49. Plutarch. Nicia T. III. p. 588. Reisk. z).

16. Ex Eurip. Hippol. 545. a) vt et Schol. dicit; vbi Phaedra non audet indicare amorem cupitque vt nutrix per coniecturam rem aſſecuta dicat, quod ipſam dicere pudebat: φεῦ, πῶς ἂν σύ μοι λέξειας ἅ μ' ἐχρῆν λέγειν; Schol. Eurip. ad illum locum: κεκωμῴδηται δὲ ὁ στίχος οὗτος ὑπὸ Ἀριστοφάνους. *Bergl.* Perperam expreſſum eſt, ex ed. Br. ἅ με — Verſus poſtulat ἅ μὲ χρ. λ. vt in not. Br. recte ſcriptum eſt. Add. Brunck. et Egerton ad Eur. Hipp. l. l.

17. Θρέττε eſt nomen barbarum pro θράσος. Senſus eſt: tu vis, vt libere tecum agam; dicam quid ſentiam, non eſt mihi confidentia barbara, qualis in Cleone. *Cas.* Iuxta Schol. b) θρέττε vox eſt barbara, θαῤῥεῖν ſignificans. Videtur potius ἐπιφώνημα eſſe, ſeu adverbium incitandi, vt ἀρὺ, σίττε vel σίττα aliaque, quorum nonnulla recenſet Euſtathius ad Il. p. 855. l. 19. Hac voce θρέττε vtebantur vulgo agaſones, muliones, iique qui iumenta ſarcinaria et plauſtra ducebant, vt hodie eiusdem conditionis homines gallice iumentis clamare ſolent *hardi! Br.*

18. Aliquid in verſu [vt vulgo legebatur] redundat. Syllaba enim ρι in κομψευριπιδικῶς longa eſt (nam et in voce Εὐριπίδης eadem ſyllaba producitur) ne quis forte aliter ſentiens fallatur. Quare cum MS. Vatic. Palat. et Suida ſcribere praeſtat κομψευριπικῶς c): quam-

---

z) Notandum eſt in hiſtoria Attica, quum ita iusiurandum conceptum eſt, μὰ τὴν θεάν, intelligi de *Minerua,* ſcilicet *per Mineruam:* at enim in Duali μὰ τὼ θεὼ intelligi de *Cerere et Proſerpina,* et ſic vertendum eſt ſemper, *per Cererem et Proſerpinam. Cas.*

a) Eundem locum et Br. laudauit. V. ibi Valcken. qui docuit, πῶς in his eſſe *vtinam,* quamquam Vuiland. ad h. l. contra disputauit, contenditque ap. Eur. et h. l. πῶς eſſe, quomodo.

b) Eius verba etiam Bergl. attulit et vertit.

c) Sic bene tres codd. Vulgo ſyllaba extra numerum excurrente, κομψευριπιδικῶς. Nominis Εὐριπίδης ſecunda ſyllaba ſemper producitur, quod librariis vel editoribus igno-

vis, quod ad fenfum attinet, nulla inter vtramque lectionem fit differentia. Licet enim Comicus vel metri vel ioci gratia κομψευριπικῶς dixerit, ita tamen intelligendus eft, ac fi κομψευριπιδικῶς dixiffet, quoniam Euripidem hic perftringere voluit, vt etiam ex verfu fequ. patet. *Kuft.* κομψὸς *homo ingeniofus:* proprie de veftitu dicitur et transfertur ad animum; et quidquid eft elegans et affabre factum, id dicitur κομψόν. *Cas.* Vfurpatur tamen fere in deteriorem partem de affectata quadam elegantia.

19. *διασκανδικίσῃς.* Recte notat Scholiaftes vetus *d*) dicta haec effe in Euripidem vt filium *λαχανοπωλίδος*, i. e. olerum venditricis. *Σκάνδιξ* enim eft genus oleris. Interpretationem Schol. confirmat Hefychius, qui hunc ipfum locum Comici noftri ob oculos habuit, quum fcripfit: *Διασκανδικίσῃς, διευριπιδίσῃς. ἡ γὰρ τοῦ Εὐριπίδου μήτηρ σκάνδικας ἐπίπρασκε. Σκάνδικες δέ εἰσιν ἀγρίου λαχάνου γένος.* Vid. etiam Suid. V. *Διασκανδικίσῃς. Kuft.* *Ne mihi futilia loquere, infulfa et tam nullius pretii, quam funt fcandices.* Scandix quoque in olere filueftri a Graecis ponitur *e*). Haec eft, quam Ariftophanes Euripidi poëtae obiicit iculariter, matrem eius ne olus quidem legitimum venditaffe fed fcandicem. Verba funt Plinii T. II. p. 278.

---

ratum corrumpendis verfibus faepius occafionem dedit. v. ad Ran. 771. Nub. 1371. *Br.*

d) Schol. *διευριπιδίσῃς· ἡ γὰρ μήτηρ Εὐριπίδου σκάνδικας ἐπίπρασκεν.* Hinc et in Acharn. 477 quidam ad Euripidem dicit: *σκάνδικά μοι δὸς μητρόθεν δεδεγμένος.* In Thesm. 394. *Εὐριπίδου τοῦ τῆς λαχανοπωλητρίας.* Eft autem *σκάνδιξ, εἶδος λαχάνου*, vt ait Schol. *Bergl.*

e) Scandix eft herba agreftis, quae dicitur fuiffe in vfu apud Athenn. inter edulia. Ariftophanes quum loquitur de Euripide, femper ei obiicit fcandicem, quia tanta fuit paupertas matris eius, vt ne legitimum quidem olus venderet, fed tantum fcandices. Plinius Hift. Nat. XXII, 22. [§. 58. ed. Harduin. qui ibi cf. et ad XXI, 52. vt et Theophr. H. Pl. 7, 8.] de fcandice loquitur, hunc locum citat et explicat; et vetus prouerbium de homine vili: *Saepe olitor eft opportuna locutus*, i. e. infra quem nemo vilior. Apud Perfas fcandix fuit herba, cuius fuccus tingebat nobiliffimam purpuram. *Cas.*

Respicit ad Acharn. 478. Vbicunque se offert occasio, Euripidi Comicus noster humiles natales exprobrat, oleraque agrestia, quibus vendendis mater illius victum quaerebat. V. Thesm. 456. 910. Ran. 840. *Brunck.*

20. *ἀπόκινον.* Id est, *cantilenam recessus, cantilenam in recessu haberi solitam.* Hic sensus est: cantemus aliquam cantilenam, qua recedamus a domino *f*). Veteres Graeci et Latini in omnibus suis actionibus semper adhibebant cantilenam, et praesertim Graeci in hac re luxuriarunt; quum nebant, cantabant, quum proficiscebantur, quum redibant, quum mouebant molas. De hac re Aristophanes: nec omisit *ἀπόκινον. Cas.* *ἀπόκινον* i. e. *φυγήν, ἀποχώρησιν g*). Peculiariter sic appellatur saltatio quaedam lasciua, de qua vide Meursii Orchestram in *ἀπόκινος. Br.*

21. *Μολεῖν* pro *αὐτομολεῖν, sponte sua ire:* proprie de seruis vel transfugis e bello haec vox vsurpatur. Sensus est: pronuntia vocem *μόλωμεν,* quae nihil significat, quia est pars vocis, quae erat pronuntianda, nempe *αὐτομολῶμεν:* pronuntia igitur *μόλωμεν*, et insere vocem *αὐτό* et erit *αὐτομολῶμεν aufugiamus ad hostem.* Quare autem dixit *αὐτό*? nempe vt luderet populum. Nam si statim *αὐτομολῶμεν* pronuntiasset, tunc populus intellexisset *h*). *Cas.* *Αὐτομολεῖν* est *transfugere.* Et Niciae consilium est, vt transfugiant ad hostes, sed non audet rem palam enunciare, timens ne prodatur. Itaque id machinatur, vt Demosthenes inscius dicat, quod ipse Nicias non audebat dicere: atque hac ratione efficit, quod Demosthenes paulo ante optabat, vt quum diceret: *πῶς ἂν σύ μοι λέξειας κ. τ. λ.* Nam

---

f) Ita et Francog. interpretatus est. At sensus potius est: excogita aufugiendi rationem aliquam.

g) Schol. verba (in quibus etiam est: *οἱ δὲ μέλος*) affert *Bergl.* et addit: „A *κινῶ.* In Auib. 1012. *ὑποκίνει τῆς ὁδοῦ.*"

h) Totum locum nemo satis interpretatus est, et vertendo etiam nonnulla omiserunt, inprimis verba *ὡδὶ ξυλλ.* Est *μόλωμεν* a ceteris separandum, iungendum *λέγε ξυνεχὲς* i. e. *συνεχῶς* dic continuo (in einem Athem, ohne abzusetzen), *ὡδὶ* est eo modo, quo ipse pronunciat, *ξυλλαβὼν* (quod alibi *ξυλλήβδην*) comprehendens, iunctim et celeriter pronuntians.

dum Nicias Demosthenem iubet pronunciare vocem *μόλωμεν* et *αὐτό*, easque crebro et cito ita proferre, vt vna alteram sequatur, facit vt Demosthenes dicat *αὐτομολῶμεν*. *Bergl.*

22. In ed. Kust. et Bergl. est *ἐξόπιϑέ νυν*, quod tacite mutauit Br. metri certe legibus non compulsus. *αὐτὸ* aut maiusculis litteris scribendum aut vncinulis distinguendum fuit, vt pateret ad *μόλωμεν* pertinere.

24. Obscoena haec (quasi subigens, masturbans, cf. Pac. 290.) vernaculi interpretes aut omiserunt aut eorum alium sensum expresserunt. Atticae plebi talia inprimis placuerunt.

26. s. *i*) *ἦν, οὐχ ἡδύ k*); Sic bene scriptum et distinctum in B. Vulgo non interposita distinctione *ἦν οὐχ ἡδύ*. *ἦν* hic valet *ἰδού*, vt bene exponit Scholiastes. *ἦν*, *ἠνί*. Posterius occurrit Plut. 75. Saepe aggregantur *ἦν ἰδού*, hocque modo scribendum esse existimo potius, quam *ἦν' ἰδού*, vt excudi passus sum Ran. 1390. et Pac. 1327. *Brunck.* *δέρματι*. *Corium* latine est a *κείρειν*, *tondere l*), *δέρμα pellis excoriata* a *δείρειν*: a qua voce est nostrum *Dormir*. Nam apud gentes prima fuit consuetudo, sternere pelles et illic dormire, quod alicubi notat Seruius [v. ad Aen. VII, 88.]. *Dormir*, quasi *ἐνδορμοῦσϑαι*; et fuit disciplina veterum Monachorum *pellibus indormire*, quod notat Io. Cassianus Eremita. [v. Gazaeus ad Cassiani Collat. Patr. I. extr. p. 236.] *Cas.* Obscoeni quid etiam his inesse v. 29. docet. Cf. Vuiland.

---

i) Male post *ἦν* in ed. Lips. punctum est. Iungenda enim *ἦν οὐχ ἡδύ*, si vere ita legitur.

k) *ἥδειν voluptatem afferre*, ab Hebr. voce *Hede*, quae significat *paradisum voluptatis*. [Imo hoc significant verba גַּן־־עֵדֶן, et *ἡδὺς* potius ab *ἅδω* placeo, gratus sum, ductum. v. Lennep. Etym. L. Gr. p. 250. et 516.] Notandum *ἡδονὴν* ap. Athenaeum acetum significare, quasi tu dicas, *condimentum condimentorum*: quia aceto plurimum vtuntur, qui cibos parant. Sunt etiam, qui *acetum* appellent *εἶδος*, per *ει*, quasi *speciem*. *Cas.*

l) Aut a *κόρος*, quod ducitur a *κέρειν*, secare. Index etym. voc. lat. adiectus Lennepii Etym. p. 894.

28. *Οἰωνόν.* Eſt auis rapax proprie et opponuntur *οἰωνοὶ* et aues *ἀγελαῖοι* ſ. *ἀγελαστικὰ ζῶα,* vt vocat Ariſtoteles, *animalia nata ad ſocietatem.* *Οἰωνοὺς* Graeci vocant huiusmodi aues rapaces, ab *οἶος,* *ſolus,* vnde *οἰωνός m).* Hic ponitur pro omine ſiue praeſagio rei futurae. *Cas.*

29. Vulgo ſic legitur numeris prorſus corruptis hic verſus: *ὅτιὴ τὸ δέρμα τῶν δερομένων ἀπέρχεται.* Conieceram primum: *ὅτιὴ τὸ δέρμα τὸ δερόμενον ἀπ.* Poſtmodo in B. lectionem reperi, quam exhibui: *τὸ δέρμ' ὅτιὴ τῶν δερομένων ἀπ.* Menda huius verſus interpretes latuiſſe videtur, quorum a nemine quicquam obſervatum reperio. *Brunck.*

30. *κράτιστα—νῦν.* Friſchlinus: *Optimum igitur facto eſt nobis praeſentibus.* Verus huius loci ſenſus is eſt: *Optimum igitur facto eſt nobis pro praeſenti rerum ſtatu. Kuſt.* Aeſchylus Prom. 216. *κράτιστα δή μοι τῶν παρεστώτων τότε Ἐφαίνετ' εἶναι·* *Ideo mihi tunc in illo rerum ſtatu conſultiſſimum videbatur eſſe. Bergl.*

31. *βρέτας* proprie ſimulacrum Dei ad effigiem humanam. Tertullianus et alii aiunt, veteres ſimulacra ſua effigiare per imaginem Crucis: poſtea coeperunt ad ſimilitudinem humanam formare *n).* *Cas.*

32. Sic vulgo legitur hic verſus: *ποῖον βρετέττας; ἐτεὸν ἡγεῖ γὰρ θεούς.* Lectio eſt ineptiſſima. Illud *βρετέττας* ne graeca quidem vox eſt, nec audiendus eſt fatuus Graeculus, qui eam tuetur. In membr. et C. ſcriptum, vt edidit Bern. Iunta: *ποῖον βρέτας; ἐτεὸν.* — Quum ſic toto pede defectus eſſet verſus, medelam huic malo excogitauit ſciolus aliquis, vocemque auxit ſyllaba. Ac veram lectionem eamque venuſtiſſimam, quam forte nemo coniectura aſſequutus fuiſſet, ſeruauit B. *βρέτας; ποῖον βρέτας o); ἐτ. ἡγ. γ. θ.* Iam ſaepe

---

m) Vid. Hemſterhus. in Lennep. Etym. L. Gr. p. 487. ed. ſecundae.

n) V. Tertullian. Apolog. c. 12. et 16. ibique Havercamp.

o) MS. Vatic. Palat. *Βρέτας; ποῖον βρέτας; Kuſt.* Obſervandum cum vi quadam, et ad exprimendam magnam ad-

obſeruauimus ſolemnem librariorum culpam, quum vocem bis in vno verſu poſitam ſemel tantum ſcriberent. Loca indicata ſunt plurima in nota ad Conc. 998. *Brunck.*

54. *p*) Lepidum ſane argumentum et comoedia dignum, quo Nicias probat eſſe deos. Ait enim: *oportet etique eſſe deos, quoniam illis immerito ſum inuiſus*, vel *inimicus*. Simile quid in vita Diogenis narrat Laërtius lib. 6. ſect. 42 Nimirum Diogenes a Lyſia pharmacopola interrogatus, *deosne crederet?* reſpondit: *quidni credam, cum te diis inimicum putem?* Verba Laërtii ſunt: *Λυσίου τοῦ φαρμακοπώλου πυθομένου, εἰ θεοὺς νομίζοι; πῶς δέ, εἶπεν, οὐ νομίζω, ὅπου καὶ σὲ θεοῖς ἐχθρὸν ὑπολαμβάνω;* Idem tamen dictum Laërtius in vita Ariſtippi 2, 103. Theodoro philoſopho tribuit. Illi enim cum Mythrus quidam dixiſſet: *Ἔοικας σὺ μὴ μόνον θεοὺς ἀλλὰ καὶ βασιλέας ἀγνοεῖν·* Theodorus reſpondit: *πῶς ἀγνοῶ, ὅπου γε καὶ σὲ θεοῖς ἐχθρὸν ὄντα νομίζω; quo pacto ignorem, cum te diis inimicum putem? Kuſt.*

55. *προσβιβάζεις* i. e. *πείθεις*, *παραινεῖς*. v. ad Au. 425. *q*) *Br.* Poſt hunc verſum MS. Vat. Pal. addit ſequentem:

Βούλει παραθῶ σε δόρπον; εἶτ' ἀναρπάσας
[ex 52. male repetitum]. *Kuſt.*

56. *θεαταῖσιν.* Male vulgo omiſſum *ν* paragogi-

---

mirationem *γὰρ* et quidem tertio loco poni. Sed Porſon. ad Eur. Hec. 791. (vbi form. *ἡγεῖσθαι θεοὺς* illuſtrat) laudat locum ita: *βρέτας; τὸ ποῖον ἐτεόν; ἡγεῖ γὰρ θ.* ad numerum ſane melius.

p) Hunc verſum ita diſtinguo: *ὁτιὴ θεοῖσιν ἐχθρός εἰμ'. οὐκ εἰκότως; quia nempe diis inuiſus ſum. Annon merito?* i. e. propterea puto deos eſſe, quia illis inuiſus ſum. Nonne merito puto deos eſſe? Qui credit ſe aut alium inuiſum eſſe diis, ille ponit, deos eſſe. *Bergl.*

q) *προσβιβάζειν* Atticum verbum, quaſi *adſtruere fidem dictis.* D. Paulus dixit *συμβιβάζειν*, h. e. adſtruere aliquem in aliquam ſententiam. *Caſ.* [Legitur *συμβιβάζειν* ita Act. 9, 22. nam aliis locis Pauli eſt potius coniungere. Cf. Schleusner. Lex. N. T. h. v.]

cum. v. not. ad Thefm. 450. *Brunck.* MS. Vat. Pal. poft hunc verfum inferit fequentem [e 55.]:

"Ὅτι ἂν τις ἡμῶν σκευάσῃ τῷ δεσπότῃ. *Kuft.*

37. *Οὐ χεῖρον.* Frifchlinus recte: *non abs re fuerit.* Hic enim eft fenfus huius phrafeos, cuius frequens eft apud Atticos vfus. V. Suid. *Οὐ χεῖρον. Kuft.* *παραιτεῖσθαι,* vt *deprecari,* eft, valde rogare. De verbo hoc vid. Abrefch. Lect. Ariftaen. p. 241., vbi nec hunc locum praetermifit.

39. His dictis probabile eft, fpectatores plaudendo demonftraffe, fe his verbis rebusque delectari; qua re animum fecerunt Demofthenì, vt pergeret: *λέγ.—ἤδη.* Quae deinceps fequuntur, conuerfus ad fpectatores dixit. cf. Vuil.

41. *ἀγροῖκος* eft homo *ruſticus*, cum circumflexo; cum accentu in antepenult. eft homo *difficilis moribus r)*, quem Latini voce graeca vocant *ſcaeuum*, Graec. *σκαιόν.* Item *ἄγριος* homo ferus et efferatus moribus. Apud Atticos *ἄγριος* dicitur, homo voluptatibus efferatus. *Cas.* *ὀργὴ* ab *ὀρέγω*, expeto, et proprie fignificat affectum vindictae, *iram s)*; quia ea cupiditas in hominum mentibus eft validiffima. Apud Atticos ponitur generaliter pro *τρόπος*, mores. Sic h. l. accipiendum: fed fcholiaftes dubitat, nec eft dubitandum. *Idem.* *κυαμοτρώξ.* Scribitur et per *θ* in fine *t)*, quafi *fabis vulneratus,* i. e. fententiis. Sed alia lectio melior. Eft autem *κυαμοτρώξ*, qui litibus ferendis vivit: quod eft Athenienfium proprium, qui peregrinos litibus terebant. Solebant autem Athenienfes fabis vti in fententiis pro calculis, quarum aliae albae, aliae nigrae. Vnde vetus Graecorum prouerbium: *κυάμων ἀπέχου, abſtine a fabis*, i. e. abftine a munere publico, et quod graece vulgo dicitur, *λάθε βιώσας.* *Idem.* *ἀκράχολος*, *ἄκραν χολὴν ἔχων* vel elegantius *ἄκρος χολήν*, vt *ἄκρος σοφίαν.* Latini vocant *cerebroſum v)* pro homine qui facile ira-

---

r) Vid. Ammon. de diff. vocabb. p. 3. ed. Valck. et Tho. Mag. p. 7.

s) Immo proprie vehementem appetitum, fpeciatim iram indicat. v. Lennep. Etym. p. 508. f. Hinc de ingenio, indole, moribus dicitur. v. Heringa Obfs. Crit. p. 49.

t) Nempe auctore Scholiafta vet.

v) Horat. Sat. 1, 5, 21.

ſcitur. *Idem.* *κυαμοτρὼξ* i. e. *κυάμους τρώγων,* vt eſt in Lys. 537. Scholiaſtes in iſtis duobus locis exponit: *δικαστικὸς* et *δικάζων:* quia fabis vtebantur in ferendis ſuffragiis. Deſcribit autem ingenium populi Athenienſis. *Bergl.*

ἀκράχολος. Sic bene C. vt eſt in Aldina. In membr. *ἀκρόχολος,* metro reclamante, vt edidit Bern. Iunta. In *B.* *ἀκρήχολος.* Attica forma eſt *ἀκράχολος,* ſecunda producta, vt in *θηβαγενής, νοθαγενής, ἰθαγενής.* Euſtathius ad Il. p. 1243. l. 21. *κοινότερον δὲ τοῦ κυνάμυια τὸ κυνόμυια, καὶ ἐξ ἐκείνου δοκεῖ γενέσθαι τοῦτο· καθὰ καὶ ἐκ τοῦ μεσοπόλιος ὁ μεσαπόλιος καὶ ἐκ τοῦ τιθοβώσσειν τὸ τιθαβώσσειν, ἐξ ὧν τὸ τιθαιβώσσειν καὶ ὁ μεσαιπόλιος. ἔτι δὲ καὶ καθὰ ἀκρόχολος, ἀκράχολος παρ' Ἀττικοῖς x).* Male etiam apud Suidam in *ἄγροικος*, vti hic verſus profertur, eſt *ἀκρόχολος y)* et pro *κυαμοτρὼξ* gloſſema *φιλόδικος.* *Brunck.* Iudicium quod h. l. de populi Athen. ingenio fertur, illuſtrauit aliis dictis congeſtis Io. Luzac in Not. ad Or. de Socrate ciue p. 80. ſ.

42. Loci huius meminit Dio Chryſoſt. Orat. XXXII. ad Alexandrinos p. 362. [T. l. p. 655. Reisk.] vbi ait: *τοῦτο ἐκεῖνοι (Ἀθηναῖοι) καὶ πάνυ καλῶς ἐποίουν, ὅτι τοῖς ποηταῖς ἐπέτρεπον μὴ μόνον τοὺς κατ' ἄνδρα ἐλέγχειν ἀλλὰ καὶ κοινῇ τὴν πόλιν, ἐς ὅ τι μὴ καλῶς ἔπραττον* (ſi quid peccarent). *ὥστε σὺν πολλοῖς ἑτέροις καὶ τοιαῦτα ἐν ταῖς κωμῳδίαις λέγεσθαι· Δῆμος Πυκνίτης z), δύσκολον γερόντιον, ὑπόκωφον.* Vide etiam Suidam V. *Πυκνὶ* vbi itidem legitur *Πυκνιτης a)* quod dictum eſt pro *Πνυκίτης b)*

---

x) Cf. Schaefer. ad Greg. Cor. p. 294. 551. ſ.

y) Eadem forma eſt quoque ap. Zonar. Lex. T. I. p. 101. et 111.

z) Ed. Reisk. habet *Πνυκίτης*.

a) *Πνυκίτης.* Ita edd. Iunt. et Farrei, non *Πυκνίτης.* *Bergl.*

b) Populus Pnycites, i. e. Athenienſis, qui conuenit in Pnycem, iudiciorum et ſuffragiorum de magiſtratibus eligendis gratia. Quia tamen hic poëta non apertis verbis, ſed per aenigmata populum deſignat, forte conuenientius fuerit: *δῆμον Πυκνίτης.* Meurſius de Popul. Athen. T. IV. Theſ. Ant. Gr. V. *Πνὺξ* legit, *Δῆμος, Πυκνίτης,* diuiſim, vt *Δῆμος* ibi dicatur pro nomine proprio, quod non ab-

(a πνὺξ, πυκνός) vt habet MS. Vat. Pal. *Kuſt.* Πυκνίτης recte ſcriptum in B. C. vt Bern. Iunta edidit. Perperam in membr. vt in Ald. Πυκνίτης. V. not ad Theſm. 658. Δῆμος hic accipitur pro nomine proprio viri et Πυκνίτης pro gentili, tamquam ſi Πνὺξ pagus eſſet: *Demus Pnycenſis. Brunck.* Ita enim conſtat apud Athenienſes nominibus propriis addita eſſe nomina pagorum ſ. populorum, vnde quis oriundus eſſet, nonnunquam etiam tribus nomina. v. Sturz. Prolus. ſecuncunda de nominibus Graecorum (Gerae. 1800.) p. 5. ſ. Biagi de decr. Athenn. p. 175. ſs.

δύσκολον. Proprie δύσκολος *homo moroſus circa cibum*, vt loquitur Suet. in Iulio c). κόλος *cibus*: δύσκολος cui difficulter cibus gratus inuenitur. Generaliter pro *moroſo.* Improprie Plutarchus accepit in Iulio [c. 13. extr.]. *Cas.*

43. τῇ προτέρᾳ νουμηνίᾳ. Initio menſis fiebat mercatus Athenis. In Veſp. 169. ἀποδόσθαι βούλομαι τὸν

ſurdum eſt. Nec facile quidquam in lectione mutauerim, quum etiam ap. Dion. Chryſoſt. loco a Kuſt. laudato legatur δῆμος, nec non apud Suidam. Tangit autem h. l. etiam Stephanus in Πνὺξ et Vales. ad Harpocr. p. 64. Confirmat ſententiam Meurſii Pollux qui VIII, 133. ἀφ' ἧς (Πυκνός) τὸν τοῦ δήμου θόρυβον πυκνίτην φασὶν οἱ Κωμικοί. Nam ſi θόρυβος populi dicitur πυκνίτης, vtique non ipſe populus. Itaque ex ipſius ſententia videtur πυκνίτης hic eſſe θορυβώδης. Ruhnius non recte ibi putat, apud Comicum legi πυκνίτης. *Duck.* Athenis fuerunt loca certa certis iudiciis et populi conuentibus deſtinata. Fuit in his Pnyx, locus vt videtur non nimium capax et ſic vocatus a preſſura, quam patiebantur qui conueniebant maiore numero *): paſſim Ariſtophanes, Pauſanias, aliique meminerunt. Hic igitur Πυκνίτης poſitum pro Πυκνίτης, ſic paulo poſt genitiuus habetur Πυκνὸς pro Πυκνός **). In multis edd. correctus hic locus, ſed non eſſe corrigendum euincunt, quae de transpoſitione literarum κ, ν, notat Scholiaſtes ſupra. *Cas.* Pnyx locus fuit Athenis prope arcem, legitimae concioni habendae deſtinatus. v. Petitus Leg Att. p. 378. Weſs. Potter. Arch. Gr. I. p. 190. ex verſ. Ramb.

*) A πυκνοῦσθαι, v. Harpocr. p. 292. ſ. Photius p. 321.

**) E vulg. ſcriptura. De ea metatheſi cf. Ruhnken. ad Timaeum p. 219.

c) Circa corporis curam moroſior. Suet. Iul. 45.

ὅτον ἄγων αὐτοῖσι τοῖς κανθηλίοις· νουμηνία γάρ ἐστι. Vbi Scholia: *ἔθος ἦν Ἀθήνησιν, ἐν νουμηνίᾳ πιπράσκειν. Bergl.* *Νουμηνία* quasi *νεομηνία* i. e. *noua luna.* Olim menses incipiebant prima lunae *φάσει* [v. Ideler Hist. Versuch. üb. die astron Beob. der Alten p. 176. et 185.]: ideo *μήνη lunam* et *mensem* significat. Quum igitur *noua luna* incipiebat apparere, erat *νουμηνία* et erant *Calendae.* Calendis Romanorum et *νουμηνίαις* Graecorum celebrantur conciones, initiationes: propterea Cleon dicitur hic emtus in *νουμηνίᾳ.* Vox *Almanach* ab hac voce venit. Inde *μανιακός,* liber continens descriptionem mensis calaris; et *Almenichinum,* quae vox exstat apud Porphyrium. Hebraice *mana* est *numerare. Cas.*

44. *δέψειν* est, manibus tangendo mollire. Dicitur propria vox coriariorum, qui coria ad lentitudinem componunt [v. Herod. 4, 64. Hom. Od. 12, 248.]. *Βύρσα corium.* Carthago hoc nomine appellata *d*), quae condita a Poenis; sic dicta quasi Bisra, quod significat locum natura munitum. *Cas.* Cleon coriarii fuit filius et ipse coria tractauit. Paphlago dicitur, quia serui e Paphlagonia orti inprimis male audiuerunt. *Vuil.*

46. *καταγνοὺς* i. e. *καταμαθών.* Vel abundat praepositio vel simplicis significationem intendit *e*). Sic Aeschylus Eumen. 576. *καὶ τῶνδ' ὅπως ἂν εὖ καταγνωσθῇ δίκη, et vt horvm accurate probeque cognoscatur causa.* Ad quem locum vide quae Abresclnius obseruauit L. III. p. 85. *Brunck.*

48. *αἰκάλλειν* proprie dicitur de gallo gallinaceo, qui paleare suum motitat, siue caruncluas quas habet

---

d) Imo arx Carthaginis. V. quae de hoc nomine dicta a me sunt in Enchir. Hist. vniu. T. I. P. I. p. 778.

e) Scholiastes ait in hac voce vacare *κατά:* sed dissentimus, quia de re improba vsus est praepositione. Sic accepit hoc verbum Iulianus Apostata, qui de libro Psalmorum ad se misso nihil aliud respondit: *ἔγνων, ἀνέγνων, κατέγνων legi, iudicaui, damnaui. Cas.* De vtroque verbi significatu (pro simpl. *γιγνώσκειν,* et vt sit vitio vertere, imputare, damnare) v. Irmisch. ad Herod. I, 6, 15. T. I. p. 212. et Sturz. Lex. Xen. T. II. p. 673. H. l. vel e seqq. patet esse, animaduertere, cognoscere.

ſub collo, quae vocantur *κάλλαια f*). De canibus dicitur, qui auribus et cauda adulantur. *Cas.*

49. *κοσκυλματίοις*. *Fruſta lignea*, quae decutiuntur, ſiue *quisquiliae* Latine. Graece *κοσκύλματα* ſunt praeſegmina ſiue extremitates calcei, quae decerpuntur. *Cas.* Quia Cleo erat orator, debebat Comicus de eo dixiſſe; quod Populi fauorem ſibi conciliauerit *λογαρίοις αἱμύλοις*, vt loquitur Schol., i. e. *verbulis blandis*. Sed quia idem erat et coriarius, dicit eum *fruſtulis coriorum* demeruiſſe Populum. *Bergl.* Suidas: *κοσκυλμάτια, τῶν βυρσῶν σμικρότατα περικόμματα.* Dixit autem Comicus *ἐξηπ. κοσκ. ἄκροις* ad Cleonis irriſionem, cui perpetuo ſordidam artem obiicit, quam exercuerat, antequam ad rempublicam acceſſiſſet: et hoc praeter exſpectationem eſt. Nam conſentaneum erat, vt obſeruat Schol., dicere *ἐξηπάτα λογαρίοις αἱμύλοις*. *Brunck.*

50. *Δῆμε g*). Eſt ſenex decrepitus, qui exprimit mores Populi. *Deme, i laua te.* Et hic *λοῦσαι* refertur ad vſum balneorum: primum abi, ibi fer ſuffragium, damna aliquem; et hic eſt ſenſus. *Cas.*

μίαν. Supple *δίκην*. Verba cognatae ſignificationis facile ſubaudienda relinquuntur. Sic *πλήττειν δέκα* ſcil. *πληγάς*. *Cas.* Scholiaſtes ellipſin eſſe dicit vocis *ἡμέραν*. In Veſp. 539. *πρώτιστα μίαν δικάσαντας*. Ibi Scholiaſtes ſubintellexit voc. *δίκην*, quod rectius puto *h*). *Bergl.*

51. *Ἔνθου i*), *ῥόφησον*. Loci huius meminit Ety-

---

f) Longe aliam etymologiam ſequitur Lennep. Etym. p. 55. ſ. (non improbante Scheidio) derivans a *κάλλος*, vt *ἀκάλλειν* et *αἰκάλλειν* ſit, *valde pulcrum facere*, *valde ornare*, hinc *aſſentari*. Cf. Zonar. T. I. p. 91. et 983. et Schweighäus. ad Polyb. 5, 36, 1.

g) Hic quoque ſcribendum videtur *Δῆμε* et vertendum *Deme*, ſi Meurſium ſequimur. v. ad 42. *Duck.*

h) Supple *δίκην*, cognatum verbo ſubſtantiuum: non, vt Scholiaſtae placet, *ἡμέραν*. *ἐκδικάσας* autem nihil hic magis notat, quam ſimplex *δικάσας*. Veſp. 594. *Brunck.* De ea ellipſi voc. *δίκη* v. Bos de Ellipſi gr. p. 109. ed. Schäf.

i) *Ἔνθεσις* graece, *un morceau*, quantum ſemel ori inditur. *Cas.*

mologus V. *Θώραξ* et Plutarchus de Amore prolis ſub ſinem [T. VII. p. 934. Reisk.], ſed vbi in verſu praecedenti male legitur: *ᾠδῇ μέλουσαι* pro, *ὦ δῆμε λοῦσαι*. *Kuſt.* Correxit Wyttenb. T. II. P. II. p. 1021.

ἔντραγε. Veſp. 608. *φάγε τουτί, ἔντραγε τουτί*. *Bergl.*

τιώβολον. Nempe *τὸν δικαστικὸν μισθόν* k). Sch. *Bergl.*

55. *μάζαν* vertunt *placentam*. Sciendum veteres pane non vſos fuiſſe. *Μάζα* eſt, quae in vſus repentinos parabatur ex farina hordeacea. In Pluto diuitibus tribuitur *κλίνη*, pauperibus *στιβάς*; diuitibus *ἱμάτιον*, pauperibus *ῥάκος*; item diuitibus *tapes*, pauperibus *φορμός*; diuitibus *ἄρτος*, aliis *μάζα* [541. ff. cf. ad Plut. 192.]; et ſolebat ex farina hordeacea fieri vt plurimum, et Graeci hac viuebant. *Cas.* Haec allegorice dicuntur; quomodo res geſta ſit, dixi in principio Notarum ad hanc Comoediam. Feſtiue autem *μάζαν μεμαχότος* dixit, pro *μάχην μεμαχηκότος*. *Bergl.* Innuit negotium in Pyli obſidione transactum, quod euenit aeſtate anni 7. belli Pelop., vt Thucyd. lib. IV. [c. 3. et 14. ſqq.]. Eo autem anno Stratocles archon factus fuerat. Quod igitur dicit *πρώην*, h. e. *nuper*, optime conuenit. Nam Lenaea feſtum, quo prodiit hoc drama, hyeme in fine menſis Poſideonis, qui et Lenaeus dicebatur, celebrabatur. Pyli vero obſidio et Laconum in inſula Sphacteria interceptio l) ſeptem menſes circiter prius facta

k) Athenienſium iudices, quum eſſent numero plurimi, vt quingenti, mercedem iudicii accipiebant *τριώβολον*, quae tenuiſſima mercedula eſt. Et ideo in argumentum *μικρολογίας* plebis Athenienſium poëtae ſolent afferre mercedem trioboli: et ita hic: ſcio te valde delectari triobolo; accipe. Obolus proprie eſt cuſpis parua: talis erat pecunia apud Graecos; ſed et apud Lacedaemonios. Teſtatur et nomen *δρᾶγμα* [*δραχμή*]: nam ſignificat, quantum palma capere poteſt huiusmodi obolorum. Apud Athenienſes erant pecuniae aereae: apud antiquiſſimos Athenn. et Lacedd. pro pecunia erant virgulae, quod nomen *ὀβελὸς* ſignificat: nam eſt *veru*. *Cas.* Tres oboli dimidiam efficiunt drachmam, h. e. fere 2 gl. 6 pf. De numero iudicum v. Matthiae Prol. de iudiciis Athenn. T. I. Miſcell. philol. p. 251. de mercede Petit. Leg. Att. p. 411. et quae ad Nub. 865. dicta ſunt.

l) In Graecia multa erant loca quae *Pylae* vel *Pyli* appellantur. Et in Peloponneſo docemur tres vrbes fuiſſe vocatas *Pylos*, a quarum vna Neſtor dictus Pylius. [v. meum

fuerat. Ex hoc igitur loco firmatur sententia Scholiastae supra notata de tempore didascaliae huius fabulae. *Palmer.* [Exercc. p. 724.]

56. Infra 773. dicit aduersarius Cleonis, ad Populum de isto facinore: *ἁρπάζων γὰρ τοὺς ἄρτους σοὶ τοὺς ἀλλοτρίους παραθήσω.* Quod ille etiam facit postea; nam Cleoni leporinas carnes surripit et populi personae offert, quas ipse Cleo erat oblaturus. Vbi quum dixisset Cleo 1195. *αἰκῶς γε τὰ 'μ' ὑφήρπασας,* alter respondet: *νὴ τὸν Ποσειδῶ· καὶ σὺ γὰρ τοὺς ἐκ Πύλου. Bergl.*

59. Debebat dixisse *μυρσίνην, myrtum;* nam myrti ramos in conuiuiis habebant; sed quia Cleo erat *βυρσοδέψης,* fingit similem vocem a *βύρσα corium,* et dicit eum *βυρσίνην* habentem adstare Populo coenanti. Quod et Scholiastes animaduertit *m*). Etiam infra lepidissime ludit in his vocibus; vbi, quum aduersarius Cleonis vellet dicere, auum Cleonis fuisse vnum ex satellitibus *Myrrhinae,* quae erat Hippiae tyranni vxor; sic loquitur v. 446. *τὸν πάππον — τῶν δορυφόρων τῶν βυρσίνης τῆς Ἱππίου. Bergl.* Salsus iocus. *μυρσίνην, myrti ramum* exspectasses: sed de coriario loquens *βυρσίνην,* vocem a *βύρσα* fictam, dixit. In conuiuiis famuli frondosis ramis muscas a mensa abigebant. Ad

---

Enchir. Hist. vniu. T. I. P. I. p. 869.] Athenienses inter alias expeditiones vnam fecerunt in Peloponnesum: Pylus capta est a Nicia, duce Athenn., et Lacedaemonii fugerunt ad insulam *Sphagiam* [Sphacteriam]; quae illis fuit ominosa (nam *σφαγὴ* est *iugulus*) et Athenas capti deducti sunt. Quum autem nuncius aduenisset Athenas, vt milites adducerent ad capiendam hanc insulam, tunc surrexit Cleon et precatus est populum, vt sibi milites daret, pollicitus se Sphagiam intra 20. dies capturum: in qua re fortuna eum iuuit. Nam omnes captiuos Athenas deduxit, et inde magnum lucrum reportauit. Et hanc historiam hoc loco intelligit Aristophanes. Scholiastes autem confundit Pylam et Pylum. *Cas.*

m) Mos conuiuantium vt haberent ramos myrteos ad abigendas muscas: apud alios ex pretiosissimis solita flabella componi. Hic dicitur esse coriaceum flabellum, vbi nihil erat elegantiae; sed hoc facit ad contemtum Cleonis. Erat huic ministerio, quod vocatur a flabellis, affine ministerium eorum, qui vocantur a Graecis *σκιαδοφόροι. Cas.*

hunc morem respiciens Comicus scutica Cleonem armatum rhetores ait abigere, innuens eum aegre pati, si quis alius rhetor ad populum verba facere velit. *Brunck.*

60. Menander ap. Athen. XI. p. 486. [Philadelph. Fragm. 2. p. 191. Cler.] *Πέρσαι δ' ἔχοντες μυιοσόβας ἑστήκεσαν. τοὺς ῥήτορας n)* pro *μυίας,* vt et Schol. notavit. In Vesp. 595. Chorus Iudicum dicit: *αὐτὸς ὁ Κλέων — καὶ τὰς μυίας ἀπαμύνει. Bergl.* *ἀποσοβεῖ.* Gall. *il fait le brave.* De fastuosis, qui incedunt cum pompa, cum magno numero seruorum, Graeci dicunt *σοβεῖν δι' ἀγορᾶς. σοβεῖν* est etiam *muscas abigere,* vnde *μυιόσοβις* instrumentum ad abigendas muscas. *Cas.*

61. Confer Suidam V. *Σιβυλλιᾷ,* qui plura habet quam Schol. noster. *Kust.* *σιβυλλιᾷν* proprie *cupere oracula Sibyllina.* Vox est Laconica *Σίβυλλα.* Lacones pro *θεὸς* dicebant *σιός o),* pro *βουλή, βυλή.* Inde *Sibylla,* prophetissa, Dei voluntatem declarans. Hic accipitur *σιβυλλιᾷν* generaliter pro, versari circa oracula. *Cas.* Scholiastes: *χρησμῶν ἐρᾷ καὶ ἐπιθυμεῖ.* Est verborum quaedam species in *αω,* desiderium consignificantium, vt *στρατηγιῶν ducatum ambiens,* ap. Xenoph. Lib. VII. Anab. [1, 33. vbi cf. Schneid. not.] et *μαθητιῶ* ap. Comicum Nub. 183. vbi v. Not. *p). Bergl.* *χρησμῶν ἐρᾷ, χρησμοὺς φαντάζεται, μαντικῶς ἔχει.* Plures vide apud Suidam expositiones *q),* e quibus illae potiores sunt. *Brunck.*

Soph. Philoct. 1193. φονάω.

---

n) Multi quaesierunt, quinam essent Athenis *δημαγωγοὶ* et *ῥήτορες* et iidem sunt, qui hodie dicuntur Senatores, quasi qui flectunt populum, quo volunt. *Ῥήτωρ* Athenis *un homme d' état. Casaub.*

o) Etiam *σεός.* V. Intpp. Greg. Cor. p. 300. ed. Schäf. Sed est etiam alia voc. *Σίβυλλα* etymologia proposita a Salmasio. v. Scheid. ad Lennep. Etym. p. 654. s.

p) Plura huiusmodi verba voluntatiua collegit Fischer. Anim. ad Weller. III, 1. p. 9. s.

q) Brodaeus I. Miscell. 33. scribit, errare eos, qui exponunt *vaticinari ac diuinare:* quum sit *more senum delirare.* Suidas h. v. Scholiastem descripsit et praeterea quaedam addit. *Duck.* Alius vsus est v. *σιβυλλαίνειν* (i. e. *ἐνθεάζειν*), de quo v. Tittmann. ad Zon. II. p. 1648.

62. *μεμακκοκότα.* Verbum comicum. Pro ἀκούειν veteres dicebant κοεῖν r). Ab hoc nomine eſt *Μακώ*, nomen deae monſtroſae, quae terrebat pueros. Inde *μακκοᾷν* *ſtultum eſſe, nihil audire. Cas.* Suidas: *τὰ τῆς Μακκοῦς φρονοῦντα. Μακκὼ γὰρ καὶ Λαμὼ ἐγένοντο ἐνεαὶ, τουτέστι βαρέως νοοῦσαι.* Heſych. *μακκοᾷν* (male vulgo *μακοᾷν*) *παραφρονεῖν.* Ad quam gloſſam vide interpretes. Infra 396. *μακκοᾷ καθήμενον*, vbi exponitur *ἀνοηταίνει, ἐνεόν ἐστιν.* Vide ad v. 198. *Brunck.* Senſus igitur eſt: vbi eum videt *ſtupidum.*

63. *τέχνην πεποίηται* male ap. Bergl. et Br. verſum eſt: *opus aggreditur.* Valet: arte, calliditate vtitur, fraudes comminiſcitur. Bene Francogallus: le Paphlagonien met en oeuvre toutes ſes fourberies. *ψευδῆ διαβάλλειν* eſt *falſis criminibus accuſare,* et *δωροδοκεῖν* *captare dona.*

66. *λέγων ταδί* [vt Br. ed.]. Vulgo *τάδε.* Illud magis Atticum eſt et hiatum lenit. *Brunck.*

67. De huius loci ſententia diſputat Hartungus Thes. Grut. T. II. p. 684. Puto eſſe fictum nomen ſervi. *Duck.* In Pac. 643. *οἱ δὲ τὰς πληγὰς ὁρῶντες ἃς ἔτυπτον, οἱ ξένοι, χρυσίῳ τῶν ταῦτα ποιούντων ἔβυουν τὸ στόμα. Bergl.*

68. Soloece vulgo *ἀναπείσητ'.* Inuitis codd. illam mendam ſuſtuleram: poſtea in C. ſinceram reperi, quam repoſueram, lectionem *ἀναπείσετ'* s). V. not. ad Veſp. 190. 457. *τήμερον* adfirmant membr. Vulgo, contra Comici vſum, *σήμερον.* v. Pierſon. ad Moer. p. 464. *Brunck.*

---

r) Immo pro *νοεῖν.* Cf. Etym. M. h. v. et Zonaras Lex. T. II. p. 1336.

s) Hanc lectionem, in Schol. quoque repertam, probat etiam Wakefield. Silu. Crit. IV. p 40. ſ. vbi docet, *πείθειν, ἀναπείθειν* eſſe, muneribus aliquem placare. Diſcrimen vtriusque ſtructurae declarauit nuper Hermann. ad Viger. Append. ed. ſecundae p. 902. Nam *εἰ ἀναπείσετ'* eſt: ſi muneribus me placabitis, quod futurum eſſe praeuidet, *εἰ ἀναπείσητ'* ſi placaueritis, quod vtrum euenturum ſit, neſcit. Illud h. l. ſententia poſtulat. Cf. Matthiae Gr. gr. p. 745. Praeterea rectius tribrachys quam dactylus anapaeſtum ſequitur.

69. f. In Lyfiftr. 443. ἐπιχεσεῖ πατούμενος. *Bergl.* Senfus eft, expreffus plebeiis verbis: conculcati (contumeliofiffime habiti) multo maiores damus poenas.

71. ἀνύσαντες φροντίσωμεν non eft, *ftudiofe* aut *diligenter* (vt fere redditur) *cogitemus*, fed *quam primum, celeriter, nulla mora interpofita.*

72. Vulgo νώ, manifefta menda. νῷν repofueram, quod poftmodum reperi in C., vbi tamen minus accurate fcriptum νών. Emendationem a Pierfono ad Moer. p. 265. praeceptam fuiffe nunc primum comperio. In membr. hic et fequens verfus in textus ferie omiffi fuere librarii ofcitantia, qui eos in margine repofuit fcripfitque νῦν pro νῷν. *Brunck.* Euripides Med. 376. πολλὰς δ' ἔχουσα θανασίμους αὐτοῖς ὁδοὺς Οὐκ οἶδ' ὁποίᾳ πρῶτον ἐγχειρῶ. Deinde v. 384. κράτιστα τὴν εὐθεῖαν, ᾗ πεφύκαμεν σοφαὶ μάλιστα, φαρμάκοις κτανεῖν. *Bergl.*

73. μόλωμεν pro αὐτομολῶμεν. Refpicit ad v. 20. fqq. *Bergl.* ὦ 'γαθέ. Phrafis Attica, quum aliquem fuo nomine non appellamus. Sic dominus nofter, quum Iudam compellauit, dixit ἑταῖρε [Matth. XXVI, 50.]. *Cas.*

74. Verfum hunc et quatuor fequentes adducit Suidas V. Αὐτόχρημα. *Kuft.* Infra 857. ipfe Cleo dicit: καί μ' οὐδὲν λέληθεν ἐν τῇ πόλει συνιστάμενον. *Bergl.*

76. ἐκκλησία *concio.* ἐκκαλεῖν *vocare extra.* Athenis vocatur ἐκκλησία locus concionis, concio ipfa; quafi quo homines ex aedibus vocati venirent. Ex hac origine *ecclefia:* quamquam alii dicant dictam ecclefiam ἀπὸ τοῦ ἐκκλίνειν, a diffugiendis vitiis. *Cas.*

77. διαβαίνειν apud Graecos eft *crura diuaricare* vel ad ingrediendum vel ad gradum firmandum. Hic pofteriore fenfu vocem illam potius acceperim fecus ac Frifchlinus, qui vertit: *Cum tam latis ingrediatur paffibus.* Vertendum potius erat: *cum tam late diductis ftet cruribus t).* Apud Homerum Il. μ. [458. vbi cfr. Heyn. in ed. min.] Hector ingens faxum iaculatur εὖ διαβὰς, i. e. *diuaricatis pedibus ad fir-*

---

t) *διαβαίνειν cruribus diuaricatis effe;* et *varica,* homo *cruribus diuaricatis. Cas.*

mandum gradum. Eustathius ad illum locum: *διαβὰς, διαστήσας τὰ σκέλη, τουτέστι τὴν βάσιν πρὸς ἀντέρεισιν.* Deinde subiicit hunc ipsum locum Comici nostri. Τῷ *διαβαίνειν* oppositum est *τὸ συμβαίνειν,* i. e. *stare pedibus iunctis;* in qua voce interpretanda saepius lapsi sunt veterum scriptorum interpretes, vt ostendimus iam ante ad Suidam V. *Δαιδάλου ποιήματα. Kust.*

78. *Ἐν Χάοσιν v*) si vertas: *in Chaonibus,* non assequeris vim verborum graecorum; alludit enim Comicus ad verbum *χαίνω, hio,* quasi podex hiaret tam valde diductis cruribus. Sic *ἐν Αἰτωλοῖς* respicit ad *αἰτεῖν petere x*); hinc non inepte Frischlinus vertit: *Petiliae.* Est autem Petilia nomen vrbis Virgilio memoratae *y*). *Bergl.* Allusio ad v. *χαίνω,* quia sic diuaricatis cruribus podex hiat. In Vesp. 1493. *πλήσσει Φρύνιχος ὥς τις ἀλέκτωρ, σκέλος οὐρανιόν γ' ἐκλακτίζων. πρωκτὸς χάσκει.* Forte etiam his verbis Cleonem vt impudicum traducere voluit Comicus. *Brunck.*

79. Loci huius meminit Plutarchus; verus eruditionis antiquae thesaurus, *ἐν τῷ περὶ πολυπραγμοσύνης* p. 517. A. [c. 4. T. III. P. I. p. 82. ed. Wyttenb.] vbi inquit: *καὶ καθάπερ τοῦ κωμῳδουμένου Κλέωνος· τὼ χεῖρ' ἐν Αἰτωλοῖς, ὁ δὲ νοῦς ἐν Κλωπιδῶν· οὕτω τοῦ πολυπράγμονος ὁ νοῦς ἅμα ἐν πλουσίων οἴκοις, ἐν δωματίοις πενήτων* etc. Meminit item Eustathius ad Il. ξ, p. 1764. ed. Rom. *Κἀντεῦθεν καὶ ὁ Κωμικὸς ὠφέληται εἰπεῖν· Τὼ μὲν χεῖρ' ἐν Αἰτωλοῖς, ὁ δὲ νοῦς ἐν Κρωπιδῶν· εἶτα κατὰ παραγραμματισμὸν Κλωπιδῶν, ἵνα σκωπτικῶς δηλώσῃ τὸν ταῖς χερσὶ μὲν αἰτοῦντα, τῷ δὲ νῷ κλέπτοντα. Kust.* Allusio ad verbum *αἰτεῖν.* Similis iocus est in Marci Argentarii epigrammate *z*):

---

v) A *χάω* i. e. *hio.* Et *χαίνειν* dicitur de leone. Inde voluerunt Graeci dici *Χάονες,* quasi hiantes, quod ineptum est. Sed Chaones sunt populi Thraciae, qui sunt siti in triangulo. Vnde ludit hic Cleonem sedere super Chaones, quia homo cruribus diuaricatis possit sic sedere. *Cas.*

x) Idem admonuit Casaub.

y) In Virg. Aen. III, 402. legitur *Petelia* e cod. Medic. et numis. Fuit ea in Bruttiis supra Crotonem sita.

z) T. II. Analect. Brunck p. 267. ep. 5 s. Iacobs Anth. II. p. 243. ad q. l. vid. Iacobs. Anim. Vol. II. P. II. p. 280.

Ἀντιγόνη, Σικελὴ πάρος ἦσθά μοι· ὡς δ' ἐγενήθης Αἰτωλή, κἀγὼ Μῆδος ἰδοὺ γέγονα. *Brunck*

ὁ δὲ νοῦς, ἐν Κ. Vulgo minus concinne: *ὁ νοῦς δ' ἐν* — Subauditur *δήμῳ*. Pagus erat Atticae *Κρωπία* dictus, gentile *Κρωπίδης*, cuius ad imitationem Comicus finxit nomen *Κλωπίδαι*, tanquam a *Κλωπία a*). Alludit autem ad *κλώψ, κλέπτης*, innuitque Cleonis furacitatem. E fictis pagorum nominibus faepe iocum petit. Vide not. ad Au. 1126. Huius loci meminit Eustathius ad Odyfs. p. 1764. l. 30. *μήποτε δὲ καὶ εὐφυῶς καὶ ἀστείως τὸ τοιοῦτον ἐθνικόν, ὁ Αἰτωλός, ἐπελέγη ἐκ τῶν ἄλλων ἐθνῶν τῷ ποιητῇ, ἵνα τὸν ἐπαίτην δηλώσῃ. κἀντεῦθεν καὶ ὁ Κωμικός, εἴτε καὶ ἄλλως ἡ παροιμία, ὠφέληται εἰπεῖν· Τὼ μὲν χεῖρ' ἐν Αἰτωλοῖς, ὁ δὲ νοῦς ἐν Κρωπιδῶν· ἵνα σκωπτικῶς δηλώσῃ τὸν ταῖς χερσὶ μὲν αἰτοῦντα καὶ οἱονεὶ καὶ αὐτὸν λαλοῦντα· Ἔμβαλε κυλλῇ·* (1083) *τῷ δὲ νῷ κλέπτοντα. ὅτι δὲ οἱ παλαιοὶ καὶ κατὰ παραγραμματισμὸν τραυλισμοῦ ἐκωμῴδουν, δηλοῖ μὲν καὶ τὸ Κλωπιδῶν. Κρωπιδῶν γὰρ ὤφειλεν εἶναι ὡς ἀπὸ γένους ἢ τόπου. δηλοῖ δὲ παρὰ τῷ αὐτῷ Κωμικῷ καὶ τὸ Ὁλᾷς; Θέωλος τὴν κεφαλὴν κόλακος ἔχει.* Vefparum verfus eft 45., in quo mirum acumen captat Eustathius, *ὁλᾷς* pofitum pro *ὁρᾷς* interpretando per *ὁ λίθος*. *Brunck.* Pro *ἐν Κρωπιδῶν*. Subauditur autem *τῷ δήμῳ*. Erat pagus Atticus *Κρωπία*,

---

a) Clopidae fuit demus agri Attici. Diuidebatur Attica in vrbem et *δήμους* i. e. pagos qui proprie *δῆμοι* dicuntur. Inter hos demos f. pagos fuit pagus, qui vocabatur *Κρωπίδαι* vel *Cropidae*. Poëta vt alluderet ad vocem *κλέπτειν*, dicit *Κλωπιδῶν*. Fuit autem probri loco manum porrigere ad accipiendum, quod notat Ammianus, qui dicit manu ignominiofum fuiffe accipere aliquid et dicit finum porrigendum effe [cf. intpp. ad 16, 5, 11.] Obferuauimus apud Suetonium [ad Octau. c. 91. T. III. p. 454 f. ed. Wolf.], cur Auguftus quotannis manum cauam porrigeret: et hoc faciebat, vt placaret deos fcil. fe eximendo ex numero Magnatum. *ἐν Κλωπιδῶν* autem hic eft phrafis Attica, pro *ἐν δήμῳ Κρωπιδῶν*: vt dici poffit: *Δημοσθένης Ἀθηναῖος ἐκ Κρωπιδῶν*, non *Κρωπιδαῖος*. *Cas.* De hac ellipfi v *δῆμος* cf. Schaefer. ad L. Bos libr. p. 100. Caeterum notiffimus eft *Io. Meurfii* Liber de populis f. pagis Atticae, repetitus in Gronouii Thef. Antiqq. Grr. T. IV. quocum comparandae funt Antiquitates Athenarum a Stuarto etc. delineatae et illuftratae Tomo III. p. XVII. fs.

teſte Steph. Byz. *b*). Comicus quaſi balbutiens literam ρ in λ mutauit, alludens ad vocem *κλὼψ fur*, ad indicandam furacitatem Cleonis. v. ad v. 205 Liceat autem in latino etiam ſermone ſingere vocem *Clepidae* a *clepo*. *Bergl.*

80. Verſum hunc et quatuor ſequentes citat Suidas V. *Νῷϊν*. *Kuſt.* Sic Eurip. Med. 401. *c*) *κατθανεῖν ἔδοξέ μοι κράτιστον*. Idem in Hel. 305. *θανεῖν κράτιστον· πῶς θάνοιμ' ἂν οὖν καλῶς; Bergl.*

81. *ὅπως ἂν ἀποθάνοιμεν* optime membr., vt edidit etiam Bern. Iunta. *ἂν* hic potentiale eſt et cum optatiuo conſtrui debet. Perperam vulgo *ἀποθάνωμεν*. *Sed vide, quonam modo mori poſſimus quam maxime viriliter. Brunck.* Eurip. Iph. Taur. 321. *ἀλλ' ὅπως θανούμεθα κάλλιστα. Bergl.*

82. *πῶς δ.* — Verſus hic deeſt in MS. Palat. Vatic. *Kuſt.*

83. Locum hunc absque nomine auctoris adducit Athenaeus Lib. 3. c. 33. in fine [p. 122. Cas. ſ. T. I. p. 471. Schw.]: *βέλτιον δ' ἦν μοι αἷμα ταύρειον πιεῖν· ὁ Θεμιστοκλέους γὰρ θάνατος αἱρετώτερος, ἢ εἰς σὲ ἐμπεσεῖν.* Quod autem ad rem ipſam attinet, quidam famam de epoto a Themiſtocle ſanguine taurino *d*) et conſecuta inde morte eius, vt fabulam explodunt; idque ideo potiſſimum, quod Thucydides, auctor grauiſſimus, vbi de Themiſtoclis morte agit, nullam eius rei mentionem fecerit. Hanc in rem inſignis occurrit locus apud Cicer. de Clar. Orat. ad M. Brut. n. 43. ed. Gronou. [c. 11.] vbi ſummus ille oratorum inquit: *Nam quem* (Themiſtoclem puta) *Thucydides qui et Athenienſis erat, et ſummo loco natus ſummusque vir, et paulo aetate poſterior, tantum mortuum ſcripſit et in Atti-*

---

b) Et quidem tribus Leontidis. v. Steph. p. 483. ed. Berk.

c) Imo Hipp. 401. vbi cfrr. intpp.

d) Inter venena ponitur ſanguis taurinus, non ſua natura, ſi modice adhibeatur. Apud veteres vſitatum hoc genus mortis fuit eorum, qui ſibi mortem conſciſcerent, epoto ſanguine taurino mori. *Cas.*

ca clam humatum e), addidit, fuiſſe ſuſpicionem, veneno ſibi conſciuiſſe mortem: hunc iſti (rhetores) *aiunt, quum taurum immolaſſet, excepiſſe ſanguinem patera et eo poto mortuum concidiſſe. Hanc enim mortem rhetorice et tragice ornare potuerunt: illa mors vulgaris nullam praebebat materiam ad ornatum.* Vide etiam Corn. Nep. in Themiſt. c. vlt. qui in narranda Themiſtoclis morte ſimpliciter Thucydidem auctorem ſequitur, neque taurini ſanguinis vllam item mentionem facit. Neque ad argumenti huius vim eludendam recte quisquam oppoſuerit auctoritatem Ariſtophanis, quippe qui haec de Themiſtocle narrat vt Comicus, a quo nemo accuratam fidem hiſtoricam iure exigere queat. Cum enim Comicis quaeuis riſus gratia fingere liceat; quidni eisdem fas ſit, ex rumoribus inter populum ſparſis, ſiue illi veri ſint ſiue falſi, iocandi materiam quaerere? *Kuſt.* Scholiaſtes ex Sophoclis Helena *f*): *ἐμοὶ δὲ λῷστον, αἷμα ταύρου γ᾽ ἐκπιεῖν, καὶ μὴ γε πλείω τῶνδ᾽ ἔχειν δυςφημίας.* Herodotus in Thalia (3, 15. extr.) de Pſammenito: *αἷμα ταύρου πιὼν ἀπέθανε παραχρῆμα. Bergl.*

85. Veteres omnia referebant ad deos, vt eſt ap. Athen. Lib. 1. Ergo et *εὐωχίας* referebant ad deos: cum accumbebant, decerpebant aliquid et mittebant in ignem; cum bibituri, partem effundebant. Erant et certae potiones in honorem huius aut illius numinis. Sic erat potio *ἀγαθοῦ δαίμονος;* erat poculum Iouis Seruatoris; Mercurii quod erat vltimum. Erant et pocula amicarum: quare inſtitutum eſt, vt ad litteras nominis earum, quas amarent, biberent; vt quot litterae eſſent, tot pocula ebiberent. Quem Graeci *ἀγαθὸν δαίμονα* appellant, Latini *Genium*, qui eſt bonus vel malus: et Latini ſimpliciter vocant *Genium*, quae vox

---

e) v. Thucyd. I, 138. et ad eum locum Duck. et Gottleb. qui iam Diodori et Plutarchi loca laudarunt, Weſſeling. ad Diod. S. 11, 38. Staveren. ad Corn. Nep. Them. 10. extr.

f) Inter fragmenta ex ea tragoedia a Brunck. collecta non legitur, ſed in fragmentis ex Aegeo n. 2. (T. III. p. 386. ed. 1788. 8.) cui cum Caſaub. et intpp. Heſych. ad gloſſ. *Ταύρειον πόμα* hos verſus tribuit Brunckius et in primo legit: *ἐμοὶ δὲ λῷστον πῶμα ταύρειον πιεῖν* —

habet elegantiſſimum vſum apud Vopiſcum [in Carin. init. vbi v. Caſaub. et Salmas. p. 795. T. II.] *abuſus eſt genio ſexus ſui*, i. e. felicitate ſua, quae illum virum fecit. Apud Martialem [Epigr. VII, 77, 4] *nec cor habes, nec genium*. Graece hoc nomen vna voce non poteſt dici. *Cas.* Theopompus Comicus ap. Athen. XI. p. 485. [T. IV. p. 298. ed. Schweigh.] *ἐκπιοῦσα ἄκρατον ἀγαθοῦ δαίμονος*. *Bergl.*

86. Hedylus ap. Athen. XI. 472. [T. IV. p. 250. Schw] *Πίνωμεν· καὶ γάρ τι νέον, καὶ γάρ τι παρ' οἶνον Εὕροιμεν λεπτὸν καί τι μελιχρὸν ἔπος.* *Bergl.*

88. Adnotauit Scholiaſtes morem Perſarum ex Herodoto, qui in Clione [lib. I.] c. 133. *μεθυσκόμενοι δὲ ἐώθασι βουλεύεσθαι τὰ σπουδαιότατα τῶν πρηγμάτων· τὸ δ' ἂν ἅδη σφι βουλευομένοισι, τοῦτο τῇ ὑστεραίῃ νήφουσι προτιθεῖ ὁ στέγαρχος, ἐν τοῦ ἂν ἐόντες βουλεύωνται· καὶ ἢν μὲν ἅδῃ, μετιεῖσι· τὰ δ' ἂν νήφοντες προβουλεύσωνται, μεθυσκόμενοι ἐπιδιαγινώσκουσι.* Vide in Lys. 1252. *Bergl.*

89. Poſt *οὗτος* ſignum interrogationis poni debuit. *Brunck.* g) *κρουνοχυτρολήραιον*. Vlpianus in III. Olynthiacam [p. 58. ed. Wolf.] ad haec Demoſthenis verba *κρήνας καὶ λήρους*, ſcribit: *οἱ μέν φασι τοὺς κρουνοὺς λέγειν, παρὰ τὸ λίαν ῥεῖν· οἱ δὲ τὰ λήρου ἄξια πράγματα· ἐκεῖθεν γὰρ καὶ ὁ Ἀριστοφάνης παρὰ τὸ ληρεῖν ἐποίησε τὴν σύνθεσιν, θέλων τινὰ ὑβρίσαι, ἐν τῷ κρουνοχυτρολήραιον.* *Bergl.* Scholiaſtae verba appoſuit *Brunck.*

90. Verſum hunc et duos ſequentes adducit Etymologus V. *Οἶνος*, apud quem tamen pro *νικῶσιν δίκας* legitur *κρίνουσιν δίκας*. *Kuſt.* *εἰς ἐπίνοιαν λοιδορεῖν.* Verbum hoc de vitiis ſolet adhiberi rebusque probroſis, non vero de iis, quae laudi vertuntur. *εἰς ἐπίνοιαν ἐγ-*

---

g) Idem in Suppl. Not. „In accentu et in diſtinctione male rem geſſit typotheta; excudere debuit:

ἄληθες, οὗτος; κρουνοχ. εἶ.

[Vulg. continua haec neque commatibus diſtincta legebantur. Similiter peccauit in Veſp. 1223. vbi oportebat *ἄληθες; ὡς* Sed totus ille verſus emendationis indigebat (in Supplem.), quam modo tentauimus; feliciterne, an ſecus, alii viderint."

κωμιάζειν, εἰς ἀπόνοιαν λοιδορεῖν. Inde eſt, quod vir quidam doctus hic ἀπόνοιαν, *amentiam*, *dementiam*, legendum eſſe cenſuerit. Sed nihil mutandum. Senſus perſpicuus eſt nec interpretes latuit. *λοιδορεῖν οἶνον εἰς ἐπίνοιαν* eſt *vino conuicium dicere circa ſolertiam,* ſeu *vino exprobrare quod* ſolertiam non adferat. *Brunck.* „Sylburgius [probante Duck. ad Thuc. VIII, 88.] corrigebat ἀπόνοιαν. Obtinente recepta ſcriptura, cui favere videtur verſus ſeq., ſenſus erit, quem eius interpres expreſſit: *tune vinum quaſi conſiliis ſolerter excogitandis inimicum traducere audes?*" *Abreſch.* Diluc. Thuc. p. 796. qui vſum hunc praep. εἰς (quod attinet ad) cum verbis ἐπαινεῖν, λοιδορεῖν etc. illuſtrauit, de voc. ἐπίνοια ad Heſych. dixit.

96. Loci huius meminit Euſtathius ad Il. *Z,* p. 641. ad Il. *I,* p. 736. et ad Il. *Π,* p. 1077. *Kuſt.* δεξιόν. Solemus oblatum munus dextra capere. Inde dextra manus ἀπὸ τοῦ δέχεσθαι. Inde δεξιός, *elegans, commodus. Cas.*

97. τῷ σῷ ποτῷ. In Veſp. 1391. διὰ τὸν σὸν οἶνον. *Bergl.*

98. κατακλινήσομαι hic de decubitu intelligit. *Cas.*

99. Cratinus ap. Schol. Comici in Eqq. 523. ἅπαντα ταῦτα κατακλύσει ποιήμασι. *Bergl.*

100. βουλευματίων. Comici amare ſoliti formam deminutiuam elegantiae et venuſtatis gratia. *Cas.* Notanda conſtructio καταπάσω ταῦτα βουλευματίων, pro βουλευματίοις. Quo exemplo adſtrui poteſt ſimilis phraſis apud Galenum, H. Stephano ſuſpecta, Thes. T. III. col. 57. προςπάττειν λουτρὰ ἀλῶν. *Brunck.*

101. *h*) ὡς εὐτυχῶς. Latini dicerent: *factum bene;* vel ſimpliciter, *bene.* v. Caſaub. ad Theocr. cap. 16. [ad Id. XV, 3. p. 116. Reisk.] *Kuſt.* Subaudi ἀπηλλάχθην *i*). Phraſis graecanica. Latine: *o bene!* Gallice:

h) Nicias, qui domum intraſſe cogitandus eſt, inde redit cum vrceo vini.

i) Facilius ἦν aut ἐγένετο ſubintelligitur, ſi quo ſupplemento eſt opus. Recte enim Schaef. ad Bos de ell. p. 586. monet, ad tales exclamationes nihil ſubaudiendum eſſe. *Reiskius* coniicit: ὡς εὐτυχῶ γ' aut ὡς εὐτύχησ' i. e. εὐτύχησα.

il m' en a bien pris. Sic Theocr. Id. 15, [55.] *ὠνάθην μεγάλως. Cas.* *ὅτι οὐκ ἐλ.* Sic recte membr. et C. Vulgo *ὅτ' οὐκ.* V. ad Lys. 611. *Brunck.* *ἔνδοθεν* proprie *intus.* Hic et fere apud Graecos pro *domi* ponitur. *ἐνδὶ* [*ἔνδοθι*] pro, *domi. Cas.*

103. Locum hunc citant Steph. Byz. V. *Δῆμος,* Pollux 10, 96. Etym. V. *Ἐπίπαστα* et Suidas ead. v. Quod autem ad ſenſum huius loci adtinet, ſignificare vult Comicus, Cleonem id ſtuduiſſe, vt ex publicatis bonis ciuium locupletaretur. v. plura ap. Schol. *Kuſt.* Laudant Suidas h. v. Etym. M. h. v. Pollux 10, 96. et 6, 61. Euſtath. in Il. p. 1095, 20. Steph. de Vrb. V. *Δῆμος.* Apud Pollucem autem l. X. et Etym. M. legitur *λείχων.* Sed Scholiaſtes infra ad 1086. docet hic lectum fuiſſe *λείξας,* ibi *λείχων k*). Vide tamen notam Iungerm. ad Poll. 6, 61. Kuhnius ad Poll. 1, 26. hoc recenſet inter Pollucis *ἁμαρτήματα μνημονικά,* et tamen etiam ap. Etym. ita legi e Lexico rhetorico ad Poll. 6, 61. notat Salmaſius, vt, ſi id erratum eſt, non ſolius Pollucis ſit. *Duck.* Figurata oratio eſt, in qua poëta more ſuo figuratam orationem miſcet cum rei veritate. Rei veritas eſt, quod Cleon bonorum virorum confiſcationibus fuerit ditatus: figura eſt, quod ſatur factus ſit liguriendis placentis ſale adſperſis. *λείχειν* eſt *lingere; ἐπίπαστα* adiectiuum ſine ſubſtantiuum, ſubaudiendo *πλακουντάρια l*). Sic in hac fabula [1098.] *ἐν Ἐκβατάνοις δικάσεις λείχων ἐπίπαστα.* Notat ibi Scholiaſtes, extrema coena circumferri ſolitas placentas, ſale aut rebus ſalſis adſperſas, vt prouocaretur ſitis. Sic hodie fieri ſolitum in Germania. *Cas.*

δημιόπραθ'. In republica Athenn. ſic vocabantur bona miſerorum vendita *m*), quod magna cum diligentia fieri ſolitum. Apud Athenaeum et Pollucem frequens mentio *δημιοπράτων:* referebantur enim omnia in tabulas et illae tabulae in aerario ſeruabantur ad

---

k) Hunc locum (1098.), *λείχων ἐπίπαστα* etiam *Bergl.* laudat.

l) Siue potius *ἄλφιτα.* v. Leisner. ad L. Bos. de ellips. p. 28. Schaef.

m) Sunt bona reorum publicata, quae publice vendebantur,

posteritatem. Fuit et apud Athenienses liber editus *δημιοπράτων*. *Cas.*

βάσκανος. β pro φ, quasi *φάεσι καίνων* n). Quaesitum est a veteribus, vt oculi inuidi virus immitterent. Eos homines Graeci *βασκάνους* vocant: Latini hinc *fascinum* dixerunt; vnde est *praefiscini* h. e. facere aut dicere aliquid euertendo fascino. Multa enim excogitauit vetustas depellendis oculis malis; vt etiam in litteris sacris *habere malum oculum* o) dicatur pro esse inuidum. Sic pueris appendebant rem turpem, puta partem virilem, et id vocatur latine *mutonium* p), Graece *προβασκάνιον*, vt apud Plutarchum q) et in Gloss. Et causa erat, vt oculi mali virus abiret in risum. Sic apud Catullum monentur amantes, vt conturbent basia, ne locus sit fascino r). *Cas.*

104 *βύρσαις*. Alludit ad artem vilem Cleonis. Nam coriarii erant viliores, quam pelliarii. Solebant autem et pelliones et reliqui in pellibus dormire. *Cas.* *ὕπτιος*. Hac voce notatur hominis immodesti situs inter dormiendum, qui magnam incuriam ostendat. Nam veteres ex dormiendo coniecturam de moribus faciebant. Nam dormiendum est situ naturali paululum diductis in latus cruribus; vaecordes autem extensi, quod exprimit vox *ὕπτιος* s). *Idem.*

105. Locum hunc exponit Etymologus V. *Ἐγκάναξον* et Suidas ead. v. t) Significat autem *ἐγκανάσσειν*

---

n) Etsi β interdum pro φ vsurpatum est (Bast. ad Greg. Cor. p. 285.) tamen haec etymologia non placuit multis. v. Lennep. Etym. p. 142. De vocabulo ipso cf. Tho. Mag. p. 148. quosque ibi laudauit Oudend., inprimis intpp. Hesych., Ammon. et Herodi. ad calcem Phryn.

o) Matth. 20, 15. Marc. 7, 22.

p) Affertur hoc vocab. ex nonn. edd. Petronii a Schellero Lex. mai. h. v. Notius est voc. *muto* (de pene) ex Hor. Sat. 1, 2, 68. vnde *mutoniatus* saepe ap. Mart.

q) Sympos. Qu. V, probl. 6. p. 714. T. VIII. Reisk. (qui *προσβασκανίων* legi maluit) s. T. III. P. II. p. 793. Wytt.

r) Carm. 5. v. 11. ss. coll. 7, 9. ss.

s) Est *ὁ ἐπὶ νῶτα κείμενος*. v. Etym. p. 734. et Zonar. T. II. p. 1770.

t) Item Zonaras Lex. V. *Ἐγκανάξαι*, p. 606. s. T. I. qui huic

(vnde ἐγκάναξον) *infundere*, vt vocem illam, praeter Scholiasten, interpretatur Etymologus, Hesychius *v*) et Suidas. Hesychius tamen τὸ ἐγκάναξον non solum significare ait ἔγχεε, sed etiam ἔκπιε: sed qui τὸ ἐγκάναξον ibi confundere videtur cum ἐκκάναξον. Ἐκκανάσσειν enim significat *ebibere*, *haurire*: quo sensu accipitur apud Aelian. in epist. 4. τρεῖς ἁδρὰς ἐξεκάναξα κύλικας. *Kust.*

107. ἕλχ' ἕλκε τὴν τ. δ. Subintelligitur κύλικα, aut simile. Euripides in Cycl. 416. ἔσπασέν τ' ἄμυστιν ἑλκύσας *haustitque tractim amystidem*, *poculum*. *Bergl.* *Pramnium* vinum Graeci inter nobilia celebrant, vel a vite Pramnia, quam volunt in Thracia locum habere, vel a natura vini, quod diutius conseruaretur. Ita est Πράμνιον quasi παραμόνιον. *Cas.* De Pramnio vino vide saltem Athenaeum I. p. 30. *x*) *Bergl.*

108. Infra 1198. τὸ μὲν νόημα τῆς θεοῦ, τὸ δὲ κλέμμ' ἐμόν, et 1250. Ἑλλάνιε Ζεῦ, σὸν τὸ νικητήριον. *Bergl.* Demosthenes hausto vino haec dixit et per ἀγαθὸν δαίμονα intellexit vinum, quod ei inspirauit noua consilia.

111. ταῦτ' κ. τ. λ. Haec ita distinguo: ταῦτ'. ἀτὰρ τοῦ δαίμονος δέδοιχ' ὅπως μὴ τεύξομαι κακοδαίμονος. *Haeccine? Sed iste* (*bonus*) *Genius timeo ne fiat mihi malus Genius*; vt admirabundus dicat ταῦτα. Sic Au. 802. ταυτὶ τοιαυτί. Aut subauditur ἐκεῖνα, vt sit ταῦτα ἐκεῖνα, nempe illa, quae alter dicebat se excogitaturum si bibat vinum. In Acharn. 40. τοῦτ' ἐκεῖν' ὅγὼ 'λεγον. In Ran. 321. τοῦτ' ἔστ' ἐκεῖνο, δέσποθ', οἱ μεμυημένοι, ἐνταῦθά που παίζουσιν, οὓς ἔφραζε νῷν. *Bergl.* Hic locus vulgo male interpunctus *y*) et ab interpretibus male

---

versui subiicit hunc: ἕλκυσον, ἐκρόφησον, ἔκπιε· nisi haec ad interpretationem aliam pertinent.

v) Hesych. ἐγκάναξον, ἔγχεε. Ad quam glossam vide intpp. Etym. M. ἐγκανάξαι, τὸ ἐγχέαι μετὰ ψόφου, ὅ ἐστι πολύ, ὥστε ἠχεῖν. *Brunck.*

x) Et ad eum locum Schweighäus. Anim. I. p. 225. inprimisque Heyn. ad Il. X, 638. vbi ostenditur nomen proprie ductum esse a vitibus in colle Pramiio in Asia minori, atque deinde communicatum cum vinis generosis omnibus.

y) Ita nempe: ταῦτ' ἀτὰρ τοῦ δαίμονος; δέδοιχ' κ. τ. λ. *Reisk.* coniicit: ταῦτα γὰρ τ. δ.

acceptus. Ordo eſt: *ἀτὰρ δέδοικα ὅπως μὴ ταῦτα τὰ βουλεύματα τεύξομαι τοῦ κακοδαίμονος δαίμονος.* Verbum *τυγχάνω* cum quarto caſu conſtruitur. Exempla vide in notis noſtris ad Eurip. Or. 686. Med. 759. Vel, ſubaudita praepoſitione *κατὰ, δέδοικα ὅπως μὴ κατὰ ταῦτα τεύξομαι τοῦ δαίμονος κακοδαίμονος* z). *Brunck.* Nimirum duplex ſtructura coniuncta eſt, *δέδοικα ταῦτα* et *δέδοικα ὅπως μὴ τεύξομαι* — Nicias his dictis rurſus abit, oracula allaturus; interea Demoſthenes genio indulget exhauriendo poculo.

115. Nicias reuerſus cum oraculo haec loquutus eſt. Demoſthenes illud ſibi legendum dari et interea aliud ſuper alio poculum infundi celeriter (*ἀνύσας*) iubet; dum Nicias cunctatur oraculum exhibere, Demoſthenes iterum eum monet *φερ' ἴδω — αὐτόθι;* accepto et inſpecto obiter oraculo, exclamat: *ὦ λόγια;* ſed vino potius quam oraculo indulget, neque, quid eo contineatur, Niciae quaerenti exponit. Videtur Demoſthenes vere deditus fuiſſe vino, neque haec, quam Comicus h. l. notat, bibendi auiditas prorſus eſſe ficta. Poſt *ἐν τοῖς λογ. ἔνεστιν* v. 122. colo eſt interpungendum.

ῥέγκεται καὶ πέρδεται. Hic verborum ordo eſt in membr. Vulgo *πέρδεται καὶ ῥέγκεται. Brunck.*

123. Apparet, Bacidis *a)* quaedam oracula habuiſſe Cleonem, quae Nicias clam extulit a Cleone, vt illius fa-

---

z) *τεύξομαι κακοδ.* Phraſis Attica, *incidere in infortunium. Cas.*

a) Bacis apud veteres fuit antiquiſſimus creditus oracula dediſſe Athenienſibus, ſicut Orpheus, Epimenides et alii. *Cas.* Athenienſes omnino fidem multam habuerunt oraculis nonnullis, quae vetuſta putabantur, quorumque erant collectiones quaedam. Et Onomacritum quidem, qui a ſe confictum oraculum Muſaeo ſuppoſuerat, Hipparchus vrbe expulerat. Maxima fuit Bacidis, qui *νυμφόληπτος* habebatur, oraculorum auctoritas, quorum nonnulla ad bellum Medicum ſpectantia attulit Herod. [VIII, 20. ad q. l. vid. Weſſel. p. 627. f. et 77. et 99.] Fortaſſis ſinguli ciues aut familiae Athenis habuerunt chresmologias Bacidis nomine inſcriptas, quarum interpretatione aſtuti homines decipiebant ſimplicioris ingenii homines. Cleon quoque, plebeiae indolis homo, his oraculis plurimum tribuiſſe videtur. *Vuiland.*

ta inde cognoſcant. Infra Cleo et aduerſarius eius certant coram Populo de multitudine et praeſtantia oraculorum, quae vterque habebat; ibi Populus dicit 997. *τίνος εἰσιν οἱ χρησμοί ποτε;* deinde Cleo: *οἱ ἐμοὶ μέν εἰσι Βάκιδος,* aduerſarius autem eius dicit, ſua oracula eſſe *Γλάνιδος, ἀδελφοῦ τοῦ Βάκιδος γεραιτέρου.* *Bergl.* Bacis antiquiſſimus fuit vates Boeotius, *κατάσχετος ἐκ Νυμφῶν,* vt ait Pauſanias p. 828. [10, 12, 6. qui etiam plura eius oracula aliis locis affert], qui eius vaticinia *b*) legiſſe ſe teſtatur. Praeterea duo alii cognomines vates, de quibus videndus Aelianus V. H. XII, 35. et eius interpretes. *Brunck.*

124. *πολλῷ γ' ὁ Βάκις ἐγώ.* Verſum hunc citat Athenaeus Lib. XI. c. 1. [p. 187. T. IV. Schw. vbi legitur: *πολλῷ γ' ὁ B. διεχρῆτο τ. π.*]. *Kuſt.*

129. Hunc locum exponit Etymologus V. *Στυππειοπώλης. Kuſt.* Etym. M. *ὁ τὰ στυππεῖα πωλῶν, τουτέστι, καννάβινα λίνα c). δηλοῖ δὲ ὁ Ἀριστοφάνης τὸν Εὐκράτη, ὅτι Στύππαξ ἐκαλεῖτο, διὰ τὸ στυππειοπώλης εἶναι.* *Brunck.* Redditur: *ſtuparum venditor, Werrighändler* a Vuil., der Werg und davongemachte Stricke verkauft, un vendeur de toile, Francog. int.

130. *πράττειν* generaliter ſignificat *actionem.* Gallice *les affaires* ſignificat *res publicas:* ſic apud Graecos. Hinc *πραγματικὸς,* homo verſatus in iſtis rebus, et accipitur pro eo, qui verſatus eſt in rebus forenſibus et in malam partem accipitur. Apud Polybium *πραγματικὴ ἱστορία* hiſtoria non ad voluptatem comparata, ſed ad vtilitatem. *Cas.*

131. Acerbe perſtringitur reipubl. Ath. triſtis conditio poſt Periclis mortem, quem in regenda populi concione homines inferioris conditionis, qui vendendis variis rebus victum quaerebant, exceperant. *Vuil.* *θ'* poſt *εἰς* perperam ab Inu. e Rau. receptum. Nec *δ'* hic locum habet.

---

b) H. e ea, quae Bacidi vulgo tum tribuebantur, pleraque recentius conficta. v. Valck. ad Herod. p. 657. ſ.

c) *καννάβινα ἢ λίνα* legi vult Kuſt.

132. Scholiastes monet, tangi hic Calliam, vel, secundum alios, Lysiclem. Posteriorem certe fuisse *προβατοπώλην*, ex aliis auctorum locis etiam constat. Hesychius *d*): *προβατοπώλης. οὕτως ἐκωμῳδεῖτο Λυσικλῆς, γήμας Ἀσπασίαν τὴν πόρνην e*). Potuit ad hunc locum Comici respexisse. Plutarchus in Per. p. 165. C. [c. 24. p. 638. T. I. Reisk.] *Αἰσχίνης δέ φησι, καὶ Λυσικλέα τὸν προβατοκάπηλον ἐξ ἀγεννοῦς καὶ ταπεινοῦ τὴν φύσιν Ἀθηναίων γενέσθαι πρῶτον.* Dio Prusaeensis Or. LV. de Socrate [p. 289. T. II. Reisk.]: *Ἀνύτῳ διαλεγόμενος βυρσέων ἐμέμνητο καὶ σκυτοτόμων· εἰ δὲ Λυσικλεῖ διαλέγοιτο, προβάτων καὶ καπήλων.* Vide etiam Schol. infra ad 736. *Kust.*

133. *δύο τώδε πώλα.* Etiamsi Atticis vsitatum esset *δύω*, quod pernegauimus in not. ad Ran. 1405., hic tamen per metri legem stare non posset. *δύο* est in primariis edd. Imperite Ant. Fracinus praetulit *δύω*, quod e subsequentibus edd. prima adsciuit Frobeniana, vnde in alias transiit, nemine reclamante. Mendose in membr. vt in Fracini cod. scriptum est *δύω*. *Brunck.*

135. *γένηται* [vt Br. edidit]. Sic C. Vulgo *γένοιτο*. Illud magis ad loquendi normam exactum arbitror. *Brunck.* Nimirum sensus esse debet: praeesse rebus publicis, vsque dum existat (non exstiterit) deterior eo etc. *γένοιτο* fortassis ex 140. illatum est in h. l. Ibi enim recte legi *πόθεν ἂν γένοιτο* — docuit Dawesius M. Crit. p. 207. De structura autem partt. *ἕως ἂν* cum Subiunct. et Opt. cf. Matthiae Gramm. gr. p. 742. f.

136. *ἐπιγίγνεται γ. β. ὁ Π.* Sic optime membr. In C. etiam *ὁ Παφλαγών*. Vulgo *ἐπιγίνεται* et omissus articulus cum versus labe. Nam nominis *Παφλαγὼν* primam semper corripit Comicus. *Brunck.*

---

d) Photius Lex. p. 333. *προβατοκάπηλος, προβατοπώλης* (f. vt in alio apogr. est, *προβατοπώλης*). *ἐλέγετο δὲ Λυσικλῆς.* Locum Hes. etiam laudauit Br. additis his verbis: „Ad quam glossam vide Interpp."

e) *πρόβατον pecus*: a *προβαίνειν*, a modo ambulandi, quod alterum pedem anteponant. Potius puto, *πρόβατον* esse bonum mobile: nam inter bona censentur pecora et *κτῆσιν* illam vocant *πρόβατον*. *Cas.*

137. Loci huius meminit Plutarchus *ἐν Πολιτικοῖς παραγγ.* p. 804. [c. 9. T. IV. P. I. p. 228. ed. Wytt.] vbi ait: *Δεῖ δὲ καὶ φωνῆς εὐεξία καὶ πνεύματος ῥώμη πρὸς οὐ φαῦλον ἀλλὰ πάμμαχον ἀγῶνα τὸν τῆς πολιτείας ἠθληκότα κομίζειν τὸν λόγον, ὡς μὴ πολλάκις ἀπαγορεύοντα καὶ σβεννύμενον ὑπερβάλοι τις αὐτὸν Ἅρπαξ, κεκράκτης, κυκλοβόρου φωνὴν ἔχων. Kuſt.* *κυκλοβόρου* torrentis nomen eſſe ait Scholiaſtes ad h. l. *f*) et ad iſtum in Acharn. 380. vbi de eodem Cleone loquens dicit: *ψευδῆ κατεγλώττιζέ μου κἀκυκλοβόρει, κἄπλυνεν.* Idem Schol. adducit de Cycloboro verſum Ariſtophanis: *ᾤμην δ' ἐγὼ Κυκλόβορον κατιέναι. Bergl.*

143. *Ἀλλᾶς* eſt genus edulii, compoſitum ex ſanguine et inteſtinis: Latini vocant *botulum.* Hoc docet Heſychius et Tertull. in Apolog. [c. 9.] *g*) ex quo loco colligitur, botulum eſſe inteſtinum ſanguine fartum: alio nomine vocatur *iſicia h*), gallice *ſauciſſes. Cas.* Noſtris Blutwurſt, vnde *ἀλλαντοπ.* a Vuil. redditur, Blutwurſthändler. Caeterum haec cum vi quadam eſſe a Dem. pronunciata, Vuil. monet.

144. *ὦ Ποσ. τῆς τέχνης.* Friſchlinus: *pro Neptune, quae haec fallacia.* Male. Nam *τέχνη* hic ſimpliciter *artem* ſignificat, quam quis exercet. *Kuſt.*

147. *κατὰ θεῖον* [quae vulg. eſt ſcriptura]. Vide Suid. V. *Κατὰ θεῖον. Kuſt.* In Au. 545. *σὺ δέ μοι κατὰ δαίμονα καὶ συντυχίαν ἀγαθὴν ἥκεις ἐμοὶ σωτήρ. Bergl.* Dicebant in rebus inopinatis *κατὰ θεῖον.* Virgilius dixiſſet: *non ſine numine.* Homerus dixit: *οὐκ ἀθεεί.* Chriſtiani doctores dicebant *οἰκονομοῦντος τοῦ θεοῦ. Cas.* Lectionem *καταθείων* perperam e Rau. recepit Inuern. Eſt is ſcripturae error ex praua coniunctione vocabb., vt ſaepe, ortus. Ex ipſo Scholio adiecto patet *κατὰ θεῖον* eſſe legendum.

---

f) Photius Lex. p. 136. *Κυκλόβορος, ποταμὸς τῆς Ἀττικῆς.* Francog. interpres, ratus Ariſtophanem proprium nomen finxiſſe, reddidit: l'homme à voix bruyante comme un charlatan. Similiter Vuil.

g) Add. eſt Gellius N. Att. XVI, 5. vbi Laberium in mimo botulum pro farcimine dixiſſe monuit.

h) Proprie *inſicium, inſicia,* v. Forcellini Lex. Lat. II. p. 573.

149. Citat Suidas V. *Ἀνάβαινε. Kuſt.* ἀνάβαινε exponendum ex fabrica theatri. In loco, vbi erant hiſtriones, erat πάροδος et tranſitus, et ideo dicit: ἀνάβαινε. Poteſt et ſimpliciter accipi ἀνάβαινε, aſcende in ſuperiorem gradum. σώζεσθαι eſt ſeruari in ipſa vita. Cicero dicebat aliud eſſe σωτὴρ apud Graecos aliud *ſervator* apud Latinos *i*). Seruare enim eſt, quem poſſis occidere ſeruare, vt tibi ſeruiat *k*). *Cas.*

150. Conſtituitur hic actus primi ſcenae ſecundae initium.

152. Loci huius meminit Harpocratio V. *Ἐλεοκόπων* et Euſtath. ad Il. I, p. 749. *Kuſt.* Item Zonar. Lex. T. I. p. 683. vbi ἐλεὸς explicatur ἡ μαγειρικὴ τράπεζα. Cf. Athen. IV. p. 173. ed. Cas. ſ. T. II. p. 171. Schw., Hemſterhus. ad Luc. T. I. p. 371. et Heyn. ad Il. 9, 215.

Ἐλεὸν et ἐλεὸς dicunt Graeci. Harpocration et Euſtath. h. l. laudant, vt notat Kuſterus. Adde eundem Euſtath. in Odyss. Ξ, p. 1766, 42. Apud Harpocr. autem in *Ἐλεοκόπων* locus eſt difficilis: μήποτε δὲ παρὰ τὸ ἐλεόν, ὅπερ ἐστιν ἐκτὸς ξύλινον, γεγένηται τοὔνομα. Quid enim ibi eſt ἐκτὸς ξύλινον, *foris lignea?* an ergo intus ferrea et obducta tantum ligno? hoc quidem inane eſt. Sed difficultatem hanc diſſimulant omnes Harpocr. et Suidae ac Pollucis interpretes, quibus locis de ἐλεὸς agunt. Suidas, qui eum articulum deſcripſit ex Harpocr., vocem ἐκτὸς omittit, quod et ipſum non monuerunt editores: nec tamen veriſimile eſt, eam temere in Harpocr. irrepſiſſe. Non habeo, quod dicam. Videtur tamen pro ἐκτὸς legi poſſe πλεκτόν Etym. M. V. *Ἐλεόν·* ἐξ ἐλείων ῥάβδων ἦσαν πεπλεγμέναι αἱ μαγειρικαὶ τράπεζαι. Heſych. V. *Ἐλεοῖσι·* τοῖς ἐκ λύγων πεπλεγμένοις. Cogitabam etiam pro voce corrupta forte legendum ἐπίξηνον, errore forte orto e compendiis ſcripturae: ſed hoc nimis longe a ductu literarum recedit. *Duck.*

---

i) Scilicet latius patet voc. *ſoter* et de quocumque ſalutis auctore vſurpatur, quum *ſeruator* ſit, qui malis et periculis aliquem eripit. v. Cic. Verr. II, 63. et Erneſti Clav. V. Soter.

k) Apud ipſum tamen Cic. de conſeruatore, qui in periculis ſaluum praeſtat, dicitur. v. p. Planc. 36. extr.

155. *αὐτὸν ἀναδίδαξον.* Is est vocum in membr. ordo, vulgato concinnior *ἀναδίδαξον αὐτόν. Brunck.* Scil. ob caesuram; non tamen placet ambiguitas, quae existit, si *αὐτὸν* vocabulo *χρησμὸν* subiungitur.

154. Nicias speculaturus et obseruaturus Paphlagonem, vt quid ille moliatur et agat, videat, abit (*ἰὼν* pro *ἀπιὼν*, nisi omnino redundat) e theatro. Hinc v. sequ. scenae tertiae initium constitutum est a francog. interprete.

156. Mos fuit, vt in summis casibus terram oscularentur *l*). *προσκυνεῖν* duo significat et *adorare* et *osculari*, quia adoratio fiebat cum osculo; et quum se parabant ad res magnas, terram osculabantur, vt Caesar Africam osculabatur *m*). *Cas.* Terram adorare etiam apud Sophoclem iubet Neoptolemus Philoctetem, in Phil. 1404. *στεῖχε προσκύσας χθόνα.* Et apud Comicum in Pluto adorat terram Plutus 771.: *Καὶ προσκυνῶ γε πρῶτα μὲν τὸν Ἥλιον, Ἔπειτα σεμνῆς Παλλάδος κλεινὸν πέδον. Bergl.*

157. *τί ἐστιν;* Sic tres codd. Perperam vulgo *ἐστι. Brunck.*

158. Locum hunc citat Themistius Or. XVI. p. 206. ed. Hard. vbi ait: *ὅταν δ᾽ Ἀγοράκριτος εὐπραγῇ καὶ Ὑπέρβολος, ἐπιῤῥαπίζει καὶ καλῶς ποιοῦσα καὶ ἡ κωμῳδία·*

Ὁ χθὲς μὲν οὐδείς, αὔριον δ᾽ ὑπέρμεγας.

Kust. *οὐδείς n*). Dicunt etiam in neutro genere, Eurip. Suppl. 425. *ὅταν πονηρὸς ἀξίωμ᾽ ἀνὴρ ἔχῃ, Γλώσσῃ κατασχὼν δῆμον, οὐδὲν ὢν τοπρίν.* Idem Eurip. etiam masculino genere hoc dixit, vt Androm 700. *Σεμνὸν δ᾽ ἐν ἀρχαῖς ἥμενοι κατὰ πτόλιν Φρονοῦσι δήμου μεῖζον, ὄντες οὐδένες.* Vide ad Au. 800. (799.). Contra, *τις.* Eurip. Ion. 596. *Μηδὲν καὶ οὐδὲν ἐνθάδ᾽ ὢν κεκλήσομαι· Ἢν δ᾽*

---

l) Inprimis hoc fiebat, quum quis in terram peregrinam, aut locum sacrum vel vlla ratione insignem venerat.

m) Vid. Intpp. Suet. Caes. 59. et Frontin. Strat. I, 12, 2.

n) Dicitur et de persona *nullus*, et de homine vili dicitur, quia ille *οὐδείς, nullus*, est. *Esse aliquid*, est, habere aliquam conditionem, propter quam quis censeatur in republica. *Cas.*

εἰς τὸν πρῶτον πόλιος ὁρμηθεὶς ζυγὸν Ζητῶ τις εἶναι. Nullius pretii homo ibi vocabor et contemnar; Si vero in primum ciuitatis ordinem ruens contendam aliquis eſſe. Idem Electr. 939. *Ηὔχεις τις εἶναι, τοῖσι χρήμασι σθένων. Τὰ δ' οὐδέν. Bergl.*

159. *ὦ τῶν Ἀθηνῶν ταγὲ τῶν εὐδ.* Sic optime Daweſius *o*). Vulgo *Ἀθηναίων* peſſumdato verſu. Nam in *ταγὸς* prima ſemper producitur, quod exemplis multis oſtendit catus Britannus. Alibi *Ἀθηναίων* male a librariis poſitum pro *Ἀθηνῶν* occurrit, vt Nub. 401. Mirum autem videri poterat *ταγὸς, ταγεύω,* prima producta efferri, quae corripitur in *ταγή, ταγοῦχος* vt obſeruatum fuit nobis ad Lys. 105. Si praeter vſum ratio aliqua diuerſitatis putatur, in deriuatione quaerenda eſt: dixerimque *ταγὸς* ortum ducere a praeterito medio *τέταγα, ταγὴ* ab aoriſto ſecundo *ἔταγον. Brunck.* Aeſchylus Prom. 96. de Ioue: *ὁ νέος ταγὸς* (imperator) *μακάρων p*). Idem Pers. 23. *ταγοὶ Περσῶν.* Apud Aeſch. occurrit et *ταγεῖν* et *ταγεύειν* et *ταγή,* quod eſt etiam ap. Comicum in Lys. 105. Occurrit et ap. Soph. Antig. 1069. *Bergl.*

160. In Plut. 1169. *καὶ πλῦνέ γε — τὰς κοιλίας. Bergl.* Verſum hunc et ſequentem vocis *κοιλία* gratia adducit Athenaeus L. III. c. 15. p. 94. [p. 368. T. I. Schw.] *Kuſt.*

162. *δευρὶ βλ.* Sic membr. Vulgo *δεῦρο,* quod ad metrum aeque bonum eſt. Illud magis Atticum. *Brunck.*

163. In nonn. edd. poſt *λαῶν* interrogandi ſignum. Senſus: vides certe quidem ordines iſtorum populorum (ſpectatores monſtrat).

164. *ἀρχέλας* dorice pro *ἀρχέλαος* et proprie eſt Orci epitheton. *Cas.* In membr. metro reclamante *ἀρχέλαος. Brunck* Frequens eſt haec contractio in vocabb. a *λαὸς* compoſitis. Ponitur autem h. l. pro *ἄρχων*

---

o) Miſc. Crit. p. 207. qui pluribus locis Tragicorum docuit, primam voc. *ταγός* ſyllabam eſſe longam. Idem monuit retineri poſſe *Ἀθηναίων,* ſi *ταγὲ* in *ἀγὲ* mutetur.

p) *ταγὸς* etiam Hom. Il. 23, 160. vbi v. intpp. Grammatici interpretantur *ἡγεμών.*

ſimpl. vt ſaepe vocabulis altera notionis pars demitur per adiuncta verba.

165. *Πυκνὸς* pro *πνυκός q*): de qua *διττογραφίᾳ* vide quae notauimus ad Theſm. 665. *r*). MS. tamen Vatic. Pal. hic habet *Πνυκός*. *Kuſt.* *τῆς Πνυκός*. Sic A. B. Perperam vulgo *Πυκνός*. *Brunck.*

166. *κλαστάσεις*. A themate *κλαστάζω*, quod ideo monendum duxi, quia in hoc verbo grauis eſt error Henr. Stephani Thes. T. II. col. 225. B. Suidas: *κλαστάσεις, κλάσεις, ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν τεμνομένων κλημάτων ἐν ταῖς ἀμπέλοις s*). Male in membr. *κλαστήσεις*, vt memoriae falſus Stephanus citauit: haud enim arbitror illam lectionem in vlla editione eum reperiſſe. *Brunck.*

167. *λαικάσεις* pro *δειπνήσεις t*)˙ ita dixit *παρ᾽ ὑπόνοιαν*, vt et Scholiaſtes monet. In Pac. 1085. *οὔποτε δειπνήσεις τοῦ λοιποῦ γ᾽ ἐν πρυτανείῳ*. *Bergl.* Mos Athenn. fuit, vt bene de republ. meriti in Prytaneo alerentur. *Cas.* V. Fiſcher. ad Plat. Apol. Socr. 26, 13.

169. *τοὐλεόν*. Fingendum hic non menſam, ſed tabellam lanioníam, in qua iſiciarius iſicia circumferebat. Quaſi diceret: *aſcende ſuper rem tenuem. Cas.* Non apparet, quidni menſa humilior iſiciarii intelligatur.

---

q) De hac metatheſi verba Schol., qui explicat *τῆς ἐκκλησίας*, vt Photius v. *Πυκνή*, attulit *Bergl.*

r) Hanc lectionem (*Πυκνὸς*) probant Harpocr., Suidas qui etiam notam Schol. deſcripſit, in *Πνύξ*, Etym. M. et alii. Et ipſe Ariſtophanes aliquoties ita loquitur, cuius loca congeſſit Kuſter. ad Theſm. 665. et ad Suid. l. d. et in *πύκνη*, vbi notat, apud Harpocr. repugnante ſerie litterarum legi *πνυκὶ* pro *πυκνί*. Ea obſeruatio vera eſt, ſed ante ipſum iam legebatur ap. Rutgers. 5. Var. Lect. ·. et Vales. ad Harp. p. 64. ed. Blanc. Porro apud Suidam in *Πύκνη* turpiſſimum errorem reliquit Kuſt., qui cum notet eum articulum ex Harpocr., non emendet vitioſum illud *Κλείδιμος* pro *Κλείδημος*, vt in Harpocr. legitur et in Suida reponendum ostenderat Rutgers. l. d. *Duck.* Add. Ruhnken. ad Tim. p. 219.

s) Photius p. 125. *κλαστάσαι, κλάσαι, προϊέναι ἢ παρατρέχειν.*

t) *λαικάσεις παρ᾽ ὑπόνοιαν.* Exſpectabas *σιτήσεις Brunck.* Eſt autem *λαικάζειν* propr. i. q. *πορνεύειν*. Deinde pro *ἀπατᾶν* ponitur. v. Zonar. Lex. T. II. p. 1292. ibique laudd.

170. *ἐν κύκλῳ v*). In Auu. 117. *καὶ γῆν ἐπέτου καὶ θάλατταν ἐν κύκλῳ.* Vefp. 132. *τὴν αὐλὴν καταπετάσαντες ἐν κύκλῳ.* Ibid. 1521. *τὸν πόδ' ἐν κύκλῳ σοβεῖτε.* Thefm. 670. *τρέχειν κύκλῳ,* fine praepofitione. V. ad Plut. 679. *Bergl.*

173. In Nub. 361. *τὼ 'φθαλμὼ παραβάλλει.* Euripides ad eamdem fere rem verbo *διαφέρειν* vtitur Oreft. 1261. *δόχμια νῦν κόρας διάφερ' ὀμμάτων* (*oblique nunc pupillas oculorum differ*) *ἐκεῖθεν ἐνθάδ', εἶτ' ἐπ' ἄλλην σκοπιάν.* Vtuntur et verbo *κυκλοῦν* et *στρέφειν* et *διαῤῥίπτειν.* V. ad Thefm. 674. *Bergl.*

174. *Καρχηδόνα x*). Interpres vertit *Carthaginem,* et ad id nihil Scholiaftae. Ego vero contendo legendum *Χαλκηδόνα.* In iis vocibus millies erratum eft ob viciniam foni in defcribendis auctoribus antiquis. Sed hoc loco quomodo conueniret de Carthagine intelligi? nihil rei Athenienfibus fuit cum Carthagine, nullum tributum, nullum vectigal inde accipiebant: at Chalcedon erat fub eorum imperio, vt et Byzantium. Id nos docet Thucyd. lib. I. [c. 115.] et lib. IV. [c. 75.], nec minus *διεστραμμένος* fuiffet et distortis oculis fpectaffet, fi vnum oculum ad Cariam, alterum vero ad Chalcedonem direxiffet. Nam Caria et Chalcedon erant in duabus extremitatibus peninfulae magnae Afiae, vna ad meridiem altera ad Boream fitae Athenarum refpectu, toto Aegaeo, Hellesponto et Propontide intercedenti-

---

v) Periphrafis Cycladum. Solent Graeci infulas vicinas communi nomine appellare, vt *Orcadas, Cycladas. Cas.* Sed h. l. fimpliciter funt infulae vndique circumiectae.

x) Dicitur Latine *Carthago* remotiore nomine ab origine fua. Hiftoria tota, et Plauti *Poenulus* et D. Auguftinus clamant fuiffe linguam Syriacam [imo Phoeniciam f. Punicam, v. Enchiridion noftr. Hift. Vniu. T. I. P. I. p. 778.] Nomen ipfum teftatur. Nam Carthago f. *Καρχηδὼν* eft corrupte dictum pro Chartata [propr. Carta chadta] vt ait Solinus: duae voces in vnam conflatae fignificant *vrbem nouam.* Sic Stephanus de Vrbibus notat fuiffe dictam *Neapolim,* quod exprimit vocem Punicam. Teftatur idem Stephanus, olim effe dictam *Cadmeam,* quae fortaffe fuit arx, quam primam condidit Dido. Vox illa fonat *vrbs vetus.* Amplius teftatur Stephanus *Caccabim* dictam; quafi dicas *caput equinum. Cas.*

bus. Nulla igitur ſpes erat Agoracrito et caeteris demagogis ex Carthagine vix illis cognita, et quae non poterat ab iis περνᾶσθαι: contra vero ex Chalcedone, quae tunc erat Athenis ſubiecta et tributaria. Certo certius eſt legendum eſſe *Χαλκηδόνα*. *Palmer.* Ex. p. 725. Certiſſimam Palmerii emendationem hic et v. 1303. (1318.) recepi. Libros, qui nunc exſtant, inuaſit menda *Καρχηδόνα* librariorum ſtupore, quorum omnis turba rationi cedere debet. *Brunck.*

175. In Av. 177. ſimili ſenſu Comicus noſter dixit *ἀπολαύσομαί γ᾽ οὖν εἰ διαστραφήσομαι*. *Kuſt.* et *Br.* Per ipſum ea omnia, h. e. iſta loca, tributa, vectigalia etc. vendi *y*) dicuntur, quatenus his omnibus demagogus pro lubitu in ſuam rem vti poterat.

178. ſ. Infra 1252. (1262.) ad iſtum dicit chorus: *μέμνησ᾽ ὅτι ἀνὴρ γεγένησαι δι᾽ ἐμέ.* In iſtis autem locis *ἀνὴρ* non tam ſexum virilem, quam qualitates quasdam illuſtres ſignificat. In Acharn. 77. *οἱ βάρβαροι γὰρ ἄνδρας ἡγοῦνται μόνους τοὺς πλεῖστα δυναμένους καταφαγεῖν τε καὶ πιεῖν·* vbi Scholia: *ἄνδρας νῦν ἀντὶ τοῦ ἀνδρείους καὶ γεννάδας.* Euripides in Or. 1551. *ἄνδρας, οὐ Φρύγας κακοὺς εὑρών·* vbi Schol. *ἄνδρας, ἀνδρείους.* Vid. hic in Eqq. 391. *Bergl.* *γίγνει* e ſequ. verſu patet poni pro *γενήσῃ*, quoniam ſtatim futurus erat.

181. *κἀξ ἀγορᾶς z*). Dupliciter intelligitur vel cauſſidicus et leguleius, vel circumforaneus et ſcrutorum venditor, vilis et abiectus. Ambiguitatis ratio eſt, quod *ἀγορὰ* et forum iudicum et rerum venalium ſignificat. *Cas.*

182. Senſus eſt: non me dignum, idoneum, cenſeo qui potentia multum valeam.

182. *ἰσχύσαι* [vt Br. ed.]. Sic B. C. Vulgo *ἰσχύσειν*. *Br.* Triplex igitur loci lectio eſt in codd. Mihi praeſentis Infin. e Rau. praeferendus videtur, quia praecedit *γίγνει*, et alia tempora ex interpretamento facile potuerunt ſubſtitui.

---

y) Heſych. *περνᾶται* (ita ibi ſcribitur); *πωλεῖται*, fortaſſis ex h. l.

z) Vbi vendebant et iudicia exercebant. *Berg.*

185. *ἐκ κ. εἶ* etc. num probis et honeſtis natus es parentibus; *ſollteſt* du vielleicht aus gutem Hauſe ſeyn? *καλὸς κἀγαθὸς* dicebatur etiam homo bene educatus et liberaliter, quales fere erant ii, qui honeſto et nobili loco nati erant, vti contra, quorum ſordidi erant natales et plebeii, erant moribus rudes, rerum ignari nec liberaliter educati (*πονηροί*). Vocabulis his, inprimis voc. *καλὸς κἀγαθὸς* per Socraticam ſcholam poſtea nobilior vis, quae ad morum honeſtatem ſpectabat, tributa eſt. *Vuil.*

186. In Ran. 737. *τοῖς—πονηροῖς κἀκ πονηρῶν.* Sophocl. Philoct. 384. *πρὸς τοῦ κακίστου κἀκ κακῶν* (et ex improbis prognato) *Ὀδυσσέως. Bergl.* Verborum ſeqq. ſenſus eſt: quantum (ſi *ὅσον* cum Rau. ſcribitur) tibi contigit boni, commodi, ad negotia, h. e. quam aptus es ad res gerendas!

188. *Muſica* graece tria ſignificat: poëticam facultatem, cui praeſident Muſae illae poëtis celebratae; item artem mathematicam, quae nomine hoc nota, vulgo *la muſique*, ſed complectitur haec notio omnia genera inſtrumentorum. Tertia notio eſt, quae hic locum habet, quum ponitur pro orbe diſciplinarum, quae liberales vulgo vocantur *a*). Et ratio nominis eſt, quia apud vulgus Graecorum inter diſciplinas liberales vulgo Muſica erat. Erat enim probro non didiciſſe cantare. Latini veteres *humanitatem* dixerunt hoc ſenſu, vt eſt apud Gellium [N. A. XIII, 16.]. Poſterior aetas *eruditionem* proprie hoc vocauit. *Cas.*

189. *κακὰ κακῶς.* Prouerbiale eſſe dicit Schol. Supra v. 2. et alibi ſaepe. *Bergl.*

190. *ὅτι καὶ κακὰ κακῶς b*). Sic tres codd. et primariae edd. omnes. In Froben. primum operarum errore *καὶ* omiſſum fuit; exinde claudicauit verſus in ſeqq. edd., nemine mendam animaduertente. Farreanum oraculum conſulere dedignatus eſt Berglerus. *Br.*

---

a) Schol. *ὅτι μουσικὴν τὴν ἐγκύκλιον παιδείαν φησί, γράμματα δὲ τὰ πρῶτα στοιχεῖα. Bergl.*

b) Scilicet prorſus imperitum et rudem eſſe oportebat demagogum.

191. δημαγωγία Athenis eſt functio et potentia eorum qui eloquentia ſua populum regebant et quo vellent flectebant. Vt quisque Athenis plurimum impudentia valuit, ita plurimum potuit in republ. *Cas.* εἶναι πρός τινος dicuntur, quae alicui conueniunt (v. ad Plut. 355.) et εἴς τινα ſimiliter, quae ad aliquem ſpectant, ei commoda ſunt et congrua.

193. Ἀμαθὴς non eſt homo imperitus ſimpliciter, ſed homo moribus ſcaeuus. Graue vitium apud Athenn. ἀμαθής. *Cas.*

195. φησιν ὁ χρ. [vt Br. ed.] Vulgo minus concinne φησ'. *Br.*

196. σαφῶς ἠνιγμ. Bene et Friſchlinus vertit: *perſpicuis ambagibus*, id eſt, *palam obſcure* c). σαφῶς λέγειν et αἰνίττεσθαι contraria ſunt. Aeſch. Prom. 832. ὑφ' ὧν σὺ λαμπρῶς κοὐδὲν αἰνικτηρίως (clare et non aenigmatice) προσηγορεύθης ἡ Διὸς κλεινὴ δάμαρ μέλλουσ' ἔσεσθαι. Ibid. 611. λέξω τορῶς (plane) σοι πᾶν, ὅ τι χρῄζεις μαθεῖν, Οὐκ ἐμπλέκων αἰνίγματ', ἀλλ' ἁπλῷ λόγῳ (non ambages nectens, ſed ſermone ſimplici), Ὥσπερ δίκαιον πρὸς φίλους οἴγειν στόμα. Hinc ἀσαφὲς et αἰνικτὸν idem eſt. Soph. Oed. Tyr. 447. ὡς πάντ' ἄγαν γ' αἰνικτὰ κἀσαφῆ λέγεις. V. ad Ran. 61. *Bergl.* Leg. σοφῶς. *Cas.* Non caret ratione coniectura Caſauboni σοφῶς. Nam ſi eſt ἠνιγμένος, vtique non eſt σαφής, et repugnat vulgata lectio expoſitioni Scholiaſtae. *Duck.* Sic (σοφῶς) recte Suidas in ἠνιγμένος. Vulgo σαφῶς. v. Toup. Cur. nou. p. 57. d) σοφῶς et σαφῶς facile a librariis permutari potuerunt. Idem contigit Acharn. 401. *Br.*

197. e) Heſychius: *Βυρσαίετον* Ἀριστοφάνης ἀπὸ τῆς βύρσας καὶ τοῦ ἁρπάζειν τὸν Κλέωνα εἶπε. Reſpexit ad h. l. Ariſtoph. *Kuſt.*

---

c) Francog. int.: il eſt renfermé dans une énigme claire et ingénieuſe. σαφῶς et σοφῶς ſimul expreſſiſſe videtur. Vuil. o ſehr ſchöne Sachen (ſagt das Orakel), wiewohl ein wenig bunt und räthſelhaft.

d) In ed. Oxon. Emendd. in Suid. T. III. p. 87.

e) Recitat haec Demoſthenes ex volumine oraculorum.

198. Hefych. *Γαμφηλῇσι· σιαγόσι f*). Refpexit procul dubio ad locum hunc Comici. Caeterum verfum hunc citat Athenaeus Lib. XI. c. 1. [T. IV. p. 187. ed. Schw. vbi editur: *Γαμφηλαῖσι.*] *Kuft.* *δράκοντα.* Draco notum animal, diuerfi generis. Quidam non nocent, qui erant in deliciis apud veteres. Dicitur *draco* vel a miro effectu, *παρὰ τὸ δρᾶν*, vel a mira facultate videndi, *ἀπὸ τοῦ δέρκεσθαι.* Dracones fanguinis dicuntur auidiffimi: propterea poeta, vt oraculum redderet obfcurum, *draconem* pofuit pro *botulo.* Nam botulus fanguinis plenus draconem f. ferpentem imitatur. Per *botulum* intelligit *ificiarium. Cas.*

κοάλεμον. Locum hunc exponit Etym. V. *Κοάλεμον g*). *Kuft.* Suidas: *κοάλεμος, ματαιόφρων· κοεῖν γὰρ τὸ αἰσθάνεσθαι. καὶ ὁ ἠλίθιος καὶ ὁ ἀνόητος κοάλεμος. ἔγκειται τῇ λέξει τὸ ἠλέματον ἤγουν τὸ μάταιον καὶ τὸ κοεῖν, ὅ ἐστι νοεῖν· ὁ οὖν ἀνόητος καὶ μάτην νοῶν κοάλεμος λέγεται. κοάλεμοι παρ' Ἀριστοφάνει οἱ ἠλέματα κοοῦντες καὶ νοοῦντες.* Euftath. ad Il. p. 656, 54. *ἐκ τοῦ ἀλῶ ὁ ἠλεὸς γίνεται, ὅπερ ἐστὶ μάταιος, καὶ ὁ ἠλέματος· ἔτι δὲ καὶ ὁ ἐν τῇ κωμῳδίᾳ κοάλεμος, ἤγουν ἐν τῷ κοεῖν, ἤτοι νοεῖν, ἀλώμενος· ὁποίου σημαινομένου ἐστὶ καὶ ἡ Ἀκκώ, τὸ παροιμιῶδες κύριον, καὶ τὸ κωμικῶς εἰπεῖν μακκοᾷν, ἴσον ὂν τῷ μὴ νοεῖν. ἐκ δὲ τοῦ εἰρημένου κοαλέμου, ὃς τὸν εὐήθη δηλοῖ, καὶ Κοάλεμος, φησιν, ὁ τοῦ Κίμωνος πρόπαππος, δι' εὐήθειαν.* Ionicum eft *κοῶ* pro *νοῶ.* V. Bentlei. ad Call. fragm. LIII. *Brunck.*

199. *Δὴ τότε.* Ita edd. priores, non *Νὴ τότε* [vt perperam in ed. Kuft.] *Bergl.* *ἡ σκοροδάλμη.* Condimenti genus, quo vtebantur in fuis menfis pauperes. Fiebat ex muria, quae *ἅλμη* graece, et allio, quod *σκόροδον. Cas.* Hinc vertitur *muria alliata;* Veil. *die Gärberlauge,* et Francog. *odieufe lie,* magis ex fenfu reddiderunt. Caeterum oraculum expreffum eft verbis reconditis et exquifitis, et epico fermoni propriis, ad imitationem antiquorum oraculorum. Praeter exfpe-

---

f) Eadem verba Schol. affert *Bergl.* Add. Etym. p. 22[illegible]. Zonar. I. p. 419. f.

g) Add. Zonar. T. II. p. 1219. (vbi et alia etymologia, vt fit i. q. *κοιάλεμος* affertur) et ad eum loc. Tittmann.

ctationem et comice adduntur, quae v. 201. leguntur, αἴκεν κ. τ. λ.

202. ἀναδίδασκέ με. MS. Vat. Palat. ἀλλὰ δίδασκέ με· quae lectio elegantior eſt. Nam ἀλλὰ ap. Atticos interdum idem ſignificat, quod φέρε, ἄγε i. e. *age*, quo ſenſu hic capitur. V. Indicem noſtrum V. Ἀλλά. *Kuſt.*

205. ἀγκύλαις ταῖς χερσίν. Ita exponit vocem ἀγκυλοχείλης, quaſi compoſita ſit non ex χεῖλος, vt reuera eſt, ſed quaſi ex χείρ· nempe quaſi balbutiens dixiſſet ἀγκυλοχείλης, vt ſupra 79. Κλωπιδῶν pro Κρωπιδῶν. In Veſp. 42. Ἐδόκει δέ μοι Θέωρος — τὴν κεφαλὴν κόρακος ἔχων. — Ὀλᾷς Θέωλος τὴν κεφαλὴν κόλακος ἔχει. *Bergl.*

207. Vulgo ſic legitur hic verſus: Ὁ δρ. γ. ἐ. μακρὸν ἀλλᾶς τ' α. μ. vbi admodum inuenuſte vox μακρὸν bis poſita variata prioris ſyllabae quantitate, idque contra proſodiae legem: nam ſemper et vbique apud Comicum corripitur illa ſyllaba. Praeterea, vt recte obſeruauit Daweſius [Miſc. Crit. p. 202. ſ.] poſtulat ſermonis ratio, vt nomini ἀλλᾶς articulus, non ſecus atque antecedenti δράκων, comes adiungatur. Certiſſima eſt acutiſſimi viri emendatio: Ὁ δρ. γ. ε. μ. ὅ τ' ἀλλᾶς αὖ μ. *Brunck.* [qui eam recepit.]

210. αἴκε μὴ — Sunt ipſa oraculi verba, idcirco non ſollicitanda, licet alias αἴκε in comico ſermone locum non habeat. Procliue eſſet reponere; ἤν γε μὴ — *Brunck.*

211. λόγι' αἰκάλλει *h*) με [vt ol. vulg.] MS. Vat. Palat. λόγια καλεῖ με, quam lectionem veriorem puto. Vide etiam Schol. ad h. l. qui eamdem lectionis diuerſitatem obſeruat. *Kuſt.* Sic (τὰ μὲν λόγια καλεῖ με) perſpicue et diſtincte A. B. In C. λογιάκάλει. Vulgo λόγι' αἰκάλλει μ., quae lectio non prorſus ſpernenda. Noſtra tamen verior eſt. *Br.* αὖ, quod Inu. recepit, commodum ſenſum non habet.

214. Χορδὴ eſt *inteſtinum.* χορδεύειν autem hic eſt

h) Eurip. Ion. 685. οὐ γάρ με σαίνει τὰ θέσφατα *non blandiuntur* (non placent) *haec oracula.* Verbum αἰκάλλειν cum Synonymis occurrit ſupra 48. In Theſm. 894. ἀλλ' ὥσπερ αἰκάλλει τι καρδίαν ἐμήν. *Bergl.*

inteſtina replere. Cas. Imo *χορδεύειν τὰ πράγματα* eſt farcire quaſi, commiſcere et confundere res, negotia publica, i. q. antea *ταράττειν*. De voc. *χορδὴ* v. Etym. p. 813. *φαυλότατον ἔργον* res leuiſſima, negotium facillimum, dicitur.

215. *Δῆμος* cum accentu circumflexo eſt *populus*, cum accentu in fine eſt *pinguedo i*). Hic autem reſpicit ad artem iſiciariam. Ait igitur: Ante omnia populum tibi concilia *k*): vel, ante omnia pinguedinem adiice cibis. *Cas.* Sequentium ſenſus eſt: aliquantulum demulcens eum, deliniens, dulcibus verbulis coquinariis.

217. Locum hunc imitatus eſt Nicolaus (Damaſcenus in comoedia quadam, vt videtur) apud Stobaeum Serm. XIV. [p. 324. ed. Schow.] Loquitur autem paraſitus: *Οἶμαι δ' ἐμαυτὸν εὔθετον τοῖς πράγμασι, Παῖδες, γεγονέναι· πάντα γὰρ πρόςεστί μοι Ὅσαπερ ἔχειν τἀλλότρια τὸν δειπνοῦντα δεῖ, Λιμός, ἀπόνοια, τόλμα, γαστήρ, ἀργία. Bergl.*

218. Ad locum hunc Comici reſpexiſſe Gregorium Nazianz. epiſt. 57. recte obſeruat Paul. Leopardus Emendd. XV, 20. Verba Greg. Naz. haec ſunt: *τὸ δὲ αἰσχύνεσθαι εἰδέναι οὐ κατὰ ῥήτορας· ἀλλ' οὐ φωνὴ μιαρὰ σοὶ οὐδὲ γέγονας κακὸς οὐδ' ἀγοραῖος εἶ, οὐδέ τι τῶν τοιούτων ἔχεις, ἵν' εἴπω συντόμως, οἷς πλάττει τὸν ἀγοραῖον Δημόκριτον εἰς δημαγωγίαν Ἀριστοφάνης.* Vbi pro *ἀγοραῖον Δημόκριτον* legendum eſt *Ἀγοράκριτον l*). De Agoracrito enim Comicus hic loquitur. *Kuſt.* Eſt *φωνὴ μιαρὰ* abominabilis, dira, vox haud dubie ingens et male ſonans, vox, qualis demagogorum fuiſſe videtur, ſed *κακὸς* i. q. ſupra *πονηρός*.

219. Sic legitur hic verſus in primariis edd. integro ſaltem metro: *ἔχεις ἅπαντα τὰ πρὸς πολιτείαν ἃ δεῖ.*

---

i) Cf. Etym. p. 264. Zonar. I. p. 295. et 296. et Intpp. Hom. Il. 13, 832.

k) Hoc enim eſt *προςποιεῖσθαι*, propr. ſibi aliquid vindicare, proprium reddere. Non autem puto ambiguitatem, quam Cas. quaerit, vere a Comico ſpectatam eſſe.

l) Vt ex v. 1252. patet. *Bergl.*

Kuſterus, non inſpectis veteribus illis edd., quarum ad fidem ipſe ſuam ſe recenſuiſſe profeſſus eſt, Genevenſis mendam recoxit, in qua ſic deprauatus fuerat verſus: *ἔχεις ἅπαντα τὰ πρὸς τὴν πολιτείαν ἃ δεῖ m*). Sicque in notis commentatur: „In verſu hoc quaedam redundant. Quare ſic eum numeris ſuis reſtitues: *ἔχεις τὰ πάντα πρὸς πολιτείαν ἃ δεῖ.* Et ſic poſtea in cod. Vat. Pal. ſcriptum reperi." At nos in tribus codd. ſine vlla varietate ſcriptum reperimus: *ἔχεις ἅπαντα πρὸς πολιτείαν ἃ δεῖ·* quae procul dubio vera lectio eſt. Melius enim in hac phraſi articulus omittitur. *Brunck.*

220. *τὸ Πυθικόν.* Subintelligitur *μαντεῖον n*). Soph. Oed. Tyr 250. *ὡς τὸ Πυθικὸν θεοῦ Μαντεῖον ἐξέφηνεν ἀρτίως ἐμοί. Bergl.* Separatur Pythicum oraculum a reliquis oraculis propter ſingularem praeſtantiam. Sic in primo verſu Pluti: *ὦ Ζεῦ καὶ θεοί,* quaſi Iupiter non eſſet deus. *Cas.*

221. *Κοαλέμῳ.* Nempe quaſi ſtultitiae Deo alicui *o*). Infra 650. plures deos fictitios huius farinae inuocat iſte, ad quem haec dicuntur: *Ἄγε δή, Σκίταλοι καὶ Φένακες, ἦν δ' ἐγώ, Βερεσχεθοί τε καὶ Κόβαλοι καὶ Μόθωνες. Bergl.* Fingit nomen hic ſtultitiae. Vetus loquendi genus eſt, ductum ex ritibus religionis antiquae. Cum denotare volunt aliquem doctum, dicunt eum *θῦσαι ταῖς Χάρισι, litaſſe Gratiis.* Sic Ariſtophanes, cum vellet indicare huic iſiciario, ad Rempubl. capeſſendam gnauiter eum impudentem eſſe debere, monet vt litet *Coalemo.' Cas.*

225. Scholiaſtes infra ad v. 624. vbi de tribus ordinibus agit, in quos populus Athen. diuidebatur: „Equites autem vocabant, quia poſſet, ſiquando ipſis opus ſit, vnusquisque eorum alere equum. Erant autem prius numero mille, ſed iſti poſtea, ciuitate creſcente, facti ſunt ducenti ſupra mille." *Bergl.*

---

m) Manifeſte vitioſus verſus: nam ſecunda in *πολιτεία* longa eſt. Puto legi poſſe deletis articulis: *ἔ. ἅπ. πρ. πολ. ἃ δ.* Kuſterus *ἔχ. τὰ πάντα* e MS. Mihi articulus eo loco melius abeſſe videtur. *Duck.* Vt Duck. etiam *Reisk.* coniecit.

n) Ita etiam *Brunck.*

o) Idem monet *Br.*

227. Formulam *καλοί τε κἀγαθοὶ* copiose, nec hoc loco omiſſo, illuſtrauit Daweſius M. Crit. p. 243.

230. *οὐ γάρ ἐστιν ἐξ.* id eſt: *non enim hiſtrionis larua faciem Cleonis refert.* Tempore enim comoediae veteris laruae hiſtrionum ita effingi ſolebant, vt faciem illorum, qui in comoedia exagitabantur, quodammodo referrent *p*). Platonius in Excerptis: *ἐν μὲν γὰρ τῇ παλαιᾷ κωμῳδίᾳ εἴκαζον τὰ προσωπεῖα τοῖς κωμῳδουμένοις, ἵνα, πρὶν τι καὶ τοὺς ὑποκριτὰς εἰπεῖν, ὁ κωμῳδούμενος ἐκ τῆς ὁμοιότητος τῆς ὄψεως κατάδηλος ᾖ.* Pollux IV, 143. *τὰ μὲν κωμικὰ πρόσωπα, τὰ μὲν τῆς παλαιᾶς κωμῳδίας, ὡς ἐπιπολὺ τοῖς προσώποις, ὧν ἐκωμῴδουν, ἀπεικάζετο.* Vide etiam hic Schol. vet. et Suid. V. *Ἐξεικασμένος.* Illud tantum addo, in MS. Vat. Palat. pro *ἐξεικασμένος* legi *ἐξῃκασμένος* cum augmento ſolito. *Kuſt.* *ἐξῃκασμένος.* Sic bene tres Codd. Vulgo *ἐξεικασμένος.* Vid. Pierſon. ad Moer. p. 182. et Valcken. ab eo laudatum ad Phoen. p. 54. *Brunck.*

232. *Σκευοποιὸς* hic non ſignificat *hiſtrionem*, vt Friſchlinus male vertit, ſed artificem ſcenicum, qui laruas et reliqua ad apparatum ſcenae pertinentia fabricabat. Hoc ſenſu vox iſta etiam legitur ap. Aelian. V. H. II, 13. vbi ait: *δῆλα γὰρ δὴ ὅτι οἱ σκευοποιοὶ ἔπλασαν αὐτὸν (Σωκράτη) ὡς ὅτι κάλλιστα ἐξεικάσαντες.* Vide etiam Argumentum fabulae huius, itemque Anonymum in vita Ariſtoph. *Kuſt.* Contra metri legem v. praec. Inu. edidit: *οὐδεὶς αὐτὸν* — Reſtituendus vetus ordo: *αὐτὸν οὐδεὶς* — praeterea etiam cum vi quadam *αὐτὸν* ponitur.

233. *τὸ θέατρον δεξιὸν* non eſt, vt Bergl. reddidit, ſpectatores *cordati*, (aut *ſciti*, vt Br.); ſed ſunt intelligentes, qui facile ſentiunt, Cleonem exhiberi.

---

p) Mos fuit in his fabulis, quas a re *publicas* vocant (ſiue quarum argumentum ad rempublicam pertinet), perſonas traducendas effingere, vt qui hiſtriones videret, ſciret ſtatim quem referrent; quod in Cleone factum non eſt, vt hic notat poëta. *Cas.* Probabiliter Demoſthenes et Nicias perſonis quas hiſtriones gerebant ſimillimis cognoſci poterant. Qui autem Cleonis partes agebat hiſtrio, laruam ſerui vſitatam praeferebat, quae res fortaſſis aegrius Cleoni fecit, quam ſi facies eius fuiſſet efficta. *Vuil.*

234. Eurip. Cycl. 992. *Οἴμοι· Κύκλωψ ὅδ' ἔρχεται· τί δράσομεν; ἀπολώλαμεν γάρ, ὦ γέρον· ποῖ χρὴ φυγεῖν; Bergl.* Niciam haec, dum currebat fugiens, dixiſſe cenſet Francog. interpres. Idem et hoc verſu ſcenam quartam incipere ſtatuit; alii ſcenam tertiam act. 1. a verſu ſequ.

235. *οὔτοι — χαιρήσετον* eſt: non ſane impune hoc feretis, h. e. grauiſſime puniemini.

237. Loci huius meminit Stephanus Byz. V. *Χαλκίς. Kuſt.* Intelligit poculum illud, ex quo paulo ante bibebat Demoſthenes. Recte autem Schol. notat, traduci Cleonem, qui ob leuiſſimas cauſas homines maieſtatis reos faciebat. Nam hic Demoſthenes arguitur proditionis, quaſi Chalcidenſes ad proditionem ſollicitaret aut ab illis defectionem cogitantibus eſſet corruptus. Quo argumento autem? Quia in eius manu deprehenditur poculum Chalcidicum. Chalcides plures fuerunt, ſed Chalcis hic Boeotica intelligitur. *Cas.* Chalcis Euboeae inſulae intelligenda eſt, quae tum quidem Athenienſibus parebat, ante bellum Pelop. ab iis ſubacta (Thuc. I, 114.), ſed nouas res iam molita eſſe videtur et aliquot annis poſt ab Athenn. defecit (Ol. 91, 4. Thuc. 8, 5.). Nam Chalcidenſes in Thracia, contra quos quarto ante hanc fabulam actam anno ſuſcepta eſt expeditio (Thuc. 2, 79.) intelligi non poſſunt.

240. In Plut. 439. *οὗτος, τί δρᾷς; ὦ δειλότατον σὺ θηρίον, οὐ παραμενεῖς; Bergl.* Agoracritus, minis et voce Cleonis territus, fugam capeſſit. Itaque eum, vt maneat neque res prodat, deferat communem cauſam, hortatur.

242. *παραγένεσθε.* Sic ſcribi debuit, flagitante metro, cuius ad legem non adtenderunt, qui turpiter mendoſum *παραγίγνεσθε* hic remanere paſſi ſunt. *Br.* Poeta deinde nomina quaedam poſuit tum, vt videtur, non ignota equitum.

243. Quaſi de acie inſtructa loquitur. Sic Au. 353. *ποῦ 'σθ' ὁ ταξίαρχος; ἐπαγέτω τὸ δεξιὸν κέρας. Bergl.* Aciei inſtruendae et ſpecies et nomina multa fuerunt. Sed illud vſitatiſſimum fuit, vt duo eſſent cornua in

acie parata ad cingendum, ſi fieri poſſet, hoſtem: alterum *cornu dextrum* vocatur, alterum *ſiniſtrum;* et inde familiaris vox graecis hiſtoricis ὑπερκερᾶν, *cornu producto cingere hoſtem q*). *Cas.* ἐλᾶτε ſcil. τοὺς ἵππους. De equo ipſo ἐλᾶς Nub. 1288. Quae ſequuntur, Demoſthenes ad Agoracritum dixit, dum chorus equitum prodit. Caeterum trochaicum metrum inde a v. 242. aptiſſimum fuit his cohortationibus actionisque celeritati *r*).

247. Scenae quintae initium hic conſtituit Francog. interpres. ταραξιππόστρατος (vocabulum more Comici compoſitum) eſt, qui equeſtrem exercitum ſ. ordinem conturbat, perturbator ordinum equeſtrium. Male Francog. interpres reddidit: cet ennemi des Chevaliers et du peuple. Videtur autem vnus e choro haec tum ad caeteros equites, tum ad Agoracritum (252.) dixiſſe.

248. τελῶναι mancipes vectigalium, qui e publico redimunt vectigalia certo pretio: genus hominum apud Graecos et Hebraeos inuiſum maxime. Apud Latinos [Romanos] Equites tractabant vectigalia et *publicani* ex eo dicebantur *s*); eratque ordo *publicanorum* honeſtus. *Cas.* H. l. τελώνης, vectigalium exactor, Cleon dicitur, quia noua vectigalia ſ. tributa impoſuit ac ſevere exegit, vti abyſſus (perperam intt. latt. addunt *malitiae* — φάραγξ, τὸ ἀπόσπασμα τῆς γῆς, τὸ χάσμα, Etym. M. et Zon. II. p. 1795. *t*)) et gurges (χάρυβδις tropice, vt charybdis bonorum, Cic. Or. 3, 41.) rapinae, quia bona publica diripuit et deuorauit.

---

q) Vid. Schweighäus. Lex. Polyb. p. 630.

r) Brunck. male ſcripſerat v. 244. κάναστρέφου. Addidit igitur hanc notam: „Repone κἀπαναστρέφου. Non typothetae, ſed meum flagitium eſt, qui ſic oſcitanter deſcribens poſui, quod olim librariis ſaepiſſime accidit."

s) Scilicet quia *publica* redimebant. Ab iis prorſus diuerſi erant τελῶναι, *portitores*, publicanorum operae. Sed haec nunc notiſſima ſunt. v. Fiſcher. Proluss. de Vitiis Lex. N. T. p. 22. ſ.

t) φάραγξ proprie vallis profundior. Inter conuicia locum obtinet, quaſi dicas: abyſſus malitiae et vitiorum. *Cas.*

249. πολλάκις γὰρ αὔτ' ἐγώ. Eurip. Hipp. 664. ὄλοισθε· μισῶν δ' οὔποτ' ἐμπλησθήσομαι Γυναῖκας, οὐδ' εἴ φησί τίς μ' ἀεὶ λέγειν. Bergl.

251. In Nubb. 1511. δίωκε, βάλλε, παῖε, πολλῶν οὕνεκα. v. Acharn. 280. Bergl.

252. Verba καὶ γὰρ ἡμεῖς ita interiecta ſunt vt repeti debeat, βδελυττόμεθα, exſecramur, abominamur eum. Vtitur autem verbis, quae non eodem modo dici de Cleone potuerunt, ſed reſpiciunt ad eius mores ac facta, vt ταράττειν, κυκᾶν.

253. Verſum hunc et ſequentem citat Suidas V. Εὐλαβοῦ. Kuſt. εὐλαβεῖσθαι proprie dicitur de iis, qui vaſa vitrea aut alia fragilia tangunt cum magna circumſpectione; generaliter pro *cauere*. Cas.

254. Εὐκράτης ille eſt, qui innuitur ſupra v. 129. v). Stupas ille aut ſtupea texta primum vendebat; poſtea ditior factus moletrinam habuiſſe videtur, vnde κυρηβιοπώλης Comico noſtro dicitur in verſu, quem ex deperdita fabula profert Scholiaſtes: καὶ σύ γε κυρηβιοπῶλα Εὔκρατες στύπαξ. Brunck. φεύγειν ὁδοὺς Attice pro φεύγειν δι' ὁδοῦ. Obiter notat Eucratem, qui de piſtore adſcenderat ad adminiſtrationem reipub., vnde poſtea fuerat deiectus. κυρήβια ſunt purgamenta frumenti aut leguminis, *furfures, glumae, paleae*. Cas.

255. *Heliaſtae* ſunt iudices ſoliti iudicare in Heliaea: ita locus vocabatur Athenis, vbi certae cauſae tractabantur x). Nam Athenis pro diuerſitate cauſarum diuerſa erant fora. φράτωρ et φρατὴρ dicitur cognatus et iunctus vinculo aut ſanguinis aut vicinitatis,

---

v) De iſto Comicus alibi: καὶ σὺ κυρηβιοπῶλα Εὔκρατες στύπαξ, referente Scholiaſte, qui dicit, eum molas poſſediſſe; hinc furfurum mentio Bergl. Nam κυρήβια dicitur hordeum molitum, furfures, πίτυρα (Kleyen) v. Suid. h. v. Photius p. 140. Pollux 1, 248. Heſych. c. intpp. H. l. κυρήβια eſt locus vbi furfures venum exponebantur, et εὐθὺ τ. κ. dicitur vt εὐθὺ τῶν ἀρωμάτων ap. Eupolin Polluc. 9, 47. vt ſit: *ad* eum locum. v. Toup. Emm. in Suid. III. p. 85.

x) V. ad Au. 109. et Atticae antiquitatis, inprimis forenſis, ſcriptores.

vt *tribules.* Olim participes eiusdem putei dicebantur *φράτορες y*). Nam ibi conſtituebantur habitationes, vbi putei poterant effodi, quod patet ex ſacris litteris. Puteus graece *φρέαρ:* ſed poſtea latius ſignificatio huius vocis eſt producta et volunt quidam deduci a nomine *πατριά.* In ſumma ponitur pro *συγγενὴς, cognatus:* hic autem comice *φράτορες τριωβόλου,* ſiue *συγγενεῖς* trioboli, dicuntur ſenes qui non minus amant mercedem iudicialem quam omnes ſuos cognatos aut conſanguineos. Athenis plebecula admittebatur ad iudicia et viliſſimam mercedem, tres nempe obolos accipiebat *z*). *Cas.* De triobolo, quae merces erat iudicum apud Athenienſes multis agit Petitus ad LL. Att. p. 325. vbi et hunc locum laudat. Add. Poll. 8, 20. atque ibi Iungerm. et Salmas. de Modo Vſur. p. 25. qui disputat, diurnam hanc fuiſſe mercedem iudicum, ita vt integro anno accipiant 180. drachmas ex publico. De triobolo iudiciali etiam Meurs. Areopag. p. 2125. et ſeqq. T. V. Ant. Graec. ubi itidem de *Ἡλιαίᾳ. Duck.*

256. Meminit huius loci Suidas V. *Οὓς ἐγὼ βόσκω. Kuſt.* Quod hic Cleo dicit (*οὓς ἐγὼ βόσκω*), non vanum eſt: nam ipſe iudicum chorus in Veſp. v. 595. gratus agnoſcit merita Cleonis: *αὐτὸς δ᾽ ὁ Κλέων ὁ κεκραξιδάμας, μόνος ἡμᾶς οὐ περιτρώγει, ἀλλὰ φυλάττει διὰ χειρὸς ἔχων καὶ τὰς μυίας ἀπαμύνει. Bergl. καὶ δίκαια καὶ ἄδικα* eſt prouerbiale. In Acharn. 372. *ἐάν τις αὐτοὺς εὐλογῇ — καὶ δίκαια κἄδικα.* In Plut. 233. *ἣν δεῖ χρημάτων σὲ τήμερον μεστὴν ποιῆσαι καὶ δικαίως κἀδίκως* vbi etiam vide Notam. *Idem.*

257. *παραβοηθεῖν* proprie dicitur vicinus, qui vicino opem fert. *Cas.*

---

y) Inepta haec eſt vocabuli deriuatio a *φρέαρ.* Immo a *φράω* condenſo, munio, prouideo, curo, repetendum videtur. Cf. Scheid. ad Lennep. Etym. L. Gr. p. 804. ſ. De ſignificationibus autem vid. Ignarra de phratriis p. 6. ſs.

z) Socios et ſodales trioboli vocat Heliaſtas, ſiue eos, qui in *Heliaea*, loco publico ita dicto, iudicia exercerent, quia illo tempore merces iudicialis eſſet trioboli, quae antea fuerat vnus obolus. In Nubb. 861. *ὃν πρῶτον ὀβολὸν ἔλαβον Ἡλιαστικόν.* Idem clarius in Veſp. 197. *ὦ συνδικασταὶ καὶ Κλέων ἀμύνατε. Bergl.*

258. ἐν δίκῃ γ'. In Nubb. 1536. ὡς ἐν δίκῃ σ' ἔτυπτον. *Bergl.*

259. κἀποσυκάζεις a) etc. i. e.: *et veluti ficus decerpens premendo exploras obnoxios, ſintne maturi an immaturi* (ſintne iniuriae opportuni, an non? ſiue, ſintne eius conditionis, vt pecunia illis facile extorqueri poſſit, an non?). Qui enim ficus decerpturi ſunt, tangere eas ſolent et premere, vt ſciant, ſintne maturae an ſecus. Hoc ideo moneo, quia video Friſchlinum locum hunc male vertiſſe. *Kuſt.* De v. συκάζειν et ἀποσυκάζειν disputatum etiam eſt in Coniect. VV. DD. ad Ariſtaenetum (1752.) p. 24.

260. πέπων eſt maturus fructus qui molleſcit. Vnde inter conuicia eſt πέπων, homo mollis, ignauus, et ita hic accipiendum. *Cas.* Immatura ficus dicitur ὄλυνθος et φήληξ, de qua matureſcente vſurpauit vocem πέπων Comicus Pac. 1167. τὸν δὲ φήληκ' ὁρῶν οἰδαίνοντ', εἶθ' ὁπόταν ᾖ πέπων, ἐσθίω. Hic in Eqq. per metaphoram πέπων eſt homo *mitis.* Aeſchylus Eumen. 67. ἐχθροῖσι τοῖς σοῖς οὐ γενήσομαι πέπων. *Bergl.*

261. χαίνειν eſt, ore hiante eſſe ſiue pandiculari: quod hominis ignaui aut parum ad rem attenti indicium eſt. *Cas.* Aliquid turbatum eſſe, hic nemo non animaduertere poteſt male cohaerentibus ſententiis ob duorum verſuum transpoſitionem, qui loco ſuo ſic reponendi ſunt:

ὅςτις αὐτῶν ὠμός ἐστιν ἢ πέπων ἢ μὴ πέπων,
καὶ σκοπεῖς γε, τῶν πολιτῶν ὅςτις ἐστὶν ἀμνοκῶν,
πλούσιος καὶ μὴ πονηρὸς καὶ τρέμων τὰ πράγματα·

---

a) σῦκον *ficus:* συκίζειν et συκάζειν *ficus decerpere et comedere.* ἀποσυκάζειν πιέζοντα eſt, preſſura experiri an ficus maturae ſint: nam πιέζειν eſt *premere.* Senſus eſt: quemadmodum qui ficum ex arbore cupiunt edere, prius explorant premendo, ſitne matura an non: ſic Cleon, perditurus aliquem ciuem, vt eius bona rapiat, prius explorat, ſitne ille opportunus iniuriae, vt loquitur Salluſtius. Sed elegantiſſime vtitur voce συκάζειν alludens ad v. συκοφαντεῖν, quod eſt calumniari aliquem. Proprie συκοφαντεῖν eſt deferre eum qui ficus exportauit. Athenis enim id erat vetitum lege. *Cas.* Metaphora a ficubus, quas decerpturi premendo experiuntur, an ſint maturae. Simul alludit ad v. συκοφαντεῖν. Ex Scholiis. *Bergl.*

κἤν τιν' αὐτῶν γνῷς ἀπράγμον' ὄντα καὶ κεχηνότα,
καταγαγὼν ἐκ Χεῤῥονήσου, διαλαβὼν ἠγκύρισας,
εἶτ' ἀποστρέψας τὸν ὦμον, αὐτὸν ἐνεκολήβασας.

Huncque ſententiarum ordinem in verſione ſecutus ſum b). *Brunck.*

262. *χεῤῥόνησος* ſiue *χερσόνησος* dicitur terra ſterilis (id enim eſt *χέρσος*), inſulae ſimilis; nam *νῆσος* eſt inſula. Plures in geographia nominantur *χερσόνησοι*: hic intelligitur Cherſoneſus Thracica, quae Athenienſibus parebat, vbi Potidaea et Olynthus: de quibus tam multa Demoſthenes. Ait igitur Cleonem calumniis ſuis efficere vt miſeri Cherſoneſitae in vrbem vocentur ad purganda crimina. *Cas.* Thraciae Cherſoneſus intelligitur Athenienſibus ſubiecta, vt recte Schol. Cleon itaque, ſi quem ibi ſciret idoneum iniuriis, illum Athenas euocatum calumniabatur, inſimulans eum crimine laeſae maieſtatis et proditionis aut alio quocunque. Cherſoneſus autem tantum exempli gratia hic nominatur; nam et alibi erant ciuitates Athenienſibus ſubiectae non minus calumniis ſycophantarum expoſitae: aut propterea Cherſoneſi fit mentio, quia forte nuper inde aliquem accuſauerit Cleo. *Bergl.*

διαβαλὼν [vt olim legebatur]. Conieceram *διαλαβὼν* ex Heſych. qui *διαλαβεῖν* ait *παλαιστρικόν τι.* Deinde vidi Caſaubonum, etſi ita legendum eſſe non dicit, tamen indicare c), ſe in eadem ſententia fuiſſe. Et ita quoque puto ſcribendum ap. Schol. *παλαιστρικὰ γάρ εἰσι ταῦτα, καὶ τὸ διαλαβὼν καὶ τὸ ἀγκυρίσας.* *Comple-*

b) Vertit: — ſpectans ecquis eorum ſit crudus aut maturus aut nondum maturus, et obſeruas, ſi quis ciuium ſimplex eſt inſtar agni, opulentus, a negotiis remotus et fugitans litium: tum, ſi quem videas otioſum et oscitantem huc euocatum ex Cherſoneſo medium prehendis, collum implicas nexu brachii, humerumque retorques, ſicque afflictum praecidere ſoles.

c) Allegoria eſt et verba petita ſunt ex arte palaeſtrica. Olim partem magnam vitae in ludis conſumebant veteres: inde eſt, quod tertio quoque verbo omnes ſcriptores metaphoras inde ducunt. *Διαλαμβάνειν* eſt *medium prehendere,* quod luctatores cupidiſſime faciunt. Antagoniſta enim *διαληφθεὶς* i. e. medio corpore prehenſus, prope iam victus eſt. *Cas.*

cti dicit Corn. Nepos in Epam. c. 2 In Fabri Agonist. et Mercurial. nihil de hoc reperio. *Duck.* διαλαβὼν etiam *Reisk.*

ἀγκυρίσας [vt vulg. legebatur]. Scrib. ἀγκυλίσας. Ἀγκύλη graece multa significat: inter caetera est flexura cubiti, item suffraginum: vnde est ἀγκυλοκοπεῖν apud LXX. *d*), quod vetus interpres docte vertit *subneruare*; dicitur et *suppernare*. At ἀγκυλίζειν est, suffragines ferire astu, vt inclinetur aduersarius. *Cas.* Scholiastes quidem metaphoram a palaestra sumtam esse monet, sed vocem ipsam ἀγκυρίσας tam varie exponit, vt ipsum de vera eius significatione dubitare videas. Pollux lib. 3. sect. vlt. inter verba ad luctam pertinentia recenset quidem etiam ἀγκυρίζειν, sed quale illud schema palaestricum fuerit, non explicat. Scaliger ad Euseb. Chron. n. 2208. τὸ ἀγκυρίζειν in hoc loco Comici significare putat, collum aduersarii flexu brachii sui implicare eumque ita suffocare *e*). Sed ipsa viri magni verba hic describere non grauabor: „Intelligit (Lampridius) per speciem exercendi, vt solebat, collum eius brachii sui flexu athletam implicasse atque obtorto collo suffocasse: quod genus παλαίσματος Graeci ἀγκύρισμα vel ἀγκυρισμὸν vocant: quum scilicet collum adversarii implicans nexu brachii antagonistes manu eadem aduersum humerum corripit atque ita valide obstricto collo aduersarium strangulat. Aduersum enim humerum tanquam dente ancorae prehendens nomen schemati palaestrico dedit. Aristophanes Eqq. optime

d) Locum non inueni, neque verbum ap. Tromm. Concordd. I. p. 16. aut Biel. Thes. I. p. 11. notatum reperi. De v. *subneruare* et *suppernare* (Fest. h. v.) cf. Scheller. Lex. Lat. mai. et Forcellin. Lex. IV. 248. 288., de voc. ἀγκύλη Zonar. Lex. I. p. 25.

e) Scaligeri expositionem vide ap. Kusterum, qui recte sentit, nec probari eam facile, quod nullis aliis argumentis nititur, nec reiici posse. Salmasius ad Lamprid. Comm. p. 521. Scaligeri expositionem reiicit aitque, ἀγκυρίζειν esse pedibus pedes subuincire et supplantare; sed nec ipse quidquam adfert, vnde hanc significationem huius vocabuli ostendat: quod forte facturus erat in libro de schematis et tropis palaestrae, quem ibi promittit. De emendatione Casauboni iudicium Kusteri probo, inprimis quum etiam Pollux 3, 155. ἀγκυρίζειν inter παλαιστρικὰ recenseat. *Duck.*

id ostendit: κἤν τιν' αὐτῶν γνῷς ἀπράγμον' ὄντα etc. vbi et ſignatiſſimo verbo ἐγκολλαφίσεως vtitur, quod conſtrictionem ſignificat. Non ſincere haec exponit Scholiaſtes Ariſtoph., qui ἀγκύρισμα ἀπὸ τῆς ἀγκύλης deducit et ὑποσκελισμὸν interpretatur *f*)." Haec Scaliger audacius quidem (vt interdum eius mos eſt) ſic ſe habere affirmat; ſed, quae dicit, non ſatis probat. Quare ſententiam eius nec defendere nec refellere in animo mihi eſt. Nam ipſe, vt ingenue fatear, ſic ſentio, nos hodie ignorare, quale ſchema palaeſtricum τὸ ἀγκυρίζειν apud veteres proprie fuerit. Caſaubonus in notis nunc primum editis exiſtimat, pro ἀγκυρίσας legendum hic eſſe ἀγκυλίσας, quam coniecturam ambabus, vt aiunt, amplecterer vlnis, ſi eam cum metro conciliari poſſe viderem. Nam ſyllaba ſecunda in ἀγκύλη vocibusque inde deriuatis ſolet eſſe breuis, quam tamen per verſum hic oporteret eſſe longam. *Kuſt.* διαλαβὼν ἠγκύρισας flagitante ſenſu et ſermonis ratione legendum. Male vulgo διαβαλὼν, ἀγκυρίσας. διαλαμβάνειν eſt *medium prehendere*, quod luctatores facere ſolent, vt Caſaub. obſeruauit. In διαβαλὼν manifeſtus eſt error, ex fre-

---

f) Schol. ἀγκύρισμα, εἶδος παλαίσματος. Heſych. ἀγκύρισμα, σχῆμα τῶν ἐν πάλῃ. Idem Schol. ἀγκύρισμα dicit etiam eſſe *inſtrumentum quo ficus prehenduntur*, nempe quum decerpuntur. Heſych. ἄγκυρα, ἐν ᾗ τὰ σῦκα λαμβάνουσι. Itaque ἀγκυρίζειν τινά erit, prehendere aliquem vt ficus prehendi ſolent illo inſtrumento; quae ſignificatio hic locum habere videtur, vt perſiſtat in metaphora, nam paulo ante dicebat ἀποσυκάζεις. *Bergl.* Zonaras I. p. 3?. ἀγκυρίσας ἀντὶ τοῦ καταπαλαίσας, haud dubie ex h. l. Francog. interpres (in Th. Brumoei ſequutus transpoſitionem verſuum a Br. propoſitam) vertit liberius: qui t'attaches aux citoyens doux — et ſur-tout à ces oiſifs, toujours bâillant, nouveaux debarqués de la Cherſoneſe: tu t' en ſaiſis, tu les dépouilles, enſuite tu leur tournes le dos et tu les honnis. Wilandus hac paraphraſi reddidit:

Und ſobald du einen auftreibſt, der dir als ein ſchwacher
Händelſcheuer Tropf bekannt iſt, ihn bis aus dem Cherſoneſus
Her hohlſt, ihn umſchlingſt und drängſt und würgeſt und nicht von ihm abläſst,
Bis du ihn mit umgebogner Schulter unter dich gebracht.

quentissima in hoc verbo literarum transpositione. ἠγκύρισας est secunda persona aoristi ab ἀγκυρίζω, quod verbum etiam palaestricum est. *Brunck.*

263. ἀποστρέψας τὸν ὦμον. Et hoc verbum est e lucta petitum: significat, humerum retrorsum torquere, neque praebere se aduersario facilem. *Cas.*

ἐνεκολάβησας *g*). Sic et reliquae habent edd. Sed metri gratia scribendum est ἐνεκολάβισας, ab ἐγκολαβίζω, quod Eustathius interpretatur, δίκην κολλάβου καταπίνειν *collabi instar deglutire.* κόλαβος autem vel κόλλαβος, per duplex λλ, erat genus panis: de quo plura vide apud Grammaticos vett. Vide etiam Suid. V. ἐκολάβησας. *Kust.* Mendosissime vulgo ἐνεκολάβησας, barbare et pessumdato metro. Lapsi sunt in hoc verbo librarii omnes. In membr. scriptum ἀνεκολάβησας. In C. ἐνεκολώβησας *h*). Nos veram lectionem restituimus (ἐνεκολήβασας). Hesych. κοληβάζει, ἐσθίει, καταπίνει. Bona quidem verbi scriptura est, sed praua interpretatio. κοληβάζει significat περαίνει, βινεῖ *paedicat, praecidit*, a κόλον et βαίνω: vel καταπατεῖ, vt exponit Suidas, παρὰ τὸ ἐπὶ κόλαις βαίνειν. κόλα δὲ ἡ γαστήρ. Sed prior significatio κωμικωτέρα. Non vnius assis sunt Casauboni et Kusteri interpretationes. Eadem forma mox occurrit κυρηβάσει. κοληβάζω, κυρηβάζω. *Br.*

264. Eustathius ad Iliad. Ν. p. 962. ed. Rom. ad h. l. Arist. respiciens τὸ ἀμνοκῶν *i*) interpretatur, νοῶν ὡς ἀμνός, *sensu agni praeditus*, i. e. *stupidus*, *simplex.*

---

g) Ἐγκολαβεῖν est, deglutire instar buccae. Κλόον est bucca vel cibus, vnde κόλαξ cibi captator, et εὔκολος minime difficilis in cibo. Inde κόλαβος et κολαβεῖν et ἐγκολαβεῖν. Est autem figura, quae dicitur graece παρ' ὑπόνοιαν, praeter exspectationem, quum praecedentibus finis non respondet. Praecedentia verba postulabant, vt diceret: *deiicis illum;* poëta dicit: *deglutis illum. Cas.* κόλλαβοι dicebantur panes minores. Zonar. II. 1220. add. Ruhnken. ad Timaeum h. v. ἐνεκολάβισας coniicit Reisk.

h) Hesych. legisse ἂν ἐκολήβασας, Suidam ἂν ἐκολάβησας monet Schneider. Lex. gr. II. p. 555. f. qui verbum esse palaestricum i. q. κολετρᾶν censet.

i) Pro ἀμνοκοῶν. Ἀμνὸς *agnus;* κοεῖν est νοεῖν: ἀμνοκοεῖν, simplicem esse instar agni. *Cas.*

κοεῖν enim idem ſignificat quod *νοεῖν*. *Kuſt.* Suidas: *προβατώδης, μωρὸς, εὐήθης.* Vel, vt Euſtath. exponit ad Il. p. 962, 19., *νοῶν ὡς ἀμνός. Br.*

265. *πόνηρος* tacite ſcripſit Br. In al. edd. eſt *πονηρός*.

266. *ξυνεπίκεισθ'*. Anceps interpretatio; vel vt ſit imperatiuus, vt Cleon homines ſuae factionis alloquatur, deinde ad equites vultum conuertat: vel vt ſit indicatiuus, et hoc malim. Tum addenda interrogatio, hoc ſenſu: Itane, o equites, vos in me conſpiraſtis? atqui veſtra gratia ego in inuidia ſum *k*). Sequentibus verbis adulatur equitibus Cleon. *Cas.*

267. *λέγειν γνώμην* eſt, dicere ſententiam in ſenatu ſiue aliquid deliberandum proponere. Aliter dicitur *εἰςάγειν γνώμην. Cas.*

268. *ἀνδρίας* [vt Br. ed.] Sic B. C. Vulgo *ἀνδρείας. Br.* Attica eſt illa forma, ſaepius etiam Platoni reſtituta ab Heindorfio.

269. *μάσθλης l*) eſt corium paratum et arte molle redditum. Ac videntur ita vocatae pelles rubro infectae, quales ſunt, quibus tegimus libros. Nam apud veterem Comicum obſeruabamus *μάσθλινος* pro, *rubens.* Hic *μάσθλης* conuicii genus eſt in hominem mollem. *Cas.* Suidas: *ἰδίως ὁ μεμαλαγμένος λῶρος καὶ ἔκλυτος. μάσθλης ἄνθρωπος, ὁ μεμαλαγμένος καὶ ἐντριβὴς ταῖς πονηρίαις. τὸ αὐτὸ δηλοῖ καὶ τὸ γλοιός.* Reſpicit ad Nub. 449. *μάσθλη m*), *μάσθλημα alutam* ſignificat, *pellem confectam* et *ſubactam. Brunck.*

ὑπέρχεται n). Gloſſae: *ὑπέρχομαι, obrepo*, quod de occultis fallaciis dicitur latine. Plautus in Trinum. I,

---

k) Ita etiam recte interpretatus eſt Vuil. quum Francogallus omnem vim loci eleuet vertendo: Voilà comme vous vous elevez tous contre moi: et cependant, mes amis, je ne ſuis maltraité par ces gens-ci que etc.

l) In Nubb. 448. *μάσθλης, εἴρων κ. τ. λ.* vbi v. Not. *Bergl.* Vertunt *ſubactus*, *ſchlau* Vuil.

m) Eſt i. q. *ἱμάσθλη*. Cf. Heſych. et Zon. II. p. 1232.

n) *ὑπέρχεσθαι* eſt ſubire, vel clam locum ingredi: ponitur eleganter de adulatore, qui ſubmittit ſe alicui. *Cas.*

E 2

2, 25. *Neque enim tu, crede, mihi imprudenti obrepſeris. Bergl.* Male vulgo poſt ὑπέρχεται diſtinguitur [commate] et verſu ſeq. ἐκκοβαλικεύεται legitur, quo cum verbo, intranſitiue ſignificante, γέροντας ἡμᾶς conſtruunt: hi vero accuſatiui ad ὑπέρχεται pertinent. Proinde copulam, quae librarii errore exciderat, bene reponit Toup. ad Suidam III. 258. *o*). Non autem κ' ἐκκοβαλικεύεται ſcribi debuit, verum ex Atticismi vſu κἀκκοβαλικεύεται. Nam in omnibus vocibus ex καὶ ἐκ craſis fit in κἀκ. Sic Ran. 201. κἀκτενεῖς, 446 κἄκλαε κἀκεκράγει. Conc. 603. κἀκτήσατο. Au. 1108. κἀκλέψουσι. Veſp. 444. κἀξωμίδων. *Brunck.*

270. ὥσπερεὶ γέροντας. Alludit ad coenas diuitum. Nam ſenes depontani habebant multos paraſitos ſpe praedae, quos Iurisconſulti captatores haereditatum vocant. *Cas.* ἐκκοβαλικεύεται. Scholiaſtes ἀπατᾷ. Comicus infra 414. καὶ νὴ Δί' ἄλλα γ' ἐστί μου κόβαλα — ἐξηπάτων γὰρ τοὺς μαγείρους. Heſych. κόβαλος, πανοῦργος *p*). Comicus coniungit, vt infra 331. ἐν πανουργίᾳ τε καὶ θράσει καὶ κοβαλικεύμασι. V. 447. κόβαλος εἶ· deinde alter: πανοῦργος εἶ. In Ran. 1041. [1042. Inu.] μηδὲ κοβάλους, ὥσπερ νῦν, μηδὲ πανούργους. *Bergl.*

271. ταύτῃ γε. Manet in translatione e palaeſtra et lucta, quaſi dicat: ſi in hac lucta vincit Cleon, iſto conatu, alia via eum aggrediemur. Poteſt exponi ταύτῃ χειρί *q*). *Cas.* Infra 337. ἐὰν δὲ μὴ ταύτῃ ὑπείκῃ. *Bergl.*

---

o) Toup. Em. in Suid. II. 311. ed. Ox. „Locus Comici, qui male ſanus eſt, ita, tum ſenſu tum Graecismo poſtulante, reſcribendus eſt:

— εἶδες οἷ' ὑπέρχεται,
ὡσπερεὶ γέροντας, ἡμᾶς κ' ἐκκοβ.

Vides, quomodo nos, tanquam ſenes, circumuenit et deludit. Eſt autem ὑπέρχεσθαι *ſubrepere, ſubblandiri, ludificari.* v. Andocid. Or. IV. p. 301. ed. Han. 1619. Schol. Soph. Oed. Tyr. 404. et ad Electr. 60.“ Idem in Emm. in Heſ. ibid. T. IV. p. 115. ob verſum legi voluit: ἡμᾶς ἐκκοβαλλικεύεται.

p) Zonaras II. 1247. κοβαλεύω etiam interpretatur πανουργεύω.

q) Imo μερίδι aut tale quid ſuppleri poteſt, ſi ſupplemento opus eſt. v. Lamb. Bos de Ell. p. 273. ſ. Schäf.

272. Loci huius meminit Suidas V. Ὑπέρχεται, et Eustath. ad Il. γ. p. 1326 ed. Rom. *Kust.* κυρηβάσει. Hinc κυρηβασία r), quod Grammatici exponunt, ἡ διὰ τῶν κεράτων μάχη, nempe, quum animantia quaedam cornibus inter se concurrunt. Dicit ergo: si Cleo in me cornua verterit, crus ei opponam in quod impinget. *Bergl.*

273. θηρίον. Hominem saeuum et crudelem se vocat. Interdum vocamus hominem omnibus vitiis inquinatum, nulla virtute redemtum, vt ait Iuuen. [Sat. 4, 2.]. Vnde est apud philosophum κακία θηριώδης, quasi dicas, quae mensuram humani ingenii excedat, cui opponitur virtus, quam vocat *diuinam*. *Cas.*

γαστρίζειν s) apud Graecos praeter alia significat *ventrem ferire*, vt h. l. Hesych. Γαστρίσαι, εἰς τὰ στέρνα πλῆξαι. Suidas: γαστρίζομαι, τύπτομαι εἰς τὴν γαστέρα t). Phrynichus in Eclog. Voc. Att. p. 16. dubitat v) (ita tamen vt neganti propior sit) an τὸ γαστρίζειν apud veteres Atticos significauerit εἰς τὴν γαστέρα τύπτειν, sed cui scrupulum istum locus hic Arist. facile eximere poterat. Eodem sensu vox ista apud Comicum nostrum capitur Vesp. 1519. et in hac ipsa fabula infra 452. Huc etiam facit locus ille Laërtii in Cleanthe VII, 172. εἰ ὁ

---

r) κυρηβασία proprie pugna quae fit cornibus: vt quum tauri inter se committuntur, aut arietes. Hic pro *impingere* ponitur. *Cas.* Apud Phot. Lex. p. 140. f. et κρειβάσασθαι et κριβάσασθαι scribitur, atque per διαμαχέσασθαι explicatur. Postrema scriptura et ap. Hesych. occurrit. Sed Zonar. II. 1272. κυρηβάσει habet et μαχήσεται explicat. add. Etym. M. p. 548. Vertunt: si vero huc declinauerit, in crus impinget. Vuil. sensum ita exprimere voluit: und der Stutzbock soll das Stoſsen uns mit seiner Nase büſsen. Sensus est: contra crus pugnabit. h. e. corpore incuruato pugnabit, aut, crure petetur, ferietur.

s) γαστὴρ venter: γαστρίζεσθαι (vt explicat Laërtius in Zenone) *feriri in ventre*, *pedibus conculcari in ventre.* Sic μηρίζεσθαι *feriri in femore.* *Cas.*

t) Zonar. II. p. 423. hoc loco laud. explicat τύπτομαι, sed subint. εἰς τὴν γαστέρα.

v) P. 34 ed. Pauw. qui ibi cf. Thomas M. p. 182. dicit antiquos vsurpasse de ventre implendo, seriores ἐπὶ τοῦ τύπτειν εἰς τὴν γαστέρα. add. ibi L. Bos. et Triller.

εἰς τὴν γαστέρα τύπτων γαστρίζει etc. Vide ibi diligentiſſimum Menagium, qui alium locum ex Sexto Empir. opportune adducit, vbi τὸ γαστρίζειν itidem exponitur per τὸ εἰς τὴν γαστέρα τύπτειν. *Kuſt.* Cleon haec clamaſſe putandus eſt, dum iam feriebatur.

274. Scilicet iniquum erat, eum clamando conqueri de iniuria ſibi facta, qui vrbis calamitatum auctor erat.

275. βοὴ *clamor bouis* proprie, vt χρεμετισμὸς ſonus, quem edit equus. Dicitur etiam de homine, ſed fere ſonum rudem et abſonum ſignificat, vnde apud Poëtam βοὴ eſt *pugna*, vt βοὴν ἀγαθὸς Μενέλαος, *bonus pugna.* Eſt autem nota impudentiae inſignis, alte clamare in loco publico, in qua re certant hic Cleon et Iſiciarius. *Cas.* Agoracritus haec ad Cleonem, ſequentia chorus ad Allantopolen dicit.

276. τήνελλος x). Scholia: νικηφόρος — *victor: τήνελλος autem eſt ſonitus lyrae aut tibiae, index victoriae:* hinc τήνελλα καλλίνικε in Acharn. et in Auu. in fine. *Bergl.* Cf. nos ad Acharn. 1225. *Kuſt.*

277. παρέρχεσθαι proprie dicitur de victore in curſu, quaſi παραδραμεῖν; generaliter pro *vincere* accipitur. *Cas.* ἡμέτερος ὁ πυραμοῦς, id eſt, nos equites, qui a te iſiciario ſtamus, vincemus. Mos fuit Athenis, vt ſub finem coenae gryphi proponerentur ſoluendi, adiecto praemio: hoc praemium erat πυραμοῦς. Sic autem vocatur placentae genus e farina triticea et aliis rebus. Lege Athenaeum fine libri penultimi [p. 647. ſ. T. V. p. 551. Schweigh. vbi cfr. Schweighäus. Anim. T. VII. p. 555.]. *Cas.* Praeter verba Schol. et nonnulla ex

---

x) Olim victoribus in veris et magis in ludicris certaminibus acclamari ſolebat: τήνελλε καλλίνικε χαῖρε, teſte Schol. Pindari, qui morem pluribus deſcribit [ad Olymp. 9, 1.]. Sumtum ex eo, quod olim in Tenello quodam erat factum. Nam id nomen ſic manſit in vſu, vt apud Romanos in re nuptiarum nomen Thalaſſionis. Porro huic acclamationi reſpondet apud Latinos, *Io Triumphe.* Hinc fictum nomen τήνελλος pro, *victor;* et notemus vocem καλλίνικος remanſiſſe ad poſteriora tempora. Nam apud Procopium Iuſtiniano Imp. poſt victoriam acclamatur Conſtantinopoli: Καλλίνικε χαῖρε. *Cas.*

Kuſt. not. ad Schol., laudat locum Theſm. 99. *τοῦ γὰρ τεχνάζειν ἡμέτερος ὁ πυραμοῦς noſtrum eſt victoriae praemium*, *Bergl.* Eumdem locum comparauit etiam *Br.*

278. *Ἐξάγειν.* Apparet ex variis locis Ariſtoph., multis factam calumniam olim, quod vel exportarent vel importarent res vetitas lege. Hae res ſunt quae vocantur mox *τὰ ἀπόῤῥητα*, quaſi dicas *vetita lege*. Sic in Acharnenſibus rapitur Niſus Megarenſis y), qui Athenas materiam ellychniorum attuliſſet. Hic calumnia intenditur in Iſiciarium, quod *ζωμεύματα* exportet Athenis et communicet hoſtibus Lacedaemoniis. *Ζωμεύματα* proprie ſunt, quae adhibentur ad iuscula conficienda: nam *ζωμὸς* eſt *ius* et *ζωμεύειν iusculum propinare*. Eſt vero in hac voce iocus elegans. Nam *ζωμεύματα* non erant lege vetita, niſi intelligas cibos et alimenta: ſed poeta alludit ad materiam nauium z). Multis partibus naues conſtant: in his ſunt *ζώματα* ſiue *διαζώματα*, quaſi dicas, ligna nauem cingentia, et illa quae in Act. App. itemque apud Polyb. vocantur *ὑποζώματα* a). Porro inter *ἀπόῤῥητα* et lege vetita erant arma et omnia bellorum inſtrumenta, qua de re exſtat Imperat. conſtitutio in Codice [Imp. Marciani, Cod. IV, 41, 2.]. *Cas.*

282. *τὰ 'πόῤῥηθ'* [vt Bergl. edidit]. Ita edd. priſtinae, non *τ' ἀπόῤῥητ'*. *Bergl.* Sed et hoc et *μὲν* quod Inu. dedit, peſſumdat verſum reponendumque: — *ἐξαγαγών γε τἀπόῤῥηθ'* —.

ἀπόῤῥητα. Quoniam Cleo dixerat, Allantopolam exportare materiam nauium hoſtibus, quod vetitum

---

y) Imo Nicarchus ſycophanta defert Boeotum quemdam, quod ellychnia ex hoſtili terra importauerit, Ach. 916. ff.

z) Scholiaſtes: *intelligit illa, quae dicuntur ὑποζώματα· ſunt autem ligna nauium (quibus naues ſuccinguntur et muniuntur). Dixit autem pro ὑποζώματα ioculariter tanquam ad coquum ζωμεύματα.* Nam coqui iuscula parant. Erat autem vetitum materiam nauium exportare ad hoſtes. Ran. 360. *ἢ τὰ 'πόῤῥητ' ἀποπέμπει — ἀσκώματα καὶ λίνα καὶ πίτταν διαπέμπων εἰς 'Επίδαυρον κ. τ. λ.* *Bergl.*

a) In Act. 27, 17. et Polyb. 27, 3, 3. *ὑποζωννύειν*, non *ὑπόζωμα*, legitur.

erat, etiam Allantopola nunc dicit Cleonem ex Prytaneo res vetitas exportare *b*). Ex Scholiaſte. *Bergl.*

283. τέμνειν eſt *ſecare*, vnde τόμος *opus ſectum*. Sed propr. τέμαχος dicitur pars ceti, ſiue piſcis maioris ſalſi, et piſces ipſi vocantur piſces τεμαχῖται *c*). Quod ait de Pericle, videtur ſic intelligendum: huic in Prytaneo veſcenti lautiorem apparatum ſolitum apponi, quam vel ipſi Pericli vnquam fuiſſet appoſitus. Publica veterum conuiuia, vt haec, et Lacedaemoniorum φιδίτια, ad ſobrietatem erant comparata. *Cas.*

284. Mutatur verſuum numerus, quia altercatio creſcit. Sequentia enim voce ſenſim aucta ſunt pronunciata. Ex Vuil.

287. Priſcianus Lib. XVIII. p. 1187. ed. Putſch. locum hunc citans [pro vulg. σοῦ] legit σε; addens Graecos vtrumque dixiſſe et κατακεκράξομαί σου et κατακεκράξομαί σε *d*). *Kuſt.* Perperam vulgo σου, peſſumdato metro. Vt ſuperiori verſu καταβοήσομαι cum Accuſat. conſtruitur, ita hic κατακεκράξ. cum eodem caſu, non aliter ferente trochaico verſu. In Acharn. 711. κατεβόησε δ' ἂν κεκραγὼς τοξότας τρισχιλίους. κατὰ cum verbis compoſitum tres caſus promiſcue adſciſcit. Non aliter Comicum ſcripſiſſe ſola euincit metri ratio, cui accedit Priſciani auctoritas, Kuſtero laudati. Locus eſt in Aldina edit., qua vtor, fol. 234. verſo. *Br.*

288. Quum Cleon intelligat ſe clamando Agoracritum ſuperare non poſſe, certare cum eo incipit impudenter conuitiando. *Vuil.* Hinc adhibentur plebeia verba, vt κυνοκοπεῖν quod Schol. dupliciter interpretatur, vel canis inſtar caedere, vel loro e canina pelle confecto percutere.

---

b) In omnibus coenis priuatis Athenn. vſitatum fuit, vt conuiuae, quae non ederent ipſis appoſita, domum deportari iuberent. Videntur nonnulli, qui in Prytaneo publice epulabantur, idem feciſſe. *Vuil.*

c) Cf. ad Plut. 894. Nub. 339.

d) Priſcianus habet σε, aitque, Graecos huic verbo et καταβοάω ſine diſcrimine genitiuum et accuſatiuum adiungere. Mihi hic magis placet σε, vel metri gratia, ne loco impari ſpondeus ſit. *Duck.*

290. *περιελῶ* e). Scholiaſtes ait metaphoram ductam a re nautica. Neſcit vir doctus diſtinguere inter *ἐλάω*, pro quo dicitur *ἐλαύνω*, et *ἕλω*, pro quo dicitur *αἱρέω*, vnde remanſit in vſu *εἷλον*. *Περιελεῖν* eſt *circumcidere* ex *περιαιρεῖν*; at *περιελαύνειν* eſt *circumagitare*. Alluſit auctor ad prouerbium: *pennas alicui circumcidere*, vel *incidere*; quod proprie dicitur de auibus domeſticis, quibus extrema pennarum circumciduntur, et metaphor. vſurpatur de eo, qui deiicitur de gradu dignitatis. Sic Cicero Att. IV. [ep. 2.] ſcribit: *qui pennas mihi inciderunt, nolunt eas renaſci*. Et Horat. *decifis humilem pennis* alibi [Epp. II, 2, 50.] dixit. Sic h. l. dicit Cleon, ſe ablaturum vel ademturum facultatem Iſiciario iactandi ſeſe. *Cas.*

292. *τέμνειν* eſt *ſecare*; *ὑποτέμνειν* *ſubſecare*, *ſuccidere*: ſed artis ſutorum hoc vocabulum proprium eſt. Solent illi pretia corio ſtatuere pro illius craſſitudine. Vt igitur craſſius videatur, oram calcei transuerſo ſcalpro oblique ſecant; id vocatur *ὑποτέμνειν*. Eo alludens Ariſtoph. ait: *ὑποτεμοῦμαι τὰς ὁδοὺς σου*. Ipſe paulo poſt verbum hoc et morem explicat: ſed hic metaphorice accipitur pro: *fraude et aſtu aliquem aggredi*. Senſus eſt: *graſſantem te in rempubl. reprimam*. Appellat *τὰς ὁδοὺς vias*, incepta Cleonis et totam vitae rationem, eſtque phraſis plane Hebraica. *Cas.* Xenophon I. Hell. [c. 6, §. 10. f) ſ. 6, 16. ed. Schneid.] *ὑποτεμνόμενος τὸν ἐς Σάμον πλοῦν*· et metaphorice idem II. Hell. [3, 17. ſ. 3, 34. Schn.] *ὑποτέμοι ἂν τὰς ἐλπίδας*. *Bergl.*

292. *βλέψον εἴς μ' ἀσκαρδ.* g). Sic omnino legendum. In vulgata lectione verſus claudicat ſyllaba red-

---

e) Vel a *περιαιρέω*, vt ſit, *adimam tibi tuas arrogantias et compeſcam*, vel a *περιελαύνω*, *περιελῶ* pro *περιελάσω*. Infra 882. *οἵοις πιθηκισμοῖς με περιελαύνεις*. Quod poteſt etiam ita dici, vt *διώξομαί σε δειλίας*. *Bergl.* Sed haec perperam.

f) Ad q. l. vid. eſt Morus et Schneider. ad Hell. VII, 1, 28. etiam Sturz. Lex. Xen. IV, 404. ſ.

g) Hoc propterea dicit, quia non credit alterum tam audacem et impudentem fore, vt oculis rectis intueri poſſit magnae auctoritatis virum. V. not. ad Ran. 1022. *Bergl.*

undante, βλ. εἰς ἐμ' ἀσκ. In A. βλέψον μ' ἀσκαρδάμυκτος, numeris itidem corruptis, qui facile restituuntur reposita praepositione εἰς. *Brunck.* Sensus est: o impudentissime, aspice me, si potes, oculis rectis. Quasi dicat: etsi impudens es, tamen eo impudentiae non venisti, vt conspectum meum ferre possis. Natura dedit nobis retinaculum pudoris, quo impedimur saepe a scelere: sedes pudoris in oculis. Achilles apud Homer. [Il. IX, 373.] de Agamemnone ait iratus: — οὐδέ με κεῖνος Τετλαίη κυνεός περ ἐὼν εἰς ὦπα ἰδέσθαι, id est, *nunquam me, etsi impudens est vt canis, ausit spectare in vultu.* Similis hic sententia. *Cas.*

Σκαίρειν est *subsilire*, μύειν est *conniuere*. Hinc verbum σκαρδαμύττειν pro, cilia oculorum subinde mouere claudendo aut aperiendo *h*). Inde est σκαρδάμυκτος, qui subinde oculis conniuet; contra ἀσκαρδάμυκτος est, cui oculi sunt non conniuentes. Sed prouerbium hinc natum est de eo, qui ferre alicuius conspectum non potest, quod vel ex imbecillitate oculorum fit, vt solis radios spectare ἀσκαρδάμυκτοι non possimus — at possunt pulli aquilae — vel ex conscientiae vi, vt h. l. Negat enim Cleon posse Isiciarium suum conspectum ferre. Interdum vsurpatur prouerb. de eo, qui librum diutius legere propter eius difficultates et imperitiam suam non sustinet. Sic accipe in edicto Iustiniani *de confirm. Digest.* [§. 11.] *vt formam legum pulcherrimam non conniuentibus oculis possitis i) accipere.* Sensus est: vt sine difficultate proficere in iuris studiis possitis. *Cas.*

293. ἐν ἀγορᾷ. Quasi dicat: *et ego sum impudens*, vt rhetores, qui in foro versantur. Infra 323. ἐδήλους ἀναίδειαν, ἥπερ μόνη προστατεῖ ῥητόρων. *Bergl.*

294. γρύξεις. Ita edd. Iuntina, Farrei et Brubachii;

---

h) Photius Lex. p. 382.: σκαρδαμύττει, πυκνὰ τοὺς ὀφθαλμοὺς κλείει καὶ ἀνοίγει. Add. Etym. M. p. 716. et Zonar. Lex. II, 1656. f. Idem Zon. I, p. 378. ἀσκαρδαμυκτὶ explicat χωρὶς τοῦ μύειν, vbi Tittmann. monuit (laudato Schol. et Suid.) respici ad h. l. quo in quibusdam libris olim scriptum esse videatur ἀσκαρδαμυκτί.

i) *possint* ibi legitur.

Aldina γοῦξις, male. *Bergl.* Sic (γρύξεις) recte B. vt edidit Bern. Iunta. Perperam Aldus γρύζεις. Facillime permutantur literae ξ et ζ, quod et in hoc verbo acciderat Pl. 598. *Brunck.*

296. Poſt οὐχὶ olim interrogandi ſignum fuit poſitum, vt ſenſus ſit: tu vero non es furatus aut furaberis, aut: fatebere te furatum eſſe? Nondum tamen Agoracritus potuerat publica ſurripere. Quare Br. punctum poſuit; hoc ſenſu: tu non audes hoc confiteri. Scilicet ita impudentia Cleon ſuperaturum ſe exiſtimat aduerſarium, vt ipſe fateatur ſe furari, quod iſte non confeſſurus ſit. At hic quoque vincitur. Nam iſte non tantum furatur, ſed peierat quoque ſe non furatum eſſe, quamquam homines viderint.

297. Facete inducit furem, furtorum ſuorum teſtem appellantem Mercurium, quem ſtulta vetuſtas furtorum deum credidit. Erant et alia numina ſcelerum. Nam et Lavernam colebant fures Romani. Vocat Mercurium Ἀγοραῖον, quia hic deus et foro rerum venalium (teſte Plauto initio Amphitr.) et foro iudiciali praeerat. *Cas.* Scholiaſtes: *in medio foro poſita eſt ſtatua Mercurii Agoraei.* In Plut. 1156. dicitur ἐμπολαῖος. Erat et Ζεὺς Ἀγοραῖος, de quo in ſequentibus. *Bergl.*

298. Ὅρκος *iusiurandum:* ἐπιορκεῖν proprie, *iusiurandum aliud addere, iterum iurare.* Vſus auctorum obtinuit, vt ponatur in malam partem de peierante; quaſi monerent nos viri ſapientes non multum intereſſe inter peierantem et ſaepe iurantem, vt recte disputat Hierocles in Carmina Pythagorae [p. 32. ed. Needham.]. βλεπόντων abſolute poſitum pro, βλεπόντων τῶν ἀνθρώπων. Sic Latine, *faciunt hoc*, i. e. vulgo homines faciunt. Phraſis Hebraica *k*). *Cas.*

299. ἀλλότρια. Quaſi Cleoni ſit proprium furari et peierare. *Bergl.* σοφίζει. Ponitur hic σοφίζεσθαι pro eo, quod gallice eleganter diceretur, *faire du ſuffiſant.* Summa elegantia ſingit poëta dicere haec Cleonem,

---

k) Immo omnino familiaris et ſimplicioris ſermonis in omnibus linguis.

quorum eſt ſententia: fruſtra te, *ἀλλαντοπῶλα*, iactaueris in peierandi arte; noſtra ea palma eſt *l*). *Cas.* His verbis, quorum ſententia quomodo huc pertineat non ſtatim apparet, Cleon ſtupens videtur ſe colligere velle et hoc exprimere: tam inſignis impudentia non niſi mihi conuenit. Deinde rurſus mutat impetus in aduerſarium genus. *Vuil.*

500. *φαίνω* *oſtendo*, *lucere facio.* Interdum eſt fori verbum et ſignificat deferre, quaſi, detegere quod lateat. Facit poëta Cleonem omnes anſas calumniae ſtruendae captare. Minatur hic ſe delaturum iſiciarium, quod in decima exigenda, quae diis erat ſacra, fraudem aſtu viciſſet. Vetus eſt multorum populorum conſuetudo, decimas bonorum diis conſecrare et eorum miniſtris. Sic Iudaei olim, ſic apud Romanos Herculi et aliis decimas conſecrabant: vnde eſt, *pollucere haereditatem, pollucere merces* i. e. *δεκατεύειν* et *ἀφιεροῦν*. Vide Feſtum. *m*). *Cas.*

501. Loci huius meminit Athenaeus Lib. III. p. 94. *n*) eodemque reſpexiſſe videtur Heſychius V. *Ἀδεκατεύτους*. *Kuſt.* Tangit legem aliquam Atticam, quae neceſſitatem decimandi imponebat. Simul autem alludens ad artem Iſiciarii *κοιλίας* nomen poſuit pro *οὐσίας*. Debuit dicere: *deferam te, quod bona poſſideas non decimata*; et ait: *quod ventres habeas non decimatos* *o*). *Cas.* *κοιλίας παρ' ὑπόνοιαν* dixit pro *οὐσίας*, vtpote ad lanionem et coquum. Schol. *Bergl.*

504. *κεκράκτα.* Per *vocem altam* intelligit impudentiam et turbulentum ingenium. *θράσος* et *θάρσος* idem ſunt, ſed vſus obtinuit, vt *θάρσος* in bonam, *θρά-*

---

l) *σοφίζεσθαι τι* omnino eſt, ſapienter, prudenter aliquid in ſuam rem comminiſci.

m) P. 554. ed. Dac. ibique Auguſt. et Scal., atque Schneid. ad Cat. R. Ruſt. 132, 1.

n) P. 368. T. I. Schweigh. vbi, additis interpretamentis, legitur *φήσω σε ἀδεκατεύτους κοιλίας πωλεῖν*. V. ibi Caſaub. in Anim. Schw. II. 132.

o) Vuil. eo refert, quod inteſtinorum decimas diis non dederit. Sed ideo, credo, non apud prytanes deferendus erat.

σος in malam partem sumatur p). *Cas.* Hermann. Lib. de Metr. p. 189. correxit: σοῦ, κεκράκτα, θράσους. Quo loco et caeteros versus h. l. tractat.

307. τέλη sunt vectigalia populi, sed h. l. sunt loca, vbi publicani conueniebant. Mos Atticorum loca denominare a rebus, quae in iis vendebantur plurimum q). Sic ἰχθῦς i. e. *pisces*, vocabant *forum piscium*; κρέας *macellum*; σῦκα, locus vbi ficus vendebantur. Sic τέλη pro τελωνεῖον. Sic γραφή, quasi dicas *le greffe*: quum ponitur pro tablinis vel tabulariis, vbi asseruabant litium et alia instrumenta. *Cas.*

309. βορβοροτάραξι. *Borborus* creditus est fluuius inferni, horribilis foeditatis, in quo mortui reciperentur, quicunque mysteriis non essent initiati; initiatos recta ad campos Elysios et χῶρον εὐσεβῶν peruenire fabulabantur. Hic licentia comica βορβοροτάραξις appellatur, qui remp. ita turbat, vt facies illius non minus sit foeda, quam *borborus* r). *Cas.*

312. κωφὸς est *surdus*; inde ἐκκωφεῖν *surdum reddere* s). Alludit ad placitum sapientum, qui docent sensus nostros, si obruantur sensibili immoderato, corrumpi: sic acies oculorum radios solis coacta excipere excoecatur, et ita olim Persae in suppliciis vsurpabant. Sic sonus confragosus et vehemens aures priuat audiendi facultate; vt de iis dicitur qui ad catarractas Nili habitant: et graece ἐμβρόντητος (lat. *attonitus*) dicitur is, quem ingens tonitru perculit et afflauit. *Cas.* Suidas legit ἀνακεκώφηκας. Eum vide v. Ἀνακεκώφηκας. *Kust.* ἐκκεκώφηκας tres codd. Suidas, si huc respexit, memoriae falsus ἀνακεκώφηκας citauit, quod compositum graece linguae genio aduersari censet summus

---

p) Vid. Ammon. p. 71. ibique Valck. et Tittmann. ad Zon. I, p. 1023.

q) Cf. Kust. infra ad 1372. et Vulp. ad Catull. 63, 276.

r) Imo βορβοροτάρ. proprie est, qui coenum conturbat et miscet; hinc, qui omnia coeni instar perturbat et confundit.

s) Cf. Etym. M. p. 522. et Zonar. I, 665. quosque ibi laudat Tittm.

Hemſterhus. ad Lucian. Timon. p. 104 *t*). *Brunck.* Vtramque verbi formam *ἐκκωφοῦν* et *ἐκκωφεῖν* copioſe illuſtrat *Porſon.* ad Eur. Or. 1289. *ἐκκεκώφωκας* maluit Reisk.

513. *θυννοσκοπῶν.* Inter cete ſiue piſces cetaceos, ex quibus fiunt ſalſamenta, ſunt thynni, piſcis ingens, dictus a vehementia et furore, quo fertur in piſcatores. Sane id *θύειν,* vnde Graeci hanc vocem deducunt. Sed fallũntur Graeci ſolertes. Nam *θύννος* eſt Taniam Hebr., id eſt, piſcis. De huius piſcatione *v*) Strabo, Plinius, Oppianus, alii *x*). Ad hanc rem fuit moris, in aliquo promontorio ſpeculam altam ſtruere, quae proprie graece *θυννοσκοπεῖον* dicitur. Eo alludit auctor. Senſus eſt: Sicut piſcatores e thynnoſcopeo thynnos obſeruant, vt capiant: ſic tu, velut e ſpecula, publica vectigalia obſeruas, vt illa obuenientia deuores et tibi vindices. *Cas.* Scholiaſten iisdem plane verbis deſcripſit Suidas V. *θυννοσκόπος* et *θυννοσκοπῶν.* Porro de captura thynnorum vid. quae notant Caſaub. ad Strab. lib. 5. p. 225. et Brod. 6. Miſcell. 8. *Luck.*

514. *καττύεται y*). Artis ſutorum verbum, pro *conſuere corium*; vnde *κάττυμα* ſolea, quae calceo ſuppingitur. Solet traiici ad fraudum inuentionem. *καττύειν δόλους,* idem. *Cas.*

515. *οἶσθα κάττυμα.* Iocus iſiciarii; quaſi dicat: Si non eſſes coriarius et ex illis ſordibus in hunc ſplen-

---

t) Aſſentitur Hemſterhuſio (ad Lucian. Tim. c. 2. extr.) Abreſch. Dil. Thuc. p. 164. additque: „boni commatis foret *ἀνεκκωφᾶν rurſus* ac *denuo ἐκκωφᾶν.* Error videtur natus ex eo, quod *τῷ ἐκκεκώφηκας* quidam ſupra appinxerat *ανα* indicaturus, praepoſitionem *ἀπὸ κοινοῦ* hic intelligendam. Quin etiam cum actum priori contrarium notet, ad *τὴν ἄνωθεν σχέσιν* referri debet, vt *ἀναπείθεσθαι* pro *μεταπείθεσθαι* etc."

v) Vno vocabulo ea *θυννεία* dicitur, Zonar. Lex. I. 1061. Eſt autem Scomber thynnus Linn. (Thunfiſch) et variae eius ſunt ſpecies. Cf. Camus ad Ariſt. Hiſt. An. T. II. p. 798. ſſ. Deriuatio nominis ab hebr. lingua vana eſt.

x) Add. Ariſtot. Hiſt. An. 4, 10. Ipſum voc. *θυννοσκόπος* et inde ducta de piſcatione thynnorum vſurpantur.

y) Vtitur hoc verbo Coriarius ex arte ſutoria petito. *Bergl.*

dorem perueniſſes, neque ego aſſuetus tractare inteſtina, in tuum locum aſpirarem. *Cas.* *χορδεύειν* propr. parare ad vſum fidium *χορδὰς*, i. e. pecudum inteſtina. Hic accipitur pro, ex inteſtinis cibos parare, puta botulos. *Cas.* Cf. ad 214.

516. Conieceram *ὑποτεμὼν* vt conueniret cum *ἐπώλεις*: nam alioquin *ὑποτέμνων πωλεῖς* potius dicendum fuerat: quum vidi ita legi apud Suidam in *μοχθηρία*, vbi deſcribitur Scholiaſtes. Hoc tamen Kuſterus neque hic neque apud Suidam notare voluit z). *Duck.* *πωλεῖν* eſt pullum equinum cum alia re commutare: inde ſubſtituta emtione et venditione permutationibus, pro *vendere* dicitur. Ab hac voce eſt *polia* apud Vlpian. IC. *a*) i. e. *grex equuleorum*, graece *πωλία*. Obſeruatum eſt, animalia macra male habita corium malum habere: ideo obiicit Cleoni, quod venderet corium *μοχθηροῦ βοός*, *infelicis bouis.* Contra ap. Homer. *b*) commendatum corium bouis *ἶφι κταμένου*, i. e. corium deſumtum e boue, quem non macies aut mala tractatio occidiſſet, ſed qui magna vi eſſet occiſus. *Cas.*

518. *πρὶν ἡμ. φορ.* Id eſt, *πρὶν τινὰ αὐτὸ φορῆσαι ἡμέραν.* *Brunck.* Verſum hunc citat Etymologus V. *Δοχμή* c). *Kuſt.*

519. Vulgo legitur foede corruptis numeris:

καὶ νὴ Δία, κἀμὲ τοῦτ᾽ ἔδρασε ταυτὸν ὥστε κατάγελων.

Verſus eſt tetrameter iamb. acatal., quo metri genere ſi quis vnquam e Graecis alius vſus eſt, Comicus ſane noſter nuſpiam; neque ſic medios inter trochaicos eius-

---

z) Neque alii notarunt. Eſt autem *ὑποτέμνειν* ſuccidere, ſchief ſchneiden, et coniungenda *ὑποτ. παν. ὥστε φαιν. παχύ.*

a) Dig. XXI, 1, 38. Ductum autem a *πῶλος.* v. Lexicc. grr.

b) Il. 3, 375. vbi tamen Heyn. monet, male Grammaticos et Plutarchum in eo argutatos eſſe, quum poeta ſimpliciter corium caeſi bouis indicare voluerit et *ἶφι* ad ornatum adiectum ſit.

c) Etiam Zonar. Lex. I. p. 563. vbi male *φορέσαι* legitur. *δοχμὴ* eſt *palmus*, quatuor digitos latus. v. Romé de l' Isle Metrol. Tafeln ex verſ. Groſſii p. 3. *μεῖζον* eſt *longius.*

modi verſum immiſiſſet. Certiſſime emendat Kuſterus *d*):

κἀμὲ, νὴ Δία, τοῦτ' ἔδρασε ταυτὸν, ὥστε κατ.

Br. [qui ita edidit, melius autem *κἀμὲ* anteponitur, quam cum Rau. poſtponitur verbis *νὴ Δία.*]

520. *τοῖς δημόταις* [vt Br.]. Perperam vulgo, metro iugulato, *δημόταισι.* Verſus labem animaduertit Kuſterus *e*), ſed prauam adhibuit medelam, articulum *τοῖς* ante *φίλοις* delendo. *Brunck.* Articulus ante *φίλοις* abeſſe nequit, vnde lectio ed. Inu. eſt emendanda.

521. Nomen pagi Attici *Περγασῇ* et *Περγασαί f*). Vid. Steph. Byz. et Schol. *Bergl.* et Meurſium [de Pop. Att.] in hac voce. *Br.*

ἔνεον ἐν ταῖς ἐμβάσιν. Phraſin hanc imitati fuerunt Latini. Ovidius [Art. Am. 1, 516. vbi vid. Heins. et Burm.]: *nec vagus in laxa pes tibi pelle natet.* Sidonius Apollinaris [VII. ep. 11.] *laxo pes natet alto in cothurno. Kuſt.* Debet illa Kuſterus Caſaubono ad Theophr. Char. 4. p. 158. [p. 49. ed. Fiſch.], vbi inter ruſticitatis ſigna habetur, geſtare calceos pede maiores. Caſaubonus ibi et hunc locum poëtae citat, aitque, ex eo patere, valde irriſos fuiſſe, qui calceos geſtarent maiores pede. Habet etiam quaedam huc pertinentia Salmas. ad Tertull. de pall. p. 199. *Duck.*

525. *προστατεῖν* verbum militiae proprium: ſignificat eſſe *προστάτην.* Ita appellatur, qui in acie ſtat prae alio et corpore ſuo illum defendit: inde ad omnis generis defenſionem transfertur verbum. Sic in iure Athenienſium *προστάτης* eſt, qui in iure Romano eſt *patronus.* Patroni enim eſt *προστατεῖν* et defendere ſuum clientem. *Cas.* Verſuum numeri in Rau. corrupti

---

d) Metrum turbatum eſt, quod ſic in ordinem rediges; *κἀμὲ, νὴ Δία,* etc. *Kuſt.*

e) Articulus *τοῖς* ante *φίλοις* tenorem verſus interpellat, qui proinde delendus eſt. *Kuſt.* Supereſt hic ſyllaba Kuſt. putat delendum *τοῖς.* Non intercedo Sed non minus recte ſcribi poteſt *δημόταις,* quo facto nihil abundabit. Nam Kuſterum, quum edat *δημόταις*, aliquid ſupereſſe in hoc verſu ſcribere, valde miror. *Duck.*

f) Demoſthenis familia inde duxit originem. *Vuil.*

reſtituique debent antiqui, quos et Hermann. de Metr. p. 190. tuetur. Praeterea ſignum interrog. poſt ῥητόρων reponendum, poſt πρῶτος ὢν colon. Mutauerat haec iam Br.

326. Ἀμολγὸς Atticis ſignificat, qui prouinciales bonis ſpoliat, vt in hac ſcena. Veteres Latini *catillones* vocabant *g*). Vtitur in hac voce translatione eleganti a re pecuaria. Nam ſoliti paſtores inſciis dominis vaccas mulgere *h*): inde graece ἀμέλγειν *fraudare*; et in repub. Athenienſium ἀμολγὸς eſt, qui male rempub. tractat et fraudat. Ἀμέλγειν quaſi ἅμα ἕλκειν *i*), ἀμέλκειν, vt vetus Gloſſarium. Nos putamus, litteram α eſſe aſcititiam, neque radicalem, vt loquuntur γραμματικῶν παῖδες. Et ſane tum graece μέλγειν *k*) dicunt, quum lat. *mulgere*, ſine α. Vox originis Syriacae. *Melach* ſignificat tollere pilos. Ponitur Atticis pro *ſpoliare, furto rapere,* ducta metaph. ab infidis paſtoribus. Virg. *Hic alienus oues cuſtos bis mulget in hora. Cas.*

327. πρῶτος ὢν. Supra v. 6. de Cleone: οὗτός γε πρῶτος Παφλαγόνων. *Bergl.* ὁ δ' Ἱπποδάμου. Hoc eſt, Archeptolemus, filius Hippodami *l*), cuius nota probitas et merita in rempubl. Per hunc intellige omnes viros bonos. *Cas.* Suidas V. Λείβεται legit ὁ Ἱππόδαμος, prout legiſſe etiam Scholiaſtam veterem ex interpretatione eius patet. Quare lectionem illam Ariſtophani reſtituendam puto. *Kuſt.* Sic (ὁ δ' Ἱπποδάμου) codd. Subaudiendum videtur υἱός, quae frequentiſſima eſt ellipſis. Illone autem modo legas, an Ἱππόδαμος, ad leporem huius loci perinde eſt. *Brunck.*

---

g) Macrob. Saturn. II, 12.

h) Theocr. IV, 3. Virg. Ecl. III, 5.

i) Cf. Zonar. Lex. I. p. 159.

k) Vlterius huius verbi etymologiam perſequitur Lennep. Etym. p. 99. Diuerſae autem metaphorae ſunt vv. ἀμέλγειν et κάρπιμος (quod ab arboribus translatum eſt).

l) Scholia: λείπεται, φησιν, ὁ Ἀρχεπτόλεμος. Itaque in contextu ſubintelligeretur υἱός. In iisdem Scholiis aliter: λείπει δέ, ὁ ὀφθαλμός, vt ſit: *lacrymis liquitur. Bergl.* Fortaſſis Cleon Hippodami filium paternis bonis ſpoliauerat idque omnibus notiſſimum erat. *Vuil.*

328. *μιαρώτερος. μιαίνεσθαι inficere.* Apud Hom. *μιαίνειν* eſt *tingere*, quae illi notio particularis *m*). *Cas.*

330. *καὶ πάρεισι.* Sic optime membr. et C. Inepte vulgo *πάρεστι. Vincet te nequitia, πάρεισί σε πανουργίᾳ.* Pro *αὐτόθεν* perperam in membr. et in marg. cod. B. pro varia lectione eſt *ἐνταῦθα. Brunck. αὐτόθεν* propr. ſignificat, *ex illo ipſo loco;* et locum habet quum denotamus ſubitam ex aliquo loco profectionem. Generaliter ponitur pro *ſtatim, ſine mora, ex ipſo conſpectu. Cas.*

331. Hic et ſequens verſus in vnum coniuncti ſic vulgo leguntur:

ἐν πανουργίᾳ τε καὶ θράσει καὶ κοβαλικεύμασιν.

Quodnam ſit illius verſus metrum, exſpecto, qui me doceat. Praepoſitionem *ἐν* membr. non agnoſcunt, nec C., verſusque in hoc diſtincti, vt eos exhibui:

πανουργίᾳ τε καὶ θράσει
καὶ κοβαλικεύμασιν.

Prior dimeter eſt iambicus: alter trochaicus catalect. Alibi monui in *κόβαλος α* longum eſſe, quam proſodiam ſeruant deriuata. Vide et dimetire verſum ſupra 270. *n*). *Brunck.*

333. (332. K.) Vulgo *ὅθεν πέρ εἰσιν o*) inuenuſte repetita in eodem verſu particula *περ.* Similis erat menda in Veſp. 1050. *Brunck.*

334. *οὐδὲν λέγει* — Senſus: nihil valere bene et prudenter eſſe educatum.

337. *ταύτῃ γ' ὑπείκῃ.* Supra 271. *ἐὰν ταύτῃ νικῷ. Bergl.* Vulgaris verſuum ordo eſt: *Οὐκ αὖ — πονηρός εἰμι. Ἀλλ' αὐτὸ — διαμαχοῦμαι. Χο. Ἐὰν δὲ — πονη-*

---

m) In Il. 16, 797. 17, 439. tamen vſitata notio polluendi, foedandi, obtinet.

n) *κοβαλικεύματα* Vuil. reddit *Koboldſtreiche. κόβαλος*, daemon quidam ex opinione Atticae plebis putabatur homines fraudibus et artibus ſuis ludere. Hinc de aſtutis et vafris illuſionibus dicitur. v. Phot. in *Κύβαλος* et *Κοβαλεία* p. 129. ſ. Vulgo reddunt *aſſentationes.*

o) *εἰσὶν, οἵπερ εἰσὶν* dicitur de iis, quos nolumus palam vituperare. *Cas.* Dixit haec Chorus conuerſus ad Agoracritum

ρῶν. Eum ſequutus etiam eſt Vuilandus. Sed rectius illud κἀκ πονηρῶν ſubiicitur verbis πονηρός εἰμι.

In hac contentione Iſiciarius pro ratione ſumma attulerat, ſibi ius eſſe tractandae reipubl., quia ſit ciuis improbus. Nunc addit chorus, ſi haec ratio non ſufficiat, illud addendum eſſe, quod malus ſit malis prognatus. Tacite poëta infelicitatem ſui ſaeculi notat, quum Athenis ſumma rerum eſſet non apud bonos bonis prognatos, ſed contra. *Cas.*

338. Metri cauſa ſcribendum eſſe μὰ Δία, omiſſa negandi part. οὐ (vt 336.) oſtendit Hermann de Metr. p. 155.

339. (336. K.) In aliis edd. recte poſt αὐτὸ et poſt εἰπεῖν commatibus diſtinguitur.

340. διαῤῥαγήσομαι p). Prae indignatione ſcilicet. Simili ſenſu vox illa accipitur apud Dion. Chryſoſt. Or. XI. *de Concordia Pruſaeenſium cum Apameenſibus* p. 498. [p. 164. T. II. Reisk.]: καὶ πρότερον τινὲς ἀκούοντες διεῤῥήγνυντο καὶ χαλεπῶς ἔφερον. *Kuſt.*

καὶ μὴν ἐγώ σ᾽ οὐ παρήσω. Vt verſus iuſto tenore decurrat, legendum eſt: κἀγὼ μὴν σ᾽ οὐ παρήσω. *Kuſt.* καὶ μὴν σ᾽ ἐγὼ οὐ π. Sic ſcriptum oportuit. Vulgo corruptis numeris καὶ μὴν ἐγὼ σ᾽ οὐ π. Diſyllabum eſt ἐγὼ οὐ. Vide Add. ad Ran. 508. Non recte collineauerat Kuſterus, infelix plerumque coniector, ſuadendo κἀγὼ μ. σ᾽ οὐ π. *Brunck.*

341 (340. K.) Verſus hic [e vulg. lect.] integro pede breuior eſt, quem ſic ſupplere poteris: πάρες μὲν οὖν πρ. τ. ϑ. etc. Sic quidem conieceram, quum poſtea in cod. Vat. Palat. ſcriptum eſſe animaduerti: πάρες,

p) Praecedentia verba geſtu ſunt adumbranda. Pronunciantur a Cleone et Iſiciario conantibus inuicem ſeſe loco pellere: tandem cedit Cleon et eiulat. Διαῤῥήγνυσϑαι propr. dicuntur ligna fiſſilia, quae in duo ſecantur; transfertur et ad denotationem cruciatus magni, tum in corpore, tum in animo, vt hic. Sic apud Latinos *rumpere*, vt *rumpi inuidia* ap. Martial. [IX, ep. 99, 1.] At apud Iurisconſultos *rumpi mula* dicitur [Alfen. in Dig. XIX, 2, 30.], cui nimietate oneris dorſum rumpitur.

πάρες, πρ. τ. θ. q) quod coniecturae meae haud grauatim praefero. *Kuſt.* πάρες, πάρες — Sic tres codd. ſicque iam dudum ediderat Bern. Iunta. In Aldina, e qua ceterae omnes edd. deriuatae, imperatiuus πάρες a poëta geminatus, ſemel tantum poſitus erat. Facilis erat medela ea ratione, quam tetigi ſupra ad v. 32. Diverſam tamen quaeſiuit Kuſterus, meliora poſtmodum edoctus a Vat. cod. qui noſtris concinit. Vide quanti erat optimam illam Iuntinam editionem conſuluiſſe. *Brunck.*

342. Vulgo ſic legitur hic verſus:

τῷ καὶ πεποιθὼς ἀξιοῖς ἐμοῦ λέγειν ἐναντία;

Tetrameter eſt acatalecticus, quo metri genere Comicum nuspiam vſum fuiſſe modo dixi. Certiſſime emendo *λέγειν ἐναντίον ἐμοῦ.* *Br.*

343. *καρυκκοποιεῖν.* Eſculenta diuiduntur in ea, quae ſolemus eſſe, et ea, per quae ſolemus eſſe; vt etiam Vlpian. notat D. *de penu legata* l. 3. Solemus eſſe *ἐδέσματα*, Lat. *cibos:* per quae edimus, *ἡδύσματα* appellantur. Sunt ſexcenta genera *ἡδυσμάτων* ſiue ſcitamentorum: in his *καρύκη*, cuius apud veteres et apud Hippocr. multa mentio r). Etſi autem proprium genus condimenti in Lydia inuenti ſic vocetur: tamen ponitur pro omni condimento. Inde *καρυκκοποιεῖν.* *Cas.* *καρυκοποιεῖν.* Sic in membr. ſcriptum, vnico *κ*, vt et apud Suidam aliosque ſcriptores. In *καρύκη* per ſe longum eſt *υ.* *Brunck.* Ellipſin verbi *εἰμὶ* poſt *οἷός τε* illuſtrat Porſon. Add. ad Eurip. Hec. p. 101. ed. ſec. Lips.

344. *Ἰδοὺ* apud Atticos interdum adhibetur, quum aliquid tamquam ſtulte vel inepte et intempeſtiue ab altero dictum reprehendimus et damnamus, vti h. l. Miratur enim Cleon temeritatem Allantopolae, qui ſibi peritiam dicendi arrogare audeat, qua eum prorſus deſtitutum eſſe per partic. *ἰδοὺ* ſignificare vult. Sic Eccles. 133. quum femina concionatura potum poſceret,

---

q) Haec ſcriptura integrum facit metrum, quod erat mutilum. *Bergl.*

r) Vid. Foës. Oecon. Hipp. p. 310. ſ. Pierſon. ad Moer. p. 220. Photius Lex. p. 100. et Heſych. cum intpp.

Praxagora ei refpondet: *ἰδοὺ πιεῖν, ecce vero bibere;* fignificare fcilicet volens, minime ei bibendum effe. Et Thefm. 215. *ἰδού γε κλέπτειν· νὴ Δία βινεῖσθαι μὲν οὖν. Quafi vero fuffurari: immo vero fubagitari.* Et fupra in hac ipfa fabula 87. *ἰδού γ' ἄκρατον ecce vero meracum.* Vide etiam Pac. 179. vbi Mercurius Trygaeo, dicenti *ποῖ γῆς;* refpondet *ἰδοὺ γῆς,* indicare nimirum volens, inepte hoc ab eo dictum effe, quod phrafis illa inter homines, fiue in terra, non vero in coelo (quo Trygaeus fcarabaeo vectus adfcenderat) locum haberet. *Kuft.* *καλῶς γ' ἄν.* Senfus: *ain' tu oratorem te effe?* Scilicet orator es et negotium propofitum in plura capita diuifum recte tractaueris pulcramque ex eo orationem concinnaueris. Cum rifu haec dicuntur s), vel cum interrogatione, et vim habet negandi. Similis locus apud Perfium *Satyr.* [IV. init.] qua increpat Neronem. *Cas.*

545. *ὠμοσπάρακτον* eft verbum artis coquinariae, quo de induftria vtitur Cleon, vt alludat ad artem Ificiarii. *σπαράττειν* eft *difcerpere* in varia frufta. *Cas.* Propr. eft crudum difcerptum.

546. Scholiaftes legit *οἶδα noui, fcio:* altera lectio (*οἶσθα*) videtur *Ἀττικωτέρα. Cas.*

547. Perftringit nonnullos fuae aetatis oratores, vt paffim apud Ariftoph., qui fi vel mediocriter dicere poterant, magni oratores et dici et haberi poftulabant. *Δικίδιον* eft *parua caufa.* Hoc autem fignificat, non ftatim laudem oratoris tribuendam ei effe, qui in re humili concinne dixerit. *Μέτοικος* eft peregrinus qui Athenis habitat t). Hoc dicit, quia ex inftitutis huius

---

s) *καλῶς γ' ἂν* ironice. In Auu. 138. *καλῶς γέ μοι τὸν υἱὸν — οὐκ ἔκυσας.* Demofthenes Philipp. III. [p. 128. T. I. Reisk.] *καλήν γ' οἱ πολλοὶ νῦν ἀπειλήφασιν Ὠρειτῶν χάριν, ὅτι τοῖς Φιλίππου φίλοις ἐπέτρεψαν αὑτοὺς — καλήν γ' ὁ δῆμος ὁ Ἐρετριέων, ὅτι — Κλειτάρχῳ ἐνέδωκεν αὑτόν· — καλῶς Ὀλυνθίων ἐφείσατο κ. τ. λ.* (egregiam receperunt gratiam — bene Olynthiis pepercit.) *Bergl.*

t) Vid. Commentatt.: Mémoires fur les Métoeques ou étrangers domiciliés à Athènes, par M. de *Sainte-Croix*, dans les Mém. de l' Acad. d. Infcr. T. XLVIII. p. 176. ff. vbi p.

reip. magna diuerſitas inter ciues *αὐτόχθονας* et legitimos et *μετοίκους*, quorum dura fuit in multis conditio. Quin etiam in publicis feſtis quibusdam tenebantur ſupplicationes comitari, ſcapham ſ. ſcaphae imaginem tenentes, vt hac veluti nota a caeteris ciuibus diſtinguerentur. Ergo aduerſus hos facile erat dicere. *Cas.*

548. (547. K.) *τὴν νύκτα θρυλλῶν* v). Graphice deſcribit eum, qui meditatur orationem, et ſeſe exercet, plane vt Euripides Electr. 909. *Καὶ μὴν δι' ὄρθρων γ' οὔποτ' ἐξελίμπανον Θρυλλοῦσ', ἅ γ' εἰπεῖν ἤθελον κατ' ὄμμα σόν. Bergl.*

549. *ὕδωρ τε πίνων.* Id Demoſtheni obiectum eſt. Proprie *ὑδροπόται abſtemii* dicuntur, qui natura abhorrent a vino, graece *ἄοινοι.* Sed cauſa ſtudiorum veteres parcebant vino, quo reſpicit poëta. *Cas.* In eo etiam Demoſthenem oratorem deriſit Aeſchines. Demoſthenes II. Philipp. [p. 73., T. I. Reisk.] *λέγοντας, ὡς ἐγὼ μὲν ὕδωρ πίνων, εἰκότως δύσκολος καὶ δύστροπός εἰμί τις ἄνθρωπος.* Pytheas ap. Athenaeum II. p. 44. [p. 170. T. I. Schweigh.]: *ἀλλὰ τοὺς νῦν δημαγωγοὺς ὁρᾶτε, Δημοσθένη καὶ Δημάδην, ὡς ἐναντίως τοῖς βίοις διάκεινται· ὁ μὲν γὰρ ὑδροποτῶν καὶ μεριμνῶν τὰς νύκτας, ὥς φασίν· ὁ δὲ πορνοβοσκῶν κ. τ. λ. Bergl.* Spanhem. ad Callim. h. in Pall. p. 582. [p. 660. ed. Ern.] ſcribit Ariſtophanem *ὕδωρ πίνειν* notare, vt miſerorum ac egenorum: nam Scholiaſtem hoc exponere *τουτέστι ταλαιπωρῶν.* Non percepit mentem poëtae, qui hoc vult, inexercitatos oratores, quum *δικίδιον* iis agendum eſt, eo quod imperiti ſunt dicendi, multis laboribus ac vigiliis orationem vix ac difficulter componere ac ſtudiorum cauſa, vino abſtinentes, aquam bibere. Ita recte Caſaub. Itaque, quod ait Schol. *ταλαιπωρῶν* non eſt, tamquam pauper aut miſer, ſed, *ταλαιπωρῶν περὶ τὴν σύνταξιν τοῦ λόγου*, et, vt Schol. ipſe exponit, *μετὰ πολλοῦ καμάτου συντάσσων τὴν δίκην. Dück.*

---

185. eius, quod a Cas. memoratum eſt, aliorumque, quibus metoeci premebantur, incommodorum fit mentio.

v) *θρυλλεῖν* eſt *συνεχῶς λέγειν*, vt Zonaras Lex. T. I. p. 1055. interpretatur. add. Phot. p. 74.

κἀπιδεικνὺς x). Interpres graecus, etsi longe doctissimus y), pueriliter tamen nonnumquam errat, vt, cum *ἐπιδεικνὺς* hic exponit de delaturis et calumniis. Sane vetus malum fuit, vt deferendis saepe innocentibus multi quaestum facerent: sed aliud est *δεικνύειν*, aliud *ἐπιδεικνύειν*; illud significat, *deferre ad magistratum*, *dicam impingere*; hoc, *recitationem facere*, siue, amicis suis conuocatis scripta recitare sua, more studiosorum veterum. *Cas.* *ἀνιῶν* z). Horat. [Art. Poet. 474.]: Indoctum doctumque fugat recitator acerbus. *Bergl.*

551. (350. K.) Dixerat Cleon, Isiciarium factum esse abstemium, dum vult praeter naturam prodire orator. Respondet Isiciarius, lubenter sciturum se, cuius liquoris potu tantum virium adquisiuerit, vt solus rem tractans publicam omnes reliquos tacere cogat. *Cas.* Scilicet verba ita struenda sunt: *τί πίνων πεποίηκας, ὥςτε τὴν πόλιν κατεγλ. — σιωπᾶν.*

552. (351. K.) *μονωτάτου* a). Recepta sunt vsu quaedam nomina superlatiui gradus sane contra rei naturam: nam *ἐσχατώτατος* Plautus *postremissimus* dixit, absurde, si rei veritatem spectes. Nam vltimo nihil vlterius. Talia multa Graeci, cuius generis est *μονώτατος*. Nam proprie solus non est, quo alius mage solus est. Sed ad maiorem *ἐνέργειαν* haec nomina sunt excogitata; vt et *αὐτότατος* graece, lat. ipsissimus. *Cas.*

Ib. *κατεγλωττισμένην* b). Bisetus vocem hanc de mendo suspectam habet putatque, secundum vulgares

---

x) Vide in Ran. 777. ad *ἐπεδείκνυτο*. *Bergl.*

y) Hoc iudicium nimis honorificum est, et ne eatenus quidem verum, quatenus scholia nostra non vnius sunt interpretis.

z) Verbum *ἀνιᾶν* in hoc vno loco apud Nostrum penultimam producere (vt apud epicos), ter corripere, notat Porson. ad Eur. Phoen. 1334.

a) Vide in Plut. ad v. 182. *Bergl.*

b) *γλωττίζειν* est *lingua vti*, aut, circa linguam aliquid facere. *καταγλωττίζειν* ex vsu Graecorum duo significat: vulgo est, lingua sua, i. e. loquacitate, velut obstupefacere et mutum reddere: sic tum hic, tum in Acharn. [380.] vsur-

Grammaticorum regulas ſcribendum potius eſſe καταγεγλωττισμένην. Sed viro illi docto non veniebat in mentem, Graecos non raro ſimplex tantum augmentum ſyllabicum in verbis adhibere. Sic apud Heſych. in ſerie ſua Ἐγύμνασμαι habes pro γεγύμνασμαι, apud Suidam Ἀπεδημηκότες pro ἀποδεδημηκότες, apud Euſtath. ad Il. I. p. 759. ed. Rom. Ἐξεγλυμμένος pro ἐκγεγλυμμένος: vt multa alia exempla paſſim obuia hic omittam. Confer interim Caſaub. ad Athen. L. II. c. 15. [p. 115. ed. Lugd p. 375. Schw.] et Barnes. ad Eurip. Hel. 639. c). *Kuſt.* Participium κατεγλωττισμένος occurrit Theſm. 131. ſed diuerſa ac in hoc loco ſignificatione, cognata ſcilicet nomini καταγλώττισμα, quo vtitur Noſter Nub. 51. Hic καταγλωττίζειν valet *obtundere, loquacitate attonitum reddere. Brunck.*

353. ὅστις εὐθύς. Vbi manifeſte praetulit ſe Cleon omnibus mortalibus, rationem reddit et ſua magnifica facta depraedicat. Ille quidem impudentia de ſtatu deiecerat ductores exercitus ad Pylum; ſed poëta, id commemorans, licentia comica inferit, quae teſtentur impuram hominis vitam. *Cas.*

354. (353. K.) θυννεῖα θερμά. Salſamentorum et ex materia et ex forma multa ſunt nomina apud veteres: multa congeſſit Plautus in Captiv. θυννεῖα, ſubaudi τεμάχη d), ſunt fruſtra cetorum ſiue piſcium maiorum, quos thynnos vocant. *Cas.* ἐπιπιεῖν bibere poſt eſum, ὑποπιεῖν ſubbibere. *Cas.*

355. κασαλβάσω e). Verbum e triuio et purius loquentibus ἄῤῥητον. Volunt veteres deductum a καλεῖν et σοβεῖν, *vocare* et *eiicere*, ſ. *concutere*; vt his proprie conueniat, qui ridiculi cauſa ad ſe aliquem voca-

---

pat Ariſtoph. At ἐν τοῖς ἐρωτικοῖς genus osculi appellatur καταγλωττισμός, cum more columbarum ori inſeritur lingua. Vid. Polluc. [II, 109.]. *Cas.*

c) Add. Fiſcher. Anim. ad Well. III, 2, p. 287. ſſ. 306. et Matthiae Gr. gr. p. 194.

d) Subintellige τεμάχη, i. e. *calida thynnorum fruſta.* Friſchlinus male: *thynni offam calidam. Kuſt.*

e) Schol. λοιδορήσω. *Brunck.*

verunt, et mox iterum deluſerunt, tum iterum reuocauerunt: quae quum ſint artes meretriciae, in ea re hoc verbum poſitum inuenitur ſaepius: inde ipſae dictae *κασαλβάδες*. Generaliter, vt hic, pro *vexare*. *Cas.*

356. (355. K.) Verſum hunc et duos ſequentes adducit Athenaeus L. III. c. 14. p. 94. [T. I. p. 368. Schw.]. *Kuſt.* Iactationi de perditis ducibus ad Pylum opponit Iſiciarius non minus confidentem iactationem, ſe perditurum rhetorum quantum eſt, et nominatim Niciam virum in repub. potentem, de quo paſſim hiſtorici. *Cas.* *ἤνυστρον*. Alia animalium ruminantur, i. e. *μηρυκάζουσιν*, alia non. Quae non ruminantur, vnicum ventriculum habent, in quem per oeſophagum i. e. ſtomachum, cibus immittitur. At ruminantium vt minor facultas eſt mandendi cibi (nam haec fere alterum tantum dentium ordinem non habent), ita dedit illis natura ſolers non vnum ſed triplicem aut quadruplicem ventriculum, in quos cibi veluti ſeponuntur, in aliis plus digeſti. Vocat Philoſophus l. 3. de partib. anim. c. 14. et alibi hos ventriculos his nominibus: *κοιλία, κεκρύφαλος, ἐχῖνος, ἤνυστρον*. Latini proprium vocabulum non habent *f*). *Idem.*

357. *καταβροχθίσας. βρόχθη guttur.* Hoc verbum dicitur de eo, qui auide aliquid comedit et re aliqua ſe ingurgitat. Perſius [Sat. V, 112, vbi v. Caſaub.] *glutonem* vocat: *λάρυγξ* ſiue *φάρυγξ* proprie eſt aſperae arteriae caput; et *λαρυγγίζειν* eſt propr. circa illam partem aliquid facere. Comice ponitur hic pro, vomendo conſpurcare, vel, prehenſo larynge iugulare *g*). *Cas.* *Guttur praecidere* ab aliis redditur, *die Kehle zuſchnüren* ap. Vuil., qui recte monet in ſeqq. alludi ad Niciae timidum ingenium, quod conturbari facile potuit.

358. Verſus huius mentionem facit Plutarchus in Nicia p. 525. ed. Francof. [c. 4. p. 344 T. III. Reisk.]. *Kuſt.* Hunc verſum citat Plutarch. in Nicia p. 210. ed.

---

f) Redditur *ἤνυστρον omaſus.* Photius p. 57. explicat: *τὸ παχυμερὲς τοῖς κοιλίας ἔντερον, ᾧ εἰς τρία τέτμηται ἡ γαστήρ.* Add. Suid. et Zon. Lex. T. I. p. 990. vbi hic noſter locus laudatur, etiam Etym. p. 432.

g) Alia verbi notio a Photio p. 153. aliisque notata eſt.

Bryan. *λαρυγγιῶ, καταβοήσομαι τῶν ἄλλων ῥητόρων, ἢ τὴν φάρυγγα αὐτῶν ἐκπιῶ.* In praec. v. comma poni debuit ante *ἀνακόνιπτος*, quod nomen cum *λαρυγγιῶ* conſtrui debet, non vero cum *ἐκπιών*. *Brunck.*

359. Atticum loquendi genus *ἤρεσάς με* pro *μοι.* Elegans illud *οὐ προςίεταί με* pro, *non admitto. Cas.* Suidas V. *Προςίεται* locum hunc ita exponit: *προςίεται, ἀρέσκεται, προςδέχεται h). Ἀριστοφάνης· τὰ μὲν ἄλλα μ' ἤρεσε τῶν πραγμάτων· ἓν δ' οὐ προςίεταί με. Ἀντὶ τοῦ, οὐ πείθει με, ὅτι μόνος τὸν ζωμὸν ἐκροφήσεις.* Quaedam hic in verſu turbata ſunt, quae ex ipſo Ariſt. facile reſtituas. *Kuſt.*

361. (360. K.) Loci huius meminit Athenaeus L. VII. c. 17. p. 311. [T. III. p. 139. Schweigh.] *καὶ Ἀριστοφάνης ἐν Ἱππεῦσι μνημονεύει ὡς διαφόρων γινομένων τῶν περὶ τὴν Μίλητον λαβράκων, ὅταν οὕτως λέγῃ· Ἀλλ' οὐ λ. κ. Μ. κλονήσεις. Kuſt.* In dramaticis ſcriptoribus perſonae peruerſae ſententiam mire peruertunt: cujusmodi error primum eſt admiſſus. Nam vetuſtiſſimus et doctiſſ. Scholiaſtes non animaduertens, verſum hunc eſſe Cleonis et deſiderari initio *Κλ.* quae nomen Cleonis indicant, fruſtra aeſtuat. Atqui Cleon iſta loquitur, qui vt ostendat ſe potentiorem Iſiciario, illius ventri et iusculis opponit lupos et quidem Mileſios. Apud vett. Graecos in tanta praeſtantia erant piſces, vt commune nomen *ὄψον* ſibi vindicauerint. Nam *ὄψον* et *ὀψάριον* in Euangelio piſcem denotant *i*); et *ὀψωνεῖν* non cibum praeſtinare, ſed piſcem: tanti illi piſcem faciebant contra quam hodie. Porro inter piſces *lupi* excellunt, Graec. *λάβρακες k*) dicti propter immenſam voracitatem, quam et os vaſtum teſtatur, et piſciculi, qui in ipſis exenteratis reperiuntur: *lupum* Lat. vocant. Porro Mileſii lupi in pretio erant; quo alludit poëta, quaſi dicat Cleo, ſe, vt commode lupos Mileſios edat, expeditionem ad-

---

h) Iisdem verbis explicat Photius Lex. p. 340.

i) v. Fiſcher. Proluſs. de Vitiis Lexx. N. T. p. 260. Schleusner. Lex. N. T. II. p. 304.

k) Cfr. de hoc piſce Schneider. ad Ael. N. A. 1, 30. et Camus ad Ariſtot. H. A. T. II. p. 490. Noſtris: Meerhecht.

verſus Mileſios ſuscepturum. De his Athenaeus. *Cas.* Puto cum Caſaub. haec a Cleone dici hoc ſenſu: *Tu quidem, talibus cibis deuoratis, dicis, te hoc et hoc facturum: ſed Lupis piſcibus deuoratis non poteris turbare l) Mileſios: ego vero potero.* Vt infra 1187. quum Iſiciarius ad populum dixiſſet: *παρ' ἐμοῦ δ' ὅλον γε τὸν πλακοῦντα τουτονὶ* (*λαβέ*)· Cleon ad Iſiciarium dicit: *ἀλλ' οὐ λαγῷ' ἕξεις ὁπόθεν δῷς, ἀλλ' ἐγώ.* Caeterum in h. l. luporum piſcium et Mileſiorum ſimul facit mentionem, quia circa Miletum erant egregii Lupi, teſte Schol. et Athen. VII. p. 311. *Bergl.*

562. *σχελίδας.* Nomen Graecanici macelli, vbi victimarum carnes propriis nominibus appellantur, aliis fere quam apud Anatomicos. *Σχελίδες* ſunt *coſtae. Cas.* Attice pro *σκελίδας.* v. Pierſon. ad Moerin in *Σχινδαλμός.* Heſychius vtramque formam enotauit. *σκελὶς, τὸ ἀπὸ τῆς ῥάχεως ἕως τοῦ ὑπογαστρίου. σκελίδες, τὰ περιμήκη τμήματα. σχελίδες m), κρέα ἐπιμήκη τετμημένα· οἱ δὲ πλευρίδες. Brunck.*

ὠνήσομαι μέταλλα i. e. metalla redimam, argenti fodinas Laureoticas, et ſi quae aliae fuerunt, quas hinc excolerent Athenienſes. Significat ſe opes magnas coacturum redemtione vectigalium et aliorum publicorum bonorum. *Cas.*

563. *ἐπειςπηδῶν.* MS. Vat. Palat. *ἐπειςπεσών. Kuſt.*

564. n) *Φύσκη* eſt inteſtinum craſſum, quod ad cibos admoturi coqui prius inflant: quo reſpiciens iſiciarius obſcoeniuscule hic jocatur. *Cas.* Gloſſae: *Φύσκος, botulus. Bergl.* Add. Etym. M. p. 802. Heſych. Suid. et Zonar. Lex. II. 1828.

565. *τῆς πυγῆς.* Vulgo *τῇ πυγῇ.* Genitiuum adfirmant membr. in quibus ſcriptum *τῆς πυγμῆς.* Non ſuismet ipſius natibus impulſum iſiciarium ſe eiectu-

---

l) Vt *κλόνος*, Homer. vocabulum, eſt *ταραχὴ, θόρυβος* (Phot. p. 127.) ita *κλονεῖν* valet, conturbare, perturbare.

m) Hanc formam et Photius p. 413. habet, explicans *τὰ πλευρίδια κρέα*, Seitenſtücke.

n) Efficacius dicitur *σοι*, quod Brunck. tacite edidit. Nam in Kuſt. et Bergl. edd. legitur *σου*.

rum minatur, qua ratione datiuus τῇ πυγῇ locum haberet: ſed ait ſe prehenſis iſiciarii natibus eum extracturum foras, vel ſe iſiciarii nates impellendo eum eiecturum. Proinde hoc nomen in genitiuo poni debuit ex linguae indole. Sic infra 772. καὶ τῇ κρεάγρᾳ τῶν ὀργιπέδων ἑλκοίμην ἐς Κεραμεικόν. *Brunck.* In plerisque edd. ita legitur hic verſus: ἐγὼ δέ τ' ἐξέλω σε τῇ πυγῇ θ. κ. Brunckius tacite γ' edidit pro τ' ex membranis τῆς πυγῆς, quibus concinit MS. Rau. Recte atque ordine. Sed ex iſto MS. Ravenn. in textum ἐγὼ δ' ἐξελίγξω σε τῆς πυγῆς θ. κ. intulit — Inuernizius, neſcias metrine an ſenſus maiore commodo. Quantillum erat, ſi codex ille praeſtantiſſimus in viri vel mediocriter docti manus incidiſſet, ex vitioſa lectione, iisdem litteris manentibus, veram elicuiſſe: *ΕΓΩΔΕΓΕΞΕΛΞΩ* σε τῆς πυγῆς θ. κ. ſcripſerat prior librarius *ΕΓΩΔΕΞΕΛΞΩ* in textu, deinde in margine duas litteras *ΕΓ* reponendas notauit. Poſtea alter ſcriba prioris monito morem geſturus erat, ſed qua in parte textus eas reponeret, plane neſciebat. *Porſon.* ad Eur. Or. 1234.

κύβδα aduerbium a κύπτειν *inclinare* o), *pronum eſſe*, vt ἐξέλω σε κύβδα ſit, ἐξέλω σε ἐπικλινῆ. In Lyſiſtr. 575. ἐκ τῆς πόλεως ἐπικλινεῖς ἐκραβδίζειν τοὺς μοχθηρούς. De κύβδα v. ad Theſm. 496. *Bergl.*

566. *Νὴ τὸν Ποσειδῶ.* Diſtinctione haec ſeparanda a ſequentibus et geſtu verba adiuuanda. Chorus, i. e. Equitum grex, ſtans ab Iſiciario, audiens minas Cleonis in illum quem ſe rapturum ait, parat ſe ad pugnam et geſtu compoſito ad ictum inferendum iurat per Neptunum, ſeſe tuiturum Allantopolam p). *Cas.* Sophocles in Ai. 1317. *Εὖ νῦν τόδ' ἴσθι, τοῦτον εἰ βαλεῖτέ που, Βαλεῖτε χ' ἡμᾶς τρεῖς ὁμοῦ συγκειμένους.* *Bergl.* κἀμέ γ'

---

o) κύπτειν eſt, pronum eſſe in terram. Inde adv. κύβδα pro eo, quod aliter dicitur, κάτω κάρα, quod ad maiorem ignominiam ſeruari ſolitum in ſuppliciis. Sic legimus in ſceleratiſſimum quemque ſic animaduerſum; et in beatorum martyrum hiſtoriis aliquot exempla, vt D. Petri. Ad quam conſuetudinem reſpicit Cleon. Interdum κύβδα aliud ſignificat, vt ap. Athen. *Cas.*

p) Videtur tamen obſcoeni quid ſubeſſe, quod et antecedentia et ἕλκειν puto indicare.

ἄρ'. Male vulgo κἀμὲ γάρ. Quod alibi dixi, γὰρ ſaepe in γ' ἄρ' vel γ' ἆρ' mutandum eſſe, id palam oſtendit metri in hoc verſu lex, quae librorum γὰρ prorſus reſpuit. *Brunck.*

367. (366. K.) Scoliaſtes legit mutato ſpiritu οἷον i. e. *ſolum te vinciam.* Sine dubio minus fideli libro vſus *q*). Familiaris eſt locutio Graecis, quum magnitudinem rei declarare volunt. Reſpicit autem ad duriores catenas, quarum in carcere erat vſus. Diſerte Iurisconſultus monet, pro grauitate et qualitate criminis grauioribus aut tenuioribus vinculis eſſe vtendum. Diuerſitatem catenarum Plautus quoque notat in *Captivis.* Ξύλον eſt in ſcriptoribus Atticis inſtrumentum torquendi aut certe impediendi facultatem eundi. Non enim ſemper vincti in hoc ligno torquebantur, ſed compediti ſeruabantur ad tormenta: ideo ſcholiaſtes auſus dicere ξύλον eſſe carceris *r*) genus, verius addit, ſic lignum vocari, quo pedes et crura torquebantur, alio nomine ποδοκάκη vel ποδοστράβη. *Cas.* Male Friſchlinus: *Solum alligabo te palo.* Ξύλον enim non ſignificat hic *palum*, ſed *neruum* ſiue *vinculum pedum*, vt Schol. recte. Gloſſae veteres: *Neruus*, ξυλοπέδη. Eaedem Gloſſae Graeco-Latinae: Ξυλοπέδη, *neruus*. Sed res eſt ſatis nota. *Kuſt.* Alias cum praepoſit. ἐν, vt infra 392. et 701., vbi Cleon ad eumdem iſtum: ἐν τῷ ξύλῳ δήσω σὲ νὴ τὸν οὐρανόν. Et cum praepos. εἰς Lyſiſtr. 683. ἐς τετρημένον ξύλον ἐγκαθαρμόσαι, vbi v. Not. Sine praepos. hic in Eqq. 1045. δῆσαί σ' ἐκέλευε πεντεσυρίγγῳ ξύλῳ. *Bergl.*

368, δειλίας. Subaudi ἕνεκα, quod in hoc loquendi genere perpetuum eſt. Διώκειν ὕβρεως perſequi aliquem ob illatam iniuriam; διώκειν αἰκίας, dicam impingere alicui propter factam contumeliam; vel κακώσεως, i. e. malae tractationis, quae erat actio vxoris contra maritum. At δειλία nomen eſt actionis *s*), quae

---

q) οἷον etiam ap. Kuſt. et Bergl. legitur, ſed Bergl. vertit: *quibus modis* —

r) Sed lectionem Schol. emendauit Valeſius.

s) δειλίας γραφή. v. Petit. Leg. Att. p. 666.

intendebatur in eos, qui in acie fugiſſent aut clypeum proieciſſent vel arma amiſiſſent, aut etiam veſtem. Nam etiam iure et Graeco et Romano grauiſſime in hos animaduertebatur. *Cas.*

369. *Βύρσα.* Corium ſic vocat, puta bouinum: hic accipitur contumelioſe pro *cute.* Atqui cutis humana ne pellis quidem vocatur, nedum corium. Iuvenalis de ſene foedo et deformi dixit [Sat. X, 192.], *deformem pro cute pellem.* Ait ſe viuum excoriatum eſſe Iſiciarium et eius pelle vſurum loco tapetum, quibus ſellae et ſubſellia ſubſternebantur, vt notat Vlp. Alludit autem ad populorum conſuetudinem, quibus haec crudelitas erat in vſu, vt ex Herodoto apparet *t)*: ſed eximie morem hunc Perſarum, quo illi vſi erga ſanctos martyras, narrat Agathias. *Cas.*

θρανεύσεται v). Suidas: *ἐκταθήσεται. θράνον γὰρ τὸ ὑποπόδιον, ὅπου τὰ δέρματα ἐκτείνεται. Brunck.* Hinc corrigendus Zonaras Lex. I. p. 1055. vbi *θρανεύεται* legitur, et hic ipſe locus laudatur.

370. *θύλακον κλοπῆς.* Quem volunt Graeci valde deditum alicui rei, eum vocant ſaccum: vt de hellnone, *θύλακος ἐδεσμάτων* ſaccus cibi. *Cas.* vid. ad Nub. 1259. *Bergl.*

371. *πατταλεύειν* eſt, *paxillo figere*: *διαπατταλεύειν distendere rem et paxillis affigere.* Sic ſoliti olim fullones veſtes ſiccandas *διαπατταλεύειν*, vt eſt apud Apuleium: ſic et coria quum parantur, paxillis affixa distenduntur. Notandum in toto h. l. improbos hos ciues conuicia petere ex vocabulis ſuae artis. *Cas.*

372. *περικόμματα.* Quam belle Iſiciario hoc convenit. Significat, ſe minutim caeſurum Cleonem. *Περίκομμα* eſt artis coquinariae nomen; *minutal x).* Simillimum eſt apud Plautum [Mil. Glor. I, 1, 8.] *fartum facere ex hoſtibus.* Apud Theoph. in Char. [8, 2.

---

t) De Scythis narrat IV, 64. vbi cf. intpp.

v) *θρᾶνος* ſedile et quidem honeſtius, vt ex Pluto [545.] apparet. *θρανεύειν* eſt, ſedile aptare. *Cas.*

x) v. Intpp. Iuuenal. Sat. 14, 129.

de caede] ita *ζωμὸς* accipitur, vt appareat, plebis Atticae eſſe iſta loquendi genera. *Cas.*

373. *τίλλειν* eſt *purgare, vellere;* vt cum de corio parando pili velluntur. Eſt etiam lacerare in fruſta: vnde *τιλτὸς* vox Chirurgorum graecorum (gall. *charpie*), velut decermina telae, ad faciendum quem vocant *μοτὸν,* qui immittitur in plagas. *Cas.* Olim vulg. *περιτιλῶ* praeſtare videtur, quum indicet, vndique euellere.

374. Guttur vocant Graeci *γαργαρεῶνα,* voce Hebr. In auibus *ingluuies,* qua cibum congerunt, *πρηγορεῶνα* vocarunt. At iſte coquus ſic loquitur de Cleone, tamquam de victima aut aue, quam caeſurus eſſet in vſum menſarum. *Cas.*

375. *καὶ νὴ Δί'.* Demoſthenis ſunt verba, qui captus ſuauitate locutionis coquinariae, qua vſus Iſiciarius continuat in eadem metaphora et ait omnino ſic faciendum et tractandum eſſe Cleonem inſtar ſuum. Mos eſt eorum, qui ſues emunt, explorare prius an morbo illo teneantur, quem Graeci *χάλαζαν* vocant, quaſi dicas grandinem. Nam grana quaedam grandini ſimilia interdum in ſuilla carne videntur. *χαλαζᾷν* graece dicuntur hoc morbo affecti ſues. Lat. vocabulum *ſtruma* fortaſſe hic locum habet. Nam Plinius *y*) de morbis ſuum loquens *χαλάζας* ſ. *χαλαζώσεως* non meminit, *ſtrumae* meminit. Adde quod *ſtrumas* Graeci medici *χοιράδας* vocant. *ἐμβαλόντας.* Alludit ad morem immittendi palum vel aliud lignum in porcinum roſtrum, vt exploretur ſanitas. *Cas.* In Thesm. 229. *τί κέκραγας; ἐμβαλῶ σοὶ πάτταλον, ἢν μὴ σιωπᾷς.* *Bergl.*

382. *γ.* Ita Hermann. de Metr. p. 190. ad ſtrophae modum correxit:

ἦν ἄρα πυρός γ' ἕτερα
θερμότερα, καὶ λόγοι
τῶν λόγων ἐν πόλει

---

y) VIII, 77. vbi tamen vid. Harduin. et Schneider. Ind. Scriptt. Rei Ruſt. IV, 437. qui oſtendunt ſtrumas et *χοιράδας* eſſe ſcrophulas. *χάλαζα* autem eſt, quae noſtris Finnen. Cf. Foës. Oec. Hipp. p. 674. Hinc *χαλαζᾷν* v. 381. non eſt, ſtrumas habere, ſed, tubercula, finnig ſeyn.

τῶν ἀναιδῶν ἀναι-
δέστεροι· καὶ τὸ πρᾶ-
γμ' οὐκ ἄρ' ἦν φαῦλον ὧ-
δ'. ἀλλ' ἔπιθι καὶ στρόβει,
μηδὲν κ. τ. λ.

Prouerbium eſt, quo vti licet, quum dicemus, viro aliqua re praeſtantiſſimo alium praeſtantiorem eſſe repertum. Proprie quidem igne calidius nihil eſt, ſed eſt tamen ignis igne calidior, cuius rei cauſam docet Theophraſtus lib. de igne. Ex denſitate aut raritate materiae lenior aut grauior ſit ignis. *Cas.*

383. *λόγους* vocat rationes adminiſtrandae reip. vel ſe gerendi in adminiſtratione reip. *z*). Senſus eſt: Cleone impudentius nihil fingi poſſe putabamus; et ecce impudentiſſimo Cleone impudentior eſt Iſiciarius. *Cas.*

385. *οὐκ ἦν φλαῦρον a*). Id eſt, placet mihi concertatio iſta inter hos duos, qui de impudentiae palma inter ſe certant. Haec Equites, qui Iſiciario contra Cleonem fauebant. Ideo adiiciuntur ſequentia, quibus incitatur magis magisque Allantopola. *Cas.* *οὐκ ἄρ' ἦν.* Mediam voculam, in impreſſis omiſſam, exhibent tres codices, omninoque recipi debuit, quum absque ea verſus ſtare non poſſit. Trimeter eſt, vt praecedens, conſtans e tribus creticis. *Brunck.* qui ita verſum dedit:

καὶ τὸ πρᾶγμ' οὐκ ἄρ' ἦν φαῦλον ὧδ'.

386. *b*) *στροβεῖν* propr. eſt verbum fullonicum. Solent enim fullones pannum, quem acceperunt poliendum, verſare et agitare ſuper inſtrumento dentato, quod vocatur *στροβεύς*. Propterea notant veteres, *ἕλκειν* eſſe verbum ſimiliter fullonicum. Vide Suid. et paroemio-

---

z) Imo ſunt h. l. dicta, conuicia, quibus antea Allantopola vicerat Cleonem.

a) *καὶ τὸ πρᾶγμ' οὐκ ἦν φλαῦρον ὧδ'.* Deeſt ſyllaba: non enim ſunt tres cretici, quos eſſe ait Scholiaſtes. Forte *οὐκ ἂν ἦν.* *Duck.*

b) Haec ad Iſiciarium conuerſus chorus dicit.

graphos graecos. Hic ponitur, pro, verſare et agitare vehementius c) vexandi cauſa. *Cas.*

387. *μηδὲν ὀλίγον πόει d).* Id eſt, *quod ſemel ſuscepiſti, id ſerio et ſedulo exſequere.* Tacite poëta ſaluberrimum conſilium politicum ſuggerit Equitibus, quos nititur incitare ad perdendum Cleonem. Monet igitur, aut non inchoandam rem eſſe, aut ad exitum vsque perducendam. Hiſtoriae confirmant paſſim neceſſitatem huius praecepti, et nobile eius exemplum in caede Iulii Caeſaris, quae aut tentanda non erat, aut bono publico occidendi praecipui ex eius comitibus, maximé autem Antonius. Propterea exclamat Cicero in illis ſapientiſſimis ad Atticum epiſtolis [XIV, 12. ep. 691. ex ed. Schütz.] *ὢ πράξεως καλῆς μὲν, ἀτελοῦς δέ.* Contra Octauius, vt notat Suet. [Octav. c. 27.] et alii, proſcriptioni ſero et inuitiſſimus ſubſcripſit, ſed vbi ſemel ſubſcripſit, omnium crudeliſſime eam exſequutus eſt. *Cas.* Thucydides VIII [c. 15.]: *πολλὴ ἦν προθυμία καὶ ὀλίγον ἐπράσσετο οὐδέν.* Idem II. [c. 8.] *ὀλίγον τε ἐπενόουν οὐδὲν ἀμφότεροι.* Idem VII. [c. 59.] *καὶ ὀλίγον οὐδὲν ἐς ὀλίγον ἐπενόουν* (in nulla re quicquam paruum animo agitabant). Ibid. in fine [c. 87.] *κατὰ πάντα γὰρ πάντως νικηθέντες καὶ ὀλίγον οὐδὲν κακοπαθήσαντες* (nec vlla in re leuiter afflicti), *πανωλεθρίᾳ δὴ, τὸ λεγόμενον, καὶ πεζὸς καὶ νῆες καὶ οὐδὲν ὅ τι οὐκ ἀπώλετο. Bergl.*

388. *ἔχεται μέσος.* Translatum e palaeſtra. Luctatores dum putant facile ſe antagoniſtam deiecturos, eum medium prehenſum tenent e). *Cas.*

389. *μαλάξῃς.* Verbum eſt artis coriarii. Nam coria molliuntur, vt ad opus facilius admoueantur. Melius autem poſt vocem *αὐτὸν* virgulam poſueris. *προσβολὴ* eſt concurſus duorum exercituum, qui mutuis telis ſe impetunt. Ponitur pro congreſſu. Hic autem

c) Eſt enim omnino i. q. *συστρέφειν.* v. Phot. Lex. p. 401. Zonar. II. 1681.

d) Ita in edd. antecedd. legitur, ſed Br. tacite correxit *ποίει.*

e) Scholiaſtes: metaphora a luctantibus, qui aduerſarios medios prehendunt. Comicus Nub. 1043. *ἐπίσχες· εὐθὺς γάρ σε μέσον ἔχω λαβὼν ἄφυκτον. Bergl.*

ſenſus eſt: Si in hac fabula fortes ſe Equites ostenderint, fauentes poëtae, qui Cleonem traducebat, omnino fore, vt in congresſione, ſi Cleonem in ius vocarent, ignauum et metus plenum illum experirentur *f*). *Cas.* *ὡς ἐὰν νυνὶ* [vt Br. ed.]. Perperam vulgo, ruente verſu, *ὡς ἂν νυνί. Brunck.*

591. Cleonem poëta non erat auſus perſona exprimere, vt ante dixit: ita variis deſcriptionibus ad deſignandum Cleonem vtitur. Hic allegorice narratur tota hiſtoria rerum ad Pylum geſtarum per Cleonem. *Cas.*

592. *κᾆτ' ἀνὴρ ἔδ.* Reſpicit illam audacem vocem Cleonis, cum auſus eſt promittere populo Athenn., ſe viginti diebus rem confecturum ad Pylum, ſi legitimis ducibus imperium antiquaretur. Nec defuit tam impudenti pollicitationi: fecit enim, quod erat pollicitus. Pylum inquam expugnauit, et CCC inde captivos abduxit, qui Athenis in carcere, paedore et ſqualore ac illuuie miſere perierunt. *Cas.* Euripides in Alceſt. 957. *Ἰδοὺ τὸν αἰσχρῶς ζῶνθ' ὃς οὐκ ἔτλη θανεῖν, Ἀλλ' ἣν ἔγημεν ἀντιδοὺς ἀψυχίᾳ Πέφευγεν ᾅδην· κᾆτ' ἀνὴρ εἶναι δοκεῖ* (et tamen ſe virum putat eſſe. Terentius Eun. Act. IV. Sc. 7. [v. 15. ex ed. Bentl.]: Sane qui tibi nunc vir videtur eſſe, hic nebulo magnus eſt. *Bergl.*

ἀλλότριον ἀμῶν θέρος g). Prouerbium eſt. *Ἀμᾶν* eſt metere. Fuit olim in vſu improbitas quaedam certorum hominum, qui alienas fruges in ſua horrea detorquebant, quod vel manifeſta vi faciebant, metentes per vim vbi non ſeuerant, vel artibus magicis in eam rem vtebantur, teſte Leg. XII. Tab. *Si quis fruges excantaſſit.* Nam *excantare* eſt, magicis artibus auferre vero domino. Inde natum prouerbium: *alienam meſſem metis h*); i. e. debitam laudem alterius virtuti occupas. Simile prouerbium ap. Petronium [c. 151.

---

f) Imo hoc ſibi vult: ſi in hoc impetu, qui nunc in eum faciendus eſt, ſubegeris, timidum inuenies.

g) Allegoria, qua ſignificatur Cleonem alieno labore, i. e. Demoſthenis, partam gloriam in ſe transmouiſſe. Vide initium Notarum. *Bergl.*

h) v. Erasmus Adag. p. 40. et Intpp. Matth. XXV, 24.

Satyr. p. 806. Burm. qui cf.]: *aliis leporem excitare.* Pertinent huc Virgiliani verſus: *Sic vos non vobis* etc. θέρος autem non eſt meſſis proprie, ſed aeſtas: ſed haec nomina confunduntur. Sic ὀπώρα et autumnum et autumnales fructus ſignificat; ſic contra πόα i. e. herba, apud Sophocl. *i*) pro *anno* ponitur. *Cas.* Suidas ἀλλότριον ἀμᾷς θέρος, ἐπὶ τῶν τὰ ἀλλότρια καρπουμένων. Poteſt videri huc reſpexiſſe. Sed Interpretes ibi nihil monent, cum in ἀμώμενοι locum deſignent. De hoc prouerbio vide, praeter Erasmum, Nanſium ad Nonni Euang. Ioh. c. 4. v. 186. et Spanhem. ad Call. h. in Cer. 158. *Duck.*

393. τοὺς στάχυς. Intelligit milites captiuos *k*) ex Sphacteria, quos pretio reddere volebat Cleo Lacedaemoniis, vt infra etiam v. 467. indicat. *Bergl.*

394. Αὔειν eſt *ſiccare*, cum tenui in optimis libris ſemper et confirmantibus graecis Grammaticis; et tamen ἀφαύω, non ἀπαύω dicimus. Sic in Ran. (194.) Αὐαίνου λίθος. *Cas.* Illi captiui macie et ſqualore conficiebantur in vinculis diuturnis. *Bergl.* Ἀποδόσθαι *vendere l*), περιδίδοσθαι *ſponſionem facere. Cas.*

395. Significat Cleon ſibi paratum praeſidium in ſenatu Athenienſi, aduerſus quem aliquid moliantur. Ait igitur: *dum viuet ſenatus.* Sic ap. Hom. [Iliad. I, 88.] Achilles: οὔτις ἐμεῦ ζῶντος. *Cas.*

396. Facete non *populum*, ſed *populi perſonam* dicit. Significat populum in adminiſtratione reipub. inſtar obtinere perſonae hiſtrionicae, id eſt, nullo loco eſſe. *Cas.* μακκοᾷ. Suidas h. v. ἀνοηταίνει *m*), ἐνεόν ἐστιν. ἔφαμεν δὲ, ὅτι ἡ Μακκὼ ἐνεὰ ἦν. Hinc corrigendus Scholiaſtes, qui pro ἐνεόν ἐστιν habet ἐν ἔθει ἐστιν, vbi Kuſter. edidit: ἐν ἤθει ἐστίν: ſine ratione. In primis autem notandum apud Suidam illud ἔφαμεν δὲ,

i) Locum non inueni, ſed Callimachum laudat Etym. M. p. 677. extr. add. Zonar. II. p. 1563.

k) Idem monuit Caſaub.

l) Non actiuum, ſed medium, habere hanc vendendi notionem docet Dawes. M. Cr. p. 241. f.

m) Eodem verbo interpretantur Etym. p. 574. et Zonar. II. 1336. Conſpectum eſſe Demon ſedentem coniicit *Vuil.*

quod manifeſtum praebet argumentum, exſcripta ab eo eſſe Scholia, non Scholiaſten ſua ab eo deſcripſiſſe: nam quod hic ait *ἔφαμεν δέ*, pertinet ad v. 62. *Duck.*

397. *ὡς δὲ πρὸς | πᾶν ἀ | ναιδεύεται.* Schol. ad v. 381. rationem horum metrorum exponens, ait primum et ſecundum eſſe trochaica dimetra acatalecta, et illud in quarta ſede iambum habere, hoc in tertia: nec tamen conſtat metrum illius verſus, quem hic adſcripſi; nam prima ſede creticus eſt. Suidas in *Παρεστηκότος* legit *ὁ δὲ πρὸς πᾶν* etc. qua ratione anapaeſtus erit in prima ſede, quod admitti poteſt. *Duck.* Diſtinctionem verſuum ab Inu. factam et reſpondentem ei, quae 322. ſs. fuit, probauit Hermann. de Metr. p. 190.

398. ſ. *κοὐ μεθίστησι τ. χρ.* Eurip. Alceſt. 172. — *οὐδὲ τοὐπιὸν Κακὸν μεθίστη χρωτὸς εὐειδῆ φύσιν* (nec venturum malum mutabat cutis pulcram ſpeciem). *Bergl.*

400. (398. K.) *παρεστηκότος.* Ad verbum: *qui ſemel illi obortus eſt.* Sed Graeci in multis pro praeſenti tempore praeterito vtuntur. Notat vt certum impudentiae argumentum quod colorem non mutarit. Natura ſic comparatum eſt, vt ſenſum pudoris prodamus vultu, ſanguine eo adſcendente. Atque hoc Domitianus cum ſibi naturale eſſet vt facile ruberet, in argumentum modeſtiae homo ſceleratiſſimus ſolitus ſibi adſcribere. *Cas.*

401. (399. K. 400. Br.) *εἰ σὲ μὴ μισῶ* n) — *κώδιον.* Scholiaſtes Pind. ad Pyth. IV, 410. [p. 579. ed. Heyn.] ex hoc loco Ariſt. obſeruat, veteres ſomni capiendi cauſa in pellibus cubaſſe. Verba eius haec ſunt: *ἄφθιτον δὲ στρωμνὴν εἶπε τὸ δέρος τοῦ κριοῦ, τὸ κώδιον. οἱ γὰρ ἀρχαῖοι ὑπεστρώννυντο τὰ κώδια· ἀφ᾽ οὗ καὶ κῶμα, ὁ ὕπνος· διὰ τὸ ἐπὶ κωδίων αὐτοὺς κοιμᾶσθαι· Ἀριστοφάνης· Ἦν σε μὴ μισῶ, γενοίμην ἐν Κρατίνου κώδιον.* Vide etiam Suid. V. *Κώδιον*, qui itidem loci huius meminit. Ceterum miror, illud *ἐν* non ſolum in omnibus edd. vul-

---

n) Summum odium ſuum profitetur in Cleonem et ait: priusquam odium in te ponam, extrema pati velim et turpiſſima. *Cas.*

gatis, ſed etiam apud Pind. Schol. l. c. et Suid. V. *Κώδιον* occurrere, cum tamen corruptum ſit et MS. Vat. Pal. eius loco recte adhibeat *ἂν o*). *Kuſt.* *Niſi te odi, fiam vna de pelliceis ſtragulis Cratini.* *γενοίμην* optatiuus eſt, eam ſignificationem habens, a qua denominatur, qua quum pollet, particulam *ἂν* nunquam adſciſcit, quae optatiuum potentialem ſemper comitatur. Aiax apud Sophocl. [Ai. 550, ad q. l. cf. Lobeck.] filio ſuo dicit: *ὦ παῖ, γένοιο πατρὸς εὐτυχέστερος.* Optat. Si diceret *γένοι' ἄν*, longe diuerſus eſſet ſenſus, neque is ſic abſolutus: *Fieres patre fortunatior*, ſi tale quid vel tale contingeret. Hoc norunt tirones, qui primoribus labris graecam eruditionem adtigerunt. Quis igitur Kuſterum non miretur, tam diuerſas modi illius ſignificationes confundentem? Tres Regii codd. recte habent *ἐν*: et ſi centum forent, omnesque haberent *ἄν*, id nihilo minus reiiciendum eſſet. Mox v. 412. (414.) *ἢ μὴ παραγενοίμην* optat, nec *ἂν* comitem habet. Similis locus eſt infra 767. Acharn. 151. exemplaque paſſim obuia. Vide quae notaui ad Eurip. Phoen. 514. *Brunck.*

γεν. ἐν Κρατ. κώδιον p). Scholiaſtes: *ἵνα κατασήπωμαι ἐνουροῦντος αὐτοῦ.* Quod iſte immejeret velleribus in lecto ſibi ſubſtratis, fiebat ex immoderato potu; eius vinolentiam tangit Comicus Pac. 700. Caeterum ſimiliter ſe deuouit aliquis apud Alexidem: — *εἴ τινας μᾶλλον φιλῶ ξένους ἑτέρους ὑμῶν, γενοίμην ἔγχελυς* (fiam

---

o) Suſpectum mihi erat illud *ἐν* et conieceram *ἐν*, inductus verbis Schol. *γενοίμην οὖν, φησιν, εἰς τὴν οἰκίαν Κρατίνου κώδιον.* Nam *ἐν Κρατίνου* eſt, *εἰς τὴν Κρατίνου οἰκίαν.* Sed praeferenda eſt lectio MS. ap. Kuſt. *ἄν*, *γενοίμην ἂν* vſitata ratione loquendi apud Graecos, qui optatiuo hanc particulam addere ſolent. *Duck.*

p) *κώδιον* proprie eſt pellis lanata ad vſum culcitae. Pelles enim huiusmodi ſubſternebant, vnde *κώδιον* a *κεῖσθαι*, veteri verbo pro *dormire* ſ. *cubare.* Inde ap. Homer. [Il. I, 606.] *κακκείοντες ἔβαν dormituri iuerunt.* Cratinus hic poëta Comicus inſignis fuit, qui paſſim Ariſtophani notatur vt vinoſus; et dicitur ſolitus lecto immejere ſuo ex nimia videlicet vini potatione. Obiter igitur illum traducit poëta, vt ſequenti verſu Morſimum, Philoclis poëtae filium, poëtam et ipſum et tragicum oppido ineptum et inſulſum. *Cas.*

anguilla), Ἵνα Καλλιμέδων ὁ κάραβος πρίαιτό με. Ex Athenaei L. VII. p. 340. [p. 254. T. III. Schw.] *Bergl.*

402. *Μορσίμου q).* Quam malus poëta Morſimus fuerit, facete innuit, quod etiam facit Ran. 151., vbi in ſtercoream paludem demerſos ait Hercules, qui Morſimi orationem aliquam deſcripſerint: ἢ Μορσίμου τις ῥῆσιν ἐξεγράψατο. In eum et fratrem Melanthium acerrime inuehitur in fine Parabaſis Pacis. Erat autem par illud fratrum tragico etiam poëta natum, Philocle, cui non magis quam filiis pepercit Comicus noſter. Vide Thesm. 168. Vesp. 462. *Brunck.* Suidas V. Μόρσιμος locum hunc Comici ſic enarrat: καὶ διδ. τουτέστι ἐκβαλοίμην καὶ συριττοίμην, ὡς ἐκεῖνος. πονηρῶν γὰρ ὄντων αὐτοῦ τῶν ποιημάτων ἐν ἀρᾶς ἔθηκε μέρει. *Kuſt.*

403. (401. K.) Verſum hunc et quinque ſequentes citat Suidas V. Ὦ περὶ πάντα. *Kuſt.* Duo dicit chorus hoc loco: alterum eſt, quod ſordes obiicit Cleoni. Nam duorum priorum verſuum ſenſum vno verbo expreſſeris: ὦ δωροδόκε, *o muneribus corrupte.* Alterum eſt, quo declarat odium publicum et omnium futurum gaudium, ſi deiiciatur Cleon. *Cas.* Περὶ πάντα ἐπὶ πᾶσι. Obiicit ſordes in capiendis muneribus: nam munera non ſemper quidem reiici debent; ſed recte Iuriscons.: δῶρα οὔτε πάντα, οὔτε παρὰ πάντων οὔτε ἐπὶ πᾶσι ſunt probanda. Cuius contrarium diſertim hic tribuitur Cleoni. Sermo autem eſt allegoria mixtus. Sic enim loquitur de Cleone quaſi de fuco vel veſpa floribus omnibus inſidente, vnde mel apes eliciunt; ſed veſpae omnia in alimentum ſuum conuertunt. O tu, inquit, omnibus floribus inſidens *r*), dum lucrum vndique captas. Ne eſſet obſcurum, quid flores vocet, interpretatur ipſe poëta πράγματα δωροδόκα *s*), id eſt,

---

q) Hunc tamquam malum poetam perſtringit etiam Ran. 151. *Bergl.*

r) ἐπ' ἄνθεσι ἵζων. Nempe inſtar apis. In Avv. 749. ὥσπερ ἡ μέλιττα Φρύνιχος ἀμβροσίων μελέων ἀπεβόσκετο καρπόν. *Bergl.*

s) At rectius poſt πράγμασι comma ponitur, vt δωροδ. cum ἄνθεσι iungatur, quod epitheton debebat ad Cleonem referri, vnde Bergl. vertit: munera captans ſeſſitas vt apis in floribus.

negotia publica, quibus se immiscet Cleon, munera vndique venans. Abusiue vocat negotia *δωροδόκα*, *munus captantia*. Non enim negotiis id nomen conuenit, sed hominibus sordidis. Ductum nomen a *δῶρον* et *δέχεσθαι*. *Cas.*

405. Loci huius meminit Suidas V. *Εὖρες*. *Kust.* *Ἐντιθέναι* est *immittere*. Proprie significat, *bucceam in os indere*, vnde *ἔνθεσις buccea*. Sed h. l. *bucceam* vocat illam amplam fortunam, quam consecutus erat Cleon. *φαύλως* i. e. nullo negotio et praeter meritum, quod verbum bis repetendum, *εὗρες φαύλως*, *ἐκβάλοις φαύλως t*). *Cas.*

406. Mos fuit veterum, maxime Graecorum, in conuiuio post sedatam famem primam varie se oblectare vel canendo vel propositis gryphis ad soluendum vel recitatis veteris alicuius poëtae versibus; quod vocabant *ῥῆσιν εἰπεῖν*. Nunc ait, si deiiciatur Cleon, se tum demum in conuiuio cantaturum carmen Simonidis, cuius erat principium: *Πῖνε, πῖν' ἐπὶ συμφοραῖς*. Sciendum est fuisse peculiare genus carminis conuiuiis apti, quod vocabant *σκολιὸν v*): sed, fueritne hoc carmen *scolium*, incertum est, et graecus interpres contrarium suadet. *Cas.*

407. [404 K.] *πῖν' ἐπὶ συμφοραῖς*. Frischlinus male: *bibe cum calamitatibus*. Sensus est: *bibe genioque indulge ob res laetas et prosperas*. *Συμφορὰ* enim est vox mediae significationis, et interdum de fortuna prospera dicitur. Hinc interdum iungitur cum epitheto *ἀγαθός*, vt v. 652. et in Lysistr. 1278. vbi *συμφοραῖς ἀγαθαῖς x*). *Kust.* Argumentum odae Simonideae, cuius

---

t) Iam in *ὥσπερ* inest notio voc. *φαύλως*: vtinam ita facile, vt parasti, eiicias bucceam.

v) *Σκόλια* hoc est Conuiualia carmina Graecorum, metris suis restituta et animaduersionibus illustrata praemissa disquisitione de hoc genere carminis edidit *Carolus David Ilgen* — Ienae 1798. 8. vbi de nominis caussa p. LXXXV. ff. dictum est, et de Simonidis carminibus decantatis p. CLVI. monitum. Hic autem Simonideus versus ibi non legitur.

x) Scholiastes: *τότε γάρ, φησιν, ἐπάσαιμί σοι τὸ Σιμωνίδου μέλος· Πῖνε, πῖνε ἐν ταῖς συμφοραῖς. — τὸ δὲ συμφοραῖς*,

principium ex ipſis verbis hisce patet. Nam hortatio fuit ad liberaliorem vini potum et genialem vitam. *Συμφορὰ* eſt nomen *μέσον*, i. e. mediae ſignificationis et euentum modo laetum modo triſtem ſignificat: vulgo tamen *calamitatem* notat. Hic, vt recte Schol. notat, pro re laeta ponitur. Nam ſenſus eſt: *Nunc bibendum eſt et genio indulgendum, rebus ita laetis. Cas.*

408. [405. K.] *τὸν Ἰουλίου.* More ſuo poëta ſemper aliquem perſtringit. Hic ſugillat ciuem aliquem Athenienſem, quem vocat Iulii filium, ſenem et *πυῤῥοπίπην*. Scholiaſtes legit *παιδοπίπην*. Id eſſet, amori puerorum delicatorum deditum. Sed Euſtath. legit, vt nos. *Πυῤῥοπίπης* comicum nomen eſt, fictum imitatione vocis Homericae *παρθενοπίπης*: ſic dicitur ſummo vati *y*), qui oculos molles, et, vt Perſius loquitur, *patrantes* in puellas defigit. *Παρθένος virgo*; *ὄπτω* et *ὀπίπτω video* ſignificat. Inde etiam *παιδοπίπης* dicitur, et ciuem hunc Athenienſem ſiue Ariſtophanes ſiue potius Cratinus *πυῤῥοπίπην* [*πυροπ.*] vocauit, vt quidem Scholiaſtae placet, tamquam Prytaneum obſeruantem, quod panes Prytaneo miniſtraret. Immo vero, vt putamus, quod eſſet dardanarius et publicam calamitatem arctioris annonae ad proprium quaeſtum obſeruaret. Hi ſunt quos Latini *annonam flagellare* dicunt. Varro [Plin. H. N. 33, 13, 57.]. Praeterea videtur poëta ſordes et auaritiam hinc obiicere, vt hic ſenſus ſit: Si perierit Cleon, futurum, vt etiam ille auarus, qui ſoli opum quaerendarum ſtudio incumbit, frontem tamen porrigat et prae gaudio paeanem aut aliud carmen canat. *Cas.* *πυῤῥοπίπην* *z*). Scholiaſtes legit *παιδοπίπην*. Eu-

---

ἐπ' ἐσθλοῖς. τῶν μέσων γὰρ ἡ συμφορά. Comicus infra 651. *ἐπὶ συμφοραῖς ἀγαθαῖσιν.* Nihil impedit tamen, quo minus *ἐπὶ συμφ.* cum Friſchlino vertas: *in calamitatibus*; ſiue: *bibe malo tuo. Bergl.* Duo hi verſus *ᾄσαιμι — συμφ.* in ed. Kuſt. etc. in vnum contracti ſunt. Diuiſit Br.

y) Iliad. XI, 385. vbi tamen Heyn. T. VI. p. 188. non *ſpeculatorem puellarum* ſed omnino *virum mulieroſum* dici cenſet.

z) Vt *παρθενοπίπης* et *παιδοπίπης*, *qui virgines et qui pueros ſpeculatur laſciue.* Scholiaſtes *πυῤῥοπίπην* exponit *τὸν φύλακα τοῦ σίτου qui triticum obſeruat*; quaſi ſcriptum

ſtath. in Il. *η*, p. 679, 59. *πυῤῥοπίπην*. Eam vocem et ſententiam, quae in his verſibus eſſe poſſit, ſatis aperte exponit Caſaubonus. Mihi tamen ſuſpectum eſt hoc *τὸν Ἰουλίου*: quod vertunt *Iulii filium*; nam hoc nomen aetate Ariſtoph. in Graecia notum fuiſſe, nusquam legi. Forte hic latet aliquid de patria Simonidis, qui *Ἰουλίτης* fuit, e Iulide Cei: quem *πυῤῥοπίπην* ob auaritiam dicere potuit, cuius nomine male audiebat. Nam et *πυῤῥοπίπης* *auarum* notare poteſt, ſi ſequimur Caſaubonum. Poſſet igitur legi: *τὸν Ἰουλιήτην τ' ἂν οἴομαι*, cum dactylo in tertia ſede: nam prima in *οἴομαι* corripi poteſt, vt in *ποιῶ*. Ita ſenſus eſſet: ſi hoc accideret, vt Cleon periret, et ipſe canerem hoc Simonidis: *πῖνε - συμφοραῖς*: et ipſe, ſi viueret, non modo hoc, ſed hymnos ac paeana prae nimio gaudio caneret. Sed haec coniectura eſt non valde firma. Interim *τὸν Ἰουλίου* mihi non ſatisfacit. Apud Suidam eſt *πυῤῥοπίπας* h. v. *Duck.*

409. (406. K. 407. Br.) *Ἡσθέντα καὶ Παιῶνα a) δὴ, καὶ B.* — Verſus hic apud Suidam V. *Ὦ περὶ πάντα* rectius ſic legitur:

Ἡσθέντ', ἰὴ παιωνίσαι καὶ Βακχέβακχον ᾆσαι.

Παιωνίζειν autem idem ſignificare quod *παιανίζειν*, i. e. Apollinem celebrare hymno, (cuius initium eſſe ſolebat *ἰὴ Παιὼν* vel *ἰὴ Παιὰν*), vel Lexica vulgata te docebunt. *Kuſt.* *ἡσθέντ' ἰηπαιωνίσαι καὶ βακχέβακχον ᾆσαι.* Sic optime apud Suid. legitur in *ὦ περὶ πάντα.* Nec multum abſcedit membr. et C. ſcriptura, *ἡσθέντ' ἰὴ παιῶν' ᾆσαι καὶ βακχέβακχον ᾆσαι.* Librariorum error manifeſtus eſt et ad metri normam ſane quam facile corrigi

---

eſſet *πυροπίπην*, ex *πυρὸς triticum* et *ὀπιπτεύω*, quod eſt ab *ὀπτεύω ſpeculor. Bergl.*

a) *Παιῶνα.* Inter Apollinis cognomina eſt *Paeon* ſiue *Paean*, cuius varia adfertur etymologia: vid. Athen. lib. vlt. [c. 16. p. 696. et c. 20. p. 701. Cas. ſ. T. V. p. 549. et 569. Schw.]. Ab hoc nomine et genus certum carminis eſt denominatum, quod proprium fuit Baccho [imo Apollini], nec ſine impietatis crimine poterat alii argumento aptari. *Βακχέβακχον.* Eſt aliud genus carminis Baccho proprium, ſic, vt videtur, dictum propter intercalarem verſum, quo ſaepius repetebantur illa verba, *Βάκχε, Βάκχε. Cas.*

poterat. Impreſſorum lectio inficeta eſt: *ἡσθέντα, καὶ παιῶνα δὴ, καὶ βακχέβακχον ᾆσαι*. *Brunck*. *Βακχέβακχον ᾆσαι* Zonaras II. p. 326. explicat *εὐφημῆσαι τὸν Διόνυσον*.

411. (408. K.) Senſus eſt: Si me a vobis impudentia ſinam vinci, fateor indignum me fore, qui arcear a ſacris Iouis Forenſis *b*). Mos fuit, ſi quis ſcelus aliquod admiſiſſet, vt a publicis ſacris arceretur; quod de Gallis teſtatur Caeſar in Comment. [de bell. gall. VI, 13.] De Graecis multa ſunt teſtimonia. Erat enim nefas, ad aquam luſtralem, quae pro foribus templorum habebatur, accedere homini *μιαρῷ*, et polluto aliquo ſcelere, quod *μίασμα* vocabant. Sed peculiaris fuit ratio arcendi a ſacris alicuius dei eum, qui illum offendiſſet, puta arcanis religionibus proditis aut alia re. Eo reſpicit Cleon. Iupiter *Ἀγοραῖος* prudenter a veteribus foro fuerat conſecratus, vt in ipſa rerum tractatione religionis admonerentur. Sic magnus Auguſtus, vt ſenatorum religionem maiorem redderet, inſtituit, vt non ante in ſenatu ſederent, quam ſacrificaſſent: vide Suet. [Octau. c. 55.]. Sed improbitas Athenienſium, quam maxime in foro exercebant, auguſtum iuſtitiae locum in inuidiam vertit. Nam h. l. poëta ſacris Iouis Forenſis intereſſe ponit pro, omnis impudentiae et calliditatis eſſe myſtam. *Σπλάγχνα* proprie *inteſtina*. Et quoniam ad rei miſerandae conſpectum naturaliter commouentur interiora noſtra, *σπλαγχνίζεσθαι* ponitur pro, *miſereri* et *miſerari*. Hic vero *σπλάγχνα* appellantur epulae paratae de reliquiis victimarum. Ritus fuit olim, vt poſt peractum ſacrificium de partibus, quas non adoleuerant, conuiuia celebrarent. Eſt vero obſeruandum antiquiſſimos homines adolere ſolitos opima quaeque victimae; ſibi reſeruabant inteſtina, tronculos, pedum *ἀκροκώλια* et id genus minutias; quae vocabant vna voce *σπλάγχνα*: vnde eſt apud Comicum veterem *σπλάγχνοισι συγγίνεσθαι*, et h. l. *σπλάγχνοισι παραγενέσθαι*, quod proprie ſignificat, tali epulo intereſſe. Atqui ſcimus ex Clemente Alex. et Athenaei multis locis, mutatis moribus contrarium prioris conſuetudinis ob-

---

b) *Διὸς Ἀγοραίου*. In foro fuit huius Iouis ſtatua, teſte Schol. Infra 498. *καὶ σὲ φυλάττοι Ζεὺς Ἀγοραῖος*, vbi v. Not. *Bergl.*

tinuiſſe. Nam in honorem diis veſcas et male habitas victimas, ſibi ad conuiuia illa ſacra opimas victimas parabant, aut, ſi non erat victimarum diuerſitas, viliſſimas quasque partes adolebant, opima quaeque comedebant, et tamen nomen vetus remanſit. *Cas.*

412. *Κόνδυλος* vox origine non graeca. Graece ictum pugni ſignificat. Iurat Iſiciarius per *κονδύλους*, quaſi hoc ipſo denotans, ſe ab ipſis incunabulis ſordide et non liberaliter eſſe educatum c). Puerilis caſtigatio et liberis et vernulis communis, ſed modus diuerſus. Scutica liberi, baculo aut alio quouis modo ſerui caſtigabantur. Eſt autem hic *ἀναιδείας ἀγών*, contenduntque Iſiciarius et Cleon, vter impudentius ſe educatum et vixiſſe hactenus ſordidius probaturus ſit. *Cas.*

πολλὰ δὴ 'πὶ πολλοῖς. Vel *πολλὰ* accipe pro *πολλάκις* vel refer ad *κονδύλους*, vt ſit *πρὸς τὸ σημαινόμενον*, quaſi praeceſſiſſet *κόνδυλα*. Nam et vtroque genere reperitur haec vox. Intellige autem Iſiciarium inter coqui alicuius diſcipulos primos aetatis annos egiſſe. Multa Comici veteres apud Athenaeum de huiusmodi coquorum diſcipulis. *Cas.* Aduerbialiter *πολλὰ* vt Plut. 253. *ὦ πολλὰ δὴ — θυμὸν φαγόντες.* Eurip. Alc. 185. *καὶ πολλὰ* (ſaepe) *θάλαμον ἐξιοῦσα ἐπεστράφη.* Sophocl. Electr. 417. *πολλά τοι σμικροὶ λόγοι ἔσφηλαν ἤδη καὶ κατώρθωσαν βροτούς·* vbi Scholia: *ἀντὶ τοῦ καταπολὺ, ἐπιῤῥηματικῶς.* *Bergl.*

413. (410. K. 412. Br.) Pollux X, 104. pro [vulg.] *μαχαιριδίων* in h. l. legit *μαχαιρίδων.* *Kuſt.* Reponendum *μαχαιρίδων*, mollius ſic fluente verſu. Quin vera ſit ea lectio, dubitationem omnem eximit Pollux. Sic ille X, 104. *μαγειρικὰ δὲ καὶ κοπίδες, καὶ δορίδες, καὶ μαχαιρίδες* d). *Ἀριστοφάνους γοῦν ἐν Ἱππεῦσιν ὁ μάγειρος λέγει· Μαχαιρίδων τε πληγάς.* *Br.*

---

c) Axionicus Comicus apud Athen. VI. p. 239. [p. 420. T. II. Schw.] *πληγὰς δ' ὑπέμενον κονδυλίων καὶ τρυβλίων Ὀστῶν τε* — Loquitur autem paraſitus. *Bergl.* Contra notiſſimas metricas leges recepit Inv. ſcripturam cod. Rav. Reſtituenda igitur eſt vetus et proba lectio:

ἔγωγε, νὴ τοὺς κονδύλους, οὓς πολλὰ δὴ 'πὶ πολλοῖς —

Ne dici quidem recte potuit *ἐπὶ τοῖς πολλοῖς.*

d) Eadem forma vſus eſt Eupolis, teſte Phot. Lex. p. 183.

414. *ἢ μάτην.* Senſus eſt: Si vincar a te, fruſtra operam luſerunt impudentiae magiſtri, quibus puer operam nauaui, quum me veluti canem educarunt. *Cas.* In omnibus libb. legitur *ἢ μάτην γ᾽ ἄν*, vnde, quam aliam lectionem ſignificauerit Inu., neſcio.

415. (412. K. 414. Br.) *Ἀπὸ μαγδαλιᾶς* [ol. vulg.] etiam legit Schol. vetus. At Suidas rectius vna voce *ἀπομαγδαλίας*. Verbum *σιτεῖσθαι* enim cum Accuſatiuo apud Graecos conſtrui ſolere vel pueris notum eſt. Quid autem ſit *μαγδαλιὰ* vel *ἀπομαγδαλιὰ*, Lexica vulgata lectorem docere poterunt. *Kuſt.* *ἀπομαγδαλιὰς σιτούμενος* recte Suidas in *ἀπομαγδαλία*. Vulgo diuiſim et mutata conſtructione *ἀπὸ μαγδαλιᾶς f*). Sed verbum *σιτεῖσθαι* cum quarto caſu iungitur, quod perite obſeruauit Kuſterus, in eo reprehendendus, quod ſinceram lectionem in textu non repoſuerit. Vulgatam agnoſcit duobus locis ad Odyss. Euſtathius, praua codicis ſui ſcriptura deceptus, p. 1887, 51. *τοῦ δὲ ἀπομάσσειν παράγωγον καὶ ἀπομαγδαλιά, ἡ παρὰ τῷ Κωμικῷ μαγδαλιά.* Et p. 1857, 17. *ἐκ δὲ τοῦ τοιούτου μάσσειν καὶ ἀπομάγματα καὶ ἀπόμακτρα, τὰ ἀποκαθάρματα. καὶ μαγδαλιὰ παρὰ τῷ Κωμικῷ. παρὰ δὲ ἄλλοις καὶ ἀπομαγδαλία καὶ ἀπομαγδαλὶς, ψωμὸς, εἰς ὃν ἐκματτόμενοι τὰς χεῖρας μετὰ δεῖπνον, ἔῤῥιπτον κυσί.* Brunck.

Scriptura cod. Rav. *ἐκ παιδίου*, ab Inv. recepta, ideo praeferenda videtur, quod ita vitatur ſimilis terminatio vicinorum vocabulorum. Nam *ἐκ παιδίων* non minus bene dicitur quem *ἐκ παιδίου*.

e) *Μάττειν* eſt *abſtergere*. Inde *μαγδαλιὰ* ex conſuetudine Graec. nominatum panis fruſtum, quod quisque in menſa habuit ſibi appoſitum, vt eo pro mantili vteretur. *Mantile* graece *χειρόμακτρον* dicitur: ſed Graeci diu linteaminum, tum in aliis rebus tum ad vſus menſarum, vſum ignorarunt; inde neceſſitas *μαγδαλιᾶς*. Componebatur ex farina furfuris plena: in eam digitos adipatos vel cultros abſtergebant; deinde cum menſas tollerent, canibus obiiciebant. *Cas.* Cf. Zonar. in *Ἀπομαγδαλία*, T. I. Lex. p. 243. Redditur: panis quo manus abſterguntur; Abwiſch-Brocken Vuil., des pâtées Francog.

f) Legendum *ἀπομαγδαλίας* vel *ἀπομαγδαλιᾶς*, vna voce. *Bergl.*

417. (414. K.) *κυνὸς βοϱάν.* Apud Homer. [Il. 1, 159.] *κυνώπης* valet *impudens*, pro quo dixit idem vates [Il. 1, 225.] *κυνὸς ὄμματ᾽ ἔχων.* Hic vero *canino cibo vesci* non sine specie prouerbii dixit poëta de pessima educatione et sordidissima. Apud Varronem [Gell. Noct. Att. XIII, 30.] *caninum prandium* aliter accipitur, quum est, quod edas, non est, quod bibas, aut aqua propinatur. *Cas.* *κυν. βοϱ. σ. τ.* Citat Thomas Mag. V. *Τϱέφομαι.* Caeterum ad fulciendum metrum post *σὺ* inferenda est partic. *γε*, vt legatur *μάχει σύ γε κ. Kust.* — In membr. scriptum: *μάχει σὺ κεφάλῳ,* duabus, seu potius, vt reor, tribus deficientibus syllabis. Non enim video, qui in *κυνοκεφάλῳ* penultima produci possit. Scripserat Comicus: *μάχει σύ γε κυνοκεφάλῳ,* qua ratione constant versus numeri, siquidem tribrachys locô iambi ante syllabam catalecticam ponitur. *Br.* Inter species simiarum sunt *κυνοκέφαλοι* g), quibus comparat se Cleon et merito. Nam cum caeteris generibus mitior natura, in *κυνοκεφάλοις* est efferatior, inquit Plin. [H. N. VIII, 54, 80.]

418. *κόβαλα.* Vocant Graeci *vafrum* in minutis rebus, qui puer suos sodales commentis subtilibus decipiat: hic pro tali commento posuit. *Cas.* Cf. Zonar. in *κόβαλος* I, p. 1227. ibique not. *κόβαλα παιδὸς ὄντ.* sunt fraudes, quas puer adhuc commisi. *καὶ* ab initio versus non sine vi quadam ponitur; itaque praefero veterem lectionem: *καὶ νὴ Δί᾽* —

419. *ἐπιλέγειν* proprie est *dicere super*, vt quum puniendis voce praeconis elogium suum superdicebatur: *superdictum* ipsi vocant, causam rei continens. Paullo aliter h. l. *ἐπιλέγειν τινί τι,* narrare aliquid alicui, occupandae eius menti et alio auertendae. *Cas.*

420. (417. K.) Forte rectius scribetur: *ὥϱας νέας χελιδών, veris noui hirundo:* vel, *ἔαϱος νέα χελιδών.*

---

g) Cf. *Lichtenstein* Comm. phil. de simiarum generibus (Hamb. 1791. 8.) p. 43. ff. Aelian. N. A. IV, 46. Diod. S. 3, 35. Aristot. H. An. 2, 8. (5. ed. Schneid.) et ad eum Camus T. II. p. 274. s. H. l. in promtu est, vsum esse Comicum hoc voc. propter antecedens *κύων*, qui lusus nostro est familiaris.

veris noua hirundo. Aliam de h. l. profert coniecturam Vir illustriss. [Spanhem.] ad Callim. p. 758. *h*) de qua alios me doctiores iudicium suum ferre malim. *Kust.* Diligenter obseruarunt Graeci aduentum hirundinis, quam qui primi viderant cum gaudio exsultantes clamabant: *ὥρα νέα, χελιδών.* Hirundo de genere est earum auium, quas Philosophus vocat ἐκτοπιστικὰς i. e. alio migrantes. Illae primo vere has oras, vnde discedere solent hieme imminente, repetunt. Indicium aestatis aduentus hirundinis facit, non vnius, sed plurium: sicut declarat prouerbium apud Philosophum. Solebant Graeci conspectu hirundinis multum gaudere: quare etiam fuere, qui in honorem hirundinis stipem cogerent, sicut alii in honorem cornicum, quod *κορωνίζειν* et *χελιδονίζειν* vocabant. vide Athen. *i*). *Cas.*

422. *k*) Duobus homo constat (quorum neutrum separatum homo est) corpore s. carne, et animo spirituali. Poëtae tamen soliti sunt separatim vti his vocibus, *κρέας, σῶμα* et *ψυχή*, pro integro homine; sed diverse. *Κρέας* 'vocant hominem *γάστρωνα* et curae corporis deditum; nam iocose hic contraria notione accipitur. *σῶμα* graece est homo, qui corpore, non animo censetur; hoc est dicere, *seruus.* *ψυχὴ* in certis loquendi generibus vsurpatur, quibus vel laus tribuitur, vel beneuolentia denotatur. *Δεξιὸς* proprie est, qui manu dextra dextre vtitur, non sinistra pro sinistra, sed generaliter pro *ingenioso* accipitur, vt contra *ἀριστερὸς* *sinister* in deteriorem partem. Sic *μανθάνειν τὰ γράμ-*

---

h) Ad h. in Cer. 124. p. 818. ed. Ern. vbi haec: „ni forte ap Arist. legendum sit *ὁρᾶθ' ἐπ' ὡράνα χελιδών*, prout a Musa Lesbia dictum ap. Hephaest. p. 39. *ὠράνη χελιδών*, et rursus alibi apud eundem p. 37. *ἀμ' ἐπ' ὠράνα.* Apud Hesych. autem *ὠράνη, χελιδόνων ὀροφή, hirundinum tectum.*" Deceptus est Spanh. eo, quod post *ὁρᾶθ'* non interpunctum fuit, sed nec Kust. emendatione opus est. Oratio est elliptica, qualis in familiari sermone esse solet.

i) V. Casaub. ad Athen. Anim. 8, 15. p. 626.

k) Infra 455. ad eumdem: *ὦ γενναιότατον κρέας ψυχήν τ' ἀρίστη. Bergl.* Porson. praef. ad Eur. p. XLV. ed. Lips. ne in quarta sede tetrametri anapaestus sit, qui non admittitur, *ὡς* deleri iubet, et post *κρέας* colo interpungit.

μαθεῖν ἐπ' ἀριστερὰ pro, *litteras difcere peruerfo modo. Cas.*

423. (420. K.) *Ἀκαλὸς* eft *mollis* et *lenis*, *ἀφὴ* eft *tactus:* inde *ἀκαλήφη vrtica* per antonomafiam f. *εὐφημισμὸν* Graeci dixerunt. Hoc nomen varia graece fignificat: nam et in mari *vrtica* eft et inter plantas, quae lat. *vrtica l*). Conftat vrticas efitaffe veteres, quae proprie *κνίδαι* dicuntur, quod fint aculeatae et punctura pruritum excitent. Solebant adhiberi ad menfas, dum adhuc tenerae funt, h. e. ante ver inchoatum vel certe adultum. Inde iocus chori: ait enim Ifiiciarium aduentum veris obferuaffe in furtis faciendis, ficut illi obferuant, qui vrticis vefcuntur *m*). *Cas.* Comma poft *ἐσθίων* delendum eft.

425. (422. K. 424. Br.) Vulgo legitur fine vlla metri forma:

ἀποκρυπτόμενος εἰς τὰ κόχωνα, τοὺς θεοὺς ἀπώμνυον.

Recte in B. fcriptum: *εἰς τὰς κοχώνας n*), vt vulgati etiam libri habent infra 484. At male idem codex, vt reliqui, *ἀπώμνυον*, pro quo, flagitante metro, reponi debuit Attica forma *ἀπώμνυν*. Vide ad Au. 520. *ἀποκρυπτ. εἰς τὰς κοχώνας, τ. θ. ἀπώμνυν. Br.* *κοχώνη* eft pars illa, quam infiftimus, quum equo vehimur. Metaplasmus generis factus in hac voce. Quemadmodum autem parum honeftus locus eft, qui hoc nomine denotatur; fic legimus inter probrofa nomina fuiffe illud *Κοχωνᾶς*. Apud Lucian. quidam fic vocatus *o*). *Cas.*

426. *ὡς εἶπ' ἀνήρ.* Facete vfurpat confuetudinem in pueris optimae fpei feruari folitam. In pueris enim certa indicia virtutis fumferunt. Sic in Phaedro Pla-

---

l) De vtroque genere v. Zonar. in *Ἀκαλήφη* T. I. p. 102. f.

m) Haec e notis Cas. repetiit *Brunck.* Qui vrticas efitant, eas colligunt primo vere, adhuc teneras: hic dicit ante aduentum hirundinum; nam adultae non funt efui. *Bergl.*

n) Verfus fulciendi gratia fcribendum potius eft: *εἰς τὰς κοχώνας*, genere foeminino, quo vox illa frequentius occurrit, quam genere neutro. Et fic poftea in Ms. Vat. Pal. fcriptum deprehendi. *Kuft.*

o) In Pfeudom c. 6. tamen *Κοκκωνᾶς* fcribitur.

tonis [versus finem c. 146. p. 554. ed. Heind. qui cf.] de Isocrate est oraculum. Sic Herodotus de Thucydide puero pronunciauit *p*), quod euentum ratum fecit. Sic de puero Caesare dixit Sylla [Plut. Iul. 1.]: *in hoc sunt multi Marii. Cas.* ὥςτ' legitur in edd. praecedd. etiam Br. Recte.

429. κρέας ὁ πρωκτὸς εἶχεν *q*). Hoc iam cum obscoenitate coniunctum est; nam non tantum illam carnem intelligit, quam Allantopola sub podice absconderat, sed illam etiam, quae Latinis *neruus* dicitur, quam viri pathicis pueris illuc abstrudunt. Saepe demagogos et rhetoras perstringit tanquam pathicos. In Nubb. 1088. συνηγοροῦσιν ἐκ τίνων; ἐξ εὐρυπρώκτων, κ. τ. λ. *Bergl.* In v. anteced. vulgatum εὖ γὰρ retinendum est, quúm exquisitior sit hic vsus part. γὰρ et facile potuerit ex scribendi compendio existere γε. v. Sturz. Lex. Xen. I. p. 569.

431. (428. K. 430. Br.) λαμπρὸς proprie dicitur, cui nitet color, et sic dicitur homo qui nitidis et luculentis vestibus est indutus. Sed Attici peculiariter hanc vocem vsurpant de vento, qui magna vi incumbit aliquo; vnde transfertur eleganter ad vehementem impetum vel studium magnum denotandum. Sic Demosth. ait se restitisse Pythiae, λαμπρὰ πνεούσῃ κατ' Ἀθηναίων, i. e. palam contra Athenienses magna vi obnitenti. Sic λαμπρὸς et μέγας hic nomina pro aduerbiis posita. *Cas.* Eurip. in Heracl. v. 28. λαμπρὸς δ', ἀκούσας σὴν ὕβριν, φανήσεται Σοὶ καὶ πολίταις (luculentus apparebit tibi et ciuibus) *r*). Loquitur autem legatus Eurysthei minacibus verbis ad Theseum de Eurystheo, bellum illaturo Atheniensibus quasi cum magno apparatu. Bene Casaubonus de voce λαμπρὸς, qui eam peculiariter de vento vsurpari dicit. Sic enim Aeschines epist. 1. λύσαντες ἐκ Μουνυχίας ἑσπέρας λαμπρῷ σφόδρα Σκίρωνι. Vid. hic in Eqq. ad 757. *Bergl.*

---

p) v. Dodwell. Appar. ad vit. Thuc. c. 18.

q) Obscoenus est iocus, quem intelliges, si contuleris notata ad Ran. 1070. *Br.*

r) Vuil. censet, his versibus inesse parodiam loci Tragici cuiusdam.

καθιείς. Verbum καθίημι ſignificat *deorſum mitto.* Et quoniam natura omnium rerum eſt, quae vel mediocre pondus habeant, vt ferantur deorſum; inde ſumta metaphora de iis, qui cum vehementia in aliquem irruunt, καθιέναι. Sic apud Atticos καθιέναι δρᾶμα vel ἅρμα in theatrum eſt, *deſcendere in theatrum animo contendendi cum antagoniſta*, vel ſcripto aliquo, vt poëtae, vel curru, vt agitatores. Inde eſt καθιεὶς h. l. *incumbens*, eo ſenſu quo dictum eſt *incumbere mari*, ap. Virg. [Aen. I, 84.]. *Cas.* Si Scholiaſtae vim huius participii non adſecuti ſunt in eoque interpretando ridicule lapſi ſunt, non ideo ſollicitanda eſt ſincera poëtae manus, quam temere mutatum iuit Daweſius s). Cum καθιεὶς ſubaudi ἐμαυτόν, *demittens me*, nempe terram verſus et mare. Vento ſe comparat, qui ſummo in aëre gignitur ibique aliquamdiu ſubſiſtit, poſtea deorſum vergit et in terram ruit. Hanc venti naturam pulcherrimis verſibus deſcribit Apollonius Arg. II. [1099. ff.], quos, quia nonnihil huc faciunt, adponam:

Ζεὺς δ' ἀνέμου Βορέαο μένος κίνησεν ἀῆναι,
ὕδατι σημαίνων διερὴν ὁδὸν Ἀρκτούροιο.
αὐτὰρ ὅγ' ἠμάτιος μὲν ἐν οὔρεσι φύλλ' ἐτίνασσε
τυτθὸν ἐπ' ἀκροτάτοισιν ἀήσυρος ἀκρεμόνεσσι·
νυκτὶ δ' ἔβη πόντονδε πελώριος.

Quid valent vltima iſta? nonne? νυκτὶ δὲ μέγας καθῆκε ἑαυτὸν πόντονδε. His ſcriptis video locum hunc fere ad eundem modum vindicaſſe Io. Toupium ad Suidam II, 45. t) cuius miror non meminiſſe Thom.

---

s) Miſc. Crit. p. 245. ſ. vbi, poſtquam notauit Scholiaſtarum (quos tres putat) delirantium nugas, coniicit legendum: καὶ μέγας κατᾶεις „non iam *demiſſe* ſed *vehementer flans*" laudatis Eurip. Rhes. 322. "Ἄρης μέγας πνέων et Eur. Bacch. 640. πνέων μέγα vbi itidem mauult μέγας legi. Secundam in κατᾶεις longam eſſe ex analogia ostendit. De alia inepta coniectura vid. ad 816.

t) Ed. Oxon. I. 280. vbi, poſtquam exemplis docuit, καθιέναι ita poni ſubintell. pronom. ἑαυτὸν, pergit: „hinc intelligendus eſt elegantiſſimus locus Ariſt. qui viros longe eruditiſſimos admodum torſit — Quae ad h. l. ſcripſit Schol., vt alios taceam bene multos, nauci non ſunt. λαμπρὸς καὶ μέγας καθιεὶς eſt, *magno animo et ſpiritu deſcendens.* Quod de Cleone recte admodum dicitur, homine

Burgessium in Append. nouae Miscell. editionis v). *Brunck.*

433. *ἐγὼ δὲ συστείλας.* Praecedentibus verbis Cleon, vt potens in repub. dicebat, se terram et maria turbaturum. Contra Isiciarius hic ait, se non magno strepitu, sed effectu non minore, Cleonem perditurum, omissis tantisper et depositis isiciis, quae gestabat. *Συστέλλειν* est, *componere, contrahere:* hic pro, componere id, quo velis te liberare ad aliquid agendum. *Cas.*

ἀφήσω. Prouerbium graec. est *φέρεσθαι κατ' οὖρον* f. *οὔριον ἄνεμον*, et, vt loquitur Homerus [Il. 1, 479.] *ἴκμενον οὖρον* *ferri secundo vento*, quod vno verbo *οὐριοδρομεῖν*. Proprie nauigantibus conuenit, sed vsurpatur de iis, quibus ex animi sententia res succedunt. Hic vero Isiciarius ait se permissurum sese secundis vndis, quum debuisset dicere secundis ventis, sed videtur respicere eo, quod populum cum vndis scriptores comparare solent. *Οὔριος* ventus dicitur vel ab *ὄρω* f. *ὀρούω* *incito* x), vel ab *οὐρὰ* *cauda:* sic postremum cuiusque rei vocant Graeci, vt *οὐρὰ* in agmine est extremum agmen, et *οὐραγὸς* qui ei praeest. Inde *οὔριος* ventus, qui a tergo nauem impellit. *Cas.* Dicit se Cleoni futurum pro vento. Eurip. Androm. 554. *πρῶτόν γε μὲν κατ' οὖρον ὥσπερ ἱστίοις ἐμπνεύσομαι τῇδε.* *Bergl.* Mox Attica certe forma *κλάειν* retinenda est, etiamsi in seqq. lectionem cod. Rav. probamus.

434. Maledicendi et imprecationis apud Gr. formula fuit: *κελεύω σε μακρὰ κλαίειν* *iubeo te longum*

---

turbulentissimo, et qui tumultuari et populum concitare soleret. Huc nonnihil facit Isidor. Pelus. III. (Epp.) p. 371. *Ὁ μὲν τὸν ἐγκρατέστατον καὶ αὐταρκέστατον βίον ἑλόμενος τῇ μὲν ψυχῇ λαμπρός ἐστι καὶ μέγας, τῷ δὲ βίῳ εὐτελής.*"

v) Ibi p. 467. non nisi haec leguntur: „Dorvillius ad Char. p. 557. non acquiescit in Dawesii *καταεὶς*, quod secundam corripere ait, non minus quam quod reiecerat *καθιείς*. Praefert ille *καταής*, quod, eodem sensu, metro simul satisfacit." *Reiskius* iam monuerat *ἐμαυτὸν* esse subintelligendum. Idem, haud dubie deleto post *καθιεὶς* commate, mox *ταράττω* scribi iubet.

x) Hanc vnice veram etymologiam probarunt Hemsterhus. et Scheid. in Lennep. Etym. L. Gr. p. 527.

flere, vel οἰμώζειν *lugere*. Dicebant etiam ἐς κόρακας vel ἔῤῥε ἐς κόρακας, i. e. *ad coruos*, i. e. *pereas male*. *Cas.* Dixiſſe haec videtur Allantopoles, dum ſua farcimina expoſita colligebat. *Vuil.*

435. τὴν ἀντλίαν. Et ego obſeruabo ſentinam, ſi quid dehiscat aut fatiscat *y*). Ἀντλεῖν eſt haurire hauſtoria machina. Inde ἀντλία locus in naui infimus, quo ſordes confluunt, locus totius nauigii inhoneſtiſſimus. Propterea Demoſth., qui Iſiciario tanquam viro magno ſupparaſitatur, eo remp. regente ſentinam illius ſibi curandam aſſumit, tacite notans vitium temporum, quum optimi quique duces nullo loco eſſent. Sic ap. Cicer. [Epp. ad Div. IX, 15.] *ſedebamus olim in puppi; nunc vix in ſentina locus eſt.* Et conſtat ex Sueton. [Ner. 51. vbi cf Oudend. p. 429.] atque Artemidoro [Oneirocr. 1, 50.] inter poenas olim fuiſſe damnari in ἀντλίαν, vt in opus metalli. *Cas.*

456. (433. K.) Cleon hic inducitur ſuis artibus vtens, h. e. calumniam parans in Iſiciarium, vt illum perdat, ſed ingenioſe Ariſtophanes, vt ostenderet, quanta impudentia eſſet Cleonis, facit illum vocare in ius Iſiciarium peculatus nomine. Scilicet huic crimini affinis fuit miſellus, qui praeter iſicia nihil vmquam curauerat. Summam igitur impudentiam prodit in hoc Cleon. Summa autem religione colebantur Athenis Ceres et filia eius Proſerpina; itaque coniunctim fere Athenienſes per duo illa Numina iurabant. Quoties enim legis apud ſcriptores Atticos, vel qui eos ſunt imitati, νὴ τὼ θεώ, ſemper de his deabus exponi debet, interdum ſeparatim, vt hic: et latine *Eccere*, per Cererem. *Cas.* In Thesm. 574. οὔτοι μὰ τὼ θεὼ σὺ καταπροΐξει λέγουσα ταυτί. *Bergl.* καταπροΐξει *z*). Familiare verbum Atticis ſcriptoribus: non reperitur huius thema καταπροΐκομαι vel καταπροϊκνέομαι, quod proprie ſignificauerit, ſine impedimento vlterius pergere: ſed

---

y) Vuil. reddidit: Und ich, falls wo ein Leck ſich zeigt, will bey der Pumpe wachen.

z) vid. ad Nub. 1230. add. Etymol. M. p. 415. Phot. p. 105. Zonar. I. p. 1178.

phrasi Herodotea *a*) et Attica *futurum* accipitur pro *praesenti*, pro, *ferre sursum aliquid*, vel, *sine impedimento facere quod lubeat. Cas.*

437. Ἄθρει. Loquitur chorus, continuans eamdem metaphoram, qua erat ante vsus Isiciarius. Nam illud τοῦ ποδὸς παρίει nauticum est loquendi genus. Inter instrumenta nauium sunt funes et rudentes, qui, vt diuersi sunt, ita diuersis nominibus appellantur. Inter hos funes est is, qui proprie *pes* appellatur propter similitudinem veri pedis. Nam duobus funibus ad navim religatis velum, quod est in arbore nauis, dirigitur ex vsu et modo intenditur modo laxatur: inde appellatio. Seneca 2. de Benefic. [c. 34.] *Pedem et nostrum dicimus et lecti et veli et carminis.* Catullus in Phaselo [Carm. 4, v. 20. s.] *siue vtrumque Iuppiter Simul secundus incidisset in pedem* [vbi cf. Döring. et Heyn. ad Virg. Aen. V, 830.]. Q. Smyrnaeus [IX, 437.]:

Ἱστία δ' αἶψ' ἐτάνυσσαν ὑπ' ἀμφοτέροισι πόδεσσι.

Sic accipe apud Plutarch. in Praec. Polit. [T. IX. p. 257, 1. Reisk.] ποδὸς χαλάσαι, vbi interpretes alio male transtulerunt *b*). Atqui ille locus huic Aristophaneo simillimus est: nam παριέναι τοῦ ποδὸς vel χαλάσαι τοῦ ποδὸς proprie quidem dicitur is, qui in naui vento cedit, qui vehementior incubuerit: sed hi duo auctores transtulerunt ad rempub de eo, qui imminens periculum dextre euitat. *Cas.* Ad hanc rem verbo χαλᾷν vsus est Eurip. Orest. 705. καὶ ναῦς γὰρ ἐνταθεῖσα πρὸς βίαν ποδὶ ἔβαψεν, ἔστη δ' αὖθις, ἢν χαλᾷ πόδα. *Nam et nauis vi intensa per pedem* (*veli*) *submergit, contra vero, si laxat pedem, manet* (*tuta*). Sophocles Antig. 726. verbo ὑπείκειν vsus est: Αὔτως δὲ, ναὸς ὅςτις ἐγκρατὴς, πόδα Τείνας ὑπείκει μηδὲν, ὑπτίοις κάτω Στρέψας τολοιπὸν σέλμασι ναυτίλλεται. Euripidis Scholia ad loc. cit. de

---

a) Cf. Valken. ad Herod. 3, 37. p. 293. vbi miratur Casaubonum dixisse hoc verbum Atticis familiare, quod apud nullum Atticum scriptorem, praeter Arist. occurrat. Valet autem absolute positum, *impune ferre*, cum Genit. personae, impune deridere, insultare, despicatui aliquem habere. Cf. Wesseling. ad Her. 5, 105. p. 430.

b) Vertitur vulgo: aliquantulum remittere *clauum;* etiam in ed. Wytt. T. IV. P. I. p. 278. Est autem versus poëtae.

voce *ποῦς* in hac ſignificatione: *λέγεται δὲ οὕτω τὸ σχοινίον τὸ κάτωθεν τοῦ ἱστίου. Bergl.* Senſus igitur eſt: pedem veli nonnihil laxa, h. e. ei nonnihil cede, noli acrius in eum inuehi.

458. (455. K. 437. Br.) Metrum laborat [in vulg. *ὡς οὗτος ἤδη κακίας c)*], cuius fulciendi gratia pro *κακίας* lego *Καικίας* (i. e. *Caecias*, quod eſt nomen venti), cuius lectionis etiam vnus ex Scholl. vett. mentionem facit. Vtitur enim hic Comicus metaphora a nauigantibus ſumta, qui vela contrahere ſolent, quum ventum increbreſcere ſentiunt. Conſtructio ergo huius loci talis eſt: *ὡς οὗτος ἤδη πνεῖ Καικίας καὶ συκοφαντίας· nam hic iam ſpirat Caecias et calumnias.* Facile autem apparet, Comicum de induſtria hic vſum eſſe voce *Καικίας*, vt nimirum alluderet ad vocem *κακίας*, quae alteri ſono maxime affinis eſt. *Kuſt.* Venti nomen eſt *Καικίας* [quod Br. repoſuit], quod cuiuis notum. Illud, Scholiaſta praeeunte, perite reponendum monuit Kuſterus. In primariis edd. erat: *ὡς οὗτος ἤδη κακίας κ. σ. π.* Sciolus neſcio quis e nouiſſimis editoribus ineptum verſui fulcrum addidit: *ὡ. οὗ. ἤδη γε κακίας.* Codices veterum edd. lectionem exhibent: in ſolo B. ſuperſcripta varia lectio *καικίας. Brunck.* Negat Invern. ita iocum ex vna re petitum; at redeunt omnia ad venti notionem, qui et vehementiſſimus ſit (quo reſpicitur ad verba *τοῦ ποδὸς παρίει*) et non niſi vanas criminationes emittat, ergo hominis, qui vehementiſſime criminetur. Contra, quomodo *κακίαι* et *συκοφαντίαι* distingui per *ἤτοι — ἢ* posſint, non apparet. Caeterum

---

c) Alludit ad nomen venti, qui Graec. dicitur *Καικίας*, qui ventus eſt tempeſtatum plenus et periculoſus, vnde proverb. Graec.: *Αὐτὸς ἐφ' ἑαυτὸν κακ' ἕλκει, ὥςπερ Καικίας νέφη. Cas.* vid. Gell. N. A. II, 22. et Erasm. Adag. p. m. 485. De vento autem, qui *Καικίας* dicitur (Oſt-Nord-Oſt) v. Pſeudo-Ariſtot. de Mundo 4, 12. ibique Kapp. p. 112.

d) Neutiquam ferendus eſt accentus in voculam *γε* correptam cadens. Lege vero: *ὡς οὗ. ἤ. Καικίας.* Nempe alludens hic chorus ad ea, quae iam ſupra dixit Cleo (431.), *venti* nomine eum impertit. Atque ita quidem vix dubito, quin legerit Scholiaſtes. *Dawes.* M. Cr. p. 217. Reiskius coniecit *ἤδη φενακίας* —

metrum lectionis ab Inv. e Rav. receptae ὡ. οὐ. ἤτοι κακίας ἢ σ. πν. laborat eodem vitio, quo priſtina lectio.

439, (436. K.) Verſui huic in omnibus edd. praefigitur perſona *Cleonis*, et ſequenti, *Allantopolae*; quum contra potius faciendum ſit. Cleon enim a Potidaeatis decem talenta acceperat (teſte Schol. vetere), quod ipſum Allantopoles ſiue Agoracritus ei hic obiicit. *Kuſt.* Recte ei obſequutus mecum eſt Vuilandus, quum res ipſa iubeat. Nam vt ineptum erat, quod Cleon Agoracrito v. 436. ſ. obiecit, ita longe ineptiſſimum erat, dicere hunc ex Potidaea, quacum nihil ei eſſe rei potuit, 10 talenta (h. e. 13860 impp.) accepiſſe. Cleoni autem conuenit, quod Allantopolae lucri partem promittit.

440. In Avv. 1026. τί βούλει δῆτα τὸν μισθὸν λαβὼν μὴ πράγματ' ἔχειν, ἀλλ' ἀπιέναι; *Bergl.*

441. (440. Br.) ὡνήρ. Vulgo minus bene ἀνήρ. *e*) — λάβοι. Soloece in membr. λάβῃ. — τοὺς δὴ θρίους. Sic omnino ad metri legem ſcribi debuit. Perperam vulgo τοὺς δὲ θρίους, tanquam ſi δὲ ante literas θρ produci poſſet. Peius adhuc in duobus codd. τοὺς τεθρίους, in tertio τούς τε θρίους, et ſic eſt in primariis edd. θρίοι vox eſt nautica. Schol. οἱ ἔσχατοι κάλοι, οὓς ἐκφόρους καλοῦσιν οἱ ναῦται· οὓς, ὅταν ἐνδιδῷ τὸ πνεῦμα, πρώτους ἐκ πρώρας χαλῶσι *f*). Eſt etiam vox nautica ποῦς, quarto ante verſu; ſed ea magis obuia et nemini non nota. v. Apollonium Arg. II, 932. *Brunck.* θρίος ſpecies funis nautici: pro vſu enim diuerſo aut figura, nomina diuerſa hi funes ſortiuntur: alio nomine iſti vocantur ἔκφοροι. Senſus autem eſt, apparere ex ver-

---

e) Daweſius ἁνήρ ſcribi maluit, conſentientibus Porſon. ad Eur. Phoen. 1670. et Heindorf. ad Plat. Phaed. p. 9. add. Matthiae Gr. Gr. p. 54. Vſurpatur tamen etiam in ſoluto ſermone et ap. Comicum ἀνήρ ſine articulo de certo notoque homine, vt idem Heindorf. ad Phaed. p. 182. ſ. docuit, pluribus etiam exemplis e Comico petitis demonſtrauit Wyttenb. ad Plat. Phaed. p. 257. ſ. Itaque nihil mutandum.

f) Eadem Schol. verba laudauit *Bergl.* et vertit, addiditque: „Contra autem *pedem* laxabant, ſi ventus ſaeuiret, vt patet ex v. 434."

his Cleonis, qui de pacto ineundo fecerat mentionem, ipſum timere, et tempeſtatem, quae ab ipſo metuebatur, breui deſaeuituram in mari *g*). Vbi tempeſtas imminebat, laxabant *pedem*, i. e. funem ſic dictum: ſerenitate redeunte laxabant *θρίους*, quod hic allegorice ponitur. *Παρίει* ſi eſt imperatiuus, pro *πάρες*, vertendum: *Et tu iam, Iſiciarie, θρίους laxa*, i. e. bono eſto animo et paullatim metum a Cleone pone. Ita prior pars verſus pronunciata a choro Cleonem reſpiciente, poſterior conuerſo ad Iſiciarium vultu *h*). Manet autem poëta in inſtituta allegoria. *Cas.* Lectionis haud dubie verae, quam Inv. repoſuit, *τοὺς τερθρίους* veſtigia clara ſunt in codd. Br., *οἱ τέρθριοι* (quod adiect. eſt, a *τέρθρον* ductum, ita vt ſubintelligatur *οἱ κάλοι*) dicebantur rudentes in ſummitate mali. v. Erotian. Gloſſ. Hippocr. p. 568. et Galeni gloſſ. Herod. p. 578. ed. Franz. Videtur tamen alludi ad voc. *τερθρία* ſ. *τερθρεία* (niſi in Rav. adeo legatur *τὰς τερθρίας*, quod quidem Inv. in nota exhibet), quo indicatur Grammaticis auctoribus, *ἡ λεπτολογία, ἡ φλυαρία.* v. Photius Lex. p. 425. Etym. M. p. 752. Zonar. Lex. II. p. 1719. Pierſon. ad Moer. p. 364. Intpp. Tho. M. p. 811. Ruhnk. ad Tim. p. 252.

442. Senſus; ventus minus vehemens fit, h. e. minuitur Cleonis vehementia, ſcil. quia lucri partem iam obtulerat.

443. (440. K.) Proprie *γραφὴν* hic ponit. Nam *δίκη* eſt cauſa ciuilis, *γραφὴ* criminatio, ſiue, vt loquuntur Iuriſconſulti, iudicium publicum *i*). *φεύξει* Attice pro *φεύξῃ*. Licet ad verbum vertere: *Eris fugiens in*

---

g) Vuil. reddidit: hisse immer die Seegel wieder auf. Scilicet proprie erat funis, qui, ſedata tempeſtate, in prora remittebatur, vt velum expanderetur. Contra pedes (nam duo fuerunt in quauis naue funes, quibus vela regebantur) laxabantur tempeſtate orta, vt velum contraheretur. Cf. Schneider. Lex. gr. II. p. 303.

h) Imo ſi antecedens verſus Cleoni tribuitur, omnia ad Allantopolen dicuntur, et *ἀνὴρ — λάβοι* eſt pro *σὺ — λάβοις*.

i) Vid. Matthiae in diſſ. de iudiciis Athen. in eius Miſcell. philol. I. p. 229. ſ.

quatuor caussis. Sed hoc minus latine, licet conditores Codicis *fugientem* saepe pro *reo* ponant *k*). Id vero graecum est, non latinum. *φεύγων τὴν δίκην reus. Cas.*

444. *l*) ἑκατονταλάντους. Id est, propter quatuor furta, quae tibi obiicientur, quorum vnumquodque ad summam accedit C talentorum, vel quarum dicarum tibi intendendarum aestimatio erit in singulis C talenta. Mos fuit in foro Atheniensium, vt in extrema actione actor aestimationem faceret τῆς ποινῆς ἢ τῆς ζημίας *m*). *Cas.* Perperam hos versus cum Rav. choro adscripsit Inv. sed sequentes σὺ δ' ἀστρ. — χιλίας, vulgo Allantopolae tributi, haud dubie Cleonis sunt, nam Cleoni Agoracritus nullo modo potuit ἀστρατείαν obiicere.

445. (441. K. 443. Br.) Inter actiones publicas fuit haec ἀστρατεία, cum aliquis arguebatur, vel metu vel aliam ob caussam militiam deseruisse *n*). Olim apud Athenn. et Romanos cum solis liberis pateret militia, magnum crimen habitum detrectare hoc onus; nec tamen defuerunt, qui vel ex ignauo animo vel ingenio a Marte alieno aut quamcunque ob caussam militiam horrerent. Aduersus hos parata Athenis haec actio, quae saepe calumniae et vexationis materiam praebuit, vt ex h. l. apparet, et apud Romanos legimus idem factum. Itaque tum in Codice tum in Patrum Conciliis fit mentio hominum, qui vitandae militiae caussa pollicem sibi praecidebant: *murcos* proprie vocant. V. Suet. in Aug. *o*) *Cas.* Male vulgo εἴκοσι. In dimetris

k) v. Cod. II, 59, 2.

l) Descriptio versuum ex Rav. facta vulgatae ob numeros concinniores praeferenda videtur.

m) Cf. Matthiae diss. laud. p. 272. f. Bene Vuil.: „Ich werfe dir vier Processe von hundert Talenten an den Hals, d. i. bey deren jedem du in eine Geldbufse von soviel Talenten verurtheilt wirst, wenn du ihn verlierst.

n) Mulcta ei crimini grauis fuit proposita. v. Petitus Legg. Att. p. 666. ed. Wess.

o) Voc. *murci* occurrit ap. Ammian. Marc. XV, 12, 3. vbi vidd. Lindenbrog. et Wagner. T. II, p. 170. Sed de re ipsa et crimine v. Suet. Aug. 24. c. intpp.

vltima syllaba non est indifferens, quod obseruatum fuit ad Ran. 984. *Brunck.* qui dedit *εἴκοσιν*. Caeterum vulgo *γ'* ante *εἴκοσιν* additur, quod, non necessarium ad sensum, auctoritate cod. Rav. deleuit Inu.

447. (443. K.) *p*) Citat Suidas V. *Ἀλιτήριος*. *Kust.* Apud veteres, qui ingens scelus commiserant, vocabantur *ἐναγεῖς, μιαροὶ*, item *ἀλιτήριοι:* quod nomen qui semel incurrerant, his templorum aditus interdictus, immo vsus propemodum totius vitae. Nec multo melior horum conditio, quam eorum, quibus apud Romanos aqua et igni interdicebatur Nomen *ἀλιτήριος* vel ab *ἀλιτεῖσθαι*, quod est *peccare*, vel, vt placet Plutarcho *q*) ab *ἀλεύεσθαι*, i. e. *fugere*, quia isti fugiebantur ab omnibus. Vocat autem *ἀλιτήριον τῆς θεοῦ* hominem, qui ceu victima deuotus est deae *r*), i. e. qui propter scelus in deam, i. e. Mineruam commissum est exsecrationi, et quem fugiant, cui noceant, omnes in honorem deae. *Dea* apud Athenienses est Minerua, quae tutelaris erat dea eius ciuitatis cui et nomen dedit. Porro alludit Aristoph. ad *ἄγος Κυλώνειον*, i. e. ad caedem sodalium Cylonis, factam circa aram Mineruae, cuius auctores *s*) habiti sunt et dicti *ἐναγεῖς καὶ ἀλιτήριοι τῆς θεοῦ*, vt narrat fuse Thucyd. lib. 1. [c. 126. ss. vbi v. Intpp. et Intpp. ad Herod. V, 71. p. 407.]. Et hi et omnes posteri e repub. Atheniensium exigebantur, atque hoc multo ante Cleonis aetatem *t*). Sed poëta

p) Hi versus, vulgo Cleoni tributi, recte ex Rav. sunt Allantopolae adscripti. De voc. *ἀλιτήριος* v. Zonar. I. p. 120. *s.*

q) Quaest. Graec. T. VII. p. 189. ed. Reisk. Sed aliam etymologiam (ab *ἀλεῖν, molere,*) sequitur idem de Curios. T. VIII. p. 75. Reisk. Ab *ἀλιτεῖν* peccare repetit Lennep. Etym. p. 83.

r) Sunt ii, qui piaculum in deam commiserunt; die Frevler an Minerven, reddidit Vuil.

s) Erant illi Megaclidae, qui Cylonem, tyrannidem affectantem, cum sociis ad aram Mineruae, quo confugerant, occiderunt. Facillime quis Athenis expelli potuit, si ab iis genus eum ducere demonstrabatur. *Vuil.*

t) Respicit ad *ἄγος Κυλώνειον*, de quo Thucyd. Lib. I. vbi inter alia [c. 126. extr. vbi v. Duck. p. 211. T. I. Gottleb.] *καὶ ἀπὸ τούτου ἐναγεῖς καὶ ἀλιτήριοι τῆς θεοῦ ἐκεῖνοί τε ἐκα-*

hoc exemplo docet, calumniatoribus et quadruplatoribus nihil pensi esse, vere an false aliquem accusent. *Cas.*

449. Ridicule Cleon *v*) ex veteri memoria repetierat crimen quod obiiceret Isiciario. Isiciarius contra aliud itidem vetus crimen ei obiicit, quasi fuerit Cleon satus stirpe Pisistrati. Hic olim in repub. Athenn. tyrannidem occupauerat, duosque filios habuit itidem tyrannos, Hippiam et Hipparchum, quos tandem sustulerunt Athenienses et tyrannorum memoriam in aeternum damnarunt. *Δορυφόρος* est, qui hastam gestat. Principum satellites et laterones iam olim hoc telo solebant vti. Vnde *δορυφόροι* solent dici satellites regum et procerum. Hac autem voce alludit ad historiam de occupata tyrannide a Pisistrato, occasione satellitum, v. Diog. Laërt. in Solone [I, 49. ss. vbi cf. Intpp.], Plutarch. in eodem [c. 30.]. Sed videtur noue poëta *δορυφόρους* appellasse non eos, qui alteri satellitium praestant, sed eos, quibus satellitium praestatur *x*). Graeci *δορυφορουμένους* vocant. *Cas.*

451. *Βυρσίνης τῆς Ἱππίου.* Frischlinus: *Ex Byrsina gnata Hippii.* At secundum Scholiasten veterem *Byrsine κατὰ παραγραμματισμὸν* dictum pro *Myrrine y*),

---

λοῦντο καὶ τὸ γένος τὸ ἀπ' ἐκείνων. Bergl. V. omnino *C. Fr. Heinrich* in libro: Epimenides aus Kreta — p. 82. ff.

v) Imo antecedentes versus (ex Rav.) ab Ailantopola, hic a Cleone dictus est. Caeterum hic quoque versus videtur in duo esse describendus:

τὸν πάππον εἶναι φημί σου
τῶν δορυφ.

Aut restituenda est pristina distinctio: *Τὸν — σου.*
τῶν δ. π. φράσον.

Post *δορυφόροι* videtur addere voluisse nomen Pisistrati sed interpellatus esse ab Allantopola, atque deinde lepide aliud nomen posuisse, quod Br. in versione lineola posita indicauit, etiam Vuil.

x) Hoc nec necessarium nec probabile est. Verba *π. φρ.* vulgo Cleoni, sequentia Allantopolae tribuuntur.

y) Alludit ad vxorem Pisistrati, cui nomen erat *Myrrhine*, sed pro eo dixit *Byrsine* Isiciarius, respiciens *βύρσας* et artem Cleonis, de qua superius dictum. *Cas.* Ita (*Βυρσ.*) dixit, voce a *βύρσα* formata, vt supra v. 59., quia Cleo erat

quae fuit mater, non filia Hippiae. Neque obſtat, quod in elliptico illo genere loquendi *υἱὸς* vel *θυγάτηρ* apud Graecos ſubintelligi ſoleat. Nam interdum etiam ſubintelligitur *πατὴρ* vel *μήτηρ* z), immo et alia nomina vt *διδάσκαλος, μαθητὴς* etc. vt pluribus exemplis jampridem docuit accuratiſſimus *Ionſius* de ſcriptt. hiſt. philos. L. 1. c. 2. p. 14. Deinde non dicit Agoracritus [Cleon], Cleonis [Allantopolae] patrem fuiſſe vnum ſatellitum, ex Byrſina prognatorum, ſed ſimpliciter, vnum ſatellitum Byrſinae, qui ſenſus eſt longe diuerſus. *Kuſt.* Subauditur *γυναικός*. Hippiae vxor erat Myrrhine, Calliae filia. Huius nomen in *Βυρσίνη* facete mutat Comicus, vt ſupra v. 59. a *βύρσα*. Cleoni coriariam artem obiiciens. V. Meurſii Piſiſtratum c. 17. *Brunck.* Fateor me non intelligere quid ſit, quod hic ſcribit Caſaubonus, obiici Cleoni, quod ſtirpe Piſiſtrati natus ſit, et *δορυφόρους* hic non videri dici ſatellites, ſed eos quibus ſatellites praeſto ſunt. Nec magis adſequor, quae ſcribit Meurſius Piſiſtr. c. 17., Cleonem hic appellari Hippiam, quia et ipſe inſtar Hippiae tyrannidem in republ. vſurpauerat, et ob eamdem cauſam vxorem eius Myrrhinen dici, quae Hippiae vxor fuerat. Mihi plane aperta videtur eſſe ſententia Comici: nam cum Cleon [ex vulg. perſonarum deſcriptione] obiiceret Allantopolae, eum eſſe *ἐκ τῶν ἀλιτηρίων*, qui ſupplices violauerant, hic eadem impudentia ei reponit, ipſum eſſe ortum e ſatellitibus tyrannorum, i. e. vt Schol. explicat, *τῶν ἐπιβουλευσάντων τῇ πόλει καὶ τοῖς τυράννοις συναραμένων:* qua ſignificatione *δορυφόρος* accipitur, vt ap. Cicer. ſae-

---

βυρσοδέψης, pro *Μυρσίνη* ſ. *Μυῤῥίνη*, quae erat Hippiae vxor. Thucyd. VI. [c. 55.]: *Ἱππίου δὲ πέντε παῖδες, οἳ αὐτῷ ἐκ Μυῤῥίνης τῆς Καλλίου τοῦ Ὑπεροχίδου θυγατρὸς ἐγένοντο.* Subintelligitur ergo in verbis Comici *γυναικός* vt in Eccles. 46. *τὴν Σμικυθίωνος*, vbi Scholia *λείπει γυναῖκα.* Caeterum dum dicit, *Βυρσίνης τῆς Ἱππίου*, alludit ad *βύρσαν ἵππου*, *corium equi. Bergl.* De ellipſi voc. *γυνὴ* v. Bos. et Schaef. de Ell. p. 92. ſ.

z) *τῆς Ἱππίου.* In hoc loquendi genere ſolet ſubaudiri *υἱὸς* vel *θυγάτηρ*, ſed interdum contra. Hic enim ſubauditur vox *μήτηρ*. Nam Piſiſtrati vxor fuit mater Hippiae, Myrrhina. *Cas.* Sed v. not. anteced. Matrem tamen Hippiae etiam Vuil. intelligit.

pissime *satelles.* Eorum autem, quae illi dicunt, nihil puto Comicum in animo habuisse. Porro ante ea verba Schol., quae laudaui, videtur aliquid deesse: nam sententia certe imperfecta est; ea ita suppleri potest: *διαβάλλοντος τοῦ Κλέωνος αὐτὸν ὡς τῶν ἀλιτηρίων γεγονέναι, τὸν Ἀλλαντοπώλην ἀντιδιαβάλλειν τὸν Κλέωνα, ὡς ἐκ τῶν ἐπιβουλευσάντων* cet. *Duck.*

452. s. Haec vulgo vnum versum (448. Kust.) constituunt, et priora verba Cleoni, posteriora Allantopolae tribuuntur. *κόβαλος* etiam h. l. est, impostor (ein Gauner). Tum et 453. s. vulgo in vnum versum coniuncti.

458. Rectius haec vulgo in duos versus (452. s. Kust.) describuntur:

γάστριζε καὶ τοῖς ἐντέροις
καὶ τοῖς κόλοις.

Vulgo *γάστριζε καὶ τ. ἐ. a)* vbi inserta copula pro metri fulcro inuenustum correctorem sapit. Legendum *γάστριζε τοῖσιν ἐντ. Br.* [qui ita edidit.]. Id est, *feri eius ventrem intestinis.* Agoracritus enim, vt Allantopola, intestina animalium concisis extis vel carnibus farcire solebat, quibus vt feriat Cleonem, chorus ei praecipit. Apud Plutarch. in Compar. Aristoph. et Menand. p. 853. [T. IX. p. 388. Reisk.], vbi locus hic citatur, pro *γάστριζε* legitur *γαστρὶ ζῇ*, sed corrupte *b*). *Kust.* Intestini pars est et nomen *κόλος*, vnde colici dolores: et Plin. quoque eam vocem latine vsurpat. De eo videtur hic accipiendum, licet in libris Medicorum graecorum et aliorum *κῶλον* per *ω* scribatur: et notamus hanc scripturam *c*). Raro enim occurrit, vt *κόλον*, intestinum, scribatur per *o*. *Cas.*

459. (454. K. 456. Br.) *κολᾷ.* Solent Comici fin-

a) Videtur hic sensus esse: Sic tunde eius ventrem, vt vel intestina ipsa exeant. Loquendi genus est concisum, imitatione eorum, qui talia loquuntur. Chorus enim hortatur Isiciarium, vt Cleonem probe caedat, quod est intelligendum factum esse in scena, cum haec dicerentur. *Cas.*

b) In hac praua lectione conspirant etiam codd. Wyttenb. V. eius ed. T. IV. P. I. p. 422. Ibidem etiam v. 438., vt vulgo male legebatur, affertur.

c) Nam *κόλον* fere cibum denotat.

gere verba ad voces alias, quae praecesserint, quod saepe reperias apud Plautum et apud Athenaeum. Sic igitur hic, cum praecessisset vox *κόλοις*, fingit vocem *κολᾷ;* quasi *κολᾶσθαι* dici possit pro, *laedere in colis,* vel, *κολούειν,* quod probum verbum est et *mutilare* significat. *Cas.* Tanquam a *κολάομαι,* ficto verbo a praecedente nomine *κόλοις.* Sic quidem post Scholiastem noui interpretes *d*), quibus accedo *ἑκὼν, ἀέκοντι δὲ θυμῷ.* Quin lectionem mutarem obstitit codd. consensus. Credo tamen scripsisse Comicum *κολᾷς* a *κολάζω,* seruata eadem allusione ad praecedens nomen *κόλοις.* Futurum *κολάσω* Attici contrahunt in *κολῶ,* vt *ἐλάσω* in *ἐλῶ, σκεδάσω* in *σκεδῶ,* aliaque passim in his fabulis obuia. *κολᾷς* vt *ἐλᾷς.* Videat iam eruditus lector, an satius fuisset, librarios plorare iubere, illudque in textu reponere. *Brunck.*

460. (455. K.) *γεννικώτατον κρέας.* Vox est e macello petita. Nam *γεννικὸν κρέας* plebeio loquendi genere dicebatur frustum grandius, quod homini esurienti posset sufficere: hic vero per irrisionem homo nihili vocatur *κρέας γεννικόν.* *Cas.* Allantopola erat vasto corpore, vt ipse indicat v. 412. [414. s. Inv.], et infra 858. ad eum dicit chorus: *πλευρὰς ἔχων τοιαύτας.* Hinc *Carnem* vocat eum, vt v. 419. *ὦ δεξιώτατον κρέας·* et quidem *maximam carnem* h. l.; nam id significat vox *γεννικώτατον.* Eubulus Comicus ap. Athen. II. p. 63. *Κρέας βόειον, ἑφθὸν, ἀσόλοικον, μέγα, Ἀκροκώλιόν τε γεννικὸν — Frustum carnis bouinae coctum, non absurdum, magnum Armumque ingentem e*). *Bergl.* Eustath. ad Il. *E,* p. 545. fin. scribit, *γεννικὸν κρέας* apud Comicum esse *ἀδρὸν κόμμα, amplum frustum,* et in Od. *A,* p. 1426, 56. *τὸ γενναῖον διὰ πάχος.* Scholiastes exponit etiam *ἰσχυρὰ κρέα, ἃ οὐ κατεργάζεται πυρί, quae non facile coquuntur ignibus.* Casaubono ad Athen. lib. 2. c. 23. magis probatur expositio Eustathii. Add. eund. ad l. 7. c. 14. p. 330. *Duck.*

---

d) Fecit verbum a praecedente voce *κόλοις,* alludens ad verbum *κολάζειν. Bergl.*

e) In ed. Schweigh. T. I. p. 244. vertitur: carnem bubulam coctam, non corruptam, magnam, solidamque pedum bubulorum patinam. — v. ibi Schweighaeus. Anim. I. p. 428.

461. (456. K.) σωτὴρ φανείς. Tacite comparat cum ſidere, quod verſantibus in tenebris repente illuxerit. *Cas.*

462. Proprie ὑπέρχεσθαι eſt *ire ſub*; vt qui ſubeunt aliquam cryptam; metaphorice accipitur duobus modis, pro, demulcere aliquem et illum ſibi conciliare, quod eſt adulatorum, vel pro, ſupplantare, quod eſt verbum palaeſtrae. *Cas.* Eurip. Iph. Aul. 66. εὖ δέ πως γέρων ὑπῆλθεν αὐτοὺς (obrepſit iis) Τυνδάρεως πυκνῇ φρενί. V. ſupra 269. *Bergl.*

465. (460. K.) τεκταινόμενα *f*). Queritur Cleon de conſpiratione contra ſe inita eamque ait pridem ſibi praeuiſam. Sed poëta hominem, quem traducere voluit, duras facit metaphoras dicere ab arte fabrorum lignariorum; cui poſtea reſpondet iſiciarius metaphoris non melioribus, ductis ab arte fabrorum aerariorum. Et apud Graecos et apud Romanos plures artes ſunt, quae vno nomine τέκτων et *faber* continentur, ſed cognominibus distinguuntur. Sic dicimus faber lignarius, vel potius materiarius, faber aerarius *g*) etc. Sciendum vero, poëtam more ſuo oratores ſui temporis ridere, qui in foro aut in ſenatu dura loquendi genera vſurparent, et inuerecundas, vt vocat Cicero *h*), translationes. Τέκτων autem eſt a τεύχω *facio*, inde τεκταίνω, proprie *fabrile opus facio*: hic dure τεκταινόμενα πράγματα res, quae parantur et quas aliquis molitur, vt qui lignum dolat ad opus. *Cas.*

466. γόμφος eſt *clauus*, quo per trabes immiſſo

---

f) Ex hoc pluribusque fabulae locis apparet, Cleonem aliosque Demagogos in orationibus politicis lubenter vſos eſſe vocabulis et formulis ab opificiis plebeiisque negotiis repetitis, fortaſſis vt populares viderentur. Quam affectatam populariter dicendi conſuetudinem Noſter ſaepius riſit. *Vuil.*

g) Scilicet τέκτων, a τέκω repetitum, omnino indicabat eum, qui ſolerter aliquid reperit et in lucem protulit. v. Hemſterh. et Scheid. in Lennep. Etym. l. Gr. p. 718. ſ. Sed *fabri* nomen a v. φάω, φάβω, *ſindo*, aperio, in lucem profero, ductum videtur. v. idem Lennep. Etym. p. 705. et 902.

h) *Verecunda tralatio* apud eum occurrit Epp. ad Div. 16, 17.

trabes connectunt fabri. Duriſſime hic *γομφοῦσθαι τὰ πράγματα* res quae geruntur et aptantur. Eodem pertinent vox *κολλώμενα*. *Κολλᾶσθαι* eſt *glutine iungere* duos aſſeres: hic de rerum conſiliis dicitur. *Caſ.* In Nubb. 445. *ψευδῶν συγκολλητής*. *Bergl.* E lect. cod. Rav. ab Inv. *γομφούμεν' αὖ τὰ π.* (pro vulg. *γομφούμενά γε τὰ π.*, vbi *γε* deeſt in edd. antt. maleque intruſum eſt *i*)) *Fiorillo* not. ad Herod. Att. Reliqu. fecit *γομφούμεν' αὐτὰ π.* quod reſpondet praecedenti *ταυτί*.

467. (462. K. 464. Br.) *ἐξ ἁμαξουργοῦ*. Plus ineſt aceti in h. l., quam prima fronte videatur. Poëta, poſtquam Cleo abſurde locutus eſt, inducit chorum quaſi animum deſpondentem, quod iſiciarius, cui fauebat, ad has elegantias aſpirare non poſſet. Nimirum Ariſtophanes ostendit deprauata fuiſſe plerorumque ſui temporis iudicia, qui oratoribus ineptientibus applauderent, cum contra interſit eruditionis, caſtigare publicum ſermonem, quia veriſſimum eſt illud; *οἷος ὁ λόγος, τοῖος ὁ τρόπος*. Elegantiſſime vero ait *ἐξ ἁμαξουργοῦ*, alludens ad prouerb. Graecum: *λέγειν ἀπὸ τῆς ἁμάξης loqui de plauſtro*, i. e. vili et reprobo ſermone vti. Quare etiam quae nimis plebeia ſunt, et doctis non probantur, ea vocant Graeci *καθημαξευμένα*. Eſt autem *ὁμαξουργὸς* proprie is, qui plauſtra et nihil aliud facit *k*), et *ἐξ ἁμαξουργοῦ* eleganter poſitum pro *ἐξ ἁμαξουργείου*, i. e. e plauſtrario, pro, ex officina plauſtrali. *Caſ.* Nulla in his eſt alluſio ad prouerbium *ἐξ ἁμάξης λέγειν*, quod ſatis inepte ſomniat Berglerus *l*). Vſus erat verbis Cleo fabrorum lignariorum propriis, *τεκταίνειν, γομφοῦν, κολλᾶν*. Idcirco iſiciario dicit chorus: *Tu vero ne vnicum quidem verbum a carpentario mutuaberis, quo in hunc inueharis?* Poſtea autem, quum iſiciarius verbis vſus eſſet fabrorum ferrariorum propriis, *συμφυσᾶν*,

---

i) Hinc *τε* pro *γε* legi maluit Reisk. quod vulgato ſane melius erat.

k) *ὁ τὰς ἁμάξας κατασκευάζων* Zonar. I. p. 140.

l) *ex officina fabri plauſtrorum.* Alludit ad prouerb. *ἐξ ἁμάξης λέγειν*, cuius meminit Schol. ad v. 544. *Bergl.* Vuil. vertit: was wirſt du ihm in dieſer Wagnerſprache Erwiedern können?

χαλκεύειν, laudat eum chorus, *εὖ γε, χάλκευ᾽ ἀντὶ τ. κ.*, quia, vt ferrum validius eſt ligno, ita ille fortius Cleonem aggrediebatur. *Br.*

468. (465. Br.) Falſis criminibus Cleonis vera opponit iſiciarius. Nam hiſtoria docet Cleonem qui captiuos plus CCC *m*) Lacedaemonios adduxerat, quaeſtum ſuum ex eorum calamitate feciſſe in reip. fraudem. Obiicit igitur illi, quod ſimulans ſe velle conciliare Argiuos Athenienſibus, in Peloponneſum iret ſaepius, agens interea aliud, h. e. rempub. prodens et ſecreto cum Lacedaemoniis tractans de captiuis *n*). Sed poëta ingenioſus ſtulte locutum Cleonem vinci facit ſtultioribus locutionibus iſiciarii, iudicia ſuorum hominum, vt diximus, redarguens. *Cas.* *πράττει o*). Vulgo *πράττεις*, manifeſto errore. *Brunck.*

471. (466. K.) Petitae ſunt duriſſimae hae locutiones ex arte fabrorum aerariorum, qui molliendo ferro vel aeri et liquando folles adhibent, et ignes excitant et ita metallum conflant. Eo alludit poëta. In illis *ἐφ᾽ οἷσιν* eſt obſcura alluſio ad *φύσιν* vel *φύσαν*, i. e. follen; vt vel hinc appareat, pronuntiationem diphthongi *οι*, itemque *υ*, affines iam tum fuiſſe, quod et aliquibus rationibus probari poſſet. *Συμφυσᾷν* eſt *conflare* latine, ſi vocem ſpectes, etſi paullo aliter *conflare* accipitur. Obſeruabis linguam latinam inter venuſtas et elegantes translationes hanc habere, cum *negotium conflari p*) dicitur, quod inepte dici graece *συμφυσᾶσθαι* placet Ariſtophani. *Cas.*

472. *δεδεμένοις q*). Alludit ad catenarum aerearum fabricam. Eſt enim translatio a fabris aerariis *δεσμοὺς*

---

m) CCXCII, auctore Thucyd. 4, 38.

n) Etenim exiſtimatum eſt, eum corrumpi ſe a Spartanis paſſum eſſe, vt captiuos ſoluto redemtionis pretio redderet. *Vuil.*

o) Id iam coniecerat Reiskius.

p) Vid. Cic. Verr. II, 54.

q) Nempe illis ex Sphacteria, de quibus et ſupra 392. allegorice: *νῦν δὲ τοὺς στάχυς ἐκείνους, οὓς ἐκεῖθεν ἤγαγεν, ἐν ξύλῳ δήσας ἀφαύει κἀποδόσθαι βούλεται. Bergl.*

fabricantibus. *Χαλκεύειν* eſt, ex aere aliquid facere. Hic ſimpliciter pro *facere*, improba translatione. *Cas.*

474. (469. K.) *ξυγκροτοῦσιν r*). *κροτεῖν* eſt, pedibus plauſum dare, vt faciunt, qui vel applaudunt dicenti, vel interdum inter ſaltandum pedibus terram feriunt, quod *pauire* dicitur. Inde eſt *συγκροτεῖν* pro, chorum parare, et generaliter, inſtruere aliquem ad aliquid *s*). *Cas.*

477. *ταῦτα.* Familiare graecis poëtis, vt poſitum pronomen temere repetant, quaſi obliti ſemel poſuiſſe. Sic ap. Soph. et Eurip. *με* et *μοι* bis ponuntur, pro ſemel, ſed alterum haeret verbo, alterum eſt remotius. Ita h. l. cum praepoſuiſſet *ταῦτα*, repetit tamen. *Cas.*

480. (475. K.) *ξυνόδους.* Proprie vox eſt ſine crimine. Sed hic pro *coitionibus* ponit, quae legibus et Athenn. et Romanorum acerbiſſimis poenis puniuntur. Et vocat nocturnas, quia coniurati ſolent noctu coire, vt de repub. contra remp. deliberent. Exemplum eſt de Catilina apud Salluſt. [Cat. 27.] *Cas.* Vereor ne cod. Rav. ſcriptura *ἐν τῇ πόλει* pro olim vulg. *ἐπὶ τῇ π.* e correctione orta ſit.

481. (478. Br.) *ξυνόμνυτε.* Sic membr. Vulgo *ξυνόμνυτε.* *Br.*

482. (477. K.) *συντυρούμενα.* *Τύρω premo*, inde *τυρὸς* caſeus, quaſi preſſus in forma vel quaſillo *t*), et verbum *τυρεύειν* vel *τυροῦν*, quod proprie dicitur de caſeo qui in forma coagulatur et denſatur. Notandum eſt, transferri hoc verbum ad negotia humana, cum miſcentur plures ad vnius negotii deliberationem et executionem. Sed Ariſtoph. hic eam translationem ridet vt ſordidam *v*). Opponimus nos vſum magnorum ſcri-

---

r) Ita in aliis omnibus edd. legitur, non *συγκροτοῦσιν*, vt Inu. repoſuit.

s) Imo eſt, componere, coniungere, conſtruere, coniunctim machinari et perficere. v. Phot. Lex. p. 403.

t) Cf. Scheid. in Lennep. Etym. L. gr. p. 758.

v) A *τυρὸς caſeus.* Eſt et hoc tale, qualia paulo ante, *γομφούμενα, κολλώμενα, συμφυσώμενα,* et ſimilia, in quibus ri-

ptorum. Sic Demosthenes, norma linguae graecae, dixit τυρεύειν κατασκευὰς x) *miscere per fraudem consilia.* Sic in Canone 18. Concilii Chalcedonensis et alibi hoc verbum reperitur. Notat Balsamon ad illum Canonem, LXX. interpretes sic illud verbum vsurpasse y). *Cas.*

483. (478. K.) *ὁ τυρός.* Ridet hac voce poëta duriorem metaphoram voc. *συντυρούμενα. Cas.* In Acharn. 758. *Μεγαροῖ πῶς ὁ σῖτος ὤνιος; Bergl.* In his πῶς pretium indicat: *quanti?*

484. (479. K.) Versum hunc voc. *παραστορῶ* gratia adducit Pollux IX, 154. *Kust.* Praesens pro futuro, pro *παραστορέσω.* Idem significat z), quod ante [371.] verbo *διαπατταλευθήσει. Cas.*

485. (480. K.) Mens est: tu, qui paulo ante gloriabaris propter fortia facta iuuentutis tuae, cum diceres te intra femina carmen solitum abscondere etc. nunc occasionem habes virtutis tuae ostendendae: fac igitur appareat, vere illa te de te praedicasse. Per *νοῦν* intelligit ingenium et facultatem excogitandi consilia salutaria, per *ψυχὴν* a) constantiam in tolerandis aduersis. *Cas.*

486. (483. Br.) *νυνὶ δὲ δείξεις* [vt Br. ed.]. Vulgo *νυνὶ διδάξεις.* Illud pro varia lectione adscriptum margini cod. C. b) — *τότε olim.* v. ad Lys. 1023. Male in versione redditum *tunc. Brunck.*

---

det oratores illius temporis, qualis erat Cleo, quia assidue talibus vterentur metaphoris. *Bergl.* Imitatus est Vuil.: und was ihr neuerlich mit den Böotern *zusammengekäset* habt.

x) In Or. de f. legat. T. I. p. 336. Orr. Grr. Reisk. est ἐτύρευε τοιαῦτα.

y) *τυροῦσθαι* ibi legitur sed ita, vt obdurescere significet. v. Biel. Thes. phil. h. v.

z) *distendam* vertit Brunck.; Vuil.: ich will dich klopfen wie eine Ochsenhaut.

a) E vulg. olim lectione. Sed praestat, quod ex Rav. repositum est *γνώμην consilium.* Post ἔχεις vulgo comma positum fuit, vt haec a seqq. pendeant. Substituit Br. interrogationis notam, quia seq. versus lectionem mutauit.

b) Itaque infirma auctoritate nixum non debebat reponi.

487. (482. K.) ὡς αὐτὸς λέγεις. Id dicebat fupra v. 425. *Bergl.*

488. ᾄξας. Solet participiis pro aduerbiis vti, quemadmodum hic ᾄξας pro, *celeriter, velociter.* Ἄττω eft, *falio;* cui verbo affine eft ἄττω, *fubfilio*, vnde Lat. *Attae.* Sic enim vocant male pedatos et qui plantis tantum extremis infiftunt c). *Cas.*

489. (486. Br.) ὡς οὗτος. Sic codd. etiam, vt impreffi. Mallem ὥσθ' οὗτος. Similem mendam correximus in Addend. ad Thesm. 595. *Brunck.* Vtrum vulg. ἐμπεσὼν an εἰςπεσὼν cum Rav. et Inv. fcribendum fit, dubitari poteft. Vtrumque eft vfitatum.

490. (485. K.) κραγὸν. Scholiaftes ἀντὶ τοῦ κραυγαστικῶς. *Bergl.* Participium aorifti pro part. praefentis temporis κράζων. *Cas.* κραγὼν coniecit *Reisk.*

491. ὡς ἔχω. Ad verbum: *vt habeo;* gallice: *comme je me trouve*, quomodo loquimur, cum fine mora aliquid fieri a nobis indicamus, feu bene feu male habitos res non offendat. Hic fignificat: *quia in hoc ftatu fum*, fubaudi, *quem vides* d). Tenebat enim laniоniam menfam in manibus. *Cas.*

492. Mirum eft, Ificiarium, qui opera artis fuae vendenda circumferebat, etiam cultros in eadem menfa cicumtuliffe. Μάχαιρα et *gladium* fignificat et *cultrum.* Antiquiffimi homines cultrorum vfum diu ignorarunt, ergo gladiolis pro cultris vtebantur. Deinde fuerunt in vfu et commoditatis et elegantiae caufa cultri noftri; quo in genere celebres olim e Bithynia deferebantur. Varro notat in Γεροντοδιδασκάλῳ, cuius verba apud Nonium fic lege [p. 594, 32. Auct. Ling. Lat. ed. Gothofr.]: *Noctu cultro coquinario fe traiecit: nondum enim ibi inuenti erant cultelli huius tempeftatis e Bithynia.* Μάχαιρα porro, ne littera quidem vna mutata, Hebr. vox eft *mechaera. Cas.*

Sed et τότε feruandum erat, quod ex Rav. in ποτε (vulgarius) mutauit Inv.

c) Vid. Feftus h. v. et Forcellini Lex. L. L. I. p. 263.

d) In Lyfiftr. ἐμαυτὸν ἐπιδείξω βαδίζων, ὡς ἔχω. In Nub. 532. ὥςπερ εἶχον, ᾠχόμην, vbi v. Not. *Bergl.*

493. (488. K.) *ἄλειψον τὸν τράχηλον.* Mox disceptaturi ſunt cauſam ſuam in Senatu Cleon et Allantopola. Chorus igitur hortatus iſiciarium vt forti eſſet animo, rebus illum inſtruit ad certamen neceſſariis, puta vnctione athletica, eſu allii, et id genus rebus. Quod ad vnctionem attinet, reſpicit morem palaeſtrae. Nam prodituri ad luctam corpus vngebant, tum vt muniretur corpus aduerſus aëris iniuriam, tum multo etiam magis, vt vncta membra prehenſiones antagoniſtae facilius declinarent. Inde illa tam frequens mentio apud Graecos et Lat. ſcriptores ceromatis, *κηρώματος καὶ ἁφῆς*, et luti etiam. Sic enim Seneca, b. Chryſoſtomus, et alii vocant oleum in vſum athletarum praeparatum. Illa verba, *ἔχε νῦν*, poſſimus vertere: *accipe iam e)*; vt chorus alloquatur aliquem, qui futurus erat vnctor iſiciarii. *τουτωΐ.* Solent Attici retinere interdum vetuſtatem, quae ex vſu vulgi pridem abolita, vt, cum *ι* ſubſcribi ſolitum datiuis Attici ponunt pro littera finali. *Cas.* Pro *τουτωῒ* in B. *τωδεΐ.* *Brunck.*

494. Docte notat Scholiaſtes, *τὰς διαβολὰς* eleganter Ariſtophanem poſuiſſe, pro *τὰς λαβὰς*, i. e. *calumnias* pro *prehenſionibus.* Nam verbum *ὀλισθαίνειν f)* convenit *λαβῇ*, non *διαβολῇ.* *Cas.*

495. (492. Br.) *ταυταγί.* Male vulgo *ταῦτά γε.* Idiotismus hic Atticismi ſaepe a librariis neglectus fuit. V. Corinthium de dial. Att. §. 66. *g)*. *Brunck.*

496. *κάπτω* proprie eſt certum bibendi genus. Nam Ariſtoteles docet proprium eſſe quibusdam animalibus *κάψει πίνειν:* ponitur tamen pro *deglutire* aliquid, in vniuerſum. Inde *ἐπεγκάπτειν* aliud ſuper alio deglutire. Notandum autem eſt, chorum hoc pronunciantem allia *h)* praebere iſiciario, vt ex ſequ. verſu apparet. *Cas.*

---

e) Dat ei adipem, vt putat Schol. *Bergl.* Idem monuit *Vuil.*

f) Valet illud, elabi, entſchlüpfen. Cf. Porſon. ad Eurip. Phoen. 1348.

g) Vbi vidd. Koen. et Schaef. p. 134. et Matthiae Gramm. gr. mai. p. 180. ſ.

h) Haec ſunt *ταδὶ*, vt etiam *Bergl.* et *Vuil.* monuerunt.

497. (492. K.) *Ἐσκοροδισμένος μάχῃ.* Citat Suidas V. *Ἐσκοροδισμένος*, vbi Nos vide. *Kuſt.* *Σκόροδον* ſ. *σκόροδον* eſt *allium i*), deteſtatus cibus multis veterum; qua de re praeclara eſt Horatii ode [Epod. 3. vbi cfrr. intpp.], et nomen ipſum quidam dici volunt a maledicendi formula veterum. Nam cum ex indignatione aliquid imprecabantur, dicebant *ἐς κόρακας*, quaſi tu dicas latine, *in maximam malam crucem:* ad verbum, *ad coruos*, quia corui cadauera ſectantur. Inde igitur *σκόροδον k*), cuius plantae tanta eſt acrimonia ſuper alias, vt odoris virus transmittat etiam poſt digeſtionem ad vrinam. Mos porro fuit veterum Athenn. producere in publicum gallos gallinaceos, generoſam auem et praelii cupidam, nec dici poteſt, quo ſtudio Athenienſes eorum pugnam ſpectarent, non ſecus atque Romani in venatu amphitheatrali tauros, leones, elephantos et reliquas omne genus feras. Et quemadmodum apud Romm. ars fuit adhibita irritandis feris in arena, cuius rei ſexcenta exempla in beatisſimorum martyrum hiſtoriis: ſic apud Athenienſes producendos gallos gallinaceos paſcebant alliis; quo nunc alludit poëta. *l*) *Cas.*

498. *σπεῦδε ταχέως.* Alludit ad prouerbium *σπεῦδε βραδέως, feſtina lente*, quaſi diceret: nolumus vt feſtines lente, quod vulgo dicitur, ſed, vt tota animi vi et corporis feſtines in hoc negotio. *Cas.*

499. (494. K. 496. Br.) *δάκνειν.* Haec omnia verba proprie conueniunt gallo gallinaceo, cum alio certaturo, non homini cum homine. *Cas.* *καταβάλλειν* [vt Br. ed.] Sic recte membr. Ad gallinaceorum commiſſiones adludit Comicus. Vulgo *διαβάλλειν m*), cui

i) Noſtris Knoblauch.

k) Inepta eſt haec vocabuli etymologia.

l) Qui gallos ad certamen committunt, eis dant allium vt acrius pugnent. Vino etiam ſublimato redduntur acriores. *Bergl.* Cf. Zonar. in *Ἐσκορόδισας* T. I. p. 884. Eſt autem, allio paſtus, allio deuorato. Acharn: 166.

m) Certe id de gallis dici non poterat. Itaque exiſtimandus erit Comicus alludens ad *διαβολὰς* poſuiſſe pro *καταβ.*, vt ſupra *διαβολὰς* pro *λαβάς*. Sed *καταβ.* hic [illegible].

in B. superscripta etiam nostra lectio. *Brunck.* λόφος crista galli gallinacei, ad cuius cristae imitationem etiam cristae galearum sunt dictae eodem nomine. *Cas.*

500. (495. K.) *Κάλλαιον* appellatur, quod sub rostro pendet gallis gallinaceis et gallinis Indicis. Simile quid et in bobus, quod *paleare* vocamus. *Cas.* Scholiastes — *barbas gallorum*, quae sunt carnosae. *Bergl.*

Κομμάτιον n). Inter varias partes comoediae est, quae vocatur *Παράβασις*, quum chorus quasi deferens argumentum comoediae sermonem ad spectatores convertebat. Nam in caeteris partibus, qui prodibant in scenam, aduersi sibi inuicem loquebantur; cum chorus parabasim pronunciabat, nemo in scena praeter chorum apparebat et spectatores compellabat. Partes septem vt plurimum habet *Παράβασις*. Prima vocatur *Κομμάτιον*, quasi tu dicas *praecisiuncula*, fere paucorum versuum, cum velut transitus fuerat ab argumento comoediae ad *Παράβασιν*. Pars secunda appellatur nomine proprio totius, nempe *Παράβασις*, quasi tu dicas *transitus* vel *digressio*; alio nomine *Ἀνάπαιστος* appellabant, quia vt plurimum anapaestis constabat: postea aliis versibus in hanc rem sunt vsi Comici; tamen hoc nomen huic parti mansit. Argumentum totius *Παραβάσεως* in hac potissimum parte continebatur, vbi saepe poëtae grauissime populum allocuti sunt et ad bonos mores illum sunt hortati. Tales aliquot sunt *Παραβάσεις*. Vel in hac parte de se aliquid poëta sub nomine chori loquebatur, quemadmodum fit in hoc loco. Tertia pars vocatur *μακρὸν*, quasi dicas *longa*, non quod produceretur in multos versus, sed quia pauculos versus, qui *Παραβάσει* continerentur, vno spiritu pronuntiarent. Quarta *Στροφή*. Quinta *Ἐπίῤῥημα*. Sexta *Ἀντιστροφή*. Septima *Ἀντεπίῤῥημα*. Harum partium tres primae vocantur *ἀπολελυμέναι*, quasi dicas *absolutae*, quia versus harum partium nullam relationem habent inter se; reliquae quatuor vocantur *κατὰ σχέσιν*, quia habent inter se mutuam relationem; puta *Στροφὴ* cum antistropha, *Ἐπίῤῥημα* cum *Ἀντεπιῤῥήματι*. Posteriores autem respondent superioribus. *Κομ-*

n) Id vocabulum vulgo praefixum est v. 501. sqq.

μάτιον continet preces et fauſtas acclamationes, quibus iſiciarium in ius tendentem proſequuntur. *Cas.*

502. φυλάττειν eſſe, *ſeruare, obſeruare, cuſtodire*, atque a φυλάττεσθαι differre, hoc ipſo loco allato, docet Dawes. M. Crit. p. 99.

503. (498. K.) o) Ζεὺς ἀγοραῖος. Iouis huius etiam ſupra 407. mentio fit. Aeſchylus Eumen. 977. ἀλλ' ἐκράτησε Ζεὺς ἀγοραῖος. Eurip. Heracl. 70. ἱκέται δ' ὄντες Ἀγοραίου Διός. *Bergl.*

506. (500. K.) Κατάπαστος. Ab hac voce παστοφόριον appellarunt Graeci Alexandrini ſacellum, in quo res ſacrae continentur; item fercula pomparum in rebus ſacris, quibus vehuntur in publicis ſupplicationibus ſacrae ſcripturae. Ab eadem voce eſt παστὸς, *lectus genialis*, quia floribus conſperſus p). *Cas.* In Nubb. 1334. πάττε πολλοῖς τοῖς ῥόδοις. *Bergl.* q)

507. (501.) ὑμεῖς | δ' ἡμῖν | προσέχε | τε τὸν νοῦν. Non ſtat verſus. Lego πρόσχετε [πρόςσχετε]. Pherecrates apud Schol. ad Nub. 563. ἄνδρες πρόσχετε τὸν νοῦν. Similiter peccatum eſt Nub. 575. v. ibi notata. *Duck.* r). Per proſopopoeiam de Anapaeſtis, vt perſona, loquitur Comicus, ne quis forte putet, ſcribendum hic eſſe, ἡμῶν τοῖς Ἀναπαίστοις, i. e. *noſtris Anapaeſtis*, vt Friſchlinus minus accurate vertit s). *Kuſt.* ἡμῶν [vt Br. ed.] Vulgo ἡμῖν, manifeſta menda. Ordo eſt: ὑμεῖς δὲ πρ. τ. νοῦν τοῖς ἀναπαίστοις ἡμῶν. Male etiam vulgo digeſti ſunt vltimi anapaeſti t). *Brunck.*

---

o) Tres verſus (ex Rav. ita deſcripti) 503—5. vulgo ſunt duo, et rectius. Contra 502. ſ. vulg. melius e Rav. in tres verſus 508—510. diſpoſiti ſunt.

p) Vid. Biel. in Thes. philol. in LXX. Intpp. III. p. 57. ſ.

q) His dictis e ſcena abiit Allantopoles, et ſequentia ad ſpectatores conuerſus chorus dixit.

r) Mirum eſt, neminem ei paruiſſe et ne commemoratam quidem eſſe hanc emendationem, qua tamen opus non eſt.

s) Perperam etiam Inv. accepit: ἡμῖν καὶ τ. Ἀν. Imo in appoſitione adiectum eſt τ. Ἀναπ.

t) Ita digeſſit Br.: τοῖς ἀναπαίστοις, ὦ παντοίας
ἤδη μούσης

511. (504. K.) Praefixum his in edd. vett.: *Παράβασις χοροῦ. Ἀναπαιστικοὶ Ἀριστοφάνειοι.*

Εἰ μέν τις — His anapaeſtis poëta reddit rationem, cur tantopere eſſet cunctatus in producendis in medium fabulis. Duas adfert cauſas: quod ſcribere comoediam res ſit difficillima, et quod non valde animum ei facerent Athenienſes, ſoliti frui laboribus magnorum poëtarum, nulla aut tenui mercede propoſita, vt plerique illorum facti grandaeui multa ex paupertate ſint paſſi, quod ingenioſiſſime poëta illis exprobrat *Cas.* Citatur hic locus ab Anonymo in Argumento Nubb., ſed non ſatis emendate *Kuſt.* κωμῳδοδιδάσκαλος. Sicut Graeci et Lat. *fabulam docere* dixerunt, pro, *in ſcenam afferre:* ita et poëtae Comici dicti ſunt κωμῳδοδιδάσκαλοι, tragici τραγῳδοδιδάσκαλοι, vt nimirum distinguerentur ab hiſtrionibus, qui voce canebant comica vel tragica carmina, quae propria eſt notio vocum τραγῳδὸς et κωμῳδός. *Cas.*

512. (505. K.) ἔπη λέξοντας [e vulg. ordine] v). Vtraque voce minus proprie vtitur. Sed grauitatem hac locutione videtur affectaſſe. λέγειν eſt oratorum, qui in ſenatu ſententiam dicunt x), ἔπη etſi generaliter omnes verſus, tamen heroici ita proprie vocantur. *Cas.* παραβῆναι. In Acharn. 628. οὔπω παρέβη πρὸς τὸ θέατρον. In Pac. 734. πρὸς τὸ θέατρον παραβάς. In iſtis locis παραβαίνειν idem eſt quod παριέναι, quod vſurpa-

πειραθ. κ. ἑαυτ.
Senſus poſtremorum eſt: o vos qui iam ipſi varii generis carminum experimentum cepiſtis ideoque periti eſtis. μοῦσα non de doctrina, vt vulgo accipitur, ſed de carmine eſt intelligendum. Francog. interpres verſui 507. ὑμεῖς — praefixit: *Intermede* Le choeur partagé en deux bandes, et haec primo ſemichoro tribuit.

v) Ἠνάγκαζεν ἔπη λέξοντάς γ' | εἰς τὸ θ. π. Et hunc locum viginti fere abhinc annis emendandum monui ex argumento ad Nubb: ἠνάγκαζεν λέξοντας ἔπη πρὸς τ. θ. π. *Porſon.* praef. ad Eurip. p. LXII. ed. Lips. (vbi monet, Comicum caniſſe, ne in hoc genere verſuum, ſi ſecundus pes dactylus eſſet, tertius ſpondeus, vltima dactyli ſyllaba iambicam vocem aut bacchicam inchoaret). Confirmauit hanc emendationem Rav vnde Inv. recepit. Add. Fiorillo ad Herod. Att. Rel. p. 151.

x) Sed vſurpatur etiam pro ᾄδειν. v. Intpp. Anacr. Od. 1.

tur de oratoribus, qui ad dicendum prodeunt; Demosthenes II. Philipp [p. 66. T. I. Reisk.] ἡμεῖς μὲν οἱ παριόντες etc. Aliud eſt παραβαίνειν εἰρήνην, quod ibidem occurrit paulo ante, ſub initium, et ap. Comicum Avv. 331. παρέβη μὲν θεσμοὺς ἀρχαίους, παρέβη δ' ὅρκους. *Bergl.*

513. οὐκ ἂν φαύλως ἔτ. τ. non facile hoc conſecutus eſſet, ſcil. vt ad ſpectatores prodiremus et cum iis ageremus.

514. (510. Br.) τοὺς αὐτοὺς ἡμῖν μ. Sic legendum eſſe, non, vt vulgo, ὑμῖν, ſententia ipſa oſtendit, ſicque perſpicue ſcriptum eſt in membr. et in C. *Brunck.* τολμᾷ τε λέγειν τὰ δίκαια. Non tamen reperias in repub. qui aduerſus potentes audeant palam obloqui. Itaque laudat ſe Ariſtophanes, quod non veritus ſit Cleonem palam laceſſere, ſignificans, omnes bonos, quibus ille erat odio, multum ipſi debere. *Cas.*

515. (508. K.) Γενναίως. Ita edd. Ald. et Brubachii. Farrei γενναῖον: nuper [in Kuſt. vitio typoth.] γενναῖος. *Bergl.* Comparat Cleonem, grauiſſime per remp. Athenienſium graſſantem tunc temporis cum vento vehementisſimo, qui cauſa ſit naufragii nauigantibus et res in terra poſitas diſturbet ac diſiiciat *y*). Huiusmodi ventos Graeci vocant τυφῶνας, de nomine vnius veterum gigantum, vel a verbo τύφω, *fumo z*), quia venti iſti vehementiores ſolent accidere tempeſtate obſcuriore, quaſi omnia fumi eſſent plena: ideo Graeci μελαμβορρᾶν vocant. Appellat et ἐριώλην, quo nomine appellatur exhalatio, quae praecedit tempeſtates huius generis, vel ab ἐρι particula intendendi et ὄλλυμι, *perdo a*),

y) Cleonem comparat cum vento illo turbinoſo et vehementisſimo. *Bergl.*

z) Dictus eſt ille ventus procelloſus a tundendo vel pulſando vela; nam τύφειν i. q. τύπτειν verberare. v. Lennep. Etym. L. Gr. p. 7[illegible]9. de vento Typhone cf. Kapp. ad Pſeudo-Ariſt. de Mundo IV, 18, p. 129.

a) Ab ὄλλυμι *perdo*, vt ἐξώλης. ἐρι eſt *valde*, in compoſitione, vt in ἐριβρεμέτης et aliis. Comicus Vesp. 1150. ridiculi cauſa ab ἔριον deducit. Scholiaſtes: *typhos* eſt venti globus ſ. turbo, aut ignis; (loquitur autem de Cleone;)

vel ab ἔριον, propter aliquam ſimilitudinem glomerationis fili cum iſtis exhalationibus ſ. nubibus. Affine nomen *Circius*. Vetus Gallia Narbonenſis, quae ei vento admodum eſt obnoxia, proprie ſic illum vocauit. Vid. Strab. [IV, p. 277. ed. Almel.] et Senecam [Quaeſt. Nat. V, 17. add. Fauorin. ap. Gell. N. A. II, 22.]. *Cas.* Heſych. ἐριῶλαι, ἀνέμων συστροφαὶ, ἀῦραι, πνοαί. De hac voce aliquid dicam ad Acharn. 1177. *Brunck.* Add. Zonar. I. p. 866. ibique ab edit. laudatos Grammaticos. Senſus: omnibus turbulentis hominibus ſe forti animo opponit.

516. Vt commendet poëta ſuas fabulas ſine inuidia, introducit chorum, parantem rationem reddere eius, quod multi in Ariſtoph. eſſent mirati et cuius cauſam ex ipſo ſaepe quaeſiiſſent: cur nimirum cunctanter adeo chorum popoſciſſet. Quid ſit *chorum poſcere*, docent Comicorum fragmenta apud Athenaeum. Poëta dramaticus, qui fabulam ſcripſerat, chorum *αἰτεῖν* dicebatur, cum choragum quaereret, cuius ſumtibus ea fabula doceretur. Locabant enim poëtae operas ſuas locupletibus ciuibus, qui ex legibus Athenn. cogebantur *χορηγεῖν*, i. e. ludos edere et chorum ſua pecunia inſtruere. Sic leges *χορὸν δοῦναι* et *χορὸν λαμβάνειν*. *Cas.*

517. *βασανίζειν.* Poteſt verti: et tacite apud ſe cauſam quaerere; vel, a poëta cauſam exigere *b*). *Βάσανος* inſtrumentum quaeſtionis: vnde *βασανίζειν* proprie, quaeſtionem habere et vero indagando tormenta adhibere. *Cas.* *Χορὸν αἰτοίη.* A chorago, qui ſumtus ſuggerebat. *Bergl.* Friſchlinus male: *cur non ipſe chorum a ſe iamdudum exigat ipſe.* Verte: *quod non ipſe pro ſe chorum poſceret,* ſiue, *quod non impetrato choro ipſe dramata ſua per ſe et ſuo nomine ederet.* Vox *χορὸς* enim aliquando omnem apparatum et ornatum ſcenae ſignificat, qui ad commiſſionem dramatis alicuius neceſſarius erat. Hinc *χο-*

---

eriole autem exhalationis globus, antequam inflammetur aër. *Bergl.*

b) Hanc poſteriorem interpretationem veram eſſe docet antecedens *προσιόντας*.

ρὸν αἰτεῖν dicebatur poëta, qui tribus alicuius chorago dramata ſua offerebat, rogans, vt ea in theatrum producenda curaret, ſumtusque, qui ad eorum commiſſionem neceſſarii eſſent, ſuppeditaret. Cui igitur choragus annuebat, is dicebatur χορὸν λαμβάνειν, quo ſenſu phraſis iſta occurrit ap. Comicum noſtrum Ran. 94. et Heſych. V. Πυρπερέγει [T. I. p. 1087. vbi v. intpp.]. Contra choragus, poëtae gratificans, dicebatur χορὸν δοῦναι, vt in fragmento Cratini ap Athen. XIV, 9. [T. V. p. 317. Schweigh.] ὃς οὐκ ἔδωκ' αἰτοῦντι Σοφοκλέει χορόν. Vide ibi τὸν πάνυ Caſaubonum [p. 908. ed. Lugd.]. Porro ſciendum eſt, Ariſtophanem initio fabulas ſuas non ſuo nomine commiſiſſe, ſed aliis poëtis ipſorum nomine edendas et committendas dediſſe, vt ipſe de ſe teſtatur in Parabaſi Vesp. 1013. ſqq. Primum autem Nub: 522 drama *Equitum* ipſe per ſe et ſuo nomine in theatrum produxit, vt non ſolum teſtatur Anonymus in Argumento huius fabulae, ſed etiam Schol. ad Vesp. 1013. Hinc igitur patet, quis ſit huius loci ſenſus. *Kuſt.*

518. φησὶ γὰρ ὡνήρ [vt Br. ed.]. Minus bene vulgo ἀνήρ. *Brunck.* [vid ad 441. Senſus ſequentium eſt: ſibi non per inſipientiam hoc eueniſſe vt cunctaretur.]

521. (514 K.) Eſt locus elegans. De arte comica enim tanquam de femina loquitur, multos quidem habente amatores, ſed paucis ſui copiam faciente. Πειρᾶν enim et χαρίζεσθαι ſunt verba rei Venereae c), quorum illud ſignificat, *feminam ſollicitare* ſiue de concubitu compellare, hoc vero de ea dicitur, quae amanti ſe indulget. Meminit huius loci Priſcianus Lib. XVIII. col. 1198. itemque Schol. Pindari ad Pyth. B. v. 78. [p. 513. ed. Heyn. T. III.] vbi plura eaque lectu di-

c) *Πειρᾶν* proprie verbum meretricum et primos aditus rei amatoriae tentare ſignificat. Eiusdem farinae verbum χαρίζεσθαι, quod ſignificat *facere ſui copiam.* Sic notat Seneca pater [praef. 4. Controv.] *officium* et *officioſus* nomina honeſtiſſima ad ſignificationem rei turpis ſolita transferri. Iocoſe autem Ariſtophanes comparat comoediam ſcorto delicato, et cuius aditus paucis pateat. *Cas.* Quaſi de ſuperba meretrice ita loquitur de comoedia; nam haec verba etiam de re Venerea dicuntur, vt notauit Schol. et conſtat. *Bergl.*

gna de modo memorata ſignificatione vocis *χαρίζεσθαι* in medium affert. *Kuſt.*

522. (518. Br.) *d*) Altera ratio eſt, cur ſero et cunctanter ad comoedias acceſſerit, quia natura Athenn. inconſtans eſt et ingrata. Solebant enim poëtae remunerationem operae ſuae exſpectare a repub. *Φύσις* duobus modis accipitur, pro ipſa natura per quam ſumus, et pro ingenio et moribus, per quos tales ſumus. Si priore modo accipias, homo non habet naturam annuam, ſed in diem, in horas pendent miſeri mortales. Ideo Pindarus [Pyth. VIII, 135.] *ἐπαμέρους*, i. e. in diem viuentes homines vocauit. Sed poëta altera notione capit, et naturam eſſe annuam Athenienſibus ait. Nam, qui hoc anno placuerant poëtae, proximo anno diſplicebant. Huiusmodi querimoniae etiam apud latinos Comicos habentur. *Cas.*

523. (516. K.) *προδιδόναι* verbum ancipitis ſignificationis: interdum *relinquere* ſignificat et in bonam partem accipitur, vel mediam. Alias crimen denotat, cum fidem publicam aut priuatam fallimus. *Cas.*

524. (520. Br.) *τοῦτο*. Bentleius epiſt. ad Mill. p. 32. laudat *ταῦτα*, quod rectum puto, vt conueniat cum ſequente *ἃ e*). *Duck.* *ἅπαθε* [vt Br. ed.] id eſt, *ἃ ἔπαθε*. Prima ſyllaba ob craſin litterarum *α ε* longa eſt. Recte in vett. edd., iuxta codd. ſcripturam omnium, excuſum eſt *ἅπαθε*. Kuſterus vero imperitiſſime edidit *ἃ 'παθεν*, quo pacto pro dactylo eſt pes Creticus, corruptis verſus numeris. *Brunck.* *Μάγνης*. Inter vett. poëtas veteris comoediae fuit Magnes hic *f*), qui in theatro Attico floruit, dum aetate floreret, abeunte aetate ſic defloruit, vt nullo loco haberetur, quod Athenienſibus vitio vertit Ariſtophanes. *Cas.* *πολιαῖς κατιούσαις*. *Cani deſcendere* dicuntur, cum de ſummo

---

d) *διαγιγνώσκων*. Sic bene ſcriptum in membr. *Brunck.* [Vulg. *διαγινώσκων*.]

e) Debuerat v. 530. ſequi: *τοῦτο δὲ* — pro quo poëta poſuit *εἶτα*.

f) De eo vidd. Intpp. Ariſtot. Poet. 3. et Fabric. B. Gr. T. II. p. 545.

capite vel de temporibus, qua parte primum canefcimus ex fententia quorundam veterum, mentum et barbam occupant. Theocriti dictum eft [Id. XIV, 68.]: *ἀπὸ κροτάφων πελόμεσθα πάντες γηραλέοι·* et apud poëtas [Hom. Il. VIII, 518.] dicuntur fenes *πολιοκρόταφοι.* *Cas.*

525. (518. K.) Verfum hunc et quatuor fequentes adducit Suidas V. *Μάγνης.* *Kuft.* *ἔστησε τρόπαια.* Proprie ducibus militiae conuenit haec locutio. Nam *ἱστάναι τρόπαιον* eft, *erigere monumentum hoftis fugati.* *τρέπειν* eft, in fugam hoftem vertere: *τρόπαιον* locus, vbi monumentum *τῆς τροπῆς.* Solebant Graeci faxea monumenta exftruere in loco victoriae, quod Romani non faciebant. Veteres quidem longe hac parte humaniores, cum, vt ait Iurisconfultus, odia non oporteat effe immortalia. Hic fimpliciter accipitur pro *vincere g).* *Cas.* *χορῶν τῶν ἀντιπάλων.* Apud Athenn. inftituebantur ludi, quorum maxima pars chori fuerunt: vnde inter publica munera reip. fuit *τὸ χορηγεῖν h).* Nam diuites cogebantur poëtam conducere, qui comoediam doceret et choragium totius fcenae fumtibus fuis inftrueret, quae impenfae maximae fuerunt. Hic autem fuit aemulatio vincendi, vt ex Midiana Demofthenis apparet [vid. c. 45. ed. Spalding.] Propterea Comicus *χοροὺς ἀντιπάλους* vocauit duorum poëtarum, qui eodem tempore fabulas docent et de palma certant. Poëtae ifti proprie dicuntur fcriptoribus Atticis *ἀντιδιδάσκαλοι* et chori. *χοροὶ ἀντίπαλοι.* *πάλλειν* eft *vibrare,* Sed, quoniam moris fuit, fortes in vrnam coniicere, vt mota vrna fortes emitterentur, is vrnae motus *παλμὸς* graece vocatur, et fors *πάλος,* vnde *ἀντίπαλοι* proprie, qui fortiuntur in contrarium; generaliter pro contrario accipitur. *Cas.*

526. (519. K.) *ψάλλων i).* Ariftophanes exprobrans

---

g) Ita Demofth. c. Mid. c. 46. *ὑπὲρ τῆς πόλεως στήσαντες τρόπαια.*

h) v. Wolf. Prolegg. ad Demofth. Or. Leptin. p. LXXXIX. fs. et Not. p. 247.

i) v. Phot. Lex. p. 273. et Zonar. Lex. II. p. 1497. atque Etym. M. p. 661.

Athenienſibus ingratum erga Magnetem animum ſimul reuocauit illis in memoriam fabulas, quas cum doceret Magnes, plauſum tulit. Ingenioſe vero poëta non ipſa fabularum nomina ponit, ſed ad illa alludit. *ψάλλειν* eſt organum pulſare aliquod. Inter veterum organa fuit et *barbitus*. Magnes fabulam ediderat hoc titulo *βαρβίτιδες* *k*), credo, quia plures inducebantur in ea fabula tibicinae mulieres et quae barbitos pulſarent. *πτερυγίζων.* *πτερὸν* graece eſt *ala*: dicitur et *πτέρυξ*: vnde *πτερυγίζειν* verbum, quod proprie conuenit auium pullis, priusquam e nido longius euolent, alas tentantibus *l*). Propterea apud Graecos eleganter *πτερυγίζειν* monentur, qui ad opus ſe accingunt, i. e. vires ſuas tentare. Hic vero Ariſtophanes alludit ad fabulam Magnetis, cuius fuit index *Ὄρνιθες*, *Aues*: quo nomine et Ariſtoph. fabulam edidit elegantisſimam. *Cas.*

527. (520. K.) *λυδίζων* *m*). Certum eſt Lydos minoris Aſiae gentem voluptatibus olim deditisſimam fuisſe; quod vel ludorum appellatio teſtatur. Ludos enim a Lydis eſſe dictos praeter Tertullianum [de ſpectac. c. 5. vbi cfrr. intpp.] et alios Latinos etiam Heſychius ait. Inter muſicae veteris et harmoniae ſpecies fuit, quae *Lydia* appellabatur. Magnes poëta *δρᾶμα* ediderat hoc titulo *Λυδοὶ*, cuius argumentum neſcimus. Hoc ſcimus, Ariſtophanem hac voce eo alludere. *ψηνί-*

---

k) Quia Magnes fecerat comoediam *Barbitiſtae* dictam. Scholia. *Bergl.*

l) vid. de hoc verbo ad Plut. 575. Avv. 1473.

m) Quia Magnes fecerat comoedias, quae inſcriptae fuerant *Λυδοὶ*, *Ψῆνες* et *Βάτραχοι* teſte Schol.; hinc illa apud Comicum: *λυδίζων*, *ψηνίζων*, *βαπτόμενος βατραχείοις*. *Bergl.* *λυδίζων*. Sic in Heſych. [Photio p. 171.] et Suida ex h. l. legendum recte cenſet Bentleius in ep. ad Mill. p. 52. qui, quod ap. Suidam *λυδιάζων* ſine interpretatione legitur, huc referendum non abſurde putat: quod potuerat ibi notare Kuſterus, cum praeſertim ead. pag. apud Suid. V. *Λυδοὶ* loci huius Bentleii mentionem faciat. Apparet autem hinc, non recte feciſſe Kuſterum, quod multis locis ap. Suid. voces, quae ſine expoſitione legebantur, eiecerit nec dixerit, qua auctoritate id ſibi faciendum putauerit. Idem autem recte ap. Suid. in *Λυδοὶ* pro *διεσκεδάσθησαν* reſtituit *διεσκευάσθησαν*, ex Heſych. Photio et MS. *Duck.*

ζων. Inter miranda naturae ponitur ab Ariſtotele *n*), Theophraſto, aliis, quod vermiculus quidam erumpens e groſſis ficus agreſtis, quae nunquam matureſcit, pungens et incidens ficus immaturas mitis arboris maturitatem illis adfert. Hic vermiculus proprie ψὴν [cynips Linn. Gallweſpe.]. Sed poëtae veteres [comici] abuſi ea voce notionem obſcoenam ei tribuerunt: vnde ψηνίζειν pro, impudicum eſſe, ſicut in veteri prouerbio [apud Synes. v. Erasm. Adag. p. m. 461.]: *οὐδεὶς κομήτης ὅστις οὐ ψηνίζεται.* Magnes hic fabulas docuerat hoc nomine ψῆνες, quo alludit poëta hac voce. *Βάπτειν* graece eſt verbum tinctorium. Nam pannus *βάπτεσθαι* dicitur, cum in lauacrum tingendi cauſa dimittitur; inde tinctores *βαφεῖς* dicti graece. Inde et *βαπτίζειν*, quod proprie ſonat saepius tingere; ſicut fiebat in quibusdam tincturis, puta in dibapha purpura. Eccleſia recepit hoc nomen et dixit *baptizare;* et Tertull. *o*) vocat *tincturam* pro *baptiſmo.* *Βαπτὸς tinctus*, *βατράχειος raneus*, quod pertinet ad ranas. Sed Graeci inter colorum nomina hoc quoque poſuerunt. Viridis coloris ſunt plurimae ſpecies: in his vna eſt, fuſcior nempe et media inter pallidum ac viridem colorem, quae appellatur *βατράχειος*, a colore ranis naturali. Hinc genus veſtimenti ab eo colore *βατράχειον* dictum *p*). Familiare enim fuit veteribus, veſtes a colore denominare. Sic hodie *une cotte*, a colore croci. Porro his verbis alludit poëta ad fabulam Magnetis, cui titulus *Βάτραχοι*, quo indice et Ariſtophanes edidit. *Cas.*

523. *τελευτῶν* h. l. non eſt *moriens*, ſed vt in Iſocratis oratione Areopag. [p. 106. T. II. ed. Aug.] *τελευ-*

---

n) Hiſt. An. V, 26, 3. Schneid. (al. c. 32.) vbi vid. Camus in Comm. T. II. p. 705. ſs. Add. Herod. 1, 193. cum intpp. et quos ad Zonar. II. p. 1871. ſ. laudauit Tittmann. Caeterum haec accommodate ad graeca reddidit Vuilandus: hat nicht Magnes — alle Töne verſucht, ſich *beſiedert*, das *Hackbrett geſchlagen*, *lydiſiert* und *pſeniſiert* und ſogar mit *Froſchgrün* ſich angeſtrichen etc. Senſus eſt: edendo fabulas inſcriptas, *Βαρβιτίδες* etc.

o) Tingere ſaepe apud eum ita legitur in lib. de baptismo. Add. intpp. ad de Cor. mil. c. 13.

p) Cf. Zonar. in *Βατράχειον* I, 376.

τῶντες (*ad extremum*) *εἰς τραχύτερα πράγματα τῶν τότε γενομένων ἐξοκείλωμεν. Bergl.*

530. (522. K.) *ἐξεβλήθη* i. e. *exactus fuit:* vel, *non ſtetit.* Sic enim Latini loquuntur, cum ſignificare volunt, fabulam poëtae alicuius non placuiſſe populo. Idem ſignificat *πίπτειν*, qua voce vſus eſt Noſter infra 537. *Τὸ ἐκβάλλεσθαι* autem ſimili ſenſu capitur apud Suid. V. *Μόρσιμον*, vbi iungitur cum *συρίττεσθαι*, i. e. *ſibilo excipi*, quod itidem malis poëtis contingebat. *Kuſt. ἀπελείφθη. ἀπολείπεσθαι* proprie de curſore, qui inter currendum vincitur. *Cas.*

530. Alterum Cratini exemplum eſt, inter Comicos praeſtantisſimi. Porro praeſtantiam Cratini allegorice exprimit, locum reſpiciens eius poëtae, vbi ingenium ſuum extollens torrenti ſe comparauerat, qui omnia aduerſa magno impetu ruens rapit. Significabat Cratinus, non poſſe vllum poëtam, qui ſecum in certamen deſcenderet, vllam de victoria ſpem habere. *Cas. ῥεύσας* q). Cratinum comparat cum fluuio. Scholiaſtes: *videtur mihi Ariſtophanes inde hanc metaphoram ſumſiſſe, vbi Cratinus de ſe ipſo magnifice dicit.* Verba Cratini ſunt: *Ἄναξ Ἄπολλον, τῶν ἐπῶν τῶν ῥευμάτων· Καναχῶσι πηγαί· δωδεκάκρουνον στόμα· Ἰλισσὸς ἐν φάρυγγι. τί εἴποιμί σοι; Εἰ μὴ γὰρ ἐπιβύσει τις αὐτοῦ τὸ στόμα, Ἅπαντα ταῦτα κατακλύσει ποιήμασι. Proh Apollo! quantum flumen carminum! Sonant fontes: os habet duodecim canales: Iliſſus* (fluuius) *eſt in gutture. Quid tibi dicam?* Niſi enim *quis ei obturauerit os, omnia haec inundabit poëmatis. Bergl.*

531. (524. K.) Loci huius meminit Etymologus V. *Ἀφελὲς* et Suidas eadem v. r). Eſt autem locus hic inſignis de Cratino Comico. *Kuſt.* Torrentes cum per campos feruntur, miram edunt ſtragem. Vocat poëta *πεδία ἀφελῆ*, quaſi *plena* dicas, *integra* et non prae-

q) Debuit dicere: *ῥεύσας ῥοθίῳ:* ita de torrente loqui debuerat; ſed allegoriam ſubiecto accommodat. *Cas.* Eſt h. l. multa laude fluens h. e. abundans.

r) Ap. Zonar. I. 352. vbi *Ἀφέλεος τόπος, ὁ ὁμαλός·* editor coniecit: *Ἀφελὴς τ.* Fortaſſis ex h. l. praemittendum: *ἀφελῶν πεδίων.*

rupta. ἀφελὲς dicitur *ἀναφελὲς s)*, cui nihil ſit detractum, ἀφελεῖν detrahere eſt. Σύρειν eſt *trahere*. Tria verba ſunt diligenter distinguenda: *ἄγειν volentem ducere, ἕλκειν nolentem trahere; σύρειν renitentem velut obtorto collo trahere.* Hinc διασύρειν pro, lacerare alicuius famam dicteriis et irridere, ponitur. *Παρασύρειν* eſt velut in transitu rapere, vt cum torrens arbores euulſas rapit ſecum. Στάσις eſt *ſtatio*, vbi res quaeque ſuas ſedes habet. *Cas.*

532. προθελύμνους. Plane poeticum vocabulum. Veteres ita exponunt: *τέλος finis, τέλυμνος finalis*, et mutato τ in ϑ fit *ϑέλυμνος ad finem vsque perueniens t)*. Significat ſolitum Cratinum inimicos ſiue antagoniſtas ſuos radicitus perdere. *Cas.*

533. Vt declararet Cratini famam, ait, tanta illum celebritate fuiſſe, vt non alia in conuiuiis carmina cantarentur, quam Cratini. An autem haec fuerint de eius fabulis excerpta, an ſcolia in eam rem ab eo ſcripta, non declarant veteres. *Cas.* *Δωροῖ συκοπέδιλε v)*. Hoc principium eſt cantici Cratini cuiusdam, cuius argumentum verbo indicat Scholiaſtes et coniicimus ex his ipſis. Videtur poëta inuectus eo cantico in corruptos mores magiſtratuum, qui muneribus omnia venderent. Ideo fingebat Deam quandam, quae illi vocabatur *Δωρώ*, quaſi dicas, *Dea Muneraria x)*. Hanc variis laudibus afficiebat, et inter caetera vocabat συ-

---

s) Lennep. Etym. p. 135. ab ἁφή, ἅπτω, deriuat, vt ſit, *qui tangi poteſt, ſimplex.* Εὔκολος explicat Zonar. I. 351.

t) Imo plerique Grammatici προθέλυμνα interpretantur *ἄλλα ἐπ' ἄλλοις, συνεχῆ* v. Apoll. Soph. Lex. Hom. p. 565. ſ. ed. Toll. Phot. Lex. p. 335. ſed Zonar. II, 1582. *πρόῤῥιζα*. Scilicet *ϑέλεμνον, ϑέλυμνον* idem fuiſſe dicitur quod *ϑεμέλιος*; alii *ϑέλεμος* putant fuiſſe i. q. *ἐϑελήμων*. v. Heyn. ad Il. IX, 537.

v) Ita in edd. omnibus recte legitur, non *Δῶροι*, vt Lips. ed. In Br. maiusculis litteris et ſine accentibus haec ſcripta ſunt.

x) Initium cantilenae Cratini; perſtrinxit autem illis verbis ſycophantam, qui muneribus corrumpebatur, vt notat Schol. *Δωροῖ* eſt Vocatiuus: *Δωρώ*, quod habet ſpeciem nominis proprii, quaſi *deae* alicuius *Munerariae*, a Cra-

κοπέδιλον, ridicula voce et licentia comica ficta, ad denotandas συκοφαντίας, quae tunc exercebantur *y*). Alluditur hoc nomine ad Homericum epitheton Thetidis deae, quam ille vocat ἀργυρόπεζαν, velut argentea instita ornatam vestem gestantem *z*). Hic ridicule Δωρὼ dea vocatur συκοπέδιλος, quae vestem habeat ornatam calumniis, tanquam institis et limbis. *Cas.*

534. (527. K.) Τέκτονες εὐπ. ὕ. Est principium alterius cantici *a*). Sonant haec ad verbum: *o fabri ingeniosorum hymnorum.* Pulcra periphrasis poetae. Εὐπάλαμος proprie epitheton personae, quae ingeniosam manum habet: nam παλάμη est *palma* et *manus. Cas.* Zonar. Lex. I. 901. εὐπαλάμων ὕμνων ἀντὶ τοῦ εὖ διακεχωρισμένων ἢ συντεταγμένων. τέκτονες εὐπαλάμων ὕμνων.

536. (529. K.) Ex participio ἐκπιπτουσῶν apparet vocem ἠλέκτρων esse generis feminini a recto ἠλέκτρα: vnde secundum vulgares Grammaticorum regulas scribi potius debebat ἠλεκτρῶν cum circumflexo in vltima *b*). Vel dicendum est, nominatiuum singularem esse ἡ ἤλεκτρος, vnde est genitiuus plur. ἠλέκτρων, quod et Schol. vetus censet. Quod autem ad rem ipsam attinet, Salmasius ad Solinum, ἠλέκτρους vel ἤλεκτρα dictos fuisse clauos ex electro, quibus prisci lectorum pedes muniuerint; quasi dicat ἠλόλεκτρα: quod idem censere videtur Schol. vetus. Ait enim, lectos veterum habuisse pedes ἠσφαλισμένους ἠλέκτροις, i. e. *munitos*

---

tino fictae, vt verosimiliter putat Casaub. Voce autem συκοπέδιλε alludit ad etymologiam τοῦ συκοφάντου. *Bergl.*

y) Propr. est, ficulneos calceos habens. (Doro mit den Feigenschalen, Vuil.) Sed ficulnea sunt infirma, mollia.

z) Imo etiam ἀργυρόπεζα est, cui argentei, candidi, sunt pedes. v. Apoll. Soph. Lex. Hom. p. 159. et Heyn. ad Il. 1, 538.

a) Ex Eumenidibus Cratini, vt ait Schol. *Bergl.* Post καὶ ante τέκτ. est commate aut colo interpungendum, quod in aliis edd. recte factum.

b) Photius (haud dubie ex h. l.) p. 53. ἠλέκτρων, τῶν ἐν ταῖς κλίναις ποικιλλομένων. Idem: ἠλέκτραι, τὰ ἐν τοῖς κλινόποσι τῶν σφιγγῶν ὄμματα.

electris, quod vel de clauis vel de laminis ex electro, quibus lectorum bafes inductae erant, intelligi debet. Suidas, quod obiter moneo, V. Ἤλεκτρα et V. Ὠφθαλμισμένους pro ἠσφαλισμένους legit ὠφθαλμισμένους (quafi dicas, *ocellis quibusdam distinctos*), quae lectio *clauis* optime conueniet. Capita enim clauorum tum ob rotunditatem tum etiam ob fplendorem (fi nempe ex metallo facta fint) haud male cum oculis comparare posfis. Vide etiam Cafaub. ad h. l. c), qui ὠφθαλμισμένους

---

c) Defcribit poëta remiffum per fenectutem ingenium: ingeniofiffime vero comparat cum lectis veteribus et vfu ipfo detritis. Quemadmodum enim vt lectos et omnem fupellectilem recentem quidem in pretio et faepe in deliciis habemus, vbi vero gratia nouitatis periit, negligimus; accedente fenio, cum vfus partem attriuit, iam vero plane contemnimus. Quid appellet ἠλέκτρων, ex Schol. non difcas, qui totus mifere corruptus. Eum fi fequimur, ἤλεκτρος lecti eft *pes lecti* vel, quod pedi lecti fupponitur, et idem ac κλινόπους. Propterea doctiffimi viri fcripferunt ἤλεκτρον effe fulmentum lecti; quemadmodum illo accipitur prouerbio [ap. Non. Marc. v. Erasm. Adag. p. m. 22.]: *Fulmenta lectum fcandunt*, i. e. ὁ κλινόπους ὑπὲρ τὸ λέκτρον πηδᾷ. Nimirum in errorem eos induxit deprauata lectio Schol. hoc loco. Atqui ἤλεκτρος dicitur fruftum electri, quo veteres vtebantur ad ornandos lectos fuos. Mira antiquorum luxuria in hac parte. Nam, vt ex Vlpian. IC. et omni hiftoria veteri conftat, lectos tam tricliniares quam cubiculares preciofiffimos habuerunt, puta ex lignis longe arceffitis, cedro, thyia, citro etc. item ex aere, argento, auro: nam etiam ex auro folido legimus factos effe. Alii non ex folido auro aut argento conficiebant, fed bracteis aut laminis argenteis vel aureis tegebant, alii teftudine vel ebore ornabant. Solebant autem velut bullas pretiofae alicuius materiae inferere ligno. Martialis Epigr. XIV, 85. in infcript.] pauoninos lectos vocat, qui ita ornati caudam pauonis repraefentabant. Graeci hoc dicunt ὀφθαλμίζειν lignum, quafi dicas, ligno oculos inferere, et ita in Schol. ὠφθαλμισμένους legendum, vbi eft ἠσφαλισμένους. Inde eft totus error. Ex hoc loco apparet, huiusmodi ornamenta ad lectorum vfum Athenis ex electro folita fieri. Electrum varie accipiunt veteres: pro fuccino, vel pro auri et argenti mixtura, certo temperamento, cum tribus auri partibus vna argenti additur; qua de re Servius et Iuriscons. et Plinius. Hae funt ἤλεκτροι, quas ait poëta de vetuftis lectis paulatim cadere. *Cas.* Vid. *I. M. Gesneri* de Electro veterum Praelectio, in Commentar. Soc. Götting. T. III. p. 67. fs. Patet autem ex his ipfis dispu-

pro ἠσφαλισμένους ap. Schol. legendum esse contendit. *Kust.* Kusterus recte monet, ex adiectiuo addito patere, nominatiuum esse ἤλεκτρος, vel, si sit ἠλέκτρα, legendum esse ἠλεκτρῶν. Priorem sententiam sequitur Schol. vt idem monet, dicens αἱ ἤλεκτροι, τῶν ἠλέκτρων. Suidas terminationem in α videtur praetulisse: scribit enim ἤλεκτρα, ἰδίως τὰ ταῖς κλίναις ἐπιβαλλόμενα ἐλεφάντινα· οὕτως ἐκάλουν ἠλέκτρας· quod Schol.: οὕτως ἐκάλουν ἤλεκτρα. Et tamen mox idem Suidas eod. loc. et in ὠφθαλμισμένους, ἄνθραξι καὶ ἠλέκτροις. De re autem ipsa non dubito, quin recte sentiat Casaub., ornamenta fuisse lectorum ex electro, tanquam bullas quasdam, quae insererentur ligno. Hoc confirmat Eustath. ad Od. *Δ*, p. 1483, 24. vbi cum exposuisset ἤλεκτρον esse χρυσοῦ μίγματι καὶ ἀργύρου, item succinum, quod lacryma Heliadum dicitur, e quo capula gladiorum fiant, paleas attrahentia, et quo verisimile sit, exornatam fuisse Menelai domum, de qua ibi poëta agit, mox subiicit: καὶ ἤλεκτρα δὲ τὰ κατὰ Αἴλιον Διονύσιον ἐν κλίναις ποικιλλόμενα ἐκ τοῦ ἠλέκτρου φαίνεται λέγεσθαι· ἃ καὶ θηλυκῶς προάγονται, ὡς δηλοῖ τὸ, ἐκπιπτουσῶν τῶν ἠλέκτρων· ὧν ἡ εὐθεῖα, αἱ ἤλεκτροι, κατὰ τοὺς τοῦ Κωμικοῦ σχολιαστάς· οἵ φασι καὶ ὅτι αἱ ἀρχαῖαι κλῖναι τοὺς πόδας εἶχον κατησφαλισμένους ἄνθραξι καὶ ἠλέκτροις. Est etiam in Etym. M. ἠλέκτραι, πόλις d) Θηβῶν cet. ἢ τὰ ἐν τοῖς κλινόποσι τῶν σφιγγῶν ὄμματα, ἢ τῶν ἐν ταῖς κλίναις ποικιλλομένων· quae iisdem verbis descripsit Varinus. Sylburgius ad Etym. referens verba Suidae ait, ex eius descriptione ἠλέκτρας videri esse electrina emblemata, quibus ceu oculis et gemmis lectorum pedes exornabantur: quemadmodum et Mercurii Sphingisue simulacra in iisdem

---

tationibus, incertum iam olim fuisse, quaenam fuerint ἤλεκτροι. Hoc ex toto loco intelligitur, non h. l. dici ornamenta pedum lectorum, sed potius lyrae quasdam partes, epitonia v. c. Hinc bene Vuil.: da ihm, wie einer alten Leyer, die *Wirbel* ausgefallen sind, und er keinen Klang mehr hat und die Fugen aus einander sich gegeben etc. Francogallus: qu'il ressemble à un instrument de musique, sans cheville, sans corde et tout disjoint.

d) Eodem modo legitur ap. Zonar. I. p. 985. vbi recte Tittmann. coniecit scribendum esse πύλαι.

pedibus effingi folita; quod de Mercurii fimulacris eft in Etym. V. Ἑρμῆς. Ceterum obferuandum eft, quod Suidas poft ἐπιβαλλόμενα addit ἐλεφάντινα, quae vox in Schol. non comparet; vt etiam Kuft. notauit, et fi, quod docti putant, hic electrum, quae metalli fpecies eft, defignatur, praeter rem et abfurde ab eo adiecta eft. Sane videntur quidem primitus ornamenta ea ἠλέκτραι vel ἤλεκτροι vocata, quod ex electro, vel fi mauis fuccino, fierent: fed forte procedente tempore omnia ex alia materia facta eo nomine appellata fuerunt: nam generaliter dicunt Euftath. et Etym. τὰ ποικιλλόμενα [vt et Phot.], ita vt ea vox ap. Suid. retineri posfit. Quod autem Kufter. ad Suid. putat apud eum legendum τὰ ταῖς κλίναις ὑποβαλλόμενα, non neceffe eft: nam in vniuerfum τὰ ποικιλλόμενα ita dicuntur, quae recte ἐπιβάλλεσθαι dicuntur. Sed ipfe ab ea fententia discesfiffe videtur, cum ad Ariftoph. nihil mutet in Scholiis. *Duck.*

τόνου. Et haec vox lectorum propria. Τόνος dicitur funis, quo intendebantur lecti veterum. Ariftoteles in Problem. mechanicis *e*) defcribit fufe et κειρίας vocat. *Cas.*

537. *f*) ἁρμονιῶν διαχασκουσῶν, concinnitate carminum fatiscente. Metaphorice de Laide iam vetula Epicrates: Ἐπεὶ δὲ δολιχὸν τοῖς ἔτεσιν (longum ftadium) ἤδη τρέχει (aetate longe prouecta) Τὰς ἁρμονίας τε διαχαλᾷ τοῦ σώματος (et concinnitates corporis perdit iam flaccefcentes). Apud Athen. XIII. p. 570. *Bergl.* περιέῤῥει. Frifchlinus male, *fluitabat*, pro, *obambulabat* vel *circuibat*. Verbum enim hoc non eft compofitum ex περὶ et ῥέω *fluo*, fed ex περὶ et ἔῤῥω vel ἐῤῥέω *eo, abeo;* vnde eft ἐῤῥήσετε *abibitis*, apud Comicum

---

e) cap. 26. vbi tamen σπαρτία dicuntur. Sed de κειρίαις vid. ad Avv. 817. H. l. autem τόνος mufico fignificatu accipiendum, de chordis aut potius fonis quibusdam. cf. Zonar. II. p. 1736.

f) Ἁρμονίαν ponit pro ἁρμογή· nam ἁρμονία proprie muficae pars eft, ἁρμογή verbum artis fabrilis; vt et διαχάσκειν de afferibus male compaginatis et hiantibus. Ab eadem arte eft περιέῤῥειν, verbum de antiquo opere, cuius partes hic et inde dilabuntur. *Cas.* Hae funt παρερμηνείαι.

Pac. 499. et Lys. 1242. item ἤῤῥησε *abiit*, Ran. 1223. Vid. plura in Indice v. ἐῤῥεῖν. *Kuſt.*

558. (531. K. 534. Br.) Meminit huius loci Suidas V. *Κοννᾶς*, qui etiam more ſuo Scholiaſtae ſcrinia illic compilauit. Ad hunc autem locum Comici noſtri (quod obiter moneo) puto reſpexiſſe Heſychium, vbi ait: *Κόννις, ἀλείτης, πενίαν ἔχων, καίπερ ὢν ἄριστος.* Reſcribo: *Κοννᾶς, αὐλητὴς, πενίαν ἔχων,* (vel potius, *διὰ πενίαν μηδὲν ἔχων g*)), *καίπερ* etc. Nam Connam fuiſſe tibicinem eumque pauperem, licet ob praeſtantiam artis victoriam Olympiae reportaſſet, teſtatur h. l. Scholiaſtes *h*). *Kuſt.* Scr. *Κόννας.* Fueritne tibicen hic vel citharoedus idem cum eo, qui prouerbio originem dedit *Κόννου θρῖον* ſeu *ψῆφος*, de quo vid. ad Vesp. 675. an diuerſus, non plane liquet. Duos fuiſſe cenſet Kuſterus ad Suid. in *Κόννου ψῆφος.* Scholiaſtae vero ad Vesp. vnus fuiſſe creditur: *μήποτε δὲ οὐδέ ἐστι Κόννος, ἀλλὰ Κόννας, ὃν προσενεκτέον ὡς Μίδας.* Et ſane huic opinioni fauet loci ſententia. Nam *Κόννας*, de quo hic agitur, pauper erat, cui, licet ob praeſtantiam artis ab omnibus laudaretur, victoriasque publicas reportaſſet, nemo nihil quicquam dabat. Quapropter Bdelycleo patri in Vesp. ait: *Te quidem non pluris faciunt,*

---

g) Hanc correctionem recte repudiat Albert. ad Hes. T. II. p. 313. priorem occupauerat Florens.

h) Nam et iſte, cum eſſet in ſua arte praeſtantiſſimus; erat autem tibicen; in ſumma paupertate viuebat et nihil habebat ex arte ſua niſi corollas, quas victor in certaminibus muſicis ſaepe tulerat. De iſto exſtat parodia verſus cuiusdam Heſiodei: *ἔσθιε καὶ σῇ γαστρὶ δίδου χάριν, ὄφρα σε λιμὸς Ἐχθαίρῃ· Κοννᾶς δὲ πολυστέφανος νικήσει. Ede et ventri tuo gratificare, vt tibi fames infenſa ſiat: ceterum Connas iſte coronis onuſtus victor cluet.* Scholiaſtes etiam dicit, prouerbium eſſe illud: *στέφανον μὲν ἔχων δίψει δ' ἀπολωλώς.* In his autem Cratini notat bibacitatem, vt alibi etiam. *Bergl.* Prouerbium eſt Graecorum: *Coronam habet, ſed ſiti perit;* quod de iis dicitur, qui propter virtutem aut eruditionem laudantur et algent tamen: de quibus Iuuenalis illud recte vſurpaueris [VII, 81.]:

Gloria quantalibet quid erit, ſi gloria tantum eſt?

Dictum eſt primo in Connam quendam tibicinem, artis ſuae peritiſſimum, qui laudari ſolitus ab omnibus perpetua tamen egeſtate laborabat, vt nihil illi ſupereſſet ex arte, niſi corollae quas olim erat conſecutus. *Cas.*

quam pauperem Connam, cui nemo nihil dat: in iſtos vero munera conferunt. Brunck. δίψῃ [vt olim vulg.] Suſpicor potius δίψει legendum eſſe, vt in prouerbio, vbi et Schol. et Diogenian. 4, 26. et Vatic. Append. 1, 59. δίψει habent: tametſi ſcio, non minus graece dici δίψα. *Duck.* Notam Cratini bibacitatem perſtringit, vt et Pac. 700. Horatius Ep. I, 19. [1. ſs.]:

Priſco ſi credis, Maecenas docte, Cratino,
nulla placere diu nec viuere carmina poſſunt,
quae ſcribuntur aquae potoribus. —
Vina fere dulces oluerunt mane Camoenae.

Hanc in rem elegans exſtat Nicaeneti vel alius Horatio antiquioris poëtae epigramma, cuius meminiſſe videtur Maecenatis amicus, quum illos verſus ſcriberet [Analect. Brunck. T. I. p. 417. IV. ſ. Iacobs Anth. I. p. 206. qui cf. Anim. T. I. P. II. p. 230.]:

Οἶνός τοι χαρίεντι πέλει ταχὺς ἵππος ἀοιδῷ·
ὕδωρ δὲ πίνων οὐδὲν ἂν τέκοι σοφόν.
ταῦτ' ἔλεγεν, Διόνυσε, καὶ ἔπνεεν, οὐχ ἑνὸς ἀσκοῦ
Κρατῖνος, ἀλλὰ παντὸς ὠδωδὼς πίθου.
τοιγάρτοι στεφάνων δόμος ἔβρυεν, εἶχε δὲ κιττῷ
μέτωπον, οἷα καὶ σὺ, κεκροκωμένον.

Brunck.

539. (532. K.) *πίνειν ἐν τῷ Πρ.* Alludens ad mores Connae *πίνειν* poſuit pro *ἑστιᾶσθαι i).* Sic enim dicebant dignum eſſe aliquem, qui in Prytaneo veſceretur, non qui in Prytaneo biberet; ſed propter vinoſitatem Connae ita loquitur. Notum autem in Prytaneo bene de Rep. meritos fuiſſe ſolitos epulari. *Cas.*

540. *μὴ ληρεῖν.* Mirum poſuiſſe poëtam cauſam pro effectu. Significat enim, non debuiſſe hunc poëtam, ſcil. Cratinum, contemni et haberi neglectui. Contemtui habentur, qui aut aetatis vitio aut alia ratione creduntur delirare. Hic igitur poſuit *ληρεῖν k)* pro, *καταφρονεῖσθαι ὡς ληροῦντα.* Nam ſi propria no-

---

i) Pro *σιτεῖσθαι* aut *δειπνεῖν.* Hoc etiam in Cratini bibacitatem. *Bergl.*

k) *Παρὰ προσδοκίαν* vt multa eius generis ap. Noſtrum dictum eſt, pro, ridiculum ſe praebere, exponere aliorum riſui.

tione accipias, putidum ſit et ridiculum, reprehendi Athenienſes a poëta propter deliria Cratini. λιπαρὸς propr. eſt vnctus oliuo aut pingui: ſed vt Latini vngere et vnctiorem culinam dicunt de lautiore apparatu, ſic apud poëtas graece λιπαρὸς accipitur. παρὰ τῷ Διονύσῳ i. e. *in theatro*, inquit Schol: imo, vt videtur, in nobiliſſimo theatri loco. Nam in theatris discretae ſedes. Vbi autem imagines deorum collocabantur, ibi commodisſimus ad ſpectandum erat locus idemque honeſtisſimus. Theatrum Libero Patri conſecratum, vid. Tertull. *de ſpectaculis l*). *Cas.*

541. Hic Crates *m*) poëta dramaticus Athenis in aliqua fama fuit, quam magna induſtria conſeruauit, quum ſaepe ſtarent eius fabulae, ſaepe exploderentur. στυφελίζειν dicitur ventus, qui grauisſime incumbit in arbores et res alias, easque agitat *n*). Hic vero poëta στυφελισμοὺς appellat *exſibilationes*, quas in Attico theatro paſſus eſt Crates. *Cas.*

542. (535. K.) ἀπὸ σμικρᾶς δαπάνης. Pro σμικρᾷ τῇ δαπάνῃ. Sic ap. Heliod. Aethiop. VII. p. 329. ἀπὸ τῶν αὐτῶν σχεδόν τι ῥημάτων καὶ νοημάτων ἀπωλοφύραντο, pro, τοῖς αὐτοῖς ῥήμασι καὶ νοήμασι. Idem eod. libro p. 337. ἀπὸ γυμνοῦ τοῦ σώματος *nudo corpore*. Dio Chryſoſt. Or. LXV. p. 604. ed. Paris. gr. lat. ἀπὸ θαλλοῦ περιάγοντες τὰ πρόβατα, pro, θαλλῷ, *fronde oues circumducentes*. Idem Dio hac ipſa phraſi ἀπὸ σμικρᾶς δαπάνης vſus eſt Or. VII. p. 127. *Kuſt.* Obiter poëta mo-

---

l) Cratinus ambiguam Noſtri laudem excepit eo modo, qui egregium ſenis 97 annorum ingenium prodit. Vt enim doceret, nondum ſe vi poëtica ita carere, vt aemulus fingebat, anno poſt (Ol. LXXXIX, 1.) edidit comoediam, praemio ornatam, *Vini lagenam* inſcriptam, qua ſe ipſe perſtrinxit. v. Meurs. Bibl. Attica in Gronov. Thes. T. X. p. 1472. *Vuil.*

m) Scripſit ille, aequalis noſtro ſed tamen ſenior, Comicus non pauciores quam XC comoedias, auctore Suida. *Vuil.* Multae tamen fabulae, quae Cratinum (cuius hiſtrio primum fuit Crates) auctorem habent, Crateti tribuuntur. v. Heringa Obss. Critt. p. 295. Fabric. B. Gr. II. p. 428. ſs.

n) Photius Lex. στυφελίξαι interpretatur σεῖσαι, κακῶσαι, διῶξαι.

re ſuo irridet hunc Cratetem, de quo dici ſolitum, breves ipſum et non nimis ingenioſas fabulas docere. Propterea ait poëta, ipſum non magno ſumtu pauiſſe Athenienſes. Familiare eſt optimis ſcriptoribus ἑστιᾶσθαι et reliqua verba, quae conueniunt eſui aut potui, transferre ad voluptatem quae capitur, cum audimus recitari verſus aut aliquid quod placet. Ἀριστᾷν eſt *prandere*, ἀριστίζειν *prandium alicui exhibere.* Σμικρὸς idem ac μικρός. Amarunt iam olim veteres Graeci ſibilum huius litterae: inde eſt σμίσγειν pro μίσγειν et ſimilia in quibus σ vacat *o*). *Cas.*

543. κραμβοτάτου. Κράμβη, quae et Latinis *crambe*; inter delicias habuere veteres, quod vel prouerbium declarat. Nam cum vellent dicere, nihil tam gratum eſſe, cuius taedium non capiat; ſic ſaepius aiebant: Δὶς κράμβη θάνατος. Iuuenalis vertit [Sat. 7, 154. vbi v. intpp.] *occidit crambe repetita.* Inde igitur licentia Comica κραμβότατος pro *delicatiſſimus.* Sic apud Romanos, cum oculis nihil ſit carius, poëtae finxerunt nomen *oculiſſimus p*). Senſus autem eſt idem atque verſus Homerici de Neſtore, quo melle dulciorem fluere illi orationem dicit. Sed Ariſtophanes ſordidius de induſtria eandem ſententiam exprimit. Μάττειν *pinſere* eſt, hic pro *parare:* et μάττειν ἐπινοίας, ornare ſua ſcripta inuentionibus. *Cas.*

544. (537. K.) Ἀνταρκεῖν et αὐταρκεῖν verba affinia et ſono et notione, quae tamen distinguenda ſunt. Nam αὐταρκεῖν dicitur, cui nihil deeſt et qui ſua ſorte viuit contentus: ἀνταρκεῖν dicitur, qui etiam aduerſus difficultates luctans vincit tamen et ad extremum durat. *Cas.* τοτὲ μὲν π. τοτὲ δὲ — MS. Vat. Palat. ποτὲ μὲν — ποτὲ δὲ, eodem ſenſu. *Kuſt.* πίπτων. Translatum eſt ab athletis. Nam in lucta is vinci dicitur, qui cedit, et ab aduerſario deiicitur. Sic autem dicitur ſolitus Crates πίπτειν, i. e. ſuperari ab antagoniſtis in docendis fabulis, vt ap. Latinos *ſtare ſabula* dicitur, quae placet:

---

o) Cf. Maittair. de Dial. p. 394. ibique Sturz. Schaefer. ad Gregor. p. 500. De σμίσγειν dubitare licet.

p) Ap. Plaut. Curc. I, 1, 17. 2, 28. occurrit.

et eſt prouerbium, *ſtare recto talo*, de iis qui εὐημεροῦσι et munus ſuum recte obeunt. *Cas.*

545. ὀῤῥωδῶν. Canum vocabulum. Soliti quidam canes ex metu caudam motitare: id Graeci ὀῤῥωδεῖν dicunt ab οὐρὰ cauda q) et δέος *metus. Cas.*

546. (539. K.) Eſt locus elegantiſſimus, cuius mentio fit ap. Appian. I. de bell. civ. p. 681. ed. Toll. [c. 94. T. II. p. 131. ed. Schweigh. qui cf. in Not.] ὁ Σύλλας ἐπιγελάσαι λέγεται τῇ νεότητι τοῦ ὑπάτου καὶ εἰπεῖν· Ἐρέτην δεῖ πρῶτα γενέσθαι, πρὶν πηδαλίοις ἐπιχειρεῖν (Remigem fieri prius oportet quam gubernaculum capeſſas). Eodem reſpexit etiam Gregor. Naz. Or. XX. in Baſilium Magn. p. 335. vbi ait: Ἐπαινῶ δὲ ναύτην νόμον (nauticam legem) ὃς τὴν κώπην πρότερον ἐγχειρίσας τῷ νῦν κυβερνήτῃ κἀκεῖθεν ἐπὶ τὴν πρῶραν ἀγαγὼν καὶ πιστεύσας τὰ ἔμπροσθεν, οὕτως ἐπὶ τῶν οἰάκων καθίζει (gubernaculis praeficit), μετὰ τὴν πολλὴν τυφθεῖσαν θάλασσαν καὶ τὴν τῶν ἀνέμων διάσκεψιν. Locum hunc Gregor. Naz. obſeruauimus etiam iam ante ad Suidam V. Πηδαλιουχεῖν, vbi Grammaticus ille loci huius Ariſtophanei mentionem facit. His addi poteſt Claudianus *de Conſulatu Mallii Theodori*, qui ibidem locum hunc Comici noſtri ob oculos habuiſſe videtur, cum ita inquit [v. 42. ſs.]:

Ac velut expertus r) tentandis nauita remis,
Praeficitur lateri cuſtos; hinc ardua prorae
Temperat et fluctus tempeſtatesque futuras
Edocet: aſſiduo cum Dorida vicerit vſu,
Iam clauum totamque ſubit torquere carinam.

Kuſt. Elegans locus, quo poëta modeſtiam ſuam commendat, qui non repente prodierit poëta, vt ſolent multi, ſed longo ſtudio id conatus ſit aſſequi, vt auderet ſpecimen ſui populo Athenienſi praebere. Sermo allegoricus: loquitur enim tanquam de re nautica. Sic in

---

q) Imo ab ὄῤῥος extrema pars oſſis ſacri, vnde ὀῤῥωδεῖν contremiſcere, contrahere ſe, prae metu. Hemſterh. ap. Lennep. Etym. L. Gr. p. 514. Add. Valken. Anim. ad Ammon. p. 37.

r) Legitur nunc: *exſertus lentandis* nauita *tonſis*, vidd. ibi Gesner. et Burm. qui noſtri loci memores non fuerunt.

militia commendantur, qui per omnes gradus vsque inde a caligata militia ad tribunatus aut alios ducatus fummos peruenerunt. ἐπιχειρεῖν. Sedere ad clavum et gubernacula tenere non eft tantum virium corporis, vt remigem agere, fed huius, qui vfu didicerit, quemadmodum nauis regi debeat; et hic fecundus gradus conftituitur artis nauticae. Tertius fequitur τῶν πρωρατευόντων. Πρῶρα quafi πρόωρα dicta eft *s*); pars eft nauis anterior, ad quam qui fedent, fcopulos praeuident et alia nauigationum incommoda, ventos autem ifti fpectant *t*), vt ait poëta; quod hodie inventa pyxide nautica facillimum eft. Veteres in fumma harum rerum ignoratione verfabantur, vt eorum vel longisfimae nauigationes ludus fint et iocus prae noftris hodie. *Cas.*

548. (541. K. 544. Br.) κυβερνᾶν. Hic poftremus gradus ftatuitur rei nauticae. Solet nomen κυβερνήτης varie accipi, tam de eo, cuius maxime prouidentia navis regitur (de quo hic non fenfit), quam de eo, cuius eft nauis aut cuius fummum in nauim priuatam imperium i. e. qui fua pecunia nauim inftruit et exercet. *Cas.* τούτων οὕνεκα [vt ol vulg.] Fulciendi metri gratia γοῦν vel οὖν addendum eft poft τούτων. *Kuft.* Voculam γοῦν inferendam effe vidit Kufterus, quam abforpferat fequens fyllaba cum verfus labe. *Brunck.* qui ita edidit. Perperam Inv. recepit εἵνεκα e Rav., quod Atticis poetis non vfitatum eft, fed Ionicis. v. ad Plut. 329. Gregor. Cor. p. 452. ibique Baft. p. 898. f. Reftituendum igitur eft οὕνεκα, fed et γοῦν, quia οὖν οὔν. aures offendit.

549. σωφρονικὸς [vt Br. ed.] — fubaudi ἐστί. Vulgo σωφρονικῶς, quod cum ἐφλυάρει inepte connecteretur *v*). Defendi tamen poterat aliud verbum fupplen-

---

s) Variae vocab. originationes leguntur ap. Etym. p. 692. et Zonar. II, 1581. Add. Scheid. ad Lennep. p. 611.

t) De v. διαθρεῖν fpeculari, diligenter obferuare, v. ad Nub. 326.

v) Cum ἐσπηδήσας non melius iungi poteft.

do, *ἐποίει, ἔλεγε, προςῆλθεν,* quae Caſauboni *x*) eſt ſententia. Sed facile librarius hic labi potuit. *Brunck.*

550. (545. K.) *Αἴρειν* eſt, *tollere in altum:* dicitur de voce alta et contenta, vt cum remiges ſeſe inuicem hortantur mutuis acclamationibus. Id proprie dicitur *αἴρεσθαι τὸ ῥόθιον*. *Ῥόθιον* ſignificat aquae ſtrepitum vehementius fluentis aut agitatae *y*). Significat interdum ſonum, cum multi ſimul remi ſulcant aquas aut cum editur *κέλευσμα* a remigibus. Hic allegorice poëta de plauſu theatri loquitur, tanquam de ſtrepitu aquarum, et *ῥόθιον* pro plauſu accipitur, venuſta translatione. *Παραπέμπειν* eſt, deducere, comitari aliquem abeuntem. Videtur ſpecies prouerbii, quod dicitur a poëta, *παραπέμπειν ἐφ᾽ ἕνδεκα κώπαις* *z*) *proſequi aliquem remis* [XI.]; quod ſignificat, quam honeſtisſime comitari aliquem abeuntem. Cum respub. honorem alicui habere volebat, eo abnauigante iubebantur praefecti rei nauticae magno apparatu eum comitari et aliquantum proſequi. Eo alluſit Ariſtophanes. Per vndecim remos intellige vndecim naues *a*), vt ſaepe a parte totum intelligimus; vel fortaſſe intelligitur magna nauis, quae remis vndecim, vtrimque ſcil., hoc eſt 22., agitetur. *Cas.* Locum hunc citat et explicat Euſtath. ad Odyss. *E*, p. 1540. cuius verba adſcribam: *Τὸ δὲ ῥόθιον ἐπίθετον κύματος ῥοθοῦντος κατὰ ὀνοματοποιΐαν. οἱ δὲ μεθ᾽ Ὅμηρον τὸ ῥεῦμα οὕτω καλοῦσιν. οἱ δὲ ὕστερον Ἀττικοὶ τὴν σύντονον εἰρεσίαν οὕτω φασί· καὶ ῥοθιάζειν, τὸ ἐρέσσειν εὐτόνως. Ἐλέγετο δὲ ῥοθιάζειν καὶ ὅτε οἱ ναῦται ἐπὶ κώπαις*

---

x) *σωφρονικῶς*, temperanter, vt modeſtum decet. Deeſt autem verbum huic aduerbio coniungendum: inepte enim repetas ex ſeqq. *ἐφλνάρει*. Senſus eſt: *σωφρονικῶς προςῆλθεν ὑμῖν, modeſte accesſit ad vos. Cas.*

y) *Ῥόθιον καλεῖται παρὰ τὸν ῥόθον τὸν ἐκ τῶν κωπῶν ἀκουόμενον, ὅταν σφοδρῶς ἐλαύνωσιν.* Phot. Lex. p. 363. Idem: *Ῥόθιον, τὸ μετὰ ψόφου κῦμα ἢ ῥεῦμα.*

z) *ἐφ᾽ ἕνδεκα κώπαις* celeusma nauticum, quo inclamantur vndecim remiges. Ex Scholiis. *Bergl.*

a) Imo ſenſus eſt: fauſtisſima omnium ſpectatorum acclamatione proſequimini ſtrepitum laetum Lenaeorum. Ante Br. poſt *κώπαις* commate interpungebatur, vt ad *παραπ.* ſubintelligeretur *αὐτὸν* (poëtam).

δέκα τυχὸν ἢ καὶ πλείοσι παίοντες, εἶτα ἅμα παυσάμενοι, ὡς ἐκ συνθήματος ἅπαξ ἀνεφώνουν, ὡς καὶ νῦν ποτὲ γίνεται· καί ἐστι τοιοῦτον παρ᾽ Ἀριστοφάνει τό· Αἴρεσθ᾽ αὐτῷ πολὺ τὸ ῥόθιον, παραπέμψατ᾽ ἐφ᾽ ἕνδεκα κώπαις· τουτέστιν, εὐφημήσατε τὸν δεῖνα ῥοθιάζοντες ναυτικῶς. Senſus nimirum huius loci eſt: *Enixo poëtam fauore plauſuque ſecundo proſequimini. Kuſt.*

551. (544. K. 547. Br.) *θόρυβον χρηστὸν Ληναΐτην.* Sic vocat Ariſtophanes clamorem et plauſum ſecundum, quo populus Athenienſis Comicos, quibus delectabatur, Dionyſiis Lenaeis proſequebatur b). *Kuſt.* *θόρυβος* proprie inconditum vulgi clamorem ſignificat. Et quoniam plauſus in theatris tumultuarie excitari ſolet, pro plauſu accipitur. Sed poëta addit *χρηστὸν*, vt clamorem applaudentium diſtinguat a clamore exſibilantium. *Ληνὸς* eſt *torcular.* Fuit et locus prope Athenas *Ληνοὶ* dictus, quia ibi aliquando publicum torcular fuit, recente eo adhuc inuento: quare etiam celeberrimos ludos inſtituerunt, *Λήναια* dictos, quaſi dicas *feſtum torculariorum.* Feſtum fuit vindemiale, propterea Baccho ſacrum; vnde *Ληναΐτης θόρυβος* plauſus in Lenaeo agone a poetis excitari ſolitus. *Cas.*

554. (547. K.) *λάμποντι* c). Proprie Soli conuenit haec locutio. Nam cum eſt ſudum, exoritur ſol ſplendente facie, cum eſt vdum et caligine obtectum coelum, triſtis facies Solis. *Cas.* Senſus: nitens hilari fronte.

Στροφή. Pars Parabaſeos vocatur Stropha, vt ante dictum. Strophae vocantur cantica, quae cantantur cum certa corporis conuerſione modo in hanc modo in illam partem. Nam ſtropha habet oppoſitam antiſtropham. In hac ſtropha Chorus, qui ex Equitibus conſtabat, Neptunum celebrat, quem ſtulta antiquitas putauit equi inuentorem et rei equeſtris praeſidem;

---

b) Quia acta fuit haec fabula in Lenaeis ſeu Antheſteriis. Vide eruditam Ruhnkenii disputationem laudatam not. ad Ran. 216. *Brunck.*

c) Antea *κατὰ νοῦν πράττειν* eſt, ex animi ſententia aliquid perficere.

deinde illum orat, vt ſibi in inſtituto negotio et aſſerenda e manibus Cleonis Repub. adſit et faveat. *Cas.*

555. (548. K.) *῞Ιππιε d*). Ita apud Latinos Hippius i. e. Equeſtris colebatur; alio nomine *Conſum* dixerunt veteres Romani *e*). Nam et eumdem conſilii deum crediderunt atque in eius honorem ludos *Circenſes* conſtat primum inſtitutos. vid. Tertull. lib. de Spectac. [c. 5.]. *Cas.*

556. *Χαλκοκρότων*. Proprie hoc epitheton conuenit iis, qui ſonum aere cient, vt qui cymbala tinnire faciunt *f*); *κρότος* ſtrepitus; ſed equis hic tribuitur, quemadmodum apud alios poëtas celebrantur aeripedes equi. Inter laudes equi eſt, vngula firma eſſe et quae non facile noxam contrahat. Hinc bonos pede appellarunt *aeripedes*, non ſine alluſione tamen ad quosdam fabuloſos equos aeripedes in Colchide. Poſſunt ſic dici equi noſtri hodie, quorum ſoleae e ferro ſuppinguntur. Vetuſtiſſimos homines hoc ignoraſſe certum eſt. Meminit tamen Suetonius [Vesp. 23.] modi calceandi mulas, item Dio [LXII, 28. vbi cf. Reimar. II. p. 1024.] et aliquot e veteribus. *Cas.*

557. *χρεμετισμὸς hinnitus*, proprie eſt equorum vox. v. Sturz. de vocibus animalium Prolus. I. p. 17.

558. (551. K.) *῎Εμβολον* Graeci vocant *roſtrum navis*; caeruleum colorem *κυανοῦν*. Inde naues *κυανέμβολοι* quarum roſtrum caeruleo colore depictum. *Cas.*

559. *μισθὸς merces*, *φορὰ penſio*, *μισθοφόρος qui penſiones capit, mercenarius.* Naues mercenariae dicuntur vel quod mercenarios milites geſtarent, vel quod certae penſiones penderentur iis, qui ipſas regebant et agebant *g*). *Τριήρεις.* Factum nomen a *τρεῖς* et *ἐρέτης*. Naues quae habent ad ſingulos ſcalmos tres

---

d) Aeſchylus Sept. Theb. 133. *῞Ιππιος ποντομέδων ἄναξ Ποσειδῶν. Bergl.*

e) Vide Feſtus V. *Hippius* et *Conſus.*

f) Aliter *χαλκόκροτον φάσγανον* Eurip. Phoen. 1570. dicitur, aut *χαλκόκροτος Δαμάτηρ*, Pind. Iſthm. 7, 3.

g) Non recte Vuil. vertit: reichbeladene Schiffe.

remos, vocantur τριήρεις s. *triremes*; quae quatuor, τετρήρεις, *quadriremes*; quae quinque, πεντήρεις *quinqueremes*, et ita deinceps. *Cas.*

560. Significat, *curules ludos*, siue, vt Latini appellarunt, *Circenses* Neptuno fuisse sacros. Ad hos peragendos equi adhibebantur vel singulares vel iuncti, atque hi potissimum. *Cas.* λαμπρυνόμενοι ἐν ἅρμασιν (Br. dedit ἅρμασι) dicuntur, qui curribus splendent, se ostentant in illis certaminibus.

562. (555. K.) *Βαρυδαιμονεῖν* est, habere aduersum deum, i. e. miserum et infelicem esse. Hic elegans est locus παρὰ προσδοκίαν. Nam inter laudes iuuenum, curribus decertantium, absurde inserit hanc vocem, tanquam significans eos, qui huic studio operam darent, sumtibus miserrime atteri: magnorum enim sumtuum res erat, equos curules alere. Vide Prologum Nubb. *Cas.* Sorte iniqua dicit grauari eos qui alunt equos, nempe propter nimios sumtus. Est autem figura παρ' ὑπόνοιαν· cum enim dixisset, illorum certamina placere Neptuno, debebat intulisse εὐδαιμονούντων· nam, cui deus fauet, ille est felix, sed res ipsa cogebat eum dicere contrarium *h*). *Bergl.*

563. χρυσοτρίαινε. Alludit ad picturam Neptuni. Solebat enim pingi cum tridente in manu. *Cas.* De huius et sequ. versus descriptione dixit Porson. ad Eurip. T. I. p. 104. ed. Lips.

564. *Sunium* vocarunt promontorium agri Attici, vbi templum Neptuni, in quo vota faciebant, qui ex agro Attico soluebant. Ἀρᾶσθαι est *precari*: inde *Σουνιάρατος*, cui in Sunio fiunt vota *i*). *Cas.* Vide Schol. ad Avv. 869. et Eustath. ad Odyss. *Γ*, p. 1467. qui loci huius mentionem faciunt. Eustathius tamen obiter tantum locum hunc inspexisse videtur, quippe existimans, Comicum nostrum de Ioue hic loqui, cum de Neptuno haec intelligenda sint. *Kust.*

---

h) Post βαρυδαιμον. debebat comma poni, non, vt in edd. plerisque colon, aut vt in Lips. punctum. Nam quae sequuntur, arcte cohaerent cum v. 555.

i) Vtitur poëta hic pluribus epithetis, ad dithyrambicorum et tragicorum poëtarum morem factis.

565. Promontorium Euboeae fuit, dictum *Geraestus*. Ibi etiam colebatur Neptunus Geraestius. *Cas.*

566. *Φορμίωνι.* Hic aliquando inter duces Athenn. fuit et nobiles mari victorias retulit. Ideo dicitur Neptunus illi amicissimus *k*). *Cas.*

568. *πρὸς τὸ π.* f. *πρόσθε olim adiutor, assistens. Reisk.* [qua coniectura nihil infelicius.]

569. (562. K.) In hoc epirrhemate poëta carpit sui temporis proceres, qui in proeliis deposcendis nimii essent, quasi rempub. iuuarent, non vt boni ciues virtutis amore, sed vt rei faciendae studiosi, spe remunerationis. *Cas.*

570. Viros laude dignos Graeci vocant *λόγου ἀξίους*, vt Diodor. Sic. in praef. operis [I. c. 2.] obseruat. Sed Athenienses, qui patriam suam omnibus terris immensum praestare crediderunt, dicebant: *esto hac terra dignus*; pro praesta te fortem et dignum, qui Atheniensis dicaris. *Πέπλος* est *vestis*, et duobus modis accipi solet, vel notione generali, pro veste, vel angustiore, pro veste longa f. virili f. feminea *l*), vt toga vel palla. Hic vero longe aliter accipitur. Sciendum, innatum hoc esse mortalibus, vt gloriam immodice desiderent: itaque etsi prima facie nihil absurdius, nihil tamen frequentius in historiis inuenias, quam vt diuinos honores homunciones sibi vindicent; idque variis modis. Apud Romanos proprium fuit genus carminum, quae *Saliaria* dicebantur. His primo nefas habebatur, laudem hominum celebrare. Postea institutum est, vt carmini Saliari magnorum virorum nomina insereren-

---

k) Isto duce Athenienses praeliis naualibus rem bene gesserant; hinc ei Neptunum dicit esse amicum. *Bergl.* Intelligi videtur Phormio. Asopii filius, qui expeditioni aduersus Samum feliciter interfuit (Thuc. I, 117.), tum Ol 87, 4. Corinthios et Peloponnesios praelio nauali vicit (Thuc. 2, 84. f.), rursusque, dubio antea euentu (ib. c. 92. vbi cff. intpp.).

l) Proprie tamen est *τὸ γυναικεῖον ἱμάτιον*, Zonar. II. p. 1528. Sed primum videtur fuisse vestis totum corpus cingens et ambiens, quasi *περίπελος* a *πέλειν*. vid. Scheid. ad Lennep. p. 564.

tur. Simillime factum eſt Athenis in carmine Ithyphallico, vt narrat Athenaeus *m*). Sic cum moris eſſet Athenis peplum quotannis Mineruae conſecrare et in eius templum magna pompa deferre, in peplo illo depictae erant acu muliebri vel radio res geſtae Mineruae, puta, opera Ioui praeſtita in bello contra gigantes, item certamen cum Neptuno, et id genus. Ambitio hominum obtinuit, vt nomina bene de Rep. meritorum et res geſtae peplo illi intexerentur. Illuſtre teſtimonium hoc loco. Ait enim poëta, maiores dignos fuiſſe peplo *n*), i. e., quorum nomina *peplo* Mineruae insererentur. Meminit et Virg. in *Ciri* *o*). His gradibus eo ventum eſt, vt, cum ſuperare ſemper ſe inde ambitio, hinc adulatio certaret, tandem etiam homines dii facti ſint. Nota enim Romanorum ἀποθέωσις. Pepli Mineruae meminit Plautus Merc. *p*). Extat etiam liber *Ariſtotelis, Peplus* dictus, quem vir ſummus ita inſcripſit, ad peplum Mineruae reſpiciens. Continet enim elogia heroum Troianorum *q*). *Cas.*

571. (564. K.) φράττειν eſt *munire*, inde κατάφρακτος *vndique munitus*, et νάυφρακτος *munitus in naui*. Eſt periphraſis claſſis νάυφρακτος στρατός. *Cas.*

---

m) Vid. Carmen Ithyphallicum, Demetrio Poliorcetae cantatum, quum Athenis ad ſacra Cereris reuerteretur, illuſtratum ab *Eichſtadio* ſingulari Progr. Ienae 1806. fol.

n) Vide Meurſii Panathenaea cap. XVIII. *Brunck.* Probabile eſt, imagines ciuium praeclare meritorum, qui hoc honore digni haberentur, intextas ſ. acu pictas eſſe in ora ſacri huius veli ſiue aulaei, quod Panathenaeorum feſto, ſuper nauis quadam ſpecie, occultarum machinarum ope motae, expanſum per Ceramicum usque ad Eleuſinion vehebatur, tandemque in Palladis templo in acropoli aſſeruabatur. *Vuil.*

o) V. 21. ſs. vbi omnino vid. eſt Heynius.

p) I, 1, 67. vbi cfr. Intpp. Photius quoque Lex. p. 302. monet, pepli non tantum apud oratores, ſed etiam apud Comicos fieri mentionem.

q) *Ἀριστοτέλους Πέπλος* ſiue Ariſtotelis Epitaphia in Heroas Homericos: Fragmentum ab H. Stephano primum editum, nunc pluribus auctum epitaphiis, partim nuper editis partim nunc primum e cod. Harlei., Dunelmiae 1798. 8. (editore *Tho. Burgess.*)

572. Pleonasmum πανταχοῦ ἀεὶ illuſtrauit Porſon. ad Eurip. Phoen. 1422.

573. Emendationem verſus e cod. Rav. factam probauit Hermann. de Metr. p. 117. item Fiorillo ad Herod. Att. Reliq. p. 75. ſ. Scilicet ſpondeus in impari loco horum trochaicorum Ariſt. non facile occurrit niſi vbi locus corruptus eſt.

574. (567. K.) Locum hunc citat Suidas V. Ἠρίθμησεν, ſed vbi optimus MS. pro ἠρίθμησεν r) habet ἠρέμησεν (ab ἠρεμεῖν, *quietum eſſe*) prout legiſſe etiam videtur Scholiaſtes vetus ad h. l., vt ex interpretatione eius patet. Certe, quin lectio illa melior ſit, et vulgatae praeferenda, non dubito s). *Kuſt.* Non ſine ſpecie prouerbii ἀριθμεῖν poſuit pro, detrectare pugnam et quiduis aliud velle agere, quam manu ferire. Solent ignaui viſo hoſte quaerere effugia, ne pugnent, vt docet Theophr. περὶ δειλίας [c. 25. §. 2. edd. antiqq. ſ. c. 24. Schneid.]. Inter alia ſolebant, vbi pugnandum eſſet, hoſtibus numerandis tempus terere. *Cas.* Ἀμυνίας. Attica elegantia. Solent enim poëtae, propriis nominibus vti pro participiis t), vt Hector pro detinente, quia eſt ab ἔχω, et talia multa ap. Athenaeum. Sic ἀμυνίας pro ἀμύνων, vt, ſi quis latine dicat: *eſt Vincentius*, pro, *vincens* ſiue *vincit.* Senſus eſt, ſtatim illos viſo hoſte impetum feciſſe. *Cas.* Huiusmodi acumina e nominibus propriis antiqui multis locis vſurparunt. v. Caſaub. ad Athen. lib. 3. c. 20. His defendi poteſt Menagius aduerſus Bailletum, eiusmodi alluſiones frigidas vocantem et ab antiquis reiectas eſſe: de quo Menag. T. I. Antibaill. c. 48. Suidas Schol. verba deſcripſit in ἀμυνίας. *Duck.*

---

r) Non curabant numerum hoſtium, an ſint multo plures quam ipſi; vt in Marathone praecipue. *Bergl.* Aut ἠρέμησε aut ἠθύμησε legi vult *Reisk.*

s) Ap. Zonar. tamen II, p. 1106. ſine codd. varietate legitur ἠρίθμησεν et explicatur ἀπεδειλίασε. Quod ſi plura eſſent bis editae fabulae veſtigia, coniici poſſet ex duplici editione eam varietatem fluxiſſe. Sed multo ſignificantius eſt ἠρίθμησεν.

t) Nomen proprium pro participio, vt v. 612. Νικόβουλος. *Bergl.*

575. (568. K.) Loci huius meminit Suidas V. Ἀπεψησάμην. *Kuſt.* πέσοιεν ἐς τὸν ὦμον. Eſt allegoria, petita a palaeſtra. In lucta varii ſunt caſus: eſt qui vocatur caſus in humerum, cum aliquis vi antagoniſtae deiicitur ſic vt humero terram tangat, quae non erat plena victoria; et vocabant hunc caſum Graeci ψευδόπτωμα, quaſi dicas, *falſus caſus.* Ita legendum in Schol., non ψευδόπωμα. v. Suid. *Cas.*

576. (569. K.) ἀπεψήσαντο, abſtergebant puluerem. Loquitur autem quaſi de luctantibus in palaeſtra allegorice. Aliter Demoſthenes idem dicit in Olynth. I. [p. 12. T. I. Reisk.] ἵνα ταῦτ' ἐπανορθωσάμενοι τὴν ἐπὶ τοῖς πεπραγμένοις ἀδοξίαν ἀπορριψώμεθα (vt his vitiis correctis impreſſam ob res ſic adminiſtratas infamiae notam deleamus). *Bergl.* ψᾶν eſt *tergere*, inde ἀποψᾶν *abstergere.* Eſt vero hic quoque alluſio ad morem palaeſtrae. Nam qui terram humero tetigerant, ſollicite eam partem abstergebant et factum negabant. Sic, inquit Ariſtophanes, ſiquando in bellis fortuna aduerſa vterentur Athenienſes, ſtatim nobili aliquo facinore eam maculam deletum ibant. *Cas.* ἠρνοῦντο μὴ πεπτωκέναι. Excidit, vt opinor, librariorum incuria vocula. Scripſerat ſuo more Comicus: εἶτ' ἠρνοῦντο μὴ οὐ πεπτωκέναι v). Sic Ran. 695. κοὐ δὲ ταῦτ' ἔγωγ' ἔχοιμ' ἂν μὴ οὐ καλῶς φάσκειν ἔχειν. Carbonarii Acharnenſes v. 319. τί φειδόμεσθα τῶν λίθων, μὴ οὐ καταξαίνειν τὸν ἄνδρα τοῦτον ἐς φοινικίδα; Et ſic paſſim poëtae Attici. Sophocles init. Oedipi T. δυςάλγητος γὰρ ἂν εἴην, τοιάνδε μὴ οὐ κατοικτείρων πόλιν. *Brunck.* in Suppl.

577. διαπαλαίειν eſt, conſtanter pugnare, donec adverſarium deieceris. *Cas.*

578. σίτησιν ᾔτησ'. Alludit ad morem Athenn. alendi in prytaneo bene meritos de Repub., quem hono-

v) Scilicet cum coniunctiuo et optatiuo et indicatiuo ad rem cum dubitatione affirmandam, μὴ, ad negandam cum dubitatione, μὴ οὐ dicitur: cum infinitiuo autem et participio et imperatiuo ad rem certo negandam μὴ, ad certo affirmandam, μὴ οὐ vſurpatur; quam legem propoſuit et illuſtrauit Hermann. Comm. de ellipſi et pleonasmo, in Wolfii et Buttmanni Muſeo Antiq. Studiorum I, I, p. 211. ſs.

rem nimis promifcue peti concedique fua aetate indignatur poëta. *Κλεαίνετον x*). Hic Cleaenetus auctor legis fuerat, qua fraenabantur publicae σιτήσεις. Qui igitur eo afpirabant, ambitiofis precibus eum demulcebant. *Cas.*

579. (572. K.) Inter honores, qui viris fortibus decernebantur, praemii loco fuit et ius προεδρίας, quafi dicas, *ius praefidendi*, fiue *fedendi ante alios*. Hoc ius vim hanc habuit, vt in theatris et publicis aliis locis eo praediti poffent quemuis *excitare* (nifi effet par dignitate) et eius locum occupare. *Cas.* Vide Cafaub. ad Theoph. Char. περὶ ἀρεσκείας [c. 5.] p. 164. [70. ed. Fifch.]. *Kuft.*

582. (575. K.) καὶ πρός. Praepofitio haec aduerbiafcit; aduerbiafcunt et aliae, fed quae indicium translationis faciunt accentu mutato, fi fint difyllabae, vt ὕπερ, ὑπέρ. *Cas.* πρὸς οὐκ αἰτοῦμεν diuulfum eft per tmefin pro οὐ προςαιτοῦμεν. *Reisk.* τοσουτονὶ μόνως [vt ol. vulg.] Scribe τοσουτονὶ μόνον, vt habet MS. Vat. Palat. *Kuft.* Sic (μόνον) tres codd. Vulgo μόνως. *Brunck.*

584. (577. K. 580. Br.) Loci huius meminit Schol. ad Nub. v. 14. et 120. *Kuft.* *Μὴ φθονεῖθ'.* Sic etiam Suidas in κομᾷ. At ego puto hoc non conuenire rationi linguae graecae, quae hic vel fubiunctiuum vel infinitiuum exigit *y*). Itaque magis probo, quod habet Schol. ad Nub. 14. μὴ φθονῆθ'. Ibid. v. 120. φθονείτω longe vitiofius. *Duck.* κομᾶν eft, *comam gerere;* quod duobus contrariis modis fieri folebat, contra communem vitae vfum. Nam et qui in luctu erant, comam alebant: propterea in *Nebulis* et faepe alibi philofophi inducuntur κομῶντες, i. e. fqualentes, vt qui erant in luctu. Sed et qui mollius viuebant, deliciarum caufa comam alebant. Ideo petit equefter ordo, vt fibi liceat κομᾶν, i. e. mollius viuere. *Cas.* ἀπεστλεγγισμέ-

---

x) Hic auctor legis fuerat, quae publicum in Prytaneo cibum ducibus adimebat, vt eft in Scholiis. Patrem Cleonis Cleaenetum dicit Thucyd. Lib. III. [c. 56.] et IV. [21. f.]. *Bergl.*

y) Neutro opus. Imo μὴ cum Imperat. praef. Indic., fed cum Coniunct. aor. ftruitur, fi quid prohibetur. v. Matthiae Gramm. gr. p. 716. et 729. quosque laudat.

νοις, id eſt, ἀποξυομένοις *ſtrigili deterſis*, ſeu potius, vt id de coma etiam intelligatur, λιπαρὰν καὶ διακεκριμένην τὴν κόμην ἔχουσι, vt fere loquitur Plutarchus in Lycurgo, laudatus Sam. Petito ad Leg. Att. p. 662. Poſſit etiam accipi pro ἐστεφανωμένοις, ſiquidem στλεγγὶς coronamenti genus quoddam z), ſeu capitis ornamentum appellatur, de quo vide Caſaub. ad Athen. p. 952. *Brunck.*

585. (578. K.) Haec *ſtropha* reſpondet ſuperiori et genere verſuum et modulo eorumdem: propterea *antiſtropha* vocatur a). Equitum chorus hortatur Mineruam, vt velit adeſſe incepto. Vocatur Minerua *Πολιοῦχος*, et generali cognomine, quia, vt ait Virgilius [Ecl. 2, 61. ſ.], *Pallas, quas condidit arces, Ipſa colit;* non vt Diana, quae erat ſiluarum dea aut montium: ſed et peculiari epitheto colebatur Athenis hoc cognomine a πόλις et ἔχω b). Pallas autem dea armorum perita fingebatur; ideo ſic dicta a πάλλω. *Cas.*

586. Quare vocat Athenas ſanctisſimam vrbem? Quia et in vniuerſum vrbibus id nomen conuenit, quae magna cum religione inſtituebantur et fundabantur. Sed et alia ratio eſt: nam Athenis fuit quaſi hoſpitium omnium numinum. In aliis vrbibus certi dii colebantur, qui vocabantur dii patrii aut dii tutelares. Athenas vocarunt veteres publicum omnium deorum hoſpitium. Imo etiam, ne qui deus maneret incultus, quos

---

z) στλεγγὶς eſt *ſtrigil*, inſtrumentum Graecis et Plauto cum ampulla iungi ſolitum in mentione eorum, qui ad balneas veniebant. Ideo ſenſus eſt, petere Equites, vt ſibi liceat balneis ſaepius vti pace facta. Nam qui ad balnea itabant ſaepius, non ſine inuidia publica hoc faciebant. Eſt etiam στλεγγὶς genus coronamenti, de quo Athenaeus lib. vlt. et fortaſſe de eo praeſtat hic accipere. *Cas.* Loca, ad quae Caſaub. [in prioribus] reſpicit, videntur eſſe Ariſtoph. ap. Scholiaſtem et Plauti in Sticho [I, 3, 77.] et Perſa [I, 3, 44.] vid. Thes. Rob. Stephani. *Bergl.* Locus Athenaei eſt XV, 4. p. 454. T. V. ed. Schweigh.

a) Hanc conuenientiam vtriusque tollit alia verſuum deſcriptio ab Inv. male e Rav. recepta.

b) Vid. ad v. 586. (593.). Dicitur autem ἀπὸ τοῦ ἔχειν τὴν πόλιν. In Thesm. 1151. de Pallade: ἣ πόλιν ἡμετέραν ἔχει. *Bergl.*

non norant ſub titulo Dei incogniti colebant, vt ex *Actis Apoſt.* clarum eſt *c*). *Cas.*

587. καὶ ποιηταῖς. Eſt verum, tempore Ariſtophanis ſolam hanc ex vrbibus Graeciae poëtas tuliſſe, qui quidem alicuius momenti eſſent. Spartani negligebant ſtudia; Thebae Boeotiae vulgo credebantur alieno eſſe ingenio a litteris, quod prouerb. teſtatur: *Sus Boeotica. Cas.*

589. μεδέουσα χώρας. Infra 759. (773.) τῇ μὲν δεσποίνῃ Ἀθηναίῃ τῇ τῆς πόλεως μεδεούσῃ εὔχομαι. *Bergl.*

592. (585. K.) Ex his verbis Chori colligo hoc drama prodiiſſe, cum nondum depreſſi fuerant Athenienſes malo ad Megara ſucceſſu et clade ad Delium accepta, (quae infortunia euenere octauo belli Pelop. anno), ſed adhuc victoria elatos fuiſſe μεγαλαυχῶντας. Ideo ante octauum belli annum prodiit haec fabula; quod firmat Scholiaſtis epochen de Stratocle archonte. *Palmer.* [Exercc. p. 726.]

593. Νίκην. Intellige deam Victoriam, quam veteres volucri facie pingebant, ſed ſine alis, ne a ſe auolaret *d*). *Cas.* Hic Victoriam distinguit a Minerua, vt alias etiam distinguitur; ſed Sophocles Philoct. 134. ipſam Mineruam vocat Victoriam: Ἑρμῆς δ' ὁ πέμπων δόλιος ἡγήσαιτο νῶϊν, Νίκη δ' Ἀθηνᾶ πολιάς, ἣ σώζει μ' ἀεί *e*). Vbi Scholia: Πολιὰς, πολιοῦχος· οὕτως ἡ πολιοῦχος Ἀθηνᾶ Νίκη καλεῖται ἐν τῇ Ἀττικῇ. *Bergl.* Χορικοὶ ſunt homines occupati circa chorum. Chori autem pars praecipua apparatus ad docendas fabulas. Inde igitur

---

c) Ἀγνώστῳ θεῷ Act. 17, 23. ad q. l. cfr. Intpp., vt Heinrichs et ſcripta Anſelmii (Mém. de l'Acad. d. Inſcr. IV. p. 590. ſs. atque cum additt. Heynii in Abhh. u. Auszügen der k. Akad. d. Inſchr. Das griech. Alterthum I, p. 102. ſs.) Eichhornii (über den unbekannten Gott zu Athen, Bibl. d. bibl. Litt. III, 413. ſs.) et Torkill. Badenii (diſſ. Arae deo ignoto dicatae, Havn. 1787. 4.)

d) Cfr. omnino *Böttigeri* Comm. de Victoria, praemiſſa ephemeridibus litter. vniuers. a. 1803. vol. II.

e) Vid. ad eum locum Brunck. et Voss. Mythol. Briefe II, p. 32.

histriones, poëtae, imo ipse choragus denotantur hac voce. *Cas.* ἢ χορειῶν legi vult *Reisk.*

594. στασιάζει. Improprie ponit pro *stare a partibus alicuius f*). Proprie enim est, *seditionem in vrbe facere. Cas.*

595. (588. K.) φάνηθι. A consequenti positum pro, *videre g*). Nam φαίνεσθαι est *videri, cerni in aliquo loco. Cas.*

596. πάσῃ τέχνῃ. Locutio prouerbialis, qua vtimur, cum significare volumus, aliquid necessario esse faciendum *h*). Πόρος est ratio aliquid faciendi: πορίζειν est, praebere alicui facultatem faciendi. Generaliter pro *tradere* ponitur. *Cas.*

599. (592. K.) Quod sequitur *antepirrhema* est totum licentiae poëticae. Inducuntur Equites suos equos dilaudantes et praemia illis poscentes. Quorsum hoc? Poëta traducere voluit Equites ipsos, qui amore equorum caeco ferrentur et saepe non minus eos curarent diligenter, quam homines ipsos *i*). Quid mirum? cum certum sit, equestris rei studiosos multos mire hac parte insaniisse, eos praesertim, qui equos ad Circenses ludos alerent, quibus quidem saepe legimus βραβεῖα concessa; item his defunctis sepulturae tributum honorem et inscriptionis magnificae: vt taceam de Caligula, qui *Incitatum* equum suum in praesepi aureo aluit, eidem ornamenta consularia decreuit, facturus breui Consulem secum, si vixisset. Vide Suet. [Calig. 59.] et Dionem [LIX, 14. extr.]. ξύνισμεν. Notat Scholiastes de industria vti hac voce, quasi occurrentem obiectioni. Videntur enim et sunt reuera quae hic dicuntur ficta. Chorus tamen, vt fidem illis faciat, ait

---

f) Imo est, *dissidere ab aliquo, aduersari ei, non fauere.*

g) *Conspicere,* h. e. *adesto.*

h) Valet: quouis modo, omnibus rationibus.

i) Vuil. existimat potius, poetam Atheniensibus occulto modo obiicere, quod in expeditione contra Peloponnesios, propter defectum naualium et pedestrium copiarum, debuerint equitibus vti, quorum quidem proprie non fuerit ea militia.

ſe dicturum ea, quorum ſit conſcius. Ea enim eſt ſignificatio vocis. *Cas.*

600 πράγματα. Generaliter haec vox res et negotia ſignificat. Hic non male vertas *bella:* nam obtinuit, vt πράγματα ſic κατ᾽ ἐξοχὴν vocarent. *Cas.*

601. (594.) Verbum συνδιαφέρειν ſignificat, communi opera cum alio perferre aliquid: ponitur pro *iuvare.* Ἐςβολαὶ ſiue εἰςβολαὶ ſunt impreſsiones, quas hoſtes faciunt in hoſtilem terram. Nam εἰςβάλλειν dicitur exercitus, qui facit impetum huiusmodi. *Cas.*

603. (595. K.) Tangit hiſtoriam quam narrat Thucyd. l. IV. [c. 42. ſ.] quando Athenienſes in agrum Corinthiorum claſſe vecti impreſsionem fecerunt circa Solygium collem cum duobus armatorum millibus et ducentis equitibus, in hippaginibus vectis, quorum praecipue opera Corinthios pepulerunt loco et tropaeum ſtatuerunt. Hoc factum eſt poſt expeditionem ad Pylum in fine aeſtatis anni ſeptimi belli Peloponn. Sic ex iis, quae ſcripſimus ad v. 592. et ex iis quae praeceſſiſſe hoc loco notamus, emergit notitia temporis huius didaſcaliae, nempe ſub finem anni 7. belli Pelop. Stratocle archonte, in Lenaeis. Haec *Palmerius* [p. 726. Exercc.]. Quibus addo locum hunc vocis κώθων gratia citari ab Athen. XI, 10. p. 483. *Kuſt.* Naues Graecorum varie nominantur, ſiue a menſura, quam capiunt, vt *chiliagogi*, *myriagogi*; vel a re, cui ſunt deſtinatae, vt σιταγωγοί, quae deferunt τὸν σῖτον, i. e. frumentum. Sic et illae naues, quibus vtebantur in transuehendis equis, quibus poſtea vtebantur in terra, gr. ἱππαγωγοὶ *k*), lat. *hippagines. Cas.*

604. (597. K.) Veteris militiae mos fuit, vt miles omnia ſibi neceſſaria ſecum portaret. Multa Virgilius et alii Latini de milite Romano; ſed et Graeci idem fecerunt. Propterea poëta fingit iſtos admirabiles equos in militiam profecturos more militiae viaticum ſibi comparaſſe, h. e. ſupellectilem neceſſariam victus ca-

k) Zonar. II. 1116. ex h. l. ἱππαγωγούς. τὰς ἵππους καὶ ἄνδρας ἀγούσας ναῦς, vbi cf. Editor et Weſſeling. ad Diod. S. I. p. 406.

ſtrenſis, cuiusmodi ſunt allia, caepe, laridum et id genus; de quibus ſaepe in Codice ſit mentio. Supellectilem denotat vnius *Cothonis* nomine. Eſt vero *κώθων l*) poculi genus, Laconici inventi, artificii peculiaris, vſus multiplicis. Eius deſcriptionem vide ap. Plutarch. in Lycurgo [c. 9, 4. vbi cf. Leopold.] et ap. Athenaeum [XI, 10. p. 290. T. IV. ed. Schw.]. *κρόμμυα.* Proprium eſt caepis et quibusdam aliis paris acrimoniae, vt oculis noceant; caepae etiam lacrymas cieant: vnde nomen graecum. Nam *κρόμμυον* dictum, quaſi *κόρας μύων*, i. e. pupillas oculi conniuere ſiue claudere faciens *m*). *Cas.*

606. *ἐμβαλόντες.* De remigantibus etiam Ran. 206. *πῶς δυνήσομαι — ἐλαύνειν*; deinde alter: *ῥᾷστα — ἐπειδὰν ἅπαξ ἐμβάλῃς. Bergl.* *ἱππαπαί.* Nautica eſt acclamatio *n*), ſeu celeusma, quo ſe remiges inuicem adhortabantur, *ῥυππαπαί.* Ran. 1073. *Ῥυππαπαὶ εἰπεῖν.* Inde in Vesp. 909. tota naualium ſociorum multitudo hoc nomine appellatur: *δεινότατα γὰρ ἔργων δέδρακε κἀμὲ καὶ τὸ ῥυππαπαί.* Hic autem, quia ipſos equos remigaſſe ait, celeusma eis tribuit, ab illorum nomine fictum, *ἱππαπαί. Brunck.*

607. (600. K. 603. Br.) *ληπτέον μᾶλλον.* Ridicule haec dicuntur, et iocus referendus ad vocem praecedentem *ἐμβαλεῖν.* Nam quaſi illa vox ſignificaret *dare*, iocoſe hanc veluti correctionem inſerit, quaſi dicat: immo capiendum potius, quam dandum *o*). *Cas.* *Οὐκ ἐλᾷς ὦ Σαμφόρα p*); Equus equum ſic compellat. Ver-

---

l) Scholiaſtes ad l. l. et ad Pac. 1094. *ἐπειδὴ μεριστὸν ὕδωρ* (dispartitam aquam) *ἐλάμβανον οἱ ναῦται, κώθωνας εἶχον* (pocula ſic dicta). *Bergl.* Photius Lex. p. 144. *Κώθων, ποτήριον Λακωνικὸν στρατιωτικόν. καὶ κουρᾶς εἶδος.* (E quibus poſtremis Zonaras II. 1236. h. v. emendandus eſt.)

m) v. Etym. M. p. 540. et Zonar. II. p. 1257.

n) Scholiaſtes: *dum de equis loquens dicit ἱππαπαὶ* (quod eſt ab *ἵππος, equus*) *alludit ad ῥυππαπαὶ, quae eſt acclamatio nautica.* vide in Ran. 1099. *Bergl.*

o) Non recte haec ita explicantur. Senſus eſt: quis remis incumbet? remi ſunt magis capeſſendi (fortius tractandi).

p) Iisdem his verbis, ſed diuerſo ſenſu, vſus eſt rurſus in Nub. 1298. *Brunck.*

bum *ἐλαύνειν* de equo neutraliter vſurpatur Nubb. 1302. *ὕπαγε, τί μέλλεις; οὐκ ἐλᾷς, ὦ Σαμφόρα;* alias de auriga, equos agitante, actiue; ibid. 1276. *ἵππους γ' ἐλαύνων ἐξέπεσον.* Hic in Eqq. in praeſenti loco de remigatione; vnde etiam *κωπηλατεῖν* ab hoc verbo. Sic *ἐλαύνειν ναῦς* infra 1179. *Bergl.* Verbum antiquum *ἐλάω*, quod ſignificat, incumbendo aut tundendo agitare. Eſt vero praeſens (*ἐλᾷς*) pro futuro. Equis nomina imponebantur. Inter alia fuit hoc *Σαμφόρας*. Sic appellabantur equi, quorum femori inſcripta erat littera *Σ*. Nam veteres, quod poſtea appellatum eſt *σίγμα*, dixerunt *σάν*. Sic, quibus inuſta erat littera *K*, eos vocabant *Κοππατίας*, vt initio *Nebularum. Cas.*

608. *Ἐκπηδᾷν* eſt, de aliquo loco in alium exſilire. Hic vero alludit ad expeditionem Athenn. in Corinthios. *Cas.* *Εἰς Κόρινθον.* Poſt res apud Pylum Demoſthenis et Cleonis auſpiciis geſtas, de quibus in hac comoedia pasſim fit mentio, Athenienſes ſtatim expeditionem in Corinthios ſuſceperunt. Thucydides Lib. IV. [c. 42.]: *ταῦτα μὲν τὰ περὶ Πύλον γενόμενα. τοῦ δ' αὐτοῦ θέρους μετὰ ταῦτα εὐθὺς Ἀθηναῖοι ἐς τὴν Κορινθίαν ἐστράτευσαν ναυσὶν ὀγδοήκοντα καὶ δισχιλίοις ὁπλίταις ἑαυτῶν, καὶ ἐν ἱππαγωγοῖς ναυσὶ διακοσίοις ἱππεῦσιν. Bergl.* *οἱ νεώτεροι.* Cum fingat iſtos equos milites eſſe, illud ſimul affingit equis, iuniores eorum officio calonum functos. *Calones* Latini vocant, ſiue *caculas*, famulos militum, qui ipſis neceſſaria deferebant et cibos parabant. *Calo* vox originis graecae. *Κᾶλον* vocant lignum ſiccum. Sic proprie dicti qui ligna gerebant. *Cas.*

609. (602. K. 605. Br.) *μετ. στρώματα.* Friſchlinus: *relictis ſtragulis.* Imo: *ibant petitum ſtragula q). Kuſt.* *μετῇσαν.* Sic recte membr. pro *μετῄϊσαν*. Perperam vulgo, redundante ſyllaba, *μετῄεσαν r). Brunck.*

610. *παγούρους.* Sic dicti quidam e genere *Can-*

q) Ibant ad ferenda ſtragula, i. e. arceſſebant. In Acharn. 728. *ἐγὼ δὲ τὴν στήλην — μέτειμι.* Sic *μετελθεῖν, μεθήκειν, μεταστείχειν, μετατρέχειν*, ire, currere ad aliquem adducendum vel aliquid ferendum. Vide Pac. 261. *Bergl.*

r) Ita, non *μετῄϊσαν* vt in not. Inv. dictum, olim lectum eſt.

erorum s), ab acuta cauda. Eſt vero ridiculum equos veſci *paguris*, ſed ridet poëta, vilitatem caſtrenſium ciborum denotare volens. Herba Medica in deliciis eſt equis. *Cas.* Ἀντὶ πόας [vt ol. vulg.]. Vt verſus fulciatur, ſcribendum eſt ἀντὶ ποίας, vt et poſtea in cod. Vat. Palat. ſcriptum reperi. *Kuſt.* Sic bene tres codd. Mendoſe in impreſſis πόας. *Brunck.* Kuſt. ποίας e MS. ποιᾶς ſcribendum docet Etym. M. h. v. et alibi *t*). Μηδίκη quoque ſcribendum tradit Euſtath. ad Od. Ω, p. 1967, 27. ad differentiam nominis gentilis Μηδικὴ, item Cyrillus. Sed vulgata ſcriptura retineri poteſt, quod poëta ei addit ſubſtantiuum. Heſych. Μηδικὴ, πόα ἡ τρίφυλλος. Soping. corrigit Μηδίκη. Nihil neceſſe eſt. Mutanda tantum distinctio et ſcribendum *v*): μηδικὴ πόα, ἡ τρίφυλλος. Sic Strabo l. 11. p. 525. Μηδικὴ βοτάνη et Steph. in Μηδία. De Medica porro vid. Victor. ad Varr. p. 131. vbi etiam h. l. laudatur. *Duck.*

611. Ἕρπειν proprie eſt reptilium. Dicitur et ſimpliciter pro *ire*, et ἐξέρπειν pro *exire*. Abutitur voce θύραζε, quae proprie ſignificat *extra fores*. Hic pro, extra aquas maris, ponitur. *Cas.*

612. (605. K. 608. Br.) ὥστ᾽ ἔφη. Ita recte edd. Iuntae et Farrei et Brubachii, non ἔφθη, quod ex Aldina nuper [in Kuſt.] retentum *x*). *Bergl.* ἔφη. Sic bene membr. vt etiam Bern. Iunta edidit, non aliter fe-

---

s) Meerkrebs, Taſchenkrebs, apud Italos quoque *paguro* dictus. Cf. Oppian. Hal. 1, 285. Camus ad Ariſtot. Hiſt. An. II. p. 162. Vnde dictus ſit, docent Etym. p. 646. et Zonar. II, 1495.

t) At ποιά dicitur ὁ ἐνιαυτός. v. Etym. p. 677. et Zon. II. 1563.

v) Quod confirmat Photius Lex. p. 195. Caeterum nobis dicitur Luzerne (eine Kleeart). Cf. Intpp. Varr. R. Ruſt. I, 42.

x) Φθάνω variis modis vſurpatur a Graecis, ſed nullum genus loquendi apud eos inuenio, quod huic ſimile ſit: Θέωρος ἔφθη εἰπεῖν καρκίνον. Puto veram eſſe lectionem, quam adfert Caſaub. ὥστ᾽ ἔφη, quod Schol. exponit ἔγραψε. De Theoro nihil praeterea compertum habeo. Suidas in Θέωρος deſcribit Scholiaſten. Poëta Nubb. 399. Theorum perſtringit, vt periurum. *Duck.*

rente nec ſenſu nec metro. Inepta eſt Aldina lectio *ὥστ᾽ ἐφθη*. Illud in nouisſima Bataua reponi debuit ex Bergleri ſententia, quod non animaduertit ille, qui editionem curauit. *Brunck.* *Θέωρος*. Scholiaſtes dicit, hunc tanquam moechum perſtringi et *ἰχθυοφάγον* et improbum, et in Corintho verſatum eſſe propter meretrices quae ibi erant plurimae; itaque audire ibi potuit quid dixerit Cancer Corinthius. Sed magis placet, quod ibi additur de Theoro iſto: *Idem iſte erat et adulator; haec ergo dicit forte adulans Equitibus.* Vide in Vesp. 45. *Καρκίνον* y). Scholiaſtes: *Tangit quendam Carcinum dictum hominem; propterea enim* (v. 614.) *ἱππέας equites et non ἵππους equos dixit.* Nempe Carcino iſti tanquam improbo homini infenſus videtur fuiſſe ordo equeſtris. Sed ſatius eſt, per cancros intelligi Corinthios, vt per equos intelliguntur Athenienſium equites z). *Bergl.*

614. (610. Br.) *μήτε γῇ μήτ᾽ ἐν θαλάττῃ.* Sic ad metri legem ſcribi debuit. Perperam vulgo, claudicante metro, *μήτ᾽ ἐν γῇ.* Sic Acharn. 533. *ὡς χρὴ Μεγαρέας μήτε γῇ μήτ᾽ ἐν ἀγορᾷ, μήτ᾽ ἐν θαλάττῃ μήτ᾽ ἐν ἠπείρῳ μένειν.* Vbi eodem librariorum errore, corruptis ver-

---

y) Duo hic ſimul traducuntur, Theorus, poëta inops, et Carcinus quidam, ciuis Athenienſis, quem conſtat inuiſum fuiſſe Equitibus. Ait igitur poëta Theorum inſulſum hominem. Carcini huius in nomine alludit ad paguros, quos ſuperiori verſu dixit vorari ab equis, qui conqueruntur ſe in omni loco infeſtos Equites experiri. Eumdem vocat Corinthium, vt ſolitum in eam vrbem commeare amore meretricum: nam ea aetate Corinthus commendabatur eo potisſimum nomine. *Cas.*

z) Itaque nec maiuscula littera *Καρκίνον* ſcribendum. Mira eſt *Reiskii* animaduerſio ad h. l. „Suſpicor Corinthios ridicule et *par un ſobriquet* cognominatos fuiſſe *cancros*, quacunque tandem de cauſa, vt Boeotorum elogium fuit, *ſues*. Forte ob *λειπομαχίαν*, de qua Herodotus et Plutarchus de malign. Herodoti. Non inſolens veteribus fuit neque hodie eſt, integris gentibus nomina talia inuidioſa et minus honorifica imponendi. Sileſii aliquando audiebant *Eſelfreſſer*, Thuringi *Heringsnaſen*, Scoti Anglis *formicae*. v. Du Cange Gloſſ. Lat. v. *Formicae*. Noribergenſes *Herrgottsſchwärtzer*.“ In Add. de cancris Corinthum misſis laudat Diod. S. I. 507. init.

ſus numeris, vulgo legitur *μήτ' ἐν γῇ a*). Superiore verſu male vulgo legitur *μήτ' ἐν βυθῷ*, vbi ſermonis indoles *μηδ'* flagitat. Sic Av. 987. *καὶ φείδου μηδὲν μηδ' αἰετοῦ ἐν νεφέλῃσι, μήτ' ἢν Λάμπων ᾖ, μήτ' ἢν ὁ μέγας Διοπείθης b*). *Brunck.* *ἱππέας* pro *ἵππους*, praeter exſpectationem. vide Not. praeced. *Bergl.*

615. Hactenus Parabaſis. Nunc chorus *c*) convertit ſermonem ad Iſiciarium, quem videt venientem e Senatu, vbi cauſam ſuam egerat contra Cleonem. *Cas.*

618. *πρᾶγμα ἀγωνίζεσθαι* eſt, negotium contendendo perficere (die Sache ausfechten, durchſetzen).

619. (612. K.) *νικόβουλος d*). Quaſi dicat, ſe iam non amplius eſſe *Allantopolam* ſed *Nicobulum*, nempe ex ipſa re ſumto nomine, quia *ἐν τῇ βουλῇ*, *in ſenatu*, a Cleone reportauerit *νίκην*, *victoriam*; aut quia *Senatum* antea Cleoni fauentem quaſi *vicerit* et ad ſuas partes pertraxerit. Ipſe dicit infra v. 678. (687.) *ὥστε τὴν Βουλὴν ὅλην — ἀναλαβὼν ἐλήλυθα.* Saepe fingit nomina propria hominum ex rebus, vt in Thesm. 815. *ἀλλ' Εὐβούλης τῆς πέρυσι τίς βουλευτής ἐστιν ἀμείνων;* Sic *Ἀμυνίας* v. 567. (574.), et in Pac. 991. *λῦσον δὲ μάχας, ἵνα Λυσιμάχην σε καλῶμεν*, vbi vid. Not. *Bergl.*

620. *e*) *ἐπολολύζειν* verbum ſacrorum, et vt notat Herodotus [IV, 189. vbi cfrr. Weſſel. et Valck. p. 564. et Weſſ. ad Diod. S. 16, 11.] a barbaris ad Graecos translatum. Ex Homero [v. Il. VI, 302.] conſtat, morem hunc fuiſſe, vt victimae mactandae acclamarent eamque fauſtis vocibus proſequerentur omnes, qui ſacris

---

a) Temere vtriusque loci emendationi aduerſatus eſt Italus editor. Nam metri lex, ab eo non recte ſpreta, vtramque poſtulat.

b) Nimirum et h. l. voc. *βυθῷ* per ſequentia distributiue explicatur. Itaque nec hic recte repugnauit Inv.

c) Conſtituitur hic vulgo actus ſecundi ſcena prima.

d) Proprie ſignificat eum, qui non vi ſuperat ſed conſilio. *Cas.* Formatum eſt ad exemplum nominum *Θρασύβουλος*, *Κλεόβουλος* etc. *Vuil.*

e) Praemittitur his vulgo: *Στροφὴ κώλων. η* (tot enim verſus ſunt, quos in decem digesſit Inv.)

interérant. Id proprie est ὀλολύζειν et ὀλολυγὴ clamor ille faustus saltitantium et tripudiantium de more circa victimam. Nec dubium est, hanc ὀλολυγὴν laudes dei, cui sacra fiebant, continuisse et simul preces ad eumdem. Inde coepit accipi pro εὐφημεῖν i. e. faustis acclamationibus aliquem collaudare. Sic accipitur hic. At Graeci mediae aetatis nescio quomodo vocem hanc de vlulatu et fletu acceperunt: quod ita nouum peritis veteris Hellenismi *f*), vt argumento huius vocis dicat Tzetzes, Septuaginta Interpretes, qui ea notione vocem hanc vsurpant, graece nescisse. (*as.* ἐπολολύξαι *g*) est *clamorem faustum tollere.* Aeschylus S. C. Theb. 831. πότερον χαίρω κἀπολολύξω πόλεως ἀσινεῖ σωτῆρι (vtrum gaudeam et hymnum canam vrbem incolumem seruanti deo) ἢ — κλαύσω πολεμάρχους; Eurip. Electr. 691. ὡς ἢν ἔλθῃ πύστις εὐτυχὴς σέθεν, ὀλολύξεται πᾶν δῶμα (tota domus iubilabit). Idem Mede. 1176. εἶτ' ἀντίμολπον ἧκεν ὀλολυγῆς μέγαν κωκυτόν (deinde contrarium faustae exclamationi emisit magnum eiulatum). vide tamen Not. infra ad 1321. *Bergl.*

622. (614. K.) ἄμεινον ἔτι. Ita quidem editiones: sed mallem ἀμείνον' ἔτι propter antecedens καλά. *Bergl.*

623. (618. Br.) εἰργασμέν'. Sic bene membr. Perperam vulgo sine elisione εἰργασμένε. *Brunck.* Hermann. de Metr. p. 367. corrigit:

ἐργασαμεν', ειθ' επελ-
θοις ἁπαντα μοι σαφως.

Nam palimbacchius, inquit, in paeonicis versibus tolerari non potest. Antistrophicus est 695. (692.) μείζοσι κεκασμένον.

626. *h*) μακρὰν ὁδόν. Dictum est prouerbialiter. De eo, quod non admodum curamus, dicimus: *manum*

---

f) add. Casaub. ad Theophr. Char. 21. p. 212. et Intpp. epist. Iacobi 5, 1. Etym. M. p. 622. Zonar. II. p. 1444.

g) ὀλολύξαι e Rav. edidit et γε post ἄξιον vulgo non sine vi additum omisit Inuern. Sed ita antistropha v. 689. ss nec in vulgg. edd. nec in Inv. ed. congruit. 621. et 622. vulgo vnum versum (614. K.) efficiunt, probante Herm. l. l.

h) Etiam 626. 27. vnum versum constituunt in vulg. edd.

non verterim vt hoc fiat. Sic Cicero [de Fin. V, 31.] et Sophocles [Ai. 1128.] *οὐκ ἂν στραφείην.* De re quam valde desideramus, *vel vadimonium propter id deseruerim.* Quo allusit Plinius in praefat. [T. I. p. 21. ed. Franz.] ridens speciosos quorundam titulos, *propter quos,* inquit, *vel vadimonium deseras.* Eadem sententia huius dicti prouerbialis: *vel longam viam eius audiendi gratia confecerim. Cas.*

628. (622. Br.) *θαῤῥήσας.* Sic recte membr. Vulgo *θαρσήσας,* qua forma Comicus vti non solet. *Brunck.*

631. (622. K.) In hac parte refertur, quod gestum fuerat in Senatu inter Cleonem et Isiciarium. Sub hominis insulsi persona traduxit poëta Dithyrambicos poëtas, qui verba sesquipedalia et ampullata vsurpabant. *Κατόπιν* poëticum pro *ὄπισθεν* vel *ὀπίσω. Cas.*

632. (623. K.) Citat Suidas V. *Ἀναῤῥηγνύς i). Kust.* *ἐλασίβροντα.* Intelligit verba, vt diximus, sesquipedalia, quorum pleraque compositionem duram habent aut sententiam ineptam. Pindarus Iouem vocauit *ἐλασιβρόντην* [Fragm. inc. CLIII.], quasi agitatorem tonitruum vel vibratorem: durum sane verbum. Nam *ἐλαύνειν* vel curulibus equis conuenit vel nauibus. Sed Pindarus voluit significare, sonum, qui a tonante Ioue editur, eiusmodi esse vt si quadrupedantia animalia aliquam planitiem saxeam caperent: longe petita sententia Non exstat quidem Pindari locus, quo poëta respicit; sed idem Olymp. Od. IV. sic incipit: *ἐλατὴρ ὑπέρτατε βροντᾶς,* quod idem est. Inde igitur ansam sumsit Aristophanes dicendi *ἐλασίβροντα ἔπη,* ficta voce inepta et ridicula. *Ἀναῤῥηγνύς.* Emphasis poëtica elegantissima. Nam *ἀναῤῥηγνύναι.* i. e. *disrumpere* posuit, pro, loqui tanto clamore, vt ramices disrumpas. *Cas.*

633. f. (624. f. K. 627. f. Br.) *τερατευόμενος k) ἤρειδε κατὰ τῶν Ἱππέων, κρημνοὺς ἐρείδων* [vt vulgo lectum et interpunctum]. Sic quidem magno consensu libra-

i) Item Zonaras T. II. p. 688. V. *Ἐλασίβροντα,* quod explicat *μεγαλήγορα, ὡς ὑπὸ βροντῆς ἐλαυνόμενα.*

k) *τερατεύεσθαι* dicitur non tantum, qui portentosa facit, sed et, qui talia loquitur. v. Ran. 858.

rii, ſed putida menda. Quis idem verbum in duobus continuis verſibus tam inuenuſte Comicum adhibuiſſe credat *l*)? Kuſterus coniicit, eum ſcripſiſſe: *τερατευόμενος ἤρειδε κατὰ τ. Ἱππέων κρημνοὺς, ἐρίζων.* Quod neſcio an alii ſe probauerit; mihi ſane haud magis quam vulgatum placet. Minore mutatione, eaque leviſſima, et poteſt et debet, niſi me fallit opinio, ſanari hic locus. Lego *κρημνοὺς ἐρείπων.* Homerus Il. *ό*, 555.

> *προπάροιθε δὲ Φοῖβος Ἀπόλλων*
> *ῥεῖ' ὄχθας καπέτοιο βαθείης ποσσὶν ἐρείπων*
> *ἐς μέσσον κατέβαλλε.*

Scholiaſtes Comici: *κρημνοὶ δέ εἰσι τὰ μέρη τὰ ἀπὸ τῶν ὀρῶν ἀποσπώμενα. καὶ τὴν ὄχθην δὲ κρημνὸν λέγουσιν, ἐπειδὴ πάντα τὰ ὑψηλὰ κρημνοί.* Cleo rupes auellit, deiicit et in Equites iaculatur. Quam facile, quum praeceſſiſſet *ἤρειδε*, librarii ex *ἐρείπων* fecerint *ἐρείδων*, res ipſa oſtendit coram oculis poſita *m*). *Brunck.*

Ἐρείδειν proprie *fulcire*, et *fulcrum ἔρεισμα*: vt cum magnus vates Pindarus Athenas vocauit *Ἑλλάδος ἔρεισμα* [Fr. Dithyramb. 10, 2.]. Praeterea *ἐρείδειν* ſignificat *niti ad aliquid faciendum*, vt, cum pedem obfirmamus ad ictum nos parantes. Attici ſcriptores tranſtulerunt ad varia hanc vocem, et quidquid rapide agebatur, de eo dicebant *ἐρείδειν*. Itaque *ἐρείδειν* hic *κατὰ τῶν ἱππέων n*) ſignificat, contentioſe pugnare et quaſi exſertis viribus contra Equites. At verſu ſeq. *ἐρείδειν κρημνοὺς* eſt, magna contentione vibrare rupes *o*). Initio Pacis [25.] *φαύλως ἐρείδειν* pro, *languide vorare;* in

---

l) Non fero illud *ἤρειδε* et *ἐρείδων* in eodem commate. Quare pro *ἐρείδων* lego *ἐρίζων* totumque hunc locum ſic diſtinguo:

> *τερατευόμενος κατὰ τῶν ἱππέων*
> *κρημνοὺς, ἐρίζων* etc.

Cf. ſupra Nub. 5-8. vbi itidem inter voces *ἐρείδεσθαι* et *ἐρίζεσθαι* de poſſeſſione loci illius controuerſia eſt. *Kuſt.*

m) E lectione et interpunctione ed. Lips. poſt *τερατευομ.* ſubintelligitur *ἦν.*

n) In Nub. 558. *ἄλλοι τ' ἤδη πάντες ἐρείδουσιν εἰς Ὑπέρβολον. Bergl.*

o) In Ran. 959. *ὁ δὲ χορὸς γ' ἤρειδεν ὁρμαθοὺς ἂν μελῶν ἐφεξῆς τέτταρας. Bergl.*

quibus verbis ineſt contrarietas. Nam ἐρείδειν eſt, *rapide vorare*, φαύλως, *ſegniter*. Sed eſt iocus Comicus. Κρημνὸς a verbo κρέμαμαι p). Eſt proprie locus pendens: quemadmodum dixit Lucanus [Pharſal. I, 435.] *cana pendentes rupe Gebennas*. Ponitur pro parte ſaxi, quae ad ruinam videtur eſſe prona, vel, vnde effracta pars fuerit. Latini *praerupta loca* vocant Poëta hic intelligit verba dura q), aſpera et in Equites contumelioſa. *Cas.*

635. (628. Br.) πιθανώταθ' ἡ Βουλὴ δ' ἄπασ' — [vt Br. ed.]. Haec eſt membr. ſcriptura. Vulgo: πιθανώτατα δ' ἡ Βουλή γ' ἄπασ'. Sic etiam C. niſi quod particulam γε omittit. *Brunck*. In lectione Rav. ab Inv. recepta πιθανώτατα δ' ἡ Βουλ' ἄπασ' ἂν ἀκρ. nec η recte eliditur, nec ἂν vim habet.

636. (627. K.) Ἀτράφαξις eſt oleris genus, quod cito in magnam creſcit altitudinem r): Latini *atriplicem* vocant. Et de hac planta multa nugatoria olim Magi finxerunt. Ψευδατράφαξις plusquam dithyrambica vox, qua ingenioſisſimus poëta naturam calumniae expresſit. Vbi enim audimus, qui de aliquo detrahant, facile et libenter, quae natura eſt mortalium, ſinimus generari in animo noſtro opinionem prauam de illo: quae ſine mora excreſcit: inde odia. Proprie ψευδατράφαξις eſt mendacium, tam cito et tam alte creſcens, quam facit haec herba *Cas.* MS. Vatic. Palat. habet ψευδατραφύξιος, quaſi a nomin. ψευδατράφυξις. At Suidas ſuo loco et Euſtath. ad Il. *E*, p. 539. ex Comico no-

---

p) v. Etym. M. p. 537. Zonar. II. 1249. vbi tamen et alia etymologia proponitur.

q) Conferri poteſt κρημνοκομπεῖν Phot. Lex. p. 131. quod ibi explicatur ἀλαζονεύεσθαι, κομπάζειν.

r) Scholiaſtes: *plenus mendaciorum.* Ἀτράφαξις *autem eſt ſpecies oleris celeriter in magnam altitudinem creſcentis. Cum itaque Cleo falſis criminibus accuſauerit Equites, Senatusque viſus ſit ei credere, dicit Senatum repletum eſſe pſeudatraphaxi, quaſi dicat, falſa atriplice: taxans Cleonem, quia ſit mendax, Senatum autem, quia mentientibus et calumniantibus facile credat; nempe quam facile illud olus creſcit.* De olere illo Gloſſae: Ἀτράφαξις, τὸ χρυσολάχανον, *Atriplex. Bergl.*

ſtro afferunt ψευδατραφάξυος, per υ in ſyllaba penultima, vt ſit nominatiuus ψευδατράφαξυς. Caeterum vox haec eodem modo compoſita eſt, quo ψευδαμάμαξυς Vesp. 325. *Kuſt.* ψευδατραφάξυος. Sic membr. vt apud Suidam et Schol. in ed. Aldina legitur *s*). ψευδατραφάξυος πλέα, ἀντὶ τοῦ, πλήρης ψευσμάτων. ἀτράφαξυς δὲ εἶδος λαχανου, ὃ ταχέως εἰς μέγεθος αὔξεται. ἐπεὶ οὖν ὁ Κλέων ψευδῆ κατὰ τῶν Ἱππέων κατηγόρησε καὶ ἡ Βουλὴ πείθεσθαι ἐδόκει, ψευδατραφάξυος πλέαν εἶπε τὴν Βουλὴν γεγονέναι, διαβάλλων μὲν ὡς ψεύστην τὸν Κλέωνα· τῆς δὲ Βουλῆς καθαπτόμενος ὡς τοῖς ψευδομένοις καὶ διαβάλλουσι πειθομένης εὐχερῶς καὶ ῥαδίως, ὥςπερ τὸ λάχανον αὔξεται. Sic etiam Euſtathius ad Iliad. p. 559. φασὶ δὲ καὶ τὸ ἀδράφαξυς δασύνεσθαι. ἔστι δὲ εἶδος λαχάνου, τὸ κοινῶς χρυσολάχανον, ὅπερ ἡ πλείστη χρῆσις διὰ τοῦ τ ἀτράφαξυν λέγει, ὡς καὶ ὁ Κωμικὸς δηλοῖ ἐν τῷ, ψευδατραφάξυος πλέα. Vulgo per ι legitur ψευδατραφάξιος. *Brunck.*

637. (628. K.) κἄβλεψε νάπυ, i. e. *acrem habuit vultum inſtar ſinapi.* Verſum autem hunc Crates apud Athen. ſub init. L. IX. [p. 532. T. III. Schweigh.] ſic legit: καὶ βλέπε σίναπυ, καὶ τὰ πρόςωπ' ἀνέσπασε. At Athenaeus ibidem ex aliis codd. aſſert, κἄβλεψε νάπυ (quae et hodiernorum codd. Ariſtoph. lectio eſt,) addens neminem Atticorum dixiſſe σίναπι. *Kuſt.* Νάπυ appellant ſiue σίνηπι granum illud, vnde efficitur ſuccus ad condimenta vulgo notus *t*).

639. (633. Br.) τοῖσι. In A. C. τοῖς. *Brunck.* φενακισμοῖσιν. φενάκη *coma adſcititia*, qua vtuntur viri aut mulieres, propriae loco. Haec imponit adſpicientibus, quod dedit occaſionem Graecis, vt φενάκην ponerent pro *dolo* et φενακίζειν pro, *dolo decipere* *v*). Inde φενακισμὸς actio decipiendi. *Cas.*

---

s) De ſcriptura voc. ἀτράφαξυς varia vid. Schneider. Ind. Scr. Rei Ruſt. T. IV. P. II. p. 115. Eſt *atriplex hortenſis* Linn. (Melde, oder opinat). ἀδράφαξις eſt ap. Zonar. T. II. p. 40.

t) Νάπυ eſt *ſinapi*, cuius nota eſt acrimonia. Per metonymiam ſubiecti pro adiuncto νάπυ ponitur pro δριμὺ *acerbum*, et deinde per enallagen partium orationis δριμὺ pro δριμέως, vt in iſto: ἔβλεψεν εἰς ἐμὲ δριμὺ Ran. 564. Sic βλεπόντων κάρδαμα Vesp. 455. *Bergl.*

v) Alii Grammatici a πηνίκη ſ. πηνίκη, ἡ περίθετος κόμη

640. (631. K.) Erat moris olim, vt et curiam ingredientes et dicere incipientes deûm opem implorarent. Sic Demoſthenes nobilem pro ſe orationem [de Cor. c. 1.] ſic eſt exorſus: *πρῶτον μὲν τοῖς θεοῖς εὔχομαι πᾶσι καὶ πάσαις*. Hoc imitatur poëta h. l., ſed vt in re ridicula ridicule. Fingit enim Iſiciarium dicere incipientem et iam aeſtuantem deos inuocare, quos ſibi propitios putabat fore. Sunt autem ficta haec numinum nomina, quibus exprimuntur dii praeſides ſcelerum. Sciendum ſane, eum fuiſſe ſtuporem veterum, vt inter numina conſecrarent et febrem et id genus alia, quibus auerruncandis vota faciebant. Sed et palam ſceleribus praeſides dedicabant. Sic *Laverna* dea furum, et tales deaſtri, quos merito in libris de *Civit. dei* irriſit Auguſtinus. Sic igitur poëta *Σκίταλον* deum fingit, i. e. deum ignobilitatis praeſidem. Nam ductum nomen a Scitone quodam, tunc temporis miſerrimo fullone. *Φένακες* dii praeſides fraudum, vt ante dictum eſt *x*). *Cas.*

641. (632. K. 635. Br.) *Βερέσχεθοί τε καὶ Κόβαλοι καὶ Μόθωνες* [vt ol. vulg.]. Metrum verſus huius turbatum eſt, quod Biſetus ſic in ordinem redigendum cenſet: *Βερέσχεθοί τε καὶ μόθωνες καὶ κόβαλοι*. Sed nec ſic legi metricae ſatis conſultum eſt. Nam ſyllaba ſecunda in *κόβαλοι* longa eſt, vt Plut. 279. *διαῤῥ. ὡς μόθων εἶ καὶ φύσει κόβαλος*. Ran. 104. *ἦ μὴν κόβαλά γ'*

διαπατῶσα τοὺς πολλοὺς repetunt, vt pro *πηνικίζειν* dictum ſit. v. Etym. p. 790. Zonar. p. 1545. (c. not. Tittm. 1546.) et 1803. T. II. Cf. Hemſterhus. in Lennep. Etym L. Gr. p. 788.

x) Locum hunc exponit Heſych. V. *Σκίταλοι*. *Kuſt.* Fingit deorum nomina ridicula, pleraque ab vſu abhorrentia; vt et hoc eſt, a *Σκίτων* formatum, quod Schol. dicit fuiſſe Fullonis cuiusdam nomen, hominis nihili et improbi. *Φέναξ* autem eſt vox bona et *impoſtorem* ſignificat [v. Phot. Lex. p. 470.]; *Βερέσχεθοι* plane ficta, vt *Διτύλας* et *Σκεβλίας* Ran. 615. in quibus nihil fere ineſt Graecitatis. *Κόβαλος* vox vſitata Comico, vt et *μόθων*, quas coniunxit etiam Plut. 279. *διαῤῥαγείης, ὡς μόθων εἶ καὶ φύσει κόβαλος*. De *μόθων* vid. v. 693. (705.). *Bergl.* De *Σκιτάλοις* laſciviae et nequitiarum praeſidibus v. Toup. Emm. in Suid. II. p. 172. ſ. Vocab. *Σκιτὼν* a Pherecrate adhibitum etiam Phot. p. 385. habet. Zonaras T. I. p. 385. *Βερέσχεθοι· οἱ ἀνόητοι.* Photius Lex. p. 200. *Μόθων, ὄρχημα φορικὸν (φορτικὸν) καὶ κορδακῶδες. ἀπὸ δὲ τούτου καὶ ὁ ἀναγωγὸς καὶ ὁ ἀκόλαστος ἄνθρωπος.*

ἐστὶν, ὡς καὶ σοὶ δοκεῖ. Et in ead. fab. 1047. μήτ' ἀγοραίους μήτε κοβάλους — Et in Eqq. 415. καὶ νὴ Δί' ἄλλα γ' ἐστί μου κόβαλα παιδὸς ὄντος. V. etiam in ead. fab. 331. vbi κοβαλικεύματα et 270. vbi ἐκκοβαλικεύεται. Quare reſcribendum hic cenſeo: Βερέσχεθοί τε καὶ Κόβαλοι καὶ Μόθων. Certe Scholiaſten veterem legiſſe hic Μόθων, colligi poteſt ex eius interpretatione. Nam reliquas quidem verſus huius voces, quas exponit, numero plurali effert, at μόθων numero ſingulari. In MS. Vat. Palat. verſus hic ita legitur: Βερέσχεθοί τε καὶ μόθωνές γε κόβαλοι. Recte quidem, ſi ſyllaba ſecunda in κόβαλος poſſet eſſe breuis: quod tamen ſecus ſe habere ex locis, quae adduximus, ſatis patet. *Kuſt.* Apertum eſt vitium in metrum; nam et media in κόβαλοι longa eſt, vt oſtendit Kuſter. ad Suid. et ad Ariſt. h. l. et nec in quinta ſede trochaeus nec in ſexta ſpondeus eſſe poteſt. Varie tentant hunc locum. Et Biſeti quidem coniectura abſurda eſt, quoniam quintus pes — νες καὶ κο — hic locum habere non poteſt, et quia, quod ad Suid. notat Kuſterus, media in κόβαλοι longa eſt. Tan. Faber Epiſt. lib. 2. ep 66. reprehendens negligentiam Biſeti, quod non viderit ſyllabam abundare in ſua emendatione: Μόθωνες ἠδὲ κόβαλοι καὶ βερέσχεθοι. Sed non cogitabat cenſor ille, ſecundae in κόβαλοι menſuram repugnare huic lectioni *y*). Caſaub. ad h. l. *z*): καὶ μόθονες, verſus gratia; cui obſtat eadem ratio, ne dicam, nusquam alibi hoc nomen aliter ſcriptum reperiri, quam cum ο in prima et ω in ſecunda. Kuſterus ad Suid. V. Σκίταλοι et ad Ariſt. h. l. καὶ μόθων. Sane quidem Schol. in ſingulari μόθων, ὁ εὐτελής: ſed ex illo

---

y) Hoc vanum eſt; nam in tertia ſede anapaeſtus admittitur; ſed quartus male ſpondeum habet.

z) Βερέσχεθοι dii praeſides ſtultitiae. Stultorum eſt, verba ſine mente proferre. Sic Bereſchethus ſine certa analogia fictum nomen. Κόβαλοι dii praeſides κοβάλων, i. e. hominum vafrorum, qui minutas fraudes amant et exercent. Et Μόθωνες dii ſunt leuium et futilium perſonarum. Nam μόθων Atticis eſt veluti pediſſequus nobilium puerorum. Sic in Pluto iunguntur μόθων et κόβαλος cum verbo φενακίζειν. Sed notandum eſt, videri poëtam ſcripſiſſe per ω in prima, per υ in ſecunda, contra quam alibi ſemper. Sane verſus hoc poſtulat. *Caſ.*

non colligi poteſt, eum in poëta ita legiſſe. Nam mille locis, cum apud Comicum eſt ſingularis, in expoſitione ponit pluralem et contra. Atque etiam, ſi ea ratio valeret, dicendum foret, in Ariſt. pro *κόβαλοι* legendum *κυάλεμοι*; nam et hoc in expoſitione laudat Schol. pro *κόβαλοι*. Sed nec rationem video, cur a plurali, qui in omnibus ſeruatus eſt, transeundum ſit ad ſingularem. Exiſtimo ſine ope meliorum codd. hunc locum ſanari non poſſe. *Duck.* Vulgo *καὶ Μόθωνες,* quod librariorum ſtupiditati debetur, qui, quum praecedentia nomina pluralia viderent, nefas eſſe duxerunt, ſi eis ſingulare ſubiungeretur. In B. ſic ſcriptus eſt hic verſus:

β *α καὶ*

Βερέσχεθοί τε καὶ Μόθωνές τε Κόβαλοι.

Superſcriptae litterae *α*, *β*, commatum transpoſitionem indicant, *καὶ* ſuperſcriptum varia ſeu potius vetus eſt lectio ab inepto emendatore mutata. Vnice vera eſt lectio, quam repoſuimus, quamque adfirmat Scholiaſtes, vt acute animaduertit Kuſt., in cuius ſententiam demum concesſit Toupius Cur. nov. in Suid. p. 121. *a*). *Brunck.*

643. (637. Br.) *γλῶτταν.* Sic bene membr. Vulgo *γλῶσσαν,* quod a Comici conſuetudine alienum eſt. *Brunck.*

644. (635. K.) *ταῦτα φροντ. μοι.* Sic ſoliti in rebus magnis veteres captare auguria, quod in re ridicula imitatur auctor. Inter caetera ſpectabant tonitrua, cuius loco ſubſtituit homo facetus *πορδήν. Cas.*

645. *Ἐκ δεξιᾶς ἀπέπαρδε.* Et hoc ex more veterum. Nam prout tonitru a dextra aut ſiniſtra auditum eſſet, ita laetum aut triſte augurium putabant. At peditus in diſciplina augurali obſeruabatur quidem, ſed contrario atque hic quidem ritu. Nam comitia dirime-

---

a) In Emendd. in Suid. II. 170. ed. Oxon. voluerat vltimam ſyllabam voc. *Μόθωνες* in verſum ſequentem transferri, ſed agnouit errorem T. III. p. 166. collato loco Av. 160. vbi inter medios Plurales legitur Singularis, monitus tamen, vt in Append. IV. p. 472. docetur, a Koppiers. Obs. philol. p. 87. Etiam Inv. dedit: *Β. τε καὶ Κόβαλοι καὶ Μόθων.*

bantur eo interueniente, vt Aufonius ostendit *b*). *Πυγὴ, nates*; unde nomen hoc (*καταπύγων*) *c*) compofitum ad denotandam eam, quae Latinis proprie *impudicitia* dicitur. *Cas.* Ridiculum omen. Ad imitationem eorum, qui, fi aliquid dicant, quod maxime vellent aufpicato ab ipfis dictum effe, et, fi forte interea aliquis fternutat, bonum omen inde capiunt, vt apud Homer. [Od. XVII, 541.] cum Penelope de reditu Vlysfis loqueretur, eaque vix verbum elocuta Telemachus fternutaffet, bonum fignum habebatur et erat. Sic apud Xenoph. lib. III. *Ἀναβ.*, cum Xenophon confolaretur milites atque fpem reditus in patriam et falutis fupereffe diceret, ftatim, aliquo fternutante, omnes bonum et diuinitus miffum omen agnofcebant. Verba haec funt *d*): *τοῦτο λέγοντος αὐτοῦ πτάρνυταί τις· ἀκούσαντες δὲ οἱ στρατιῶται, πάντες μιᾷ ὁρμῇ προσεκύνησαν τὸν θεόν· καὶ Ξενοφῶν εἶπε· δοκεῖ μοι, ὦ ἄνδρες, ἐπεὶ περὶ σωτηρίας ἡμῶν λεγόντων οἰωνὸς τοῦ Διὸς τοῦ Σωτῆρος ἐφάνη, εὔξασθαι τῷ θεῷ τούτῳ θύσειν σωτήρια* (vouere huic deo facrificium pro falute). De omine fternutamenti Comicus Av. 721. *πταρμόν τ' ὄρνιν καλεῖτε.* Crepitum ventris Homerus etiam non minus iocofe quam Comicus omen facit, et expreffe vocat *οἰωνὸν* Hymn. in Merc. 295. *e*) vbi fimul et fternutamenti fit mentio: — *τότε δὴ κρατὺς Ἀργειφόντης Οἰωνὸν προέηκεν ἀειρόμενος μετὰ χερσὶ* (dum manibus tollitur), *τλήμονα γαστρὸς ἔριθον* (miferum ventris operarium) *ἀτάσθαλον ἀγγελιώτην* (pesfimum nuncium), *Ἐσσυμένως δὲ μετ' αὐτὸν ἐπέπταρε* — Vbi mox Apollo dicit: *Εὑρήσω καὶ ἔπειτα βοῶν ἴφθιμα κάρηνα, Τούτοις οἰωνοῖς* (his ominibus). *Bergl.*

646. (637. K.) *Κύειν* eft *adorare*: inde deductum *προσκυνεῖν*, pro quo poëtae *προσκύειν*; quod tam de ea quae vocatur ciuilis adoratio quam de diuina. Erat

---

b) Vid. Scaliger Lect. Aufon. I, 25.

c) Vertitur: cinaedus, fed proprie videtur idem valuiffe quod *εὐρύπρωκτος*. Cf. Phot. Lex. p. 105.

d) De exped. Cyri III, 2, 5. f. §. 9. ed. Schneid. Cf. de hoc ominis genere Sturz. Lex. Xenoph. III. p. 756.

e) Ad q. l. plura disputauit Ilgenius in Comm. p. 432. f., huius tamen noftri loci non recordatus.

vero moris, vt oblato omine laeto, puta ſternutatione laeta, aut auibus oscinibus, aut tonitru a dextra, converterent ſe ad adorationem eius numinis, a quo putarent ſe accepiſſe: quod in iſta re imitatur Iſiciarius *f*). *Cas.*

647. *κιγκλὶς* eſt *cancellus.* Eſt vero cancellus, vt docemur a Graecis, opus *δικτυωτὸν,* i. e. ad reticulorum ſimilitudinem factum, quod foribus magnatum opponebatur. Item in curia et iudiciis aditus cancellis praecludebatur, de quibus cancellis auctor hic loquitur. Graeci alio nomine *δρύφακτα* appellant. Erat nefas cauſam in Senatu agenti perrumpere cancellos. Propterea poëta vt argumentum magnae impudentiae tribuit Iſiciario, quod cancellos perruperit. Ad cancellos appoſiti erant ſerui cuſtodes, vt ad ianuas ianitores et oſtiarii. Hi ſerui proprie *cancellarii* dicuntur. Propterea Vopiscus [Carin. 16. vbi omnino v. Salmas. p. 800. ſs.] indignatur, Carinum Imp. e cancellariis ſuis feciſſe magiſtratus. Poſterioribus temporibus notio huius vocis paulatim mutata eſt, et de poſtremo loco, quem *Cancellarii* tenebant, in cognitionibus principum ad primum ea vox peruenit. *Ἀράττειν* et *ἀράσσειν g*) dixerunt veteres, quod hodie *haraſſer*, grauius concutere *h*) et vexare. *Cas.*

649. (640. K.) Verſum hunc adducit Phrynichus in Eclog. dict. Att. p. 44. [p. 112. ſ. ed. de Pauw.] vt doceat *τὸ εὐαγγελίζεσθαι* apud Atticos cum Datiuo conſtrui ſolere *i*). *Kuſt.* *εὐαγγελίσασθαι.* Antiqua vox, qua veteres omnem laetum nuncium ſignificarunt. Obſervabamus apud ſcriptt. graecos poſteriores, poſteaquam magno nuntio facta eſt haec vox propria, parcius ad alia eam vſurpari apud Athenienſes, qui res nouas cognoſcendi ſtudioſi erant: quo nomine notatur eorum

f) Cf. Theophr. char. 16. *περὶ δεισιδαιμ.* *θένειν* eſt pulſare, trudere, v. Ran. 879.

g) *ἐξήραξα.* Male vulgo augmento omiſſo *ἐξάραξα.* ***Brunck.*** Idem monuerant ***Reisk.*** et ***Toup.*** Em. in Suid. I. p. 178.

h) Sic *θύρας ἐξαράξειν* (effringere) ap. Suid. et Zonar. II. p. 765. vbi cf. Tittm.

i) Add. Tho. Mag. Ecl. Att. p. 379. ſ.

curiofitas etiam in *Actis* [c. 17, 21. vbi cff. Intpp.]: et poena falfis nuntiis et praemium veris nuntiis fuit propofitum. Ideo Ificiarius, vt gratiam Athenn. fibi conciliet, fingit aliquem laetum nuntium. Praemium laeti nuncii vocarunt *τὰ εὐαγγέλια*, et *στεφανοῦν τινα εὐαγγέλια*, i. e. coronare aliquem corona laeti nuntii. Sed nulla hic corona: verum folent Graeci omne *praemium* appellare *στέφανον*. *Cas.*

650. Verfum hunc et fequentem Frifchlinus male fic vertit: *Ex quo bellum abruptum eft nobis, haud vnquam ego pretiofiores vidi apuas.* Vertendum erat: *Ex quo bellum inter nos erumpere coepit, nunquam viliores vidi apuas.* Mire autem Comicus hic exagitat Senatum Athenienfem, tanquam qui rebus friuolis et leuibus facile fe ab aliis inefcari et decipi pateretur. *Kuft.* Acharn. 527. *ἀρχὴ τοῦ πολέμου κατεῤῥάγη*, vbi v. Not. *Bergl.*

651. (642.) Diphilus ap. Athen. VI. p. 226. *Οὐ πώποτ' ἰχθῦς οἶδα τιμιωτέρους ἰδών.* Eubulus Comicus ap. eundem II, p. 47. *καὶ γὰρ ἀξιωτέρους* (viliori pretio) *Πωλοῦσιν, ὡς ἔοικε, τοὺς ἄρτους ἐκεῖ.* Inter pifces, quibus plurimum et vtebantur et delectabantur Athenienfes, *apuae* fuerunt, fic dictae quafi deftitutae magnitudine *k*). *Φυὴ* eft indoles recta, ftatura legitima; inde *ἀφυεῖς*, qui legitimam ftaturam non confequuntur; et pifciculos iftos *ἀφύας* inde dixerunt, quia capiebantur tenelli. Magna vero quaeftio eft, fintne *ἀφύαι* proprium genus pifcis, an ita dicantur pifciculi minuti cuiuscumque generis, qua de re Athenaeus et Aelianus *l*). Prouerbio dedit locum hic pifciculus: *εἶδεν ἀφύη τὸ πῦρ vidit apua ignem,* quod de re vfurpabant quae facillime fieret.

652. MS. Vat. Pal. *διεγαλήνισαν. Kuft.* Ita etiam legendum eft, fi cum Inv. e Rav. recipitur: *Οἱ δ' εὐ-*

---

k) v. ad Av. 77. et Intpp. Hefych. h. v.

l) Cf. Oppian. Halieut. I, 777. c. Intpp. et Aelian. N. A. 2, 22. ibique Schneid. Incertum effe, quodnam pifciculorum marinorum genus intelligatur, etiam Voil monet. Comparat cum iis, qui noftris dicuntur *Sardellen*, *Meergründeln.*

θέως — ſed praeſtat vulg. *Τῶν δ'* — Nam etſi *διαγαληνίζειν* proprie, ipſa ſua forma, actiuam habet vim, vt neutrum tamen, exemplo aliorum eius generis verborum, dici potuit. *„διεγαλήνιζον, exhilarabam, ſerenabam."* *Reisk.*

653. (644.) *ἐστεφάνουν μ' εὐαγγέλια.* Vide quae hac de re notauimus ad Plut. 765. *Kuſt.* quem locum etiam *Bergl.* laudauit.

654. *ποιησάμενος ταχύ.* Id eſt conciſum loquendi genus, pro, *contrahens in pauca.* Solet participiis vti pro aduerbiis. Sic *ἀνύσας* pro, *celeriter*; et idem haec verba ſignificant. *Cas.* Reisk. coniicit *προαλαμένους*, quod cum *συλλαβεῖν* conſtruendum ſit.

655. (646. K.) Minima graecanicae monetae fuit *obolus.* Proprie ſic dixerunt paruulas e ferro virgas; quibus pro numis vtebantur, quod inſtitutum apud Lacedd. permanſit vsque ad Lyſandrum. v. Plutarch. [Lys. c. 17. T. III. p. 33. Reisk.] Erant Athenis et tenuiores monetae, vel, vt ipſi vocant, *κέρματα*, ſed fere, cum de tenui re ſit mentio, *oboli* nominantur *m*). *Cas.*

656. Proprie *δημιουργὸς* dicitur, qui verſatur circa opus publicum. *Δήμιος publicus, ἔργον opus.* Notandum tamen Athenis *δημιουργοὺς* vocatos eſſe eos, qui pretio faciunt opus qualecumque, i. e. artifices cuiuscumque generis *n*), qui alio nomine dicuntur *ἐργολάβοι.* *Δημιουργοὶ* hic ſunt, qui vendunt aut faciunt *τρύβλια* [opifices, figuli.] *τρύβλια.* Late patet huius vocis notio et ſignificat omne vas, quo hauritur aliquid, vt ad eſum apponatur. Sic *trullam* reperimus hoc nomine appellatam; item paropſidem et ſimilia vaſa *o*). Mens autem huius commenti eſt: ſublatis vaſis, in quibus apuae apponebantur menſis, fore vt ciues reliqui iis abſtineant, ſolus Senatus his fruatur. *Cas.*

---

m) Structuram part. *ἵνα* cum Optatiuo illuſtrat Dawes. Misc. Crit. p. 86.

n) Gloſſae: *Δημιουργὸς, opifex, moderator.* vid. in Pac. 428. **Bergl.** Zonar. II. p. 495. *δημιουργοὶ, οἱ κεραμεῖς, οἱ σκευοποιοὶ, οἱ τέκτονες.* Add. Etym. M. p. 265.

o) Cf. Phot. Lex. p. 446. (vbi *τρυβλεῖον* perperam ſcribitur.)

657. *Χαίνειν* eſt *hiare;* interdum proprium leonum vocabulum. Vnde ap. Anacr. *λεόντων χάσμα p)*, *rictus leonum;* quod in homine dicitur os. Solent homines parum ad rem attenti, cum admiratione alicuius rei ſtupent, ſimul ore hiante eſſe: vnde eſt hoc loquendi genus. Nam *χαίνειν πρός τινα* eſt, aliquem cum ſtupore, hiante ore, intueri. *Cas.*

658. f. Ipſe Cleo infra de populo Athenienſi dicit: *ἐπίσταμαι γὰρ αὐτὸν, οἷς ψωμίζεται,* v. 711. (725.). *Bergl.* Scriptura cod. Rav. *εἰδὼς τ' ἅμα* vulgatae *εἰδὼς ἄρα* praeferenda eſt. *ὑπονοήσας* pertinet eo, quod ſenſit, ſenatum aures praebere iſiciario beneuolas. *ὑπονοεῖν ἐστι τὸ μὴ τελείως νοεῖν τὸ προκείμενον.* Zonar. II. p. 1772.

660. (651. K.) Nomen *γνώμη* ſignificat interdum decretum factum, interdum ſententiam propoſitam. *Γνώμη* Senatus eſt *ſcitum Senatus,* quod Romae tantisper appellabatur *auctoritas*, non *Senatusconſultum,* donec acceſſiſſet populi iuſſum: auctor Dio *q*). At ſenatoris *γνώμη* eſt id, quod ſenator quisque ſententiae loco dicit. Proprie tamen in ſenatu tot ſententiae eſſe dicebantur, non quot erant ſenatores, ſed quot fuerant diuerſarum ſententiarum auctores. Nam reliqui non tam cenſere quam aſſentiri dicebantur. Proprie autem Graecis Senator, qui nouam ſententiam in medium adfert, *Γνώμην εἰςφέρειν* et *εἰςηγεῖσθαι* dicitur. *Cas. r*).

661. (652. K.) *Ἐπὶ συμφοραῖς ἀγαθαῖς.* Friſchlinus male: *ob aerumnas.* Nam verti debebat: *ob res laetas et proſperas.* Vide Nos etiam ſupra ad v. 404. *Kuſt.* Euripides in Alceſt. 1155. *χοροὺς ἐπ' ἐσθλαῖσι συμφοραῖσιν* (ob felicem rerum euentum) *ἱστάναι Βωμούς τε κνισσᾶν*

---

p) Imo *χάσμ' ὀδόντων*, quod natura leonibus dederit, legitur Od. 2, 4. — *Ἀνακροτῆσαι* Zonar. II. p. 200. explicat, *ἐπαινέσαι, ὑμνῆσαι.* Eſt omnino, applaudere.

q) Dio Caſs. Hiſt. Rom. LV, 3. ſed ibi non de populi iuſſo neceſſario ad SCtum dicitur, omninoque veriora de Senatus auctoritate docuerunt recentiores archaeologi. Cf. Erneſti Clav. Cic. p. 349. f.

r) In lectione ab Inv. recepta *Ἄνδρες, ἂν κἀμοὶ δοκεῖ*, nullam *ἂν* vim habet, nec e codice ſumtum eſt. Praeſtat vetus lectio: *ἤδη μοι δοκεῖ* —.

βουθύτοισι προςτροπαῖς (arasque perfundere (imbuere) nidore victimarum in ſupplicationibus.). *Bergl.*

662. Xenophon. Lib. I Hellen. p. 262. *s*) *ἔθυε εὐαγγέλια* (ſacrificauit quaſi ob laetum nuncium) *καὶ τοῖς στρατιώταις παρήγγειλε δειπνοποιεῖσθαι.* Iſocrates in Areopagitico [T. I. p. 102. ed. Auger.] *ἐπὶ τοσαύταις πράξεσιν εὐαγγέλια μὲν δὶς ἤδη τεθύκαμεν* (bis iam boni nuncii ſacrificia fecimus). *Bergl.*

663. *ἐπένευσεν εἰς ἐκεῖνον*, i. e. *tranſiit in illius ſententiam.* Proprie *ἐπινεύειν* latine *ſignum dare asſenſus* [nutu]. *Cas.*

664. (655. K.) *βολίτοις.* Intelligit *boues t*), ſed turpiter pro *bubus*, *ſimum bouinum* nominat. Graeci proprias voces habent denominandi ſimi quam plurimorum animantium: vide Pollucem [Onom. V, 91.]. Alludit vero ad prouerbium Graecorum. Dicebant enim de iis, qui leui de re litigabant, *βολίτου δίκη*, i. e. *lis de bubulo ſimo.* Quanquam legibus Solonis etiam poena conſtituta fuerit furto tali *v*). Latini *de lana caprina contendere* dicunt. *Cas.*

665. (659. Br.) *διηκοσίῃσι.* Sic membr. Vulgo *διηκοσίοισι.* In C. *διακοσίοισι. Brunck.* Solebant veteres milites praeſertim iaculis mittendis ſe exercere, quod *ἀκοντίζειν* dicitur, et *ὑπερακοντίζειν* proprie, iaculo misſo alium ſuperare, interdum (vt hic) ſumitur pro *νικᾶν vincere. Cas.* In Avv. 363. *ὑπερακοντίζεις σύ γ' ἤδη Νικίαν μηχαναῖς.* Vid. ad Plut. 666. *Bergl.*

666. (657. K. 660 Br.) Alludit hic Comicus noſter ad votum illud, quod Athenienſes bello Perſico ante pugnam Marathoniam Dianae *Ἀγροτέρᾳ x*) fecerunt, ſe

s) I, 6, 38. ed. Schneid. quod IV, 3, 14. *βουθυτεῖν ὡς εὐαγγέλια.*

t) Pro ipſis *bouibus* ponit, vt ſit: *cum viderem me vinci a Cleone, centum boues ſiue hecatomben ſacrificare iubente. Bergl.* De voc. *βόλιτον* cf. Gregor. Cor. p. 153. ibique Koen.

v) v. Petit. de Leg. Att. p. 640. ed. Wess.

x) Hoc cognomine colebatur Diana Athenis: an quia propter venationes rura Dianae gratiora quam vrbs? *Cas.* Nam

nempe, si victoria potirentur, tot ei hircos vel capras immolaturos, quot ex hostibus occisuri essent. Rem narrat Xenophon Lib. III. de *Exped. Cyri* [c. 2. §. 12. ed. Schneid. cuius not. cfr. p. 155.] *εὐξάμενοι τῇ Ἀρτέμιδι, ὁπόσους ἂν κατακάνοιεν τῶν πολεμίων, τοσαύτας χιμαίρας καταθύσειν τῇ θεῷ, ἐπεὶ οὐκ εἶχον ἱκανὰς εὑρεῖν, ἔδοξεν αὐτοῖς, κατ᾽ ἐνιαυτὸν πεντακοσίας θύειν· καὶ ἔτι καὶ νῦν ἀποθύουσιν.* Vide etiam *Aelian. Var. Hist.* II, 25. et doctos ibi interpretes, itemque Meurs. de Athen. Att. II, 5. Porro notandus hic est elegans vsus praepositionis *κατὰ* in phrasi illa, *κατὰ χιλίων εὐχὴν ποιήσασθαι χιμάρων y)*, quod simpliciter significat, *mille hircos vovere.* Sic enim optimi quique scriptores loqui solent. Pollux I, 27. inter reliquas voces et phrases ad sacra pertinentes etiam hanc habet *εὔχεσθαι κατὰ βοὸς* i. e. *bouem vouere.* Eustathius quoque ad Odyss. p. 1454. 129. ed. Rom. modum hunc loquendi veteribus vsitatum fuisse monet. Ait enim: *ὅτι δὲ τὸ χίλια ζῶα ὑποσχέσθαι, κατὰ χιλίων εὔξασθαι ἐφράζετο, δηλοῦσι χρήσεις παλαιαί.* Locum hunc Eustathii attulit quoque Kuhnius ad dictum locum Pollucis, qui praeterea opportune ibi obseruauit, genus hoc loquendi non solum occurrere in proposito loco Arist. sed etiam in prouerbio illo: *Μὴ πάντα κατὰ βοὸς εὔξῃ z)*· quod legitur apud Suidam et Diogenianum. His addi potest locus ille Plutarchi in *Quaest. Graec.* p. 294. B. [T. II. P. I. p. 205. Wyttenb.] *καὶ διέφυγεν εὐξάμενος τῷ Ἀπόλλωνι καθ᾽ ἑκατόμβης* (et effugit, postquam Apollini hecatombam vouisset). Item ap. Schol. Eurip. ad Phoen. 1416. *καθ᾽ ἑκατόμβης ηὔξατο.* Sic enim ibi legendum est pro *κᾆθ᾽ ἑκατόμβης*, quod per crasin dictum foret pro, *καὶ εἶθ᾽ ἑκατόμβης*, sed nullo illic sensu. [Correxit Valcken.] *Kust. a)*. Ratio-

---

vel ab *ἄγρα* vel ab *ἀγρὸς* deriuatur. Sturz. Lex. Xen. I. p. 44.

y) Phrasis historicorum, praesertim Graecorum, *εὔχεσθαι κατὰ βοὸς* vel *χιμάρων*, i. e. votum facere, si victor redeas, te bouem vel haedum sacrificaturum. Sic dicimus, *εὔχεσθαι κατὰ νικητηρίων*, vouere quasi praemium victoriae. *Cas.*

z) *Noli semper vota concipere,* interpretatur *Brunck.*

a) His e Kust. nota magnam partem repetitis *Brunck.* addit: „confer Valckenar. ad superiorem Schol. Eurip. locum p.

nem huius appellationis ['Ἀγροτέρα] exponit Meurſius Athen. Att. 2, 5. e Pauſania: vbi vide plura de hoc voto Callimachi. 'Ἀγροτέραν Dianam etiam Euſtathius e comoedia memorat in Od. ρ, p. 1821, 22. ſine dubio ad h. l. reſpiciens; item ad Od. γ, p. 1454, 27. vbi, diſſidens ab aliorum narratione ſcribit, Athenienſes τῇ 'Ἀγροτέρᾳ ante praelium χιλίας χιμαίρας vouiſſe. Sed et aliter atque aliter plerique narrant. v. Meurs. cuius diligentiam hic locus effugit: nec non locus Aeliani 2. V. H. 25. hic notatus a Kuſt., qui 500. capellas quotannis ei immolari ſcribit, quas 500. vocat Xenophon L. 5. 'Ἀναβάσ. *Duck.*

667. (661. Br.) ἐξαύριον pertinet ad γενοίατο, non autem ad ποιήσασθαι. Male vulgo diſtinctus eſt hic locus [commate poſt ἐξαυρ. poſito]. *Brunck.*

668. (659.) Verſum hunc adducit Athenaeus Lib. VII. c. 24. p. 328. [p. 209. T. III. Schweigh. vbi γένοιντο legitur.] *Kuſt.* θρὶξ *pilus*, vnde frequenti vſu Athenis dicebantur τριχίδες, i. e. piſciculi minuti, quaſi pilis tenuitate ſimiles. Dicebantur et θρίσσαι *b*), eſtque magna quaeſtio apud graecos naturae interpretes, quodnam genus piſcis ſit. *Cas.*

669. (660. K.) *Κάρα caput, δοκεῖν obſeruare, coniicere de futuro.* Inde καραδοκεῖν pro, velut exſerto capite obſeruare, quid ſit futurum. Ariſtophanes id ponit, vt denotet, Senatum capite conuerſo ad iſiciarium de eius ore pependiſſe. Apud hiſtoricos elegantisſime dici ſolet καραδοκεῖν τὸ μέλλον de eo, qui medius inter duos pugnantes exitum exſpectat, vt fortiori ſe coniungat *c*). *Cas.*

670. (664. Br.) ἐφλήναφα. Sic bene A. C. vt im-

769." [p. 145. ed. ſecundae]. „*Bergl.* autem haec adiicit: „Sic ὀμνύειν καθ' ἱερῶν τελείων ap. Thucyd. Lib. IV." [imo Lib. V. c. 47. vbi vid. Duck. T. I. p. 749. ed. Lips.]

b) Etiam τριχιάδες. Sunt autem ex ſardarum ſ. ſardinarum (Sardelles) genere. v. Camus ad Ariſt. H. An. T. II. p. 815. ſs. et Schneider. ad eundem T. III. p. 628.

c) Cf. Sturz. Lex. Xen. II. p. 654. Schweighaeus. Lex. Polyb. p. 321. et Herodi. 3, 7, 10. c. intpp.

presſi. In B. ἐφληνάφει. v. ad Nub. 1475. *Brunck.* Sermonem vanum et nugatorium variis nominibus Graeci ſignificarunt, vt ὕθλος et ἀδολεσχία, λῆρος et φλήναφος: vnde φληναφάω, quod ſignificat, dare verba ſine mente. *Cas.*

671. (662. K.) In Eccl. 258. ἤν σε τοξόται ἕλκωσι, τί δράσεις ποτέ; Ibid. 143. καὶ τὸν παροινοῦντ᾽ ἐκφέρουσ᾽ οἱ τοξόται. *Bergl.* Appellantur in ſcriptoribus Atticis τοξόται ſerui publici *d*), quia, vt videtur, magiſtratibus Athenienſium apparebant ſatellites arcus geſtantes. Iidem vocantur ξένοι, quaſi dicas *peregrini*, quia huiusmodi ſatellites ciues Athenienſes non erant, ſed barbari, puta Scythae: quare etiam Scythae dicuntur ſaepe, vt in Ariſtoph. Θεσμοφορ. [1017. etc.] *Cas.* Sequentia male olim verſa ſunt: Et (aut: Caeteri autem) circum apuas ſtantes tumultuabantur. Rectius Br.: Caeteri autem ſtantes de apuis tumultuabantur. Legebatur autem ante Br. οὐδ᾽ ἔθος.

674. (665. K.) οὐκ Λακεδαίμ. Deeſt participium in hac locutione, pro ὁ ἐκ Λακεδαίμονος πεμφθείς *e*). *Cas.* In membr ſic ſcriptus eſt hic verſus: ἵν᾽ ἀτθ᾽ ὁ κῆρυξ οὐκ Λακεδ. λέγειν πάλιν. Eadem eſt lectio cod. B. niſi quod in eo pro λέγειν eſt λέγει. Iam olim aliquid hic turbatum fuit. Suſpicor poëtam ſcripſiſſe:

ἵν᾽ ἀτθ᾽ ὁ κῆρυξ οὐκ Λακεδαίμονος φέρει,
πύθησθ᾽· ἀφῖκται γὰρ περὶ σπονδῶν λέγων.

Brunck. in Suppl. Iure diſplicuit Brunckio iſtud λέγων *f*), quod et alio nomine vitioſum eſt; debebat enim potius eſſe λέξων vel ἐρῶν. Sed neque hoc rectum eſſet, vt exemplis patebit. Ariſtoph. Av. 1531. ἥξουσι — περὶ διαλλαγῶν. 1576. ᾑρήμεσθα περὶ διαλλαγῶν πρέσβεις. ib. 1586. 1594 Pac. 215. Lyſiſtr. 982. 1008. 1103. [in quibus omnibus locis περὶ διαλλαγῶν aut περὶ εἰρήνης ſine verbo λέγων ponitur]. Vnus Br. MS. in priore verſu habet λέγει πάλιν, alter λέγειν πάλιν. Dele

---

d) v. Phot. Lex. p. 457.

e) Imo periphraſt. hoc dicitur pro ὁ Λακεδαιμόνιος. Cf. Fiſch. Anim. ad Vueller. III, 2, p. 123. Caeterum tranſit h. l. ab oratione obliqua ad directam.

f) Imo praecedens λέγει ei diſplicuit.

igitur λέγων ex λέγει vel λέγειν natum, et repone: "Ιν' ἄτθ' ὁ κ. οὐκ Α. λέγει, Πύθ., ἀ. γ. π. σπ. πάλιν. *Porſon.* ad Eurip. T. I. p. 102. ſ. ed. Lips.

677. Νυνὶ περὶ σπονδῶν; i. e. nunc, cum meliuscule res noſtrae habere ſe incipiunt, de foederibus tractant Lacedaemonii? Oratio cum interrogatione enuntianda, vt eſt ſermo indignantium. Sed poëta praeclare ob oculos ponit leuitatem Athenn., qui ſoliti rebus vel leuiter ſuccedentibus ſtatim conſilia pacis abrumpere *g*). ὦ μέλε. Attica vox eſt μέλεος, pro *miſer*, ſed in Vocat. ſingul. Attici alterum ε detrahunt et dicunt ὦ μέλε et ſumunt pro, *o ſtulte h*). *Cas.*

679. (673. Br.) ἑρπέτω. Locutio e plebe petita. Ad verbum: *bellum repat*; i. e. procedat in publicum *i*). *Cas.* In Lys. 129. οὐκ ἂν ποιήσαιμ', ἀλλ' ὁ πόλεμος ἑρπέτω. *Bergl.* et *Brunck.*

680. (679. K. 674. Br.) ἐκεκράγεσαν *k*). Verbum per onomatopoeiam fictum *l*) a κράζειν, quod conuenit aſperae et praefractae voci. Fere in deteriorem partem accipitur hoc verbum. *Cas.* τοὺς Πρυτάνεις ἀφιέναι ſcil. τὴν Βουλήν. *Senatum dimittere.* Inepte libri omnes: ἀπιέναι, quod fideliter vertit Berglerus: *et cum clamore iubebant Prytanes abire m*). Interpretes non

---

g) Ita ſolebant Athenienſes, ſi res ipſis meliuscule ſe haberent, reſpuere pacem oblatam. Egregie de ea re Comicus Pac. 215. εἰ δ' αὖ τι πράξαιντ' ἀγαθὸν 'Αττικωνικοὶ, κἄλθοιεν οἱ Λάκωνες εἰρήνης πέρι, ἐλέγετ' ἂν ὑμεῖς εὐθὺς, ἐξαπατώμεθα etc. Deinde: ὁ γὰρ χαρακτὴρ ἡμεδαπὸς τῶν ῥημάτων. *Bergl.*

h) v. Nub. 33. etc. ἄξιαι mox ſunt *viles*, quae vili pretio veneunt.

i) Imo: *progrediatur.*

k) In Brunck. ed. eſt, haud dubie operarum errore, ἐνεκράγεσαν, (vnde in Lips. venit, ibi quoque corrigendum) ſed in Ind. ed. Br. ſub κράζειν legitur ἐκεκράγεσαν, etſi ἐγκράζειν in Plut. 428. occurrit.

l) Imo legitime formatum eſt hoc Plusquamperf. cuius terminatio tertiae pers. Plur. ap. Att. eſt — εσαν pro εισαν, et quod interdum Aoriſti loco ponitur. v. Matthiae Gr. gr. p. 243. ſ. 706.

m) Id eſt: clamatum eſt pasſim, Prytanes abiſſe. Vel ita in-

fugiſſet menda, ſi prosodiae paulo peritiores fuiſſent. ἀπιέναι metrum auerſatur, quum ſecundam ſyllabam corripiat, vt ex Avv. 188. liquet: εἶθ', ὥςπερ ἡμεῖς, ἣν ἰέναι βουλώμεθα. At ἀφιέναι *dimittere* ſecundam producit. V. ad Lys. 157. et ad Av. 946. *Brunck.*

681. (672. K.) ὑπερπήδων *n*). Semel monendum eſt, neque poëtas neque alios auctores graecos ſeruaſſe leges Grammaticorum de incrementis. Nam etiam apud Platonem et alios proſae orationis auctores neglecta incrementa leguntur, maxime in praeteritis et plusquamperfectis. Sed et hic ὑπερπήδων pro ὑπερεπήδων, niſi ita potius ſcribas, vt et metri cauſa neceſſarium eſt. Hic autem poëta deſcribit ἀταξίαν ſenatus Athenienſis; quod cum in ſenatu Romano accidebat, dicebantur Senatores *mapalia facere.* Vide Feſtum [p. 227. ed. Dac. vbi cf. Scal.]. δρυφάκτους. Graeci ſic vocant cancellos et ſepta transitum prohibentia. δρῦς proprie eſt *quercus*; ſed quoniam notisſima arbor eſt *quercus*, propterea appellarunt δρῦν generaliter omnem materiam, ex qua opus quoduis eſſet factum. Contra Latini *pinum* generaliter vſurpabant pro quouis ligno: vnde *pinus* pro naui apud Ouid. ſaepe *o*). Δρύφακτος igitur eſt a δρῦς et φράττω, quod eſt *munio p*); alterum ρ poſt φ euphoniae cauſa ſublatum. Nam dicendum erat δρύφρακτος, ſicut cataphractus. Sed quidam putant φ poſitum pro π. Nam πακτοῦν graece eſt *claudere*, vt ap. Sophoclem *q*). *Cas.*

---

terpretare: Conclamatum eſt ab omnibus, qui iubebant Prytanes ſenatum dimittere. *Cas.* [vt igitur is iam ἀφιέναι coniecerit.] In Acharn. 171. τοὺς Θρᾶκας ἀπιέναι παρεῖναι δ' εἰς ἕνην· οἱ γὰρ πρυτάνεις λύουσι τὴν ἐκκλησίαν. *Bergl.*

n) Ita Caſaub. in ſuo cod. inuenit. Sed dudum correctum eſt. Non ita Attici poëtae augmentum omittunt. Cf. Matthiae Gramm. gr. p. 190. Et metrum poſtulat.

o) Vidd. Heins. et Burmann. ad Ovid. Her. 18, 158.

p) Cf. Etym. p. 288. Zonar. I. p. 1569. (vbi hic locus exponitur: καθύπερθεν ἐπήδων τοὺς δρυφάκτους) et 572.

q) Scil. Soph. Aiac. 580. eſt δῶμα πάκτου vbi olim legebatur δῶμ' ἀπάκτου v. ibi Lobeck. et Erfurdt. et de verbo ipſo, quod *compingere* notat, Valcken. ad Herod. p. 146. ſ.

682. *κορίαννα.* Ex Athenaeo et Polluce ſcimus, veteres plurimum vſos eſſe hisce duabus plantis, *coriandro* et *getaeo*, vt et *anetho* et *aniſo*, et ſimilibus ad vſum condimentorum. Qui plantas deſcripſerunt, faciunt earum genus vnum, quod vocant plantarum condimentariarum, earum videlicet, quae acriorem ſuccum natura habent. *Cas.* Si vera ſit lectio *ὑπεκδραμὼν* ab Inv. e Rav. recepta, putandus erit proceleusmaticus in ſecunda ſede iambi loco eſſe. Eum autem vsquam iambi loco inueniri negat Herm. de Metr. p. 160. ſs. (hoc ipſo loco laudato). Retinenda igitur eſt vetus lectio: *ὑποδραμών*, per ſe etiam melior; nam eſſe debet: huc illuc discurrere, aut clam ſubire; non, currendo aufugere, aut clam excurrere.

683. In Vesp. 493. *ἢν δὲ γήτειον προςαιτῇ ταῖς ἀφύαις ἥδυσμά τι. Bergl.* De v. *γήτειον* v. Ran. 654.

684. (675. K.) *ἡδύσματα.* Deeſt praepoſitio *εἰς*, i. e. *ad facienda condimenta. Cas.* Imo in appoſitione additur vt in Vesp. l. l.

686. r) *Πυππάζειν* dixerunt Attici, quod alii *ποππίζειν.* Id verbum proprie dicitur de equis, quos equiſones manu palpantes demulcent: vnde ponitur pro, blandiri alicui, quemadmodum ap. Latinos *palpum obtrudere alicui*, pro eodem. [Plaut. Pſeud. IV, 1, 35.] *Cas.* Scholiaſtes: *Pyppax acclamabant, quod nos dicimus ποππύζειν;* vnde *πόππυσμα* quo equiſones demulcent equos. v. ad Vesp. 623. *Bergl.*

689. (683. Br.) *πέπραγας.* Sic bene tres codd. vt edidit etiam Bern. Iunta. Ceteri *πέπραχας.* Moeris: *πεπραγὼς ἐν τῷ γ', Ἀττικῶς· πεπραχὼς, Ἑλληνικῶς* s). *Brunck.*

690. (681. K.) *εὗρε δ' ὁ παν. ἔτ.* Homerus h. in Merc. 319. *αὐτὰρ ἐπεὶ πολύμητις ἐὼν πολυμήχανον εὗρεν. Bergl.*

---

r) *ὑπερεπύππαζον.* vltra omnem modum me *πυππίδιον pupulam ſuam* appellabant, iterabant clamorem, *ὦ πυππίδιον.* Mallem tamen *ὑπερεπάππαζον* nimis frequenter dicebant *ὦ παππίδιον* o *liebes Groſsväterchen. Reisk.*

s) P. 293. vbi vid. Pierſon. *πέπραχα* tamen actiua, *πέπραγα*

692. (682. K.) κεκασμένον. Poëticum verbum κά-ζειν pro *ornare t)*. Apud Pind. ἀγαθαῖς πραπίσι κεκασμένος i. e. *bona mente inſtructus. Cas.*

694. (684. K. 687. Br.) ῥήμασιν θ' αἱμύλοις [vt Br. ed.]. Sic emendate ſcriptum in B. Dimeter eſt paeonicus conſtans e duobus creticis vt ſtrophicus verſus, qui eſt 620. (625. Lips.) Perperam vulgo ῥήμασι. Male etiam in A. C. αἱμυλίοις, quod in B. quoque a ſecunda manu repoſitum [et Inv. e Rav. recepit]. *Brunck.* αἵμυλος proprie eſt *diſertus* et *ingenioſus ad decipiendum v)*. *Cas.*

696—98. Haec, vt nunc in Lips. deſcripta ſunt, non reſpondent ſtrophicis 628. ſ., inprimisque partic. ἔχων vulgo ante εὔνους additum nec metro nec ſenſu ſaluo abeſſe recte poteſt. Neque enim dici commode poterat: ἐπίστασαι ἡμᾶς πάλαι εὔνους ξυμμάχους (nam etiam haec Attica forma non in communem mutanda erat); addito part. ἔχων bene omnia ſe habent: ſcis te habere nos dudum tibi beneuolos adiutores.

700. (689. K.) ὠθῶν κολόκυμα. Duo ſimul expreſſurus poëta, magnum videlicet illius ſed vanum conatum, comparat eius impetum cum fluctibus maris, non illis quidem decumanis, ſed iſtis minoribus, qui plus terrent quam nocent. ὠθεῖν κῦμα eſt, *vnda vndam impellere;* quod fit in agitato mari, ſed proprie dicitur, cum furentibus ventis fluctus decumani, graece τρικυμίαι dicti, concitantur; tunc vere magnum periculum. At vndam a Cleone excitatam vocat κολόκυμα, quaſi dicat *mutilum fluctum x)*. Κόλος eſt pro, κολοβὸς, *mutilus, non plenus.* Latine proprie *fluſtrum,* i. e. paruum fluctum *y)* vocant. *Cas.* ποταμὸς ὠθεῖ κύ-

---

neutra ſignificatione poni contendit Matthiae Gr. gr. p. 234. et 686. Tum πέπραχας h. l. rectius eſt.

t) Sic et Hom. Od. IV, 725. add. Zonar. II. 1195. In Pind. Ol. 1, 42. ὦμον ἐλέφαντι κεκαδμένον.

v) Aliam primitiuam notionem Lennep. Etym. h. v. ponit. add. Zonar. I. p. 69.

x) Vertunt: *fluctus abruptos.*

y) v. Feſtus h. v. et Salmas. ad Tertull. de pall. 2. p. 140.

μα Metagenes ap. Athen. VI. p. 269. Comparat Cleonem cum fluuio. *Bergl.*

701. (690. K.) *μορμὼ τοῦ θράσους.* Deeſt in hoc loquendi genere *ἕνεκα z*). *Μορμὼ* autem, quae et *Μορμὼν, μορμόνος,* fingebatur dea quae infantes deuoraret. Eſt enim figmentum nutricum hoc numen *a*). Apud Theocr. in *Αδων.* [XV, 40.] mater plorantem infantem ſic alloquitur: *Μορμὼ, δάκνει ἵππος, vae tibi, mordet equus.* Sic Lamiam fingebant eiusdem poteſtatis numen. Saepius *Μορμοῦς* meminit Ariſtoph. in Pace [474.]: *οὐδὲν δεόμεθ᾽, ὦ 'νθρωπε, τῆς σῆς Μορμόνος. Cas.*

702. Actus ſecundi ſcena ſecunda hic conſtituitur. „f. *εἴ τι τῶν λοιπῶν ἐμοὶ ψευδῶν ἔνεστι* etc. *ſi quid reſiſtat mendaciis, quae mihi adhuc ſuperſunt. ἔνεστι δήγματος* habuimus in Pluto.“ *Reisk.* Cf. Append. ad Dawes. M. Crit. p. 458.

703. (692. K.) Loci huius meminit Suidas V. *Διαπέσοιμι* et V. *'Ενείη b*). *Kuſt.* Gloſſae: *διαπίπτει, intercidit.* Heſych. *διέπεσεν, ἀπέθανε. Bergl.*

704. (693. K. 696. Br.) *"Ηδεσθαι* eſt, *affici laetitia.* Sed venuſtatis Atticae eſt, vſurpare hanc vocem *ἥσθην,* quae eſt aoriſti et praeteritum tempus notat pro praeſenti. Latine diceremus: *Suaue mihi eſt minas tuas audire;* quae ſunt amarae ironiae. Sic proximos aoriſtos interpretare, vt *ἐγέλασα. Cas.* Nota *γελᾶν* cum caſu tertio hic conſtrui. Suidas ſuo loco legit *ψολοκομπείαις c*), cum diphthongo in ſyllaba penultima, ſed repugnante metro. *Kuſt.* *Ψόλος* graece eſt *fumus,* vnde

---

z) Niſi putemus Genitiuum in exclamationibus ſimpliciter ita poni. v. Bos. de Ell. p. 706.

a) v. Phot. Lex. p. 202. add. ad Av. 1245. inprimis Valck. Comm. ad Theocr. Adon. p. 347. qui docet poni h. l. et al. loc. pro *φεῦ, ἆ.*

b) Add. Zonar. I, 532. qui *διαπ.* explicat *διαμαρτήσαιμι τῆς ἐλπίδος* et p. 746. vbi *'Ενείη, ἀντὶ τοῦ ἔνεστιν. οὕτως 'Αριστοφάνης.*

c) Etiam in vno cod. Zonarae II, 1875. legitur *ψολοκομπεία.* Sed etiam Photius Lex. p. 477. *ψολοκομπία, ἀλαζονεία,* et deinde locum hunc recte laudat.

ſulmen, quod ſine noxa adueniebat, ψολόεν, quaſi in fumos euaneſcens, appellarunt. Sic poëta hic Cleonis minas vocat ψολοκομπίας i. e. *minas* inanes neque in neruum erumpentes. *Cas.* Suidas: ψολοκομπεία, ἀλαζονεία. Scripturam per diphthongum, quae proba etiam per ſe eſt, metrum huius verſus non admittit. Verbum γελᾶν cum datiuo hic conſtruitur, vt ab Eurip. Bacch. 850. ὥςτε μὴ γελᾶν Βάκχας ἐμοί. Et Iph. Taur. 278. ἐγέλασεν εὐχαῖς. *Brunck.*

705. (694. K. 697. Br.) Ἀπεπυδάρισα *d*) μόθωνα. Loci huius mentionem faciunt Etymologus V. Πυδαρίζειν, Suidas V. Ἀπεπυδάρισα et Euſtath. ad Odyss. λ, p. 1679, 37. Varias autem vocis ἀποπυδαρίζειν interpretationes lector apud eos videre poteſt. *Kuſt.* Etym. M. πυδαρίζειν, ἐπὶ τοῦ ἄλλεσθαι, ἤτοι ποδαρίζειν, ὡς ὄνομα ὄνυμα Αἰολικῶς· ἢ πυγαρίζειν, παρὰ τὴν πυγήν. δηλοῖ δὲ τὸ λακτίζειν. Suidas et Euſtathius exponunt etiam per ἀπέπαρδον. *Brunck.* μόθωνα. Schol. φορτικὸν εἶδος ὀρχήσεως, *turpe ſaltationis genus e*). *Bergl.* Fere omnia nomina ſaltationum et cantionem ſignificant, vt μόθων genus turpis ſaltationis eſt et nomen cantilenae. Περικοκκύζειν eſt proprie galli gallinacei *f*), qui capite erecto et rotato vocem edit. In certaminibus κοκκύζειν de galli gallinacei ſono dicitur; vel de cuculo, qui dicitur κόκκυξ. *Cas.* Schol. περιεβόγχησα, *rhonchum edidi*; nempe vocem aliquam abſonam ad indicandum contemtum. *Bergl.*

706. (695.) ἐκφάγω. Verbum, vt Grammatici loquuntur, *praegnans* pro duobus ponitur. *Niſi te comedero*, pro, *comeſum eiecero. Cas.* Exemplis illuſtrauit hanc praegnantem ſignificationem Abreſch. Diluc.

d) Verbum eſt plebis Atticae πυδαρίζειν pro, *ſaltitare pedibus*, vt faciunt, qui gaudio exſilientes continere ſe non poſſunt. Origo vocis vel a πούς vt ſit pro ποδαρίζειν, vel a πυγὴ *clunis*, vt ſit pro πυγαρίζειν. *Cas.* Schol. πυδαρίζειν, ἐπὶ τοῦ ἄλλεσθαι, *de ſaltatione.* Quaſi ποδαρίζειν, a πούς, ποδός. *Bergl.* Photius p. 349. Πυδαρίζειν, σκιρτᾶν, καὶ οἷον μετὰ τάχους σπαράττεσθαι. Add. Tittm. ad Zon. II, 1594. vbi πυδαρισμός.

e) Add. dicta ad v. 641.

f) v. Sturz. Prol. IV. de voc. anim. p. 9.

Thuc. p. 494. Partic. γε post *Δήμητρα* in lect. Rav. hanc vim habet vt ſit: et hoc quidem per Cererem teſtor. — Contra Atticorum vſum eſt, ſi vbique cum Rav. εἰ legitur, ergo prima vice, vt vulgo, ἐὰν, et 708. ἢν legendum.

709. (698. K.) *Ῥοφεῖν* eſt *ſorbere*, ἀπεκροφεῖν ſic ſorbere, vt nihil reliquum ſit. Sunt autem illa loquendi genera e plebe petita, vt multa apud Comicos. Valent ad ſummum odium declarandum. Sic et ſummus vates [Hom. Il. δ, 35.]: *Ὠμὸν βεβρώϑοις Πρίαμον Πριάμοιό τε παῖδας.* Vetus poëta Latinus *g*): *Crudum manduces Priamum, Priamique piſinnos. Piſinnos* vetus dictio pro, *paruos.* Hae loquutiones non ſunt ſine re. Sed et ſaepius fieri ſolitum legimus, vt hoſtes victi hoſtis ſanguinem delibarent, quidam etiam inteſtina aut alias partes deguſtarent. *Cas.* κἀπεκροφήσω σ', *αὐτὸς* legi iubet *Reisk.*

710. Solemus iurare per ea, quae nobis cariora ſunt aut in maiore veneratione. Hic igitur inducitur Cleon iurans per προεδρίαν ſuam, i. e. per ius quod obtinuerat ſedendi ante alios et excitandi etiam alios e ſuis ſedibus. Antea oſtendit poëta duces Athenn. ſolitos beneficii magni loco hoc ius προεδρίας et petere et impetrare a Senatu. Addit autem *τὴν ἐκ Πύλου h*), reſpiciens res a ſe geſtas ad Pylum, de quibus ante. *Cas.*

711. (700. K.) *ἰδοὺ προεδρίαν,* i. e. *en ſtultum hominem, qui adhuc putat ſe prioribus honoribus fruiturum. Cas. Οἷον.* Geſtu vox haec adiuuanda. Ea enim declaratur ſummum Iſiciarii deſiderium videndi quod dicit. *Qualiter* pro, *quanto meo cum gaudio. Idem.*

712. Praepoſitio ἐκ in multis loquendi generibus rei mutationem ſignificat, cum pereunte aliquo aliud ſuccedit *i*). *ἔσχατον.* Fit hoc nomen ab *ἔχειν* vel *σχεῖν,*

---

g) Labeo ap. Schol. Pers. Sat. I, 4. vid. Wernsdorf. Poet. Lat. min. T. IV. P. II. p. 578. Caet. in verſu antec. etiam bis ἢν, vulg. olim, retinendum, neque cum Inv. εἰ e Rav. eſt reponendum. Non ita εἰ Atticis cum Coni. ponitur.

h) i. e. quam ob Pylum, ob captiuos Spartanos inde abductos, nactus ſum.

i) Senſus igitur eſt: te, poſtquam primam ſedem occupaueras, poſtremo loco in theatro conſeſſurum.

et ſignificat, quod vix in extremo haeret. Notabis ſummae ignominiae loco poni, ſpectare vltimum. Nam in theatris honeſtis viris aut a magiſtratu locus aſſignabatur vel honoris cauſa a conſeſſoribus excipiebantur, qui eſſent honoratiores, loco commodiore. Sic apud Senecam et alios Latinos *extrema cauea* et *pullati* ſunt homines obſcuri et ex infima plebe, qui in ſummis theatri gradibus ſpectabant. *Cas.*

714. (703. K.) *Τί σοι δῶ καταφαγεῖν;* Alludit poëta ad prouerbium: *Homini famelico caue occurras.* Theocritus [XV, 148.] *πεινᾶντί γε μηδέποτ' ἔνθῃς* k) i. e. *πεινῶντι μὴ προσέλθῃς.* Et ſcribit Seneca [de Ira II, 19.] hanc eſſe naturam famelicorum, vt facilius ad iram commoueantur. *Cas.*

715. *ἐπὶ τῷ* l) *φάγοις.* Phraſis anceps. *φαγεῖν ἐπί τινι* pro, ſuper aliquo, menſa videlicet, edere. Nam ſuper menſa edere dicitur, qui ad menſam ſedens veſcitur: ſed ſignificat ea vox adiectionem alicuius obſonii ad panem m). *Cas.* *βαλαντίῳ.* Sic A. B. Vulgo *βαλλαντίῳ* n). Vim praepoſitionis *ἐπὶ* non ſatis bene reddidit Berglerus vertens: *ſuper quanam re ederes libentisſime? an ſuper crumena?* *ἐπὶ* hic ſignificat *cum* et iungitur ei rei, quae praeter obſonium aut obſonii loco ad veſcendum datur, vt Pac. 123. *ἕξετ' ἐν ὥρᾳ κολλύραν μεγάλην καὶ κόνδυλον ὄψον ἐπ' αὐτῇ.* Et Acharn. 835. *παίειν ἐφ' ἁλὶ τὰν μάδδαν, αἴκα τις διδῷ.* Qui verſus neſcio qua mea vel typothetae oſcitantia perperam in hac edit. [Argentorat.] excuſus fuit. *Brunck.*

717. (706. K.) Loci huius meminit Suidas V. *Ὀνυχίζεται* o). *Kuſt.* *Ὀνυχίζειν* eſt proprie, vnguibus vel

---

k) Melius nunc legitur: *πεινῶντι δὲ μηδὲ ποτένθῃς.*

l) Male in not. Cas. legebatur *ἐπί τῳ.*

m) Atque ita haud dubie accipiendum eſt: quodnam lubentisſime comederes, i. e. quo maxime velles ſatiari? dicuntur autem haec cum ſimulata quadam humanitate, vt Vuil. obſeruat.

n) *Βαλλάντιον crumenam* vel *marſupium* vocant Graeci, quia eo coniiciuntur pecuniae ſeruandae: a *βάλλειν.* *Cas.*

o) Zonar. I, 268. *ἀπονυχιῶ, ἀντὶ τοῦ ἀφαιρήσομαι, ἀπὸ μετα-*

circa vngues aliquid facere, vt praecidere vngues. Inde *διεξονυχίζειν* quod significat, quasi vnguibus aliquid subtiliter tractare. Ponitur pro *λεπτολογεῖν* p). *Ἀπονυχίζειν* vero est, aliquid *vnguibus discerpere.* Attica vera vox est *ἀπονυχιῶ* pro *ἀπονυχίσω*. De victu in Prytaneo ante dictum est. *Cas.*

720. (709. K.) *πόνηρε* [vt ante Br. lectum est]. Cum accentu in prima significat *vexatum malis, laboriosum.* Quare melius *πονηρέ* legas, i. e. *nequam. Cas.*

721. *ἐκείνου καταγελῶ* i. e. *tantum apud populum possum, vt etiam illudere illi queam. Cas.*

722. (711.) *τὸν δῆμον σεαυτοῦ νενόμικας.* Quasi *plane tuum esse, tibi deditum, addictum, οἰκείως ἔχειν πρός σε,* vt ait Schol. Terent. Adelph. 5, 6, 10. *plebem facio meam.* Corn. Nep. Cim. c. 2. *populum vrbanum tenuit in sua potestate. Duck.* Ouid. Art. Am. II, 250. *Fac plebem, mihi crede, tuam. Bergl.*

723. *ψωμίζειν pascere bucceis* (a *ψωμὸς buccea*), sicut fit a nutricibus. Ponitur pro, lactare aliquem et spe alicuius commodi ductare. *Cas.*

724. (713. K.) Locus hic adducitur a Suida V. *Τίτθαι. Kust.* Aristoteles III. Rhet. c. 4. *ὁ Δημοκράτης εἴκασε τοὺς ῥήτορας ταῖς τίτθαις* (comparauit oratores cum nutricibus) *αἳ τὸ ψώμισμα καταπίνουσαι τῷ σιάλῳ* (saliua) *τὰ παιδία παραλείφουσι. Bergl.* Perperam vulgo *καθώσπερ.* Dawesii emendationem q), quam iam antea receperam, postmodo confirmauit cod. C. in quo eodem, quo edidimus, modo scriptum est. *Brunck.*

725. (716. Br.) Membr. *ἐντίθης.* Vid. ad Lys. 895. *Brunck.*

φορᾶς τῶν ὀνυχιζομένων. Idem *ἀπονυχίσαι* potius quam *ὀνυχίσαι* dici monet.

p) Photius Lex. p. 267. *ὀνυχίζεται, ἀκριβολογεῖται. οὕτως Ἀριστοφάνης.*

q) Misc. Crit. p. 247. vbi monet 1. *καθώσπερ* s. *καθὼς* non esse nisi recentioris farinae, Aristoph. autem temporibus non Attice dici potuisse; 2. magis *ἀσύνδετον* esse orationem, quam quae in comoedia ferri possit; scribendum igitur esse: *καθ' ὥσπερ* —

726. (715. K.) *κατέσπακας.* *Σπᾶν* eſt *trahere, κατασπᾶν trahere deorſum.* Sed Graeci vtuntur hac voce pro *deuorare aliquid.* Notabis vſum praeteriti temporis, pro, deuorare ſoles. *Cas.* Antiphanes Comicus ap. Athen. III. p. 104. *ἀλλ᾽ ὅταν τὴν ἔνθεσιν* (cum bucceam) *Ἐντὸς ἤδη τῶν ὀδόντων τυγχάνῃς κατεσπακὼς* (deglutieris), *Τοῦτ᾽ ἐν ἀσφαλεῖ νόμιζε τῶν ὑπαρχόντων μόνον. Bergl.*

728. (717. K.) *εὐρὺν καὶ στένον* r). Id eſt, *poſſum efficere, vt vel laetetur vel doleat populus.* Laetitia diffundit; dolor arctat. Poſſumus etiam exponere: *populus per me eſt vel liberalis vel reſtrictus. Cas.* Schol. *πλούσιον καὶ πένητα.* Mihi videtur manere in eadem ſententia ac metaphora, quae eſt in ſuperioribus atque hoc dicere: ſe poſſe efficere, vt populus contentus ſit multis vel paucis *s*). Nam dictum fuerat de alimentis. Atque ita locum habere poteſt expoſitio Scholiaſtae: qui enim diuites ſunt, liberalius ſibi indulgent et quaſi latiorem habent ventrem; qui pauperes, parce viuunt et quaſi ventrem comprimunt. Cum ergo allantopola obiiceret ei, maligne ipſum paſcere populum, inſtar nutricum, quae, cum infantibus cibum praemandunt, exiguam iis partem in os indunt, atque ipſae multo plurimam deuorant: reſpondet Cleon, ſe poſſe efficere, vt populus etiam paucis contentus ſit; et, ſi quam largitionem ipſi praebeat, laeto animo accipere, ſi quid recidat, ne hoc quidem aegre ferre, et etiam exiguis alimentis contentum eſſe. *Duck.*

730. *με δόκει* (Imperat.) legi voluit *Reisk.* Perperam Inv. puros ſenarios, qui ſequuntur (731. 734., in vulg. 720. et 722.), codici obſequutus in duos numeris omnibus deſtitutos deſcripſit.

735. (722.) A verbis *νὴ Δί᾽, ὦ πάτερ,* incipit ſermo

---

r) Infra 1344. (1358.) dicit Allantopola ad populi perſonam: *τὰ δ᾽ ὦτα γάρ σου ἐξεπετάννυτο ὥσπερ σκιάδιον καὶ πάλιν ξυνήγετο. Bergl.* *ὑπὸ τῆς δεξιότητος* eſt, propter ſollertiam.

s) Sententiam bene expreſſit Vuil.: Beym Zeus, das eben iſt die Kunſt, daſs ich ihn voll und leer zu machen weiſs. Mox *τουτοῒ σοφίζεται* eſt, hanc artem callet, ſcilicet ſe dilatandi et contrahendi.

Agoracriti. *Reisk.* His Allantopolae adſcriptis, malim ſequentia Cleoni tribui, ita vt (transpoſitione verſus recte facta) ab Inv. edita ſunt. Nam ita conueniunt iis, quae v. 730. leguntur. Caeterum Cleon haec introrſum dicere putandus eſt.

736. (723. K. 726. Br.) Vulgo legitur claudicante verſu: *ἔξελθε δῆτ᾽, ὦ δημίδιον φίλτατον t).* Vna transpoſita vocula numeros reſtitui: *ἔξελθε δῆτα, δημίδιον ὦ φίλτατον.* Oruillius ad Charit. p. 258. minore mutatione, ſed neſcio an melius, emendabat: *ἔξελθε δῆτ᾽, ὦ δημίδιον φιλτάτιον. Brunck.*

737. Verſus *ἔξελθ᾽ ἵν᾽ εἰδῇς* — huc e Rav. repoſitus vulgo poſt *κατεσπαράξατε* (739.) legitur non ſuo loco; nam tum populus iam exierat, neque, vt exiret, erat amplius cohortandus.

739. (725. K.) *Εἰρεσιώνην v).* Apud Graecos multus fuit et florum et ramorum et lanearum vittarum vſus in rebus diuinis. Sic *Oſchophoria* feſtum appellatur, quia eum diem celebrantes ramos manibus tenebant. Sic quae hic nominatur *εἰρεσιώνη*, religionis cuiusdam cauſa pro foribus conſtituebatur. Eſt autem *εἰρεσιώνη* ramus oliuae, qui pro foribus domorum conſtituebatur, ornatus vittis et omni genere fructuum (ita enim Schol. et varii Graecorum Grammatici explicant:) fiebatque hoc in honorem Apollinis. Exſtat verſus ſolemnis in celebratione huius feſti: *Εἰρεσιώνη σῦκα φέρει*

---

t) Verſus fulciendi gratia ſcribendum eſt: *ὦ δημίδιόν γε φίλτατον. Kuſt.* Vide an legendum ſit, vt Schol. laudat: *δῆτα, ὦ.* Nam nec hiatum aliis locis refugit Ariſtophanes, et dactylus locis paribus eſſe poteſt. *Duck.* Sed praeſtat *δῆτ᾽ ἂν* e Rav. Solet ita *ἂν* imperatiuis addi in blandis precibus. v. Matthiae Gr. gr. p. 882.

v) v. ad Plut. 1055. Egreditur autem iam populi perſona. *Bergl.* Vuilandus putat v. 738. a Demo eſſe dictum, quum etiamnum intus eſſet, v. 739. quum egrederetur; at certe verba *ἄπιτε* etc. dicta ſunt ab egrediente, quum illi propius ad fores adſtabant. Idem Vuil. etiam oſtendit *εἰρεσιώνην* fuiſſe ramos oleagineos, lana circumuolutos, quos Pyanepſiis et Thargeliis pueri circumferebant, quique poſtea aedium foribus appendebantur.

καὶ πίονας ἄρτους x), i. e. *Eiresione fert ficus et bonos panes:* quia videlicet huiusmodi ramis et ficus et parui panes appendebantur. Caussam huius ritus explicant Graeci. Sed missis nugis quasi bonum hoc omen fuit dapsilis prouentus in eum annum. Nomen est ab ἔριον s. εἶρος poetice, *lana*, propter laneas vittas. Etiam Romae honoris Augustorum caussa pro foribus Palatii fuere laurus; et re laeta soliti Romani Graecique postes aedium ornare ramis laurus et oliuae. *Cas.* σπαράττειν est, vnguibus laceratum aliquid dispergere. *Idem.*

741. Haud dubie, quum ad aedes Demi properarent huncque euocarent, verbera Cleon ab Allantopola et Equitibus acceperat.

743. (730. K. 733. Br.) ἐτεόν. Est ἰδίωμα phrasis Atticae, continens ironiam venustissimam. Ad verbum sonat *vere:* sed latine non sic loquimur. *Cas.* Inuenuste itaque Berglerus: *Tu vero quis es? Dic verum.* Melius Frischlinus: *Tu vero quis es, obsecro. Brunck.* y). Qui latine dicitur *riualis*, quasi vicinus et eidem riuo participans, graece ἀντεραστής dicitur, quasi, ex aemulatione idem amans, vt dicitur ἀνταγωνιστής, qui idem certamen decertat. *Cas.*

749. (736. K. 739. Br.) λυχνοπώλησιν. Recte Scholiastes monet tangi hic Hyperbolum. Is enim erat lucernarum venditor z). Hinc Comicus noster Nubb. 1061. Ὑπέρβολος δ' οὐκ ἐκ λύχνων πλεῖν ἢ τάλαντα πολλὰ Εἴληφε διὰ πονηρίαν; *Kust.* Inter alia artificia est ars lucernas conficiendi aut ἐλλύχνια. Soliti autem veteres familiam alere multis constantem seruis, qui ex aliquo artificio quaestum anno facerent. Sic Demosthenis pater seruos habuit, qui gladios et enses facerent, et Crassus ipse apud Romanos, seruos aedificatores habens, domos ruinosas coëmebat easque per seruos instaurans quaestus vberrimos faciebat. Sed non defuerunt, qui

---

x) v. Ilgen. Comm. de Εἰρεσιώνῃ Homeri etc. in Opuscc. eius philol. T. I. p. 148.

y) Qui ipse vertit: *Tu vero quis es scilicet?*

z) Idem iisdem fere verbis monuit *Bergl.* et praeterea infra v. 1301. et 1312. (1315. et 1327.) conferri iussit.

hoc in Senatore damnarent et legibus Romanorum diſerte cautum eſt, ne quis Senator nauem habeat, niſi ad vſum villae. Ex eo eſt, quod Demoſthenis inimici illum vocarunt μαχαιροποιοῦ filium, et inde etiam eſt, quod Lychnopolam appellat Ariſtophanes *a*), qui magnus fuit in repub. Athenienſium et familiam habuit artis illius peritam. Terminatio huius vocis eſt η cum iota ſubſcripto et σι *b*) pro αις. *Cas.* Confert cum h. l. Comici alium Catulli [carm. 24.] in quo puer, abhorrens ab honeſto et probo amatore, dederat ſe improbo, Victorius Var. Lect. 22, 11. *Duck.* νευῤῥάφοις. Neruis veteres vtebantur etiam in quibusdam rebus, in quibus neruos non vſurpamus. Sic neruos parabant ad vſum chordarum lyrae. Sic neruis coria conſuebant, vt calceos vel papiliones e corio. Ars vocatur νευῤῥαφική, artifices νευῤῥάφοι: a νεῦρον et ῥάπτω conſuo. *Cas.* νευῤῥ. καὶ σκυτοτόμ. Lyſiclem dicit, qui erat προβατοπώλης (vid. ad v. 132.) et Cleonem, qui erat coriarius. *Ex Scholiis. Bergl.*

751. Scribendum: εἰπέ νυν. Vitium ed. Br. εἶπέ ν. remanſit.

752. (739. K. 742. Br.) Scholiaſtes vetus legit ὑποδραμών, vt ex nota eius patet. *Kuſt.* Semper Cleon vt cramben recoctam reponit res a ſe geſtas ad Pylum, vt ſaepius ante vidimus. Sed poëta tribuit illi vocem doloſam, qua reuera vſus fuerat in ea re. ὑπεκδραμεῖν proprie eſt, clam aliis excurrere, et proprie conuenit hoc verbum militibus emanſoribus, qui ſine ducis venia, ſine commeatu, caſtra deſerunt. *Cas.* Vulgo legitur: ὅτι τὸν στρατηγὸν ὑπεκδραμὼν τὸν ἐκ Πύλου. In A. C. ſcriptum: ὅτι τῶν στρατηγῶν ὑπεκδραμὼν τῶν *c*) —

a) Hoc propter Hyperbolum, quem ſaepiſſime exagitat Comicus. Vide modo Nub. 1065. et Pac. 690. *Brunck.*

b) Quae Ionica et Attica fuit forma.

c) In aliis libris videtur fuiſſe: τῶν στρατηγῶν ὑποδραμὼν τῶν — Coniunctione vltimarum ſyllabarum exſtitit ſcriptura cod. Rav. ὑποδραμωντῶν, vt vel circumflexus in vltima ſyllaba docet. Itaque non inde fieri debuit: ὑποδραμόντων cum Inv. Nam primum falſum eſt, duces Athenn. e Pylo aufugiſſe, 2. hoc non dici potuit ὑποδραμεῖν ἐκ Πύλου. τῶν

Gloſſa participio ſuperſcripta in C. πάνυ δραμών. In B. ὅτι τὸν στρατηγὸν ὑποδραμὼν d) τὸν — Neutra lectio ex omni parte bona eſt: ſed ex vtraque optima et ſincera elicitur:

ὅτι τοὺς στρατηγοὺς ὑποδραμὼν τοὺς ἐν Πύλῳ.

ἐν Πύλῳ, vt 55. 76. et alibi. Verum eſt omnino ὑποδραμών. Sic infra 1161. (1169.) ὑποθεῖν οὐκ ἐῶ. Vbi Schol. exponit ὑποτρέχειν, ὑποσκελίζειν, καὶ ἐμποδὼν ἵστασθαι. Heſychius huc forte reſpiciens: ὑποδραμών, ὑφαρπάσας e). *Brunck.* ἐκ Πύλου. Proprie ex Sphacteria inſula; ſed quia in obſidione Pyli ſunt capti Lacones illi, propterea ſemper Comicus Pylum nominat. vide init. Not. *Bergl.*

754. (741. K.) περιπατῶν. Vt ante ſic h. l. Iſiciarius ex verbis artis ſuae concinnat orationem, qua ſe anteponit Cleoni. Ait igitur, ſe non Lacones e Pylo, ſed ollam ex alius manibus rapuiſſe. Verbo περιπατῶν reſpicit illud ὑπεκδραμών. *Cas.* ἐργαστήριον officina et taberna quaelibet dicitur.

756. (743. K.) ἐκκλησίαν. Summa reip. auctoritas fuit penes populum cuius coetus appellatur Ἐκκλησία, ſicut conuentus Senatorum Βουλή. Aſtute vero Cleon, victus in Senatu, prouocat ad populum, ſperans ſe ibi cauſam obtenturum propter leuitatem et inconſtantiam populi. *Cas.*

758. Recte e Rav. receptum eſt ἵνα τοῦτον φιλῇς, pro vulg. ἵν' ἐκεῖνον φ., ſed perperam Πυκνῇ et mox Πύκνα, vbi vulg. erat Πυκνὶ, Πνύκα. vid. ad v. 165.

761. (748. K. 751. Br.) Vulgo legitur: ἀλλ' εἰς τὸ πρόσθε χρῆν παρεῖν' εἰς τὴν Πνύκα. „Friſchlinus: *nam et antehac oportebat adeſſe in Pnyce.* Sed ſequi potius debebat interpretationem Schol. veteris, ſecun-

---

στρατηγῶν — τῶν facili et frequenti aberratione exſtitit. Vera lectio eſt: ὅτι τὸν στρατηγὸν ὑποδραμὼν (ſupplantans) τὸν ἐκ Πύλου (qui e Pylo oppugnabat Laconas — Demoſthenes intelligitur —) etc.

d) Eadem varietas verborum ὑποδραμεῖν et ὑπεκδραμεῖν 682.

e) Accommodatius Zonar. II. 1785. ὑποδραμών, ὑπελθών. Cf. Phot. in ὑποδραμεῖν.

dum quem *εἰς τὸ πρόσθε* ſignificat, *εἰς τὴν αὔριον craſtino die f)*." *Kuſteri* haec obſeruatio eſt, ſed fallitur, transuerſumque egit Berglerum, qui vertit: *Sed in Pnycem oportet quamprimum adeſſe.* Scholiaſtae interpretatio falſa et inepta eſt. *εἰς τὸ πρόσθε* neutiquam ſignificare poteſt *εἰς τὴν αὔριον.* Et reuera non in inſequentem, ſed in hunc ipſum diem indicitur concio, quae ſtatim habetur. Corrupta eſt lectio, quae ſic emendanda erat:

ἀλλ', ὡς τὸ πρόσθε, χρὴ παρεῖναι 'ς τὴν Πνύκα.

Sed, vt antea, in Pnycem adeſſe oportet. *χρὴ* eſt in membr. *g*). *Brunck.*

764. (751. K.) V. 780. (793.) *ἐπὶ ταῖς πέτραις οὐ φροντίζει σκληρῶς σὲ καθήμενον.* Loquitur autem ad populi perſonam *h*). *Bergl.* H. l. Allantopoles haec omnia ad ſpectatores dicit. *δεξιώτατον* vocat populum i. e. prudentisſimum.

765. (752. K. 755. Br.) De hoc loco multa garriunt

---

f) An legendum *ὡς τὸ πρόσθε, vt ante?* Ferri tamen poteſt *εἰς. Cas.* Leg. *ἀλλ' ὡς τὸ πρόσθε vt olim, ita nunc quoque.* Caſaubono idem quoque viſum fuit. *παρεῖναι* accipiendum pro *περιιέναι. Reisk.* In Acharn. 43. et in Eccl. 129. *πάριτ' ἐς τὸ πρόσθεν. Bergl.*

g) *χρὴ* etiam e Rav. recte dedit Inv. ſed perperam *παρεῖν' ἐς τὴν Πνύκα*, neque melius *ἐς τὸ πρόσθε* retinuit, et reiecta Schol. interpretatione, putauit in iudicio praeſens tempus indicare.

h) *τῆς πέτρας.* Proprie *ſaxum* eſt. Non enim hoc nomen idem ſignificat Graecis ac Gallis. Nobis enim eſt *ſilex*, aut ſaxum paruum, Graecis eſt *rupes.* Hic vero ne quidem rupes eſt, ſed pars ſuperioris vrbis, vbi *Πνὺξ* fuit, quod quaſi Comitium quoddam erat Athenienſium. Ingenioſe poëta et adulatur Athenienſibus et eos vituperat. Ait domi eſſe prudentes, ſed in Pnyce homines nihili, quaſi *Πνὺξ* mutaret hominum ingenia: et videtur alludere ad varias hiſtorias de certis locis aut certis aquis, quae mentes hominum afficiunt hoc aut illo modo. Sic dicitur Salmacis aqua molles reddere, et multa talia apud [Pſeudo-] Ariſtotelem in lib. *περὶ θαυμασίων ἀκουσμάτων*, Vitruuium et alios. Simili commento fingit poëta alibi [Ran. 194.] alium locum mirabilem, quem vocat *Αὐαίνου τόπον* [*λίθον*] et videtur reſpicere prouerbium de Mileſiis, de quibus dictum eſt: *Οἴκοι λέοντες, ἐν πολέμῳ δ' ἀλώπεκες. Cas.*

Scholiaſtae veteres, ſed quae parum ad rem faciunt. Quare conſulere praeſtabit notas Caſauboni ad h. l. in quibus meliora lector docetur. *Kuſt.* Χαίνειν pro ore hiante et animo incerto eſſe, vt neſcias, quid agas, paſſim Graeci. Obiicit igitur hoc verbo ſtultitiam et imprudentiam Athenienſibus: ſed comparatio, qua vtitur, Graeco interpreti mire vexata eſt. Sciendum eſt, magnum Athenis prouentum fuiſſe ficuum: has ſoli expoſitas ſiccabant et vocabant ἰσχάδας. Vt ſiccarent, pede ſiue petiolo alligabant, ſeu filo, ſeu ſubtili vimine: ſed nimis maturis ficubus accidebat ſaepe, vt petiolus frangeretur: tum erat magna difficultas alligandi ficus. Feſtiue igitur comparat populum anxium et ex imprudentia conſilii inopem cum eo, qui ficus alligans petiolis fractis haeret. Petitum e re ruſtica Athenienſium notisſimum prouerbium. Quod ſicus alligarentur nomen ipſum arguit. Nam ἰσχάδες dictae ſunt *caricae* (i. e. ficus ſiccae) ab ἴσχειν verbo. Ἐμποδίζειν eſt, pedibus vincire: ſed nominis ποῦς latisſima eſt ſignificatio. Atqui ignorata ſignificatio huius vocis h. l. coëgit tot interpretes abſurda loqui. *Cas.* Quae ad hunc verſum in ſcholiis leguntur, ſunt ſane quam abſurda, vt vere iudicauit Caſaubonus, qui locum bene exponit, ita vt mirer Bergleri iudicium, qui vnius e Scholl. explicationem praetulit, eamque longe ineptisſimam *i*). Magni Animaduerſoris verba lectoris in gratiam deſcribere non pigebit. „Sciendum eſt — prouerbium." „Πόδιον eſt *petiolus* — pro παρατιθέντες." Hucusque bene Berglerus, vim verbi declarans, ſed quod ad rem ipſam opinionis falſus. *Brunck.*

---

i) *Πόδιον* eſt petiolus ſ. pediculus, vt eſt in glosſis, nempe pomorum, a ποῦς, ποδός· vnde ποδίζειν et ἐμποδίζειν *pedem implicare laqueo : ἐμποδίζοντες ἰσχάδας laqueum pediculo* ſ. *petiolo ſicuum aptantes.* Schol. περιτιθέντες ταῖς συκαῖς βρόχον· nam ita legendum ibi pro παρατιθέντες. Erat autem ludi puerilis genus, quo ficus filo ſuspenſas impellebant, vt in aëre librarentur et huc illuc ferrentur, quas pueri ore hiante captabant, vt ex Schol. colligere licet; quod ἐμποδίζειν ἰσχάδας inde dictum fuit, quia pediculo, vt dixi, ficuum, alligarent filum, per metonymiam antecedentis pro conſequente. *Bergl.*

766. (753. K.) *k*) Citat Suidas V. *Νῦν*. Eſt autem elegans prouerbium Graecorum: *πάντα κάλων ἐξιέναι*, *omnes emittere rudentes:* pro, *omni conatu aliquid tentare.* Eurip. Mede. 278. *ἐχθροὶ γὰρ ἐξιᾶσι πάντα δὴ κάλων.* Quem locum non video a Paroemiographis eſſe obſeruatum. Idem Troad. 94. proprie dixit: *ὅταν στράτευμ' Ἀργείων ἐξίῃ κάλως.* Et Herc. Fur. 857. de Iride, Furiam adhortante, vt Herculem ad inſaniam adigat: — *φόνιον ἐξίει κάλων caedis emitte rudentem*, i. e. *furore ad caedes eum impelle.* Fallitur ergo magnus Caſaubonus ad h. l. *l*), qui exiſtimat Ariſtophanem hic potius ad prouerbium alludere, quam ipſa prouerbii verba vſurpare. Nam Graecos non ſolum dicere ſolitos fuisſe *πάντα κάλων κινεῖν*, ſed etiam — *ἐξιέναι*, ex locis adductis abunde patet. *Kuſt.*

767. (754. K.) *λῆμα* cum ſimplici *μ* eſt *animi praeſentia;* per duplex *μ* acceptio doni. Vox *θούριος* poëtica eſt a *θορεῖν* verbo, quod *ſalire* eſt vel *inſilire.* Ap. Hom. *θούριος m*) eſt Martis epitheton, quo robur illius et agilitas declarantur. Hic vero *λῆμα θούριον* eſt praeſens animus et dexter in euitandis periculis. *Cas.*

768. *ἁνὴρ* (i. e. *ὁ ἀνὴρ*), non *ἀνὴρ* legi iubet Dawes. M. Crit. p. 249. vbi *ὑπερβάλλεσθαι* Medium ap. Att. ſignificare, *ſuperare,* hoc ipſo loco docet.

769. (756. K. 759. Br.) *n*) Neutro genere dixit *τὰ*

---

k) Incipit hinc e vulg. deſcriptione actus ſecundi ſcena tertia, ſed ap. Francog. interpr. ſcena tertia conſtituitur v. 738., non h. l. Mutata autem ſcena neceſſarium fuit, vt Pnyx exhiberetur, in qua conſedit Demos. Haec autem (v. 766. ſs.) chorus ad Allantopolam dicit.

l) Solet Ariſtophanes magis ad prouerbium alludere, quam verba prouerbii vſurpare, vt tum ſaepe alibi, tum hic. Eſt prouerbium Graecorum: *πάντα κάλων κινεῖν omnem funem mouere:* affine illi *πάντα λίθον κινεῖν.* Aliter extulit hic Ariſtoph., *ἐξιέναι* vſurpans. Eſt vero proprius prouerbio locus, cum nautae in re crepera et difficili omne inſtrumentum nauticum mouent ad quaerendam ſalutem. *Cas.*

m) *θοῦρος Ἄρης* dicitur, vt Il. 5, 35. etc.

n) Ex Aeſch. Prometh. 59. *δεινὸς γὰρ εὑρεῖν κἀξ ἀμηχάνων πόρον peritus eſt enim inueniendi viam etiam ex rebus deſperatisſimis.* Locum citauit Schol. etiam. *Bergl.*

ἀμήχανα res difficiles et impeditas, ſic vt non videantur poſſe expediri. *Cas.* πόρους εὐμηχάνους πορίζων. Sic quidem libri et ferri poteſt iſta lectio. At longe elegantius eſſet κ. τ. ἀ. πόρους εὐμήχανος πορίζειν. Sic Aeſchylus de Prometheo: δεινὸς γὰρ εὑρεῖν κἀξ ἀμηχάνων πόρους. Vt ille δεινὸς εὑρεῖν, ſic Noſter εὐμήχανος πορίζειν. *Brunck.*

770. (757. K. 760. Br.) ὅπως ἔξει. Sic Scholiaſtam legiſſe, manifeſtum eſt ex illius interpretatione, ὅπως ἐξελεύσῃ. Et ſic perſpicue ſcriptum eſt in A. C. In B. ἕξεις ex librarii imperitia, qui futurum eſſe credidit verbi ἔχω, quum ſit ſecunda perſona v. ἔξειμι, quod apud Atticos plerumque futuri ſignificationem habet. Supra 430. ἔξειμι γάρ σοι λαμπρὸς κ. τ. λ. Perperam hic in impreſſis ἔσει. *Brunck.* Graecum eſt *multus* pro *vehemens* o). Sic apud Eurip. [Hipp. 1.] dicitur Venus πολλὴ ἐν θεοῖσι. Vocem λαμπρὸς vento conuenire ea notione, qua hic ponitur, ante diximus. *Cas.* πολὺς καὶ λαμπρός. H. l. *vehemens*, (quaſi de vento), item *ingens, admirabilis.* Demoſthenes contra Ariſtog. [p. 787. T. I. ed. Reisk.] ὡς πολὺς παρ' ὑμῖν ἔπνει καὶ λαμπρὸς ἦν (*quam magnum is apud vos ſpirauerit et clarus fuerit*). Comicus hic in Eqq. 428. ἔξειμι γάρ σοι λαμπρὸς ἤδη καὶ μέγας, vbi vid. Not. Coniunxit μέγας καὶ πολὺς Avv. 489. οὕτω δ' ἴσχυσέ τε καὶ μέγας ἦν τοτε καὶ πολύς, vbi v. Not. Eurip. Hipp. 1. πολλὴ μὲν ἐν βροτοῖσι κοὐκ ἀνώνυμος Θεὰ κέκλημαι Κύπρις — vbi Scholia; δυνατὴ, θαυμαστὴ, μεγίστη. Demoſth. contra Boeot. Or. II. [p. 1024. T. II. Reisk.] μὴ καταπλαγῆτε ὑπὸ τῆς κραυγῆς τῆς τούτου· πολὺς (vehemens) γάρ, πολὺς καὶ τολμηρός ἐστιν ἄνθρωπος. *Bergl.*

711. προςκεῖσθαι. Translatum verbum a re nautica. Nam naues, quae infeſtae impetunt alias, dicuntur προςκεῖσθαι, quaſi ingruere et in perniciem incumbere. *Cas.*

772. (759. K.) Quale inſtrumentum nauticum fuerit δελφὶς, explicat Schol. vetus. Quibus adde illa

o) Eum vſum voc. πολὺς pro, *acer*, *vehemens*, σφοδρὸς, illuſtrauit Abreſch. Dil. Thuc. p. 683. Nam in Eur. Hipp. eſt i. q. σεμνὴ, τιμία, v. ibi Valck.

Schol. Thucyd. ad Lib. VII. c. 41. Ἐκ τῶν κεραιῶν δελφῖνες ἦσαν ἠρτημένοι μολίβδινοι, ὥςτε ἐμβάλλεσθαι ταῖς προςπλεούσαις πολεμίαις ναυσίν· οἳ ἐμπίπτοντες αὐταῖς διέκοπτον τοὔδαφος αὐτῶν καὶ κατέδυον p). *Kuſt.* Continuat allegoriam a re nautica. Solent nautae in periculo non ſolum, vt dicitur, omnem funem mouere, ſed et alia omnia praeſidia artis ſuae comparare. Inter partes inſtrumenti nautici eſt, qui vocatur δελφὶν (δελφὶς), conſtans e plumbo ad ſimilitudinem delphini conflato. Quem vſum praebuerit hic delphinus, non ſatis aperiunt veteres; ſed ex verbis Thucyd. et Schol. videtur fuiſſe grauior plumbi maſſa, quam in naualibus praeliis ad manum habebant, vt venienti et appropinquanti naui hoſtili iniicerent, fortaſſe ad eam ſubmergendam. Nam praelii naualis praecipua victoria eſt, hoſtis nauem mittere in fundum. Delphini nautici meminit Vitruuius Lib X. c. 13. [c. 8. ed. Schneid.] ſiue huius de quo nunc Ariſtophanes q), ſiue illius de quo Oppianus lib. Piſcationis 3. [v. 290.] et lib. 4. ſub principium [v. 81.]. *Caſ.* τὴν ἄκατον παραβάλλου r). H. l. παραβάλλεσθαι non ſignificat, *ad littus appellere*, vt Ran. 180. et 269., ſed *nauem impellere in nauem hoſtilem*, quod qui facturi erant, delphinos prius attollebant, vt eos in hoſtilem nauem deiicerent. Perperam Schol. interpretatur ἑτοίμην ποιεῖν. δελφῖνες autem quid ſint, his verbis declarat Schol. σιδηροῦν κατασκεύασμα ἢ μολίβδινον, εἰς δελφῖνα ἐσχηματισμένον. τοῦτο δὲ ἐκ τῆς κεραίας τοῦ ἱστοῦ αἱ ναυμαχοῦσαι ἠφίεσαν εἰς τὰς τῶν πολεμίων καὶ κατεδύοντο. δηλοῦται δὲ ὑπὸ Φερεκράτους ἐν τοῖς Ἀγρίοις, ὅταν λέγῃ·

ὁ δὲ δὴ δελφὶς ἐστὶ μολυβδοῦς δελφινοφόρος τε κεροῦχος
ὃς διακόψει τοὔδαφος αὐτῶν ἐμπίπτων καὶ καταδύων.

Sic hos verſus emendat Salmaſius in Plin. Exerc. p. 402. Conf. Euſtath. ad Iliad. p. 1221, 25. *Brunck.*

---

p) Eumdem locum attulit *Bergl.* addiditque: „eadem autem fere leguntur apud Scholiaſten Comici." Ex eo etiam verba quaedam excerpſit. add. Intpp. Heſych. h. v. Euſtath. p. 1221, 25. et Zonar. I. p. 476.

q) Imo ibi ſunt partes organi hydraulici.

r) vid. ad Ran. 182. *Bergl.*

773. (760. K.) In re ridicula imitatur graues oratores. Nam hic plane eadem ſententia eſt, quae in principio quarundam orationum graecarum habetur et illius nobilisſimae Demoſth. ὑπὲρ Κτησιφῶντος. *Cas.*

774. (761. K.) εὔχομαι. Scholiaſtes: „Haec mihi videtur etiam Demoſthenes in ſuos vſus adhibuiſſe, in exordio orationis de Corona; ſic enim dicit: Primum deos et deas precor, vt, quantam beneuolentiam ego conſtanter habeo et erga Remp. et erga vos omnes.“ Cetera videantur apud oratorem. *Bergl.*

775. (762. K.) Lyſicles hic traducitur a poëta tanquam aliquis homo nihili *s*). Nam quaecumque hic dicit Cleon, per iocum dicuntur. Sic Cynnam et Salabaccham nominat poëta inter bene meritos de Republica, quae tamen fuerunt nobiles Athenis meretrices. *Cas.* Eſt iocus. Optime de Rep. ſe meritum dicit, ita tamen, vt poſtponendus ſit Lyſicli, qui erat homo nihili, poſtponendus etiam Salabacchae atque Cynnae, duabus meretriculis, quarum nulla exſtare potuerunt merita in Remp. De Lyſicle vid. ad v. 132. Sic in Thesm. 825. cum Cleophontem vellet dicere hominem multo pesſimum, peiorem dicit hac Salabaccha: καὶ μὲν δὴ Κλεοφῶν χείρων πάντως δήπου Σαλαβακχοῦς. (Obs. vtrumque dici, et Σαλαβακχά et Σαλαβακχώ.) De Cynna vid. in Vesp. 1028. et Pac. 753. vbi eidem iſti Cleoni tribuit Cynnae oculos, i. e. pudoris expertes. *Bergl.* Varie ſcribuntur haec nomina. Schol. hic Κύννα et Σαλάβακχα. Ap. Comicum Vesp. 1027. Κύνη. Schol. ibi Κύννα et Σαλαβάκχη. Rurſum Pac. 754. Κύννη, vbi Schol. ex h. l. Eqq. ſcribendum laudat Κύνναν καὶ Σαλαμβακχώ: ibidemque ſcribit Κύννα et Σαλαβακχώ, et mox Κύννη. Suidas Κύννα καὶ Σαλαβακχώ. Et ita quoque Heſychius *t*), quae forte vera ſcriptura eſt. Nam Σαλαμβακχὼ, quod habet Schol., verſum ingredi non poteſt. Videntur autem eſſe ficta nomina. Et Σαλαβακχὼ quidem poteſt eſſe a σάλος, *agitatio*; quod me-

---

s) De Lyſicle vide ſupra ad v. 132. Cynna et Salabaccha, famoſa illius aetatis ſcorta. *Brunck.*

t) Etiam cod. Rav. h. l., Photius p. 368. et 138.

retricum eſt in re turpi: vel potuit Ariſtophanes hoc nomen fingens alludere ad nomen Veneris, quam *Σαλαμβὼ* dictam tradunt Heſych. et Etym. M. eo, quod ſemper circumferatur et perpetuo iactetur ac vagetur lugens Adonim; a *σάλος* ſcilicet: de quo vid. Salmas. ad Lamprid. Heliog. p. 807. Caeterum *Κύνναν* h. l. etiam Kuſterus edidit. *Duck.*

776. (763. K.) *μηδὲν δράσας.* Iocus: debuerat dicere, vt rem bene geram veſtram et honores a vobis promerear. Ait vero, nt nihil agens praemia conſequar. *Cas.*

777. (767. Br.) *ἀντιβεβληκώς.* Sic libri omnes. Tertia ſyllaba ante litteras *βλ* corripitur licentia in anapaeſtis haud infrequenti, cuius exempla multa obſervauimus. Sic Vesp. 570.

τὰ δὲ συγ | κύπτονθ᾽ | ἅμα βλη | χᾶται· | κᾆπειθ᾽ | ὁ πατὴρ | ὑπὲρ αὐ | τῶν.

Hunc verſum in numerato non habuit Daweſius. cuius ſi meminiſſet, neſcio quo ſe miſero modo torſiſſet, vt medelam ei faceret, quo nullo pacto indiget. Minime ergo quod ad prosodiam et metrum adtinet, participio *ἀντιβεβληκὼς* ſubſtituendum eſt *ἀμφιβεβηκὼς*, quod ille cenſet Miſcell. p. 204. Quod autem ad phraſin ſpectat, *ἀντιβεβληκὼς* nude adhibetur *v*), vt millena alia verba quae neutralem induunt ſignificationem, vel ellipſi pronominis *ἐμαυτόν*. *Brunck.* Male Friſchlinus: *Et iam ſolus collato pede tecum non congrediar.* Verte: *Et niſi pro te dimicem, ſolus obſiſtens (inimicis tuis). Kuſt.*

778. (765. K.) *διαπρισθείην.* *Πρίειν* eſt proprie, *ſerra ſecare aliquid.* Nam *πρίων* eſt *ſerra.* Alludit poëta ad ſupplicium ſerrae. Legimus apud veteres, ſaepe factum vt ſerra disſecarentur homines, facto a capite exordio. *Διατέμνειν* eſt *ſecare in longa fruſta.* Hic deeſt praepoſitio *εἰς*: *ſcindi lora*, pro, *ſcindi ad lora conficienda.* *Λέπαδνον* eſt lorum illud, quo iugum

---

v) Negauit enim Dawes. ei ſenſum ineſſe. Caet. ſuum *ἀμφιβεβηκὼς* ex Hom. potiſſimum illuſtrat. *Reisk.* coniecit *ἀντιβεβηκὼς*, quod certe facilius eſt. Ita Eurip. Iph. Aul. 1016. *ἀντιβαίνειν* eſt, reſiſtere, obſtare. add. Schweighäus. Lex. Polyb. h. v. add. Ran. 203.

alligatur ad cornua boum. Eſt igitur ſenſus: *volo vt de cute mea ſiant lora iugalia. Cas.* λέπαδνα. Pro εἰς λέπαδνα, *disſecer in lora.* Notet hic enim lector ellipſin praepos. εἰς, quae poſt v. τέμνειν vel alia cognatae ſignificationis ſaepe omitti ſolet *x*). Sic in fragmento Alexidis ap. Athen. VII, 21. p. 524. *Τὸ δ' ἄλλο σῶμα κατατεμὼν πολλοὺς κύβους*, pro, *εἰς πολλοὺς κύβους reliquum vero corpus in quadrata fruſta multa diſcindens.* Pari modo Theocritus Id. III, 21. τὸν στέφανον τῖλαι λεπτὰ dixit pro εἰς λεπτά: *coronam in minutas partes discerpere. Kuſt.*

780. (767. K.) Verbis artis ſuae mire ſuppliciis ſe deuouet hic Marrucinus. Vult corpus ſuum ſcindi, vt carnes, ex quibus fiunt περικόμματα, i. e. *minutalia.* Περικόπτειν eſt, minutatim caedere. Sed quaſi hoc parum eſſet, ait ἐν περικομματίοις, i. e. in tenuisſima minutalia. *Cas.* Formam loquendi in anteced. verſu εἰ μή σε φιλῶ illuſtrauit Dawes. M. Cr. p. 275.

781. (768. K.) ἐπὶ ταυτησὶ *y*) κ. τ. λ. Verte: *Super hac* (menſa) *radar* (ſiue *comminuar*) *in moreto cum caſeo.* Μυττωτὸς enim apud Graecos idem fere erat, quod apud Latinos *moretum* vel *alliatum z*); cuius σκευασίαν plenisſime deſcribit auctor poëmatis, quod *Moretum* inſcribitur *a*). In Glosſis vett. μυττω-

---

x) Scholiaſtes: *deficit praepos.* εἰς, *vt ſit* εἰς λέπαδνα, *in lora;* vt iſto Alexidis — quem locum citauit Kuſt. *Λέπαδνα* autem ſunt craſſa lora, quibus ligabantur colla equorum ad iugum, vt eſt in Schol. ad Aeſch. Pers. 191. et ap. Heſych. in λεπάδια, vbi λέπαδνα legendum eſſe iam monuerunt Viri docti. Caeterum coriarius Cleo hic de loris loquitur, vt mox fartor et coquus de re culinaria. *Bergl.* Zonar. T. II. p. 1297. λέπαδνα, οἱ χαλινοὶ, καὶ οἱ κατὰ τῶν ἱππείων στηθῶν ἱμάντες, ἤτοι οἱ μασχαλιστῆρες. add. Phot. Lex. p. 157. Apollon. Soph. Lex. Hom. p. 526. ed. Toll. De ellipſi autem hac praep. εἰς cf. Fiſcher. Anim. ad Well. III, I, p. 444. ſ. Schaefer. ad L. Bos. p. 683.

y) Ante dictum, geſtare hunc menſam lanioniam: de qua hic intelligit. *Cas.*

z) Ein Pudding, vertit Vuil. Phot. Lex. p. 207. *Μυττωτὸς*. ὑπότριμμά τι διὰ σκορόδου. Add. Zonar. in *Μυττωτός*, T. II. p. 1376.

a) Inter opera Virgilii T. IV. ed. tert. Heyn. p. 209. ſs.

τὸς latine redditur *intritum*. *Kuſt.* *Κνᾶν* eſt *radere.* Apud Hom. [Il. XI, 638.] Neſtor ad cocetum illud ſuum *κνῆ τυρὸν* i. e. *radit caſeum ſiccum.* *Κατακνᾶν* eſt radere minutisſime, vt quae in puluerem rediguntur *b*). *Μυττωτὸν* proprie dicitur genus cibi ruſtici ex herbis, caſeo et id genus aliis compoſiti. Deſcriptionem habes in elegantisſimo poëmate Virgilii Moreto. Graeca vox originem latinae dedit. Dicitur autem *μυττωτὸν* a *μύσος*, quod eſt odium, propter acrem odorem allii. Nam comptuli ſic allium aſpernabantur, vel Horatio teſte [v. Epod. 3, 3.]. *Cas.*

782. (769. K.) *Κρεάγρα* eſt inſtrumentum culinae aduncum et aptum extrahendae ex olla carni, vt nomen ſonat. *῎Αγρα captura, κρέας caro c*). *τῶν ὀρχιπ. ἑλκοίμην d*). Rem ridiculam aſpergit. Sed, vt notat Schol., alludit ad morem Athenis ſaepe vſurpatum. Sic in ſuppliciis multi tracti ad poenam. *Κεραμεικόν.* Duo Athenis fuerunt loci hoc nomine *e*): alter celebris propter ſepulcra bene meritorum de repub., alter propter habitationem meretricum. De vtro accipiemus? Propter vocem *ὀρχιπέδων* putem de poſteriore. Aut ſi de priore, vbi magni viri ſepulti, erat figura *παρὰ προςδοκίαν.* Sic dixit Seneca in Apocoloc. *f*) *Claudium vnco tractum eſſe in coelum.* *Cas.*

784. (771. K.) H. l. *ἀποδεικνύω* ſic accipitur, vt *ἀποφαίνω* quandoque. Gloſſae: *ἀποφαίνω, exhibeo, reuelo.* Demoſth. adv. Leptin. [T. I. p. 480. Reisk.] *πλέον ἢ δέκα καὶ ἑκατὸν τάλαντα ἀπέφηνεν* (exhibuit) *ἀπὸ τῶν πολεμίων.* Vide infra ad 814. vbi *ἀποφαίνω* ſignificat *reddo, efficio*, vt etiam *ἀποδεικνύω* alias, vt Ran. 1045. *ἐκ χρηστῶν — μοχθηροτάτους ἀπέδειξας.* *Bergl.*

---

b) In Vefp. 966. *ἀνάβηθι τυρόκνηστι καὶ λέξον μέγα — εἰ μὴ κατέκνησας.* *Bergl.*

c) Fleiſchgabel, Küchengabel.

d) In Plut. 956. *ἕλξει θύραζ' αὐτὸν, λαβὼν τῶν ὀρχιπέδων.* In Lys. 365. *κοὐ μήποτ' ἄλλη σου κύων τῶν ὄρχεων λάβηται.* *Bergl.*

e) Vid. Io. Meurſii Ceramicus geminus, Trai. ad Rh. 1663. et repetitus in Gronov. Thes. Antt. Gr. IV. 957. ſs.

f) Non in eo libello hoc legitur.

786. (776. Br.) *χαρισοίμην.* Libri omnes *χαριζοίμην,* metro reclamante. *Brunck.*

787. (774. K.) *Οὐδὲν σεμνόν.* Eſt apud Graecos proverbium de re vili: *Οὐδὲν ἱερόν·* quod ex Homero vſurpat Cic. in Epp. ad Att. g). Pro eo etiam dicitur eodem ſenſu *οὐδὲν σεμνὸν,* vt hic. Obſeruabis Iſiciarium vbique verbis artis ſuae loqui. *Cas.*

788. Idem iſte ſupra 742. (755.) *ἕψοντος ἑτέρου τὴν χύτραν ὑφειλόμην.* Infra etiam 1196. (1208.) ſcite admodum ſurripit leporinam, quam Cleo deſtinauerat populi perſonae, et quaſi ſuam apponit. *Bergl.*

790. (777. K.) *ἀλλ' ἤ.* Deeſt aliquid ad plenam ſententiam, quaſi dicat: quod fingit ſe hic quaſi beneuolum, non eſt verus amor, ſed ſimulatio; quia lucro illi cedit haec ſimulatio. *Cas.* Nihil deeſt hic ad plenam ſententiam, quamuis id Caſaub. putet; coniungendum antecedenti: *οὐχὶ φιλεῖ σε, ἀλλ' ἢ διὰ τοῦτο non amat te niſi propterea tantum.* Illam enim vim habet illud *ἀλλ' ἢ* in negatione. In Ran. 1115. *Ἀλλ' οὐδὲ πάντα ταῦτά γ' ἔστ' ἀλλ' ἢ τρία.* Pac. 475. *οὐδ' οἵδε γ' εἷλκον οὐδὲν Ἀργεῖοι πάλαι ἀλλ' ἢ καταγέλων.* Etiam in interrogationibus idem valet, vt Ran. 457. *τουτὶ τί ἦν τὸ πρᾶγμ' ἀλλ' ἢ Διὸς Κόρινθος ἐν τοῖς στρώμασι;* Aliud eſt *ἀλλ' ἦ,* de quo alibi. *Bergl.*

τῆς ἀνθρακιᾶς ἀπολαύει h). Ἄνθραξ carbo; ἀνθρακιὰ eſt ardentium carbonum collectio ſiue pruna, qua illata domus calefaciebant, vbi non erant camini. Sic in Euangelio Petrus dicitur accedere ad *ἀνθρακιὰν* [Ioh. 18, 18.]. Vſus caminorum, qui eſt hodie, non ita olim erat frequens, ſed arte calorem conciliabant ſuis cubiculis, vt aqua calida fluente per tubos vel pruna illata in cubiculum. *Cas.*

791. (778. K. 781. Br.) Vulgo legitur: *σὲ γὰρ, ὃς Μήδοισι διεξιφίσω περὶ τῆς χώρας ἐν Μαραθῶνι.* Hoc-

---

g) *οὐδὲν ὑγιὲς* Cic. ad Att. XV, 1. vbi v. Intpp. Sed *οὐδὲν ἱερὸν* Theocr. Id. V, 21. ſ. add. Eraſm. Adag. p. 153.

h) Ita Edd. priſtinae non *διαλαύει. Bergl.* Neſcio qui irrepſerit *διαλαύει* in Kuſt. editionem pro *ἀπολαύει,* quod recte in caeteris eſt. *Reisk.*

que modo verſus eſt tetrameter acatalectus, quod metri genus Comico noſtro, vt aliis, plane eſt incognitum. Praepoſitio ἐν, gloſſae loco olim ſuperſcripta et ab imperito librario in textum inuecta, delenda erat. Similem mendam eluimus ſupra v. 610. Promiſcue dicitur ἐν Μαραθῶνι et Μαραθῶνι. Exemplis prolatis ad Lys. 1299. adde Thesm. 806. πρὸς ἐκείνην τὴν Μαραθῶνι. Et Critiae verſum ap. Athen. p. 28. C. ἣ τὸ καλὸν Μαραθῶνι καταστήσασα τρόπαιον. In Acharn. 755. eadem eſt ellipſis praepos. ἐν cum nomine πόλις: ἄνδρες πρόβουλοι τοῦτ᾽ ἔπραττον τῇ πόλει. Verſus labem perſpexit Kuſterus, ſed prauam medicinam faciebat, articulo τῆς eximendo i). *Brunck.* Saepe Attici Medos nominant pro Perſis, in quo et Latini eos imitantur. Ξίφος eſt *gladius*, διαξιφίζειν *gladiis batuere praepilatis* k). Ridicule hic de vero certamine hoc verbum vſurpatur. Reſpondet latino *digladiari.* De pugna Marathonia omnes hiſtorici et ſcriptores Attici. *Cas.*

792. ἐγγλωττοτυπεῖν l). Comicum verbum, quaſi dicas latina lingua, aliquid fingere. Reſpicit vero poëta ad continuas laudes, quibus vanae gentis aures aſſidue perſonabant de rebus geſtis ad Marathonem. *Cas.*

795. (785. Br.) ἐπὶ τ. πέτραις. Intelligit Comicus ſedilia ſaxea Pnycis m). Cf. ſupra 751. *Kuſt.* ἐπὶ ταῖσι πέτραις. Sic ſcriptum oportuit, non, vt vulgo, ταῖς

---

i) περὶ τῆς χώρας. Metri gratia delendus hic eſt articulus τῆς. Syllaba enim illa in verſu redundat. *Kuſt.* De vſu Datiui ſine praep. ἐν v. Hermann. de ellipſi in Wolf. et Buttmann. Mus. Ant. Stud. I. p. 162.

k) διαξιφίσασθαι Zonar. II. p. 529. explicat ξίφεσι διαγωνίσασθαι, vbi v. quos laudat Tittm.

l) Zonar. II. 605. ἐγγλωττοτυπεῖν. τὴν γλῶτταν ψοφεῖν καὶ τὰ κατορθώματα σεμνολογεῖν καὶ ἀεὶ ἐπὶ τῆς γλώττης ἔχειν.

m) Intelligit ſedilia ſiue comitii ſiue theatri. Notat igitur poëta obiter, populum Athenienſem communem vſum non habuiſſe puluillorum, qui ſubiici ſolent, vt mollius ſedeamus: poſtea luxus inuexit. Fuit enim res frequens Athenis, vt apparet ex Theophr. Charr. [vid. 2, 5.]. In hiſtoria Romana legimus, ad Caligulam non frequentem fuiſſe vſum horum puluinorum; eum Imperatorem morem introduxiſſe Senatoribus ſubiiciendi προσκεφάλαια, ὅπως μὴ ἐπὶ γυμνῶν σανίδων καθίζωνται, *ne ſuper lignis nudis ſederent:* vt notat diligentiſſimus rerum Romanarum ſcriptor Dio Cass. [lib. LIX. c. 7. p. 909. ed. Reim.]. *Cas.*

πέτραις cum verſus labe. Prima enim in πέτραις corripitur. v. ſupra 754. οὐ φροντίζει σε καθήμενον. Subauditur ὁρῶν n), cuius ellipſin illuſtrat Valcken. ad Hippol. p. 309. ad iſta Tragici [1339.]: τοὺς γὰρ εὐσεβεῖς θεοὶ θνήσκοντας οὐ χαίρουσι. Sic in Suppl. eiusdem poëtae 528. ὡς οὔτε ταρβῶ σὺν δίκῃ σ' ὁρμώμενον Κάδμου θ' ὁρῶσα λαὸν εὖ πεπραγότα. Participium ὁρῶσα, quod eſt in altero verſu, in priore etiam ſupplendum: οὐ ταρβῶ ὁρῶσά σε ὁρμώμ. σὺν δίκῃ. Quod ad illum locum confert Sophoclis e Trachin. exemplum Musgravius, eius plane diuerſa eſt ratio. *Brunck.*

794 (781. K.) Ῥάπτειν eſt *conſuere*. Erat apud Graecos genus tapetum, quos vocabant ῥαπτοὺς τάπητας. Vetus poëta *conſuta tapetia* [Plaut. Pſeud I, 2, 14.]. Nam vt centones ex variis diuerſorum colorum pannis conſuebantur. Alluſit eo Ariſtophanes voce ῥαψάμενος. *Cas.* τουτί. Porrigit Demo haec dicens pulvinum.

795. (782. K.) Scholiaſtes: Sede in puluinari, *ne podicem illum atteras et corrumpas, qui in praelio nauali apud Salaminem laborauit* (πυγὴν — καμοῦσαν.) o). Sic ap. Aeſch. in Agam. Clytaemneſtra, Agamemnonem ex Troia reducem excipiens, dicit v. 914. νῦν δ' ἐμὸν φίλον κάρα Ἔκβαιν' ἀπήνης τῆσδε μὴ χαμαὶ τιθεὶς Τὸν σὸν ΠΟΔ', ἄναξ, Ἰλίου ΠΟΡΘΗΤΟΡΑ (*pedem* tuum — Ilii *vaſtatorem*). Δμωαί, τί μέλλεθ', αἷς ἐπέσταλται τέλος (quibus iniunctum eſt negotium), Πέδον κελεύθου στρωννύναι πετάσμασι; (ſternere ſolum et viam tapetibus?) *Bergl.* Facile ex ipſa ſententia et praecedente verſu ſuppletur, τετριμμένην πυγήν. *Ne nates atteras, quae, quum in praelio ad Salaminem remum agebas, ſatis iam attritae fuerunt. Brunck.*

796. (786. Br.) ἔκγονος. Sic recte B. C. Vulgo ἔγ-

---

n) Dubitari tamen poteſt an nullo hic opus ſit ſupplemento. Nam integra eſt oratio: non eſt ei hoc curae, quod ſedes — Tamen et *Reisk.* „Poſt φροντίζει flagitat ſenſus ἰδών· vide num metrum patiatur."

o) Subaudi φυγήν. [Scrib. videtur πυγήν.] Reſpicit victoriam naualem, qua Xerxes fugatus e Graecia. *Cas.*

γονος. Perperam iſta ſaepe miſcentur *p*). In Eurip. Or. 481. vbi vulgatum erat ἔγγονος, e duobus codd. dedi ἔκγονος. In Hipp. 450. bene iam Valcken. ediderat ἔκγονοι. Homerus vnice ἔκγονος agnoſcit, quod Euſtath. obſeruat p. 611. ad iſtum verſum, qui eſt in V. Iliad. 813. *Τυδέος ἔκγονός ἐσσι δαΐφρονος Οἰνεΐδαο q*). Addi haec poterunt obſeruatis ad Heſych. gloſſam: ἔγγονα, τὰ τέκνα τῶν τέκνων. *Brunck.* *Ἁρμοδίου r*). Iſte fautor popularis ſtatus fuit, magnamque laudem et decus eſt conſecutus cum ſocio ſuo Ariſtogitone, quod Hipparchum, Hippiae tyranni fratrem, occidiſſet. *Bergl.*

797. (784. K.) *Τοῦτό γε τοὔργον ἀληθῶς ἐστιν* [vt olim vulg.]. Veteres edd. omnes omittunt ἐστιν et poſt γε addunt σου. Ex Aem. Porti editione caſu excidit σου, Kuſterus neque Mſs. neque edd. inſpectis, ἐστιν intruſit, quod et Brunckius retinuit. At quid facilius, quam particulam pene ſenſui neceſſariam ad metrum complendum adiicere? vide ſupra p. XLIX. *Τοῦτό γε τοί σου τοὔργον ἀληθῶς γενναῖον καὶ φιλόδημον.* MS. Rav. ſatis corrupte, ſed ita vt hanc correctionem ſtabiliat: *Τοῦτό γε τοί τ' ἀληθῶς αὖ τοὔργον γ. κ. φ. s*). *Porſon.* Praef. ad Eur. Hec. T. I. p. LXII. ſ. ed. Lips.

798. *ὡς ἀπὸ μικρῶν.* vid. ad Plut. 377. *Bergl.*

801. (788. K.) *Περιδόσθαι* verbum eſt Homericum *t*). Nam illius verſus eſt [Il. 23, 485. vbi cf. Heyn. in Comm. VIII. p. 456.] *δεῦρ' ἄγε νῦν τρίποδος περιδώμε-*

---

p) Ἔγγονος eſt proprie is, qui genus cum aliquo communicat ſeu recta ſeu transuerſa linea; ἔκγονος vero is eſt, qui in recta linea deſcendit ab alio et veluti propago illius eſt. *Cas.*

q) V. ad eum locum Heyn. et quos Tittm. ad Zon. I. 596. laudat.

r) Alludit ad Harmodium et Ariſtogitonem, qui rempub. tyrannide liberare aggreſſi ſunt; vnde illis et poſteris ingens in ea ciuitate decus. *Cas.*

s) Ita Inv. male edidit, etſi recte iudicat, ἐστιν in vulgg. interpretum ſapere manum. Fiorillo ad Herod. Att. Rel. p. 87. ſ. legi voluit: *Τουτί γε τοί σου τοὔργον ἀλ.* coll. v. 1054. *τοῦτό γέ τοι Παφλαγὼν* —

t) vid. ad Nub. 644. *Bergl.* Sic gallice dicimus: *je parie ma tête.* Acharn. 772. *περίδου νῦν μοι περὶ θυμιτᾶν ἁλῶν.* *Brunck.*

δον, i. e. *deponamus tripodem*, ſiue, certemus ſponſione tripode depoſito. At illud plebeium, quod et nos retinemus, vt ad confirmationem alicuius rei caput obiiciamus ſponſioni. *Cas.*

802. (789. K.) *Πίθος dolium*; *πιθάκνη* paruum dolium *v*) vel peculiare dolii genus. Solet fieri, cum bellum eſt, vt populus ruſticus ex agro in vrbem transeat, vbi incommode vt plurimum habitat, puta in gurguſtiolis aut miſeris tuguriolis: cuiusmodi habitationes poëta vocat doliola. Sed in veris doliis quosdam habitaſſe exemplo Diogenis Cynici non eſt dubium. *Cas.* Initio belli Peloponn. Athenienſes, qui plerique ruri habitare ſolebant, omnes in vrbem commigrabant; hinc ita oppleta erat hominibus vrbs, vt domicilia non caperent omnes. Thucydides Lib. II. [c. 14. init.] *οἱ δὲ Ἀθηναῖοι ἀκούσαντες* [Periclis conſilia] *ἀνεπείθοντό τε καὶ ἐσεκομίζοντο ἐκ τῶν ἀγρῶν παῖδας καὶ γυναῖκας καὶ τὴν ἄλλην κατασκευὴν, ᾗ κατ' οἶκον ἐχρῶντο.* Deinde mox [fin. cap.] *χαλεπῶς δὲ αὐτοῖς διὰ τὸ ἀεὶ εἰωθέναι τοὺς πολλοὺς ἐν τοῖς ἀγροῖς διαιτᾶσθαι, ἡ ἀνάστασις ἐγίγνετο.* Paulo poſt [c. 17.] *ἐπειδὴ δὲ ἀφίκοντο ἐς τὸ ἄστυ, ὀλίγοις μέν τισιν ὑπῆρχον οἰκήσεις, καὶ παρὰ φίλων τινὰς ἢ οἰκείων καταφυγή· οἱ δὲ πολλοὶ τά τε ἔρημα τῆς πόλεως ᾤκησαν καὶ τὰ ἱερὰ καὶ τὰ ἡρῷα πάντα.* Mox: *κατεσκευάσαντο δὲ καὶ ἐν τοῖς ΠΥΡΓΟΙΣ τῶν τειχῶν πολλοὶ καὶ ὡς ἕκαστός που ἐδύνατο· οὐ γὰρ ἐχώρησε ξυνελθόντας αὐτοὺς ἡ πόλις. Bergl.* *ἐν ταῖς πιθάκναισι.* Sic perſpicue membr., vt emendauit Daweſius Misc. Crit. p. 197. *x*). In C. *ἐν ταῖσι πιθάκναισι.* Vulgo *ἐν ταῖσι πιθάκναις,* minus numeroſe et contra artem, cui nulla hic erat cauſa cur poëta vim faceret et licentia vteretur. Diuerſa ratio eſt exempli, quod vindicaui ſupra 767. (777.). Haud temere factum eſſe credo, quod in Scholiis ad hunc verſum occurrat mentio formae alius antiquioris: *οἱ δὲ παλαιοὶ φιδάκνην λέγουσι y*). Sic olim in Ariſtoph. textu ſcriptum fuiſſe verba Schol.

---

v) Zonar. II, 1549. *Πιθάκνη, ὁ μικρὸς πίθος.*

x) Qui docet, vocalem ante conſonantes *π, κ, τ,* ſequente quauis liquida, breuem eſſe, igitur *πιθᾰκνη* pronuntiandum.

y) Photius Lex. p. 471. *Φιδάκνας, πιθάκνας Δημοσθένης.*

ostendunt, qui illius formae non meminiſſet, niſi eam ob oculos habuiſſet. Non enim ſolent veteres illi Grammatici, ſi quam vocem interpretentur, aliarum eiusdem ſignificationis, ſed quae obſoluerint, mentionem iniicere. Res in aperto eſſet, horum ſi commentaria integra haberemus. Nam quaedam ante illa, quae protuli, verba excidiſſe manifeſtum eſt. Moeris [p. 392.]: *Φιδάκνη, Ἀττικῶς· πιθάκνη, Ἑλληνικῶς.* Atticam nominis formam cum in hoc verſu, tum in Plut. 546. Comico reſtituet, quicunque librariorum ſtoliditati mancipatus non fuerit. De nomine *φιδάκνη* docte et copioſe, vt ſolet, egit Pierſonus, cura noſtra eo dignior, qua leuem corrigamus errorem, quem non commiſiſſet, ſi Pollucem, quem laudat, paulo diligentius inſpexiſſet. Pierſoni verba ſunt: *φιδάκνιδα vſum Ariſtophanem in Δημιοπράτοις auctor eſt Pollux* X, 74. Quis non credat, Pollucem Ariſtophanis fabulam citaſſe, cui titulus fuerit *Δημιόπρατα?* Nihil tale apud Onomaſticum, qui ait *ὑδρίαν* etiam *φιδακνίδα* appellari, *ὡς ἐν τοῖς δημιοπράτοις*, ſubauditur *γέγραπται*, vel ſimile quid: *vt in columnis publicatorum bonorum inſcriptum legitur z). Brunck.*

803. (790. K.) *γυπαρίοις.* Proprie vocantur *caueae*, vbi habentur aues, grues, perdices et id genus. Nam ab vna ſpecie fit nomen generale *a*). *Cas.* *Ἔτος ὄγδοον* dicit inchoatum. Tum veriſimile eſt, plures ob metum inſtantis belli, quod praeuidebant, iam ante bellum inchoatum ſedes mutaſſe et Athenas migraſſe, qui iam octauo anno currente Athenis male habitabant. v. Thucyd. lib. I. *Palmer.* p. 727.

804. (791 K. 794. Br.) *Βλίττειν* eſt rei ruſticae verbum. Solent faui apum, cum pleni ſunt, depleri ſublato melle. Id vocant Latini *caſtrare apes*, graece *βλίττειν b*). Sed ſolent apes caſtrandae fumo abigi. Hic

---

z) Repudianda eſt lectio Rav. male textis illata ab Inv. *κ. π. σ. φ. ὁρῶν οἰκοῦντα τοῦτον ε.* quae iambos anapaeſtis admiſcet et reſtituenda vetus: *κ. π. σ. φ. ὃς τοῦτον ὁρῶν οἰκοῦντ᾽ ἐ. τ.*

a) Zonar. II. 460. *γυπαρίοις· στενοῖς χωρίοις, φωλεαῖς, καλιαῖς.*

b) *τὸ ἀφαιρεῖν τὸ μέλι ἀπὸ τῶν κηρίων* Zonar. II. 594.

contra dicitur Cleo populum, quem vult βλίττειν, continere per vim in ſuis tuguriolis, quaſi in fauis. *Caſ.* Vertitur: fumo enecare; qualis in iſtis anguſtis domiciliis plurimus fuit.

Ἀρχεπτολέμου *c*). Laconis, qui Athenas miſſus fuerat de pace facienda et liberanda obſidione Sphacteria. vide Palmerii notam [ad Schol. Exercc. p. 727.]. Nugatur hic Scholiaſtes, cuius tamen ineptias, vt ſupra ad 755. (765.) recoxit Berglerus. *Brunck.* Recte reprehendit Scholiaſtem Palmerius, quod hoc exponat de induciis annuis factis anno octauo ad finem vergente, vel principio noni huius belli: nam his induciis Cleonem reſtitiſſe non memorat Thucydides, et videtur etiam haec fabula acta ante id tempus. Sentit autem poëta de legatione, quam poſt Sphacteriam captam et abductos inde Lacedaemonios miſſam tradit Thucyd. 4, 15. ſqq. Tum enim obſtitit Cleon, ne pax fieret, vt idem auctor eſt ibid. c. 21. atque ita recte Palmerius. Quod autem idem putat ex h. l. patere principem legationis illius, quae poſt Sphacteriam captam Athenas miſſa eſt, fuiſſe Archeptolemum, cuius nomen praeterierit Thucydides, mihi nulla ratione niti videtur. Cur enim Thucydides, qui eod. lib. c. 119. accurate nomina omnia legatorum recenſet, Archeptolemum omiſerit *d*)? Neque tamen intelligo, cur Ariſtoph. Archeptolemi hic meminerit, eumque pacem Athenienſibus obtuliſſe (ita enim accipiunt hic φέρειν τὴν εἰρήνην) dicat. Opinor autem, Archeptolemum fuiſſe Athenienſem pacis cupidum, quem Schol. ad v. 327. ſcribit a poëta

c) Iſte aut vnus fuit ex legatis Lacedaemoniorum ad Athenn de pace facienda, aut ponitur iſtud nomen, tanquam nomen hominis proprium, ſed alluditur ad etymologiam vocis, quae ſignificat *inceptorem belli.* Scholiaſtes: *Veroſimile eſt, eum Archeptolemi (auctoris belli) hic mentionem feciſſe, vt oſtendat Cleonem potius eſſe auctorem belli, etiam Archeptolemo, id eſt, vero auctore belli, pacem offerente.* Fuerunt autem Lacedaemonii, qui bellum Peloponneſiacum inchoarunt; atque iidem hoc tempore legatos miſerunt ad Athenn. de pace, qui re infecta reuerſi ſunt. v. ad Pac. 664. *Bergl.*

d) Certe distinguuntur haec h. l. Ἀρχεπτ. — ἐξεσκέδασας (diſſipaſti, i. e. repudiaſti) et, *legatos abigis*, ita vt illum a legatis diuerſum potius fuiſſe coniicias.

deſignari verbis ὁ δ' Ἱπποδάμου, et bene de republ. meritum fuiſſe dicit. Videndum quoque, an Ἀρχεπτολέμου φέροντος poſſit exponi pro εἰςφέροντος, εἰςηγουμένου, quae dicuntur de iis, qui legis vel decreti cuiusdam auctores ſunt. Quod ſi hoc non poteſt, coniicere licet, Archeptolemum forte miſſum ab Athenienſibus ad Peloponneſios et ab his conditiones pacis Athenas retuliſſe. *Duck.*

806. (793.K. 796. Br.) ῥαθαπυγίζων e). Suidas legit ῥοθοπυγίζων h. v. vti et Scholiaſten vet. legiſſe, ex interpretatione eius colligi poteſt. *Kuſt.* Verum eſt: nam formant a ῥόθον et πυγὴ, *cum impetu, ſono, nates ferio.* Idem Kuſt. ad Suid. notat, in Ariſtoph. minus recte legi ῥαθαπυγίζων. Hoc praeceps eſt adfirmare. Itaque videtur etiam ab ea ſententia recesſiſſe, vel ſaltem dubitaſſe, cum edebat Ariſtophanem. Sane ῥαθαπυγίζειν legitur Polluc. 9, 26. Euſtath. in Il. *Α*, p. 861, 16. et Od. *Ρ*, p. 1818, 57., qui et vtroque loco hoc e Comico laudat: item ap. Heſych. in h. v. Nec Iungerm. et Kuhn. ad Polluc. nec Meurs. de Lud. Graec. h. v. T. VII. Antiqq. Graec. receptam ſcripturam huius vocis mutandam exiſtimauerunt. Apertior quidem eſt in ſcriptura Suidae ratio etymologica, quam in ῥαθαπυγίζω, nec tamen ob id ſequitur, ſcripturam auctoritate tot teſtium ſubnixam, eſſe immutandam. *Duck.* ῥαθαπυγίζων tres codd. [haud dubie et Rav.] Heſych. ῥαθαπυγίζειν, ὅ τινες σκομβρίζειν, τὸ τῷ σκέλους πλάτει παίειν κατὰ τῶν ἰσχίων, τὸ εἰς τὸν γλουτὸν σιμῷ ποδὶ τύπτειν f). Ad quam gloſſam vidd. intpp. *Brunck.* αἳ τὰς σπονδὰς προκ. F. αἳ 'ς (i. e. αἳ ἐς) τὰς σπ. At vide tamen Acharn. 652. niſi et ibi malis Λακεδαιμόνιοι 'ς τὴν εἰρήνην· ſed non putem opus eſſe. *Reisk.*

---

e) Videtur proprie nautis conuenire hoc verbum, qui remis incumbentes attolluntur e ſedilibus et rurſus adductis remis cadunt in ſedilia ſua, ita vt ſonum eo ipſo edant. Hoc proprie eſt ῥαθαπυγίζειν, quaſi τῇ πυγῇ ῥόθον ποιεῖν. *Cas.* Vertitur, pede nates ferire, propulſare, einen Fuſstritt in den H. geben.

f) Brenius Phot. Lex. p. 355. τὸ πλατεῖ τῷ ποδὶ εἰς τὰ ἰσχία ῥαπίζειν.

807. (794. K.) λογίοισιν. Notemus locum: nam res ficta non eſt, ſed vera et quae multas olim turbas in vrbibus Graeciae et Romae etiam mire excitauit. Exſtabant enim homines perditi, qui oracula proferrent, quibus hoc aut illud denuntiaretur: quae fere bellorum et malorum erant incitamenta. Semper autem Athenienſes ad monarchiam quandam aſpirarunt. *Cas.* Cleo asſidue iactabat oracula de futura Athenn. potentia; ſupra 61. de illo: ᾄδει δὲ χρησμούς. infra 815. (828.). ***Bergl.***

808. (795. K. 798. Br.) ἐν Ἀρκαδίᾳ. Significat totam Peloponneſum, ſeu terram in poteſtate Athenn. Nam Arcadia erat in eius meditullio, et circum adiacentes nationes oportuit deuinci ab Athenn., priusquam potirentur Arcadia. *Cas.* πεντώβολον ἠλιάσασθαι. Scribendum procul dubio eſt πεντωβόλου ἠλιάσασθαι (ſubintelligendo ἀντὶ) i. e. *pro quinque obolis ius dicere in Heliaea.* Tangit hic enim Comicus (vt et pasſim alibi) τὸ φιλοδικαστικὸν Athenienſium, qui mirum quanto iuris dicendi amore tenebantur *g*), idque capiendae mercedis gratia, quae iudicibus publice conſtituta erat. Ordinaria autem iudicum merces erat triobolum in diem. Hic autem Comicus ludit, dicitque tantam olim temporum felicitatem fore, vt iudices quinos obolos pro ternis, mercedis loco, accepturi ſint. *Kuſt.* πεντώβολον ἠλ. i. e. πεντώβολον ἐκ τῆς Ἡλιαίας λαμβάνειν. In Nub. 865. ὃν πρῶτον ὀβολὸν ἔλαβον Ἡλιαστικόν. Perinde ac ſi dixiſſet ὃν πρῶτον ὀβολὸν ἠλιασάμην. Codd. omnes πεντώβολον exhibent. Miror profecto, Kuſterum hic

---

g) Nihil ita cupiebat populus Athenienſis quam perpetuo in iudiciis occupari. Ipſi enim magno numero conuenientes iudicia exercebant. Merces eorum erat triobolum. At hic fingit fore mercedem quinque obolos, cum in Arcadia iudicabunt. Ἡλιάζεσθαι Atticum verbum eſt; proprie ſignificat ***ius dicere in Heliaea:*** id nomen foro vni Athenienſi. Generaliter pro ***iudicare*** accipitur. ***Cas.*** Iudicia exercendo quinos obolos, non tres tantum, vt nunc Athenis, meriturum dicit populum Athenn. in Arcadia, victis nempe Arcadibus. Infra 1085. (1098.) Allantopola comminiſcitur oraculum etiam de futura iurisdictione Athenienſium in Media: χὤτι γ' ἐν Ἐκβατάνοις δικάσεις λείχων ἐπίπαστα. ***Bergl.***

impegiſſe, quem minus quam quemuis alium fugere debebat huius locutionis ratio. Scripſit enim ille doctum et elegantem libellum *de vero vſu verborum mediorum apud Graecos h*). Nempe ἠλιάσασθαι hic valet, *iudicando acquirere, pro iudicii mercede accipere*, vt ap. Hom. κάμνεσθαι *labore acquirere*, Il. σ', 341. τὰς αὐτοὶ καμόμεσθα [vbi v. Heyn.], et ληΐζεσθαι quod alias *praedari, depopulari* ſignificat, quandoque etiam valet, *praedando acquirere*. Il. σ', 28. δμωαὶ δ', ἃς Ἀχιλλεὺς ληΐσσατο. *Brunck*.

809. Atticum eſt ἢν pro *ſi*, et ἀναμένειν eſt, *patienter ferre aliquid vsque ad finem*. *Cas*.

810. (797. K.) εὖ καὶ μιαρῶς. Eſt figura παρὰ προσδοκίαν, vt cum in Pluto inter elogia boni ſerui ponit κλεπτίστατος, i. e. *furacisſimus*. *Cas*. Alludit ad illud prouerbiale: καὶ δικαίως κἀδίκως. Scholiaſtes: *non anxie laborans, nec ſi ex iuſto, nec ſi ex iniuſto res conficiatur*. Supra 256. Cleo dicebat: οὓς ἐγὼ βόσκω κεκραγὼς καὶ δίκαια κἄδικα, vbi vide Not. *Bergl*.

812. (802. Br.) ἁρπάζῃς. Sic recte B. Vulgo, claudicante verſu, ἁρπάσῃς, menda contraria ei, quam eluimus in v. 776. *Brunck*.

813. ὁμίχλη caligo eſt et nebula *i*). Oculorum aciem impedit nebula; vnde prouerb. Graecorum et Romanorum de eo, qui parum valeat acie oculorum in aliqua re: *videt per nebulam*. Sed profertur hoc prouerb. longius ad omnia impedimenta alia, vt h. l. bellum caligo dicitur eſſe, per quam mali impuniti maneant. *Cas*.

814. (801. K.) Proprie omnis operae merces eſt μισθός. Sed Graeci κατ' ἐξοχὴν μισθὸν appellant mercedem ſ. ſtipendium militi pendi ſolitum. Poëticum verbum χαίνειν *hiare* eſt; et ponitur pro, exſpectare

---

h) Editum primum Lutet. Paris. 1714. iterum Lugd. Bat. 1717. repetitum in *Cph. Wollii* Collectione quatuor de verbis Graecorum mediis disſertationum (ab init.) Lips. 1733. 8.

i) Cf. Etym. Magn. p. 624. et Zonar. II. 1447.

opem ab aliquo. Videtur translata vox a pullis auium, qui ad matrem hiant. *Cas.*

815. (802. K. 805. Br.) Senſus eſt horum verſuum: *Si populus ſemel bona pacis deguſtauerit, ſentiet quanta a te iniuria afficiatur, qui bella foueas.* *εἰρηναῖος.* Nomen pro oratione: *agere pacificus,* pro, *agere vitam in pace.* *Cas.* *εἰς ἀγρόν.* Dixi ad v. 789. (802.) Athenienſes ex agris in vrbem conueniſſe. *Bergl.* *εἰ διατρίψει — ἀναθαῤῥήσει — ἔλθοι.* Sic ſcriptum oportuit. Soloece vulgo tria verba in Subiunctiuo ſunt. In membr. perſpicue *ἔλθοι.* Scriptum primo fuerat *διατρίψῃ, ἀναθαῤῥήσῃ,* ſed emendatum fuit, ſcriptura ambigua: neſcio vtram diphthongum voluerit librarius *ει* an *οι.* In C. *διατρίψῃ, ἀναθαῤῥήσει, ἔλθῃ.* Nullibi frequentius lapſi ſunt librarii, quam in his terminationibus *k*). *Brunck.*

816. (803. K. 806 Br.) *Χίδρα.* Veteres tum alia multa contra noſtram conſuetudinem in deliciis habuerunt edulia, tum legumina et grana alia toſta De cicere toſto et faba teſtantur latini ſcriptores. Nam et inter miſſilia haec fuerunt. At *χίδρα l*) Graeci appellarunt frumenti recentis grana, quae moris erat torrere iisque vti. Fuiſſe hoc genus deliciarum in pretio, praeſertim apud ruſticos, apparet ex h. l. *Cas.* Tanta eſt magiſtrorum vett. in interpretanda hac voce inconſtantia et varietas, vt lectorem incertiorem ab iis diſcedere neceſſe ſit *m*). Quare ſi quis certiora de ea ſcire velit, adeat Caſaub. in Athen. Lib. 14. c. 16. [p. 648. ed. Lugd.] vbi docet *χίδρα* fuiſſe nouella tritici grana toſta et contuſa, quibus veteres et praecipue ruſtici frequenter veſci ſolebant. *Kuſt.* *στεμφύλων n*) [vt ol. vulg.]

---

k) Recentiores enim Grammatici docuerunt, Atticos *εἰ* non conſtruere cum Coniunctiuo. v. Hermann. de praecept. Atticiſtarum p. 8. ſ. et ad Viger. p. 831.

l) Etiam Pac. 594. *τοῖς ἀγροίκοισι γὰρ ἦσθα χίδρα καὶ σωτηρία.* *Bergl.*

m) v. Zonar. II. p. 1853. et quos laudat Biel. Thes. philol. h. v.

n) Quas Latini *fraces* oliuarum (i. e. retrimenta, quae expreſſo oleo remanent), Graeci vocant *στέμφυλα*: ſed hic *oliuas*

Tam'metri, quam conſtructionis et ſenſus gratia ſcribendum eſt *στεμφύλῳ εἰς λόγον ἔλθῃ* [ſiue potius *ἔλθοι*.]. Nam dicere ſolent Graeci, *εἰς λόγον ἔρχεσθαι τινί*, vt Vesp. 470. *ἐς λόγους ἔλθωμεν ἀλλήλοισι.* Et ap. Aelian. Var. Hiſt. XIII, 32. *τῇ Καλλιστοῖ ἦλθεν εἰς λόγους.* Pro eodem Comicus noſter Nub. 251. dixit *ξυγγενέσθαι εἰς λόγους*, itidem cum Datiuo. Quod autem ad ſenſum adtinet, *στεμφύλῳ ἐς λόγον ἔρχεσθαι* hic ſignificat, cum fracibus oliuarum rem habere; quod fit, quando oleum ex oliuis exprimitur. Id autem tempore pacis potisſimum contingere ſolet. *Kuſt.* Vulgo *στεμφύλων*, violata et conſtructionis et metri lege. Nam primo quidem graece non dicitur *ἐλθεῖν εἰς λόγον τινός*, ſed *ἐ. ε. λ. τινί.* Tum *στεμφύλων* pes eſt creticus, quem verſus reſpuit. Certisſime itaque Kuſterus *στεμφύλῳ* legendum eſſe pronuntiauit, quod niſi in textum repoſuiſſem, dignus esſem, qui quouis bardo ſtolidior haberer. Vitio originem dedit *ι* olim ad latus adſcriptum, *στεμφυλωι*, quod in *ν* degenerauit, vt decies millies contigiſſe notum eſt. Iſta omnia et alia multa, licet ad artem, quam exercet, pertineant, ignorat nouus prosodiae magiſter *o*), qui e corrupta huius vocis ſcriptura probatum iuit vocalem corripi ante literas *μφ* et *στεμφύλων* pedem eſſe anapaeſtum. Vid. not. ad Thesm. 56. Hominem illum, cuius prorſus oblitus fueram, in memoriam mihi redegit hic locus aduertitque me et admonuit, vt indiculum inſpicerem, quem vir inprimis doctus, amicitia mihi coniunctisſimus, in gratiam meam confecit, verſuum omnium Comici, quos feſtiuus ille Profeſſor [Vauvilliers] in notis ad Sophoclem citauit. Mihi enim cor nondum ſatis induruit, vt taedium ſubire queam, quod, vt ſuum erga me ſtudium mihi probaret, familiaris meus deuorauit non ſine magno ſuo malo. Nam

---

hac voce intelligimus. Elegans vero phraſis eſt, *ἐς λόγον ἔρχεσθαι τινὸς*, i. e. *conuenire aliquam rem*, pro, *vti aliqua re.* Hic igitur *στεμφύλων ἐς λόγον ἐλθεῖν* valet, *veſci olivis.* **Cas.** Phot. Lex. p. 395. *στέμφυλον, τὸ ἔκδυμα τῆς σταφυλῆς, ἢ τῶν ἐλαιῶν, οἷς (ᾧ) ἀντὶ ὄψων ἐχρῶντο.*

o) *Vauvillierſius;* v. eum ad Soph. Electr. 21. T. I. p. 26. In eodem errore fuit Toupius Add. ad Theocr. 21, 26. p. 402. T. II. Wart.

poſtquam diem totum noctemque conſumſit lutulentis iſtis chartis legendis, febri correptus eſt. Absque hoc indiculo credo me diu adhuc ignoraturum fuiſſe, *clarisſimum Profeſſorem* ſymbolam etiam ſuam contulisſe ad emendationem verſus huius fabulae 430. (431.), quem ſatis, vt opinor, ostendi omni mendae ſuſpicione vacare. Aliter ille ſentit ſicque commentatur in nota ad Trach. 780. *Leuisſima mutatione ſcribi velim κατιεὶς, quoniam et λαμπρὸς epithetum venti grauiter ſpirantis; et non ſolum* Plutarchus κατιόντος ἀνέμου ἐν πελάγει, *graſſantem in mari ventum, dixit, teſte Stephano in voce κάτειμι, ſed Thucydides eodem modo, ſenſu, epitheto, ἀνέμου δὲ κατιόντος μεγάλου, et idem Ariſtophanes in eadem fabula* v. 517. (520.) ἅμα ταῖς πολίαις κατιούσαις, *canitie ingruente.* Sed, o bone, quae ipſe aduocas exempla ſubmonere te poterant, ſcrupulum ſaltem tibi et dubitationem quampiam iniicere, an vox illa κατιεὶς proba eſſet nec ne. Nec Plutarchus nec Thucydides dixit ἀνέμου κατιέντος. Non Comicus noſter dixit πολίαις κατιείσαις. Nimirum ſcis, *in emendando prudenter non aſſerri vocem, quae nullibi comparet.* Sunt ipſisſima tua verba, quibus ſubiecta ſunt illa, quae paulo ante propoſui. Dic mihi, amabo te, vbinam vidiſti formam κατιεὶς pro κατιών? Gratum mihi feceris, ſi graecum ſermonem ea locupletaueris. Commodam forte alicubi ſedem nanciſci poterit. Nam quod ad noſtrum verſum adtinet, etiamſi probae monetae illa vox eſſet, eo tamen ne reciperetur, Lex Pedia intercederet. Qui poëtam emendare aggreditur, ni ſyllabarum quantitates calleat, ni metrorum diuerſa genera, quotque et qualibus ſingula conſtent pedibus, nae ille oleum et operam perdit. Iſta, ſi mihi credis, prius probe diſces, quam Ariſtophani medicam manum admoueas. Verſus noſter octonarius eſt iambicus, cuius pes ſeptimus neceſſario eſt iambus, raro in tribrachyn ſolutus. Si κατιεὶς graeca vox eſſet, ſi participium illud rite formaretur a κάτειμι, ſyllaba media breuis eſſet plane vt in κατιὼν, vt prima in ἰέναι. Proinde admiſſo tuo κατιεὶς turpiter claudicaret verſus, quem in pedes ſuos diuiſum oculis tibi ſubiiciam:

ἐξει | μι γαρ | σοι λαμ | προς η | δη και | μεγας |
κατι | εις.

Malis auibus *exſurrexit occaſio*, quam tam auide arripuiſti, *locum illum tentandi.* Sperabas glorioſum de Daweſio triumphum te acturum. Vide, quam ridiculo caſu de ſpe decideris. *Brunck.*

817. (804. K.) *παρακόπτεσθαι* eſt velut latera excidere *p*): ponitur pro *adimere.* Senſus eſt, Cleonem, qui videtur ſtipendio militari tenuiores ſubleuare, re ipſa omnibus commodis eos priuare. *Cas.*

818. (805. K.) *ἄγροικος.* Cum accentu in prima haec vox ponitur pro *ἄγριος, agreſtis, ferus q*): cum circumflexo *ἀγροῖκος* eſt, qui manet ruri. *ψῆφος calculus* eſt, i. e. lapillus, ad ripam vel oram fluminis reperiri ſolitus, modo niger modo albus. Antiquisſimis temporibus Athenienſes ſoliti calculis his vti in ferendis ſententiis, vt albi abſoluerent, nigri condemnarent: quemadmodum et Thraces, cum dies ſingulos obſeruarent, felices albis, infelices nigris lapillis denotabant, lapillis illis in pharetram coniectis. Poſtea mutata ratione ferendorum ſuffragiorum, nihilominus nomen remanſit et *ψῆφος* appellatum eſt, quidquid adhiberetur ad ſuffragium, ſiue eſſet verus lapis, ſiue faba, ſiue teſſerae ligneae, quibus omnibus vſos fuiſſe ſcimus. Vſi ſunt et teſta: vnde eſt *ὀστρακίζειν,* pro, *teſta in exilium pellere r*). *Cas.*

819. (806. K. 809. Br.) *ὀνειροπολεῖς.* Reſpicit ad oracula, quae ſolitus de ſe iactare Cleon apud populum, vt ſummum aliquod bonum ab ipſo populus exſpectaret. *Πολεῖν* eſt *verſare*, *ὀνειροπολεῖν* proprie eſt, *verſari circa ſomnia. Cas.* *περὶ σαυτοῦ.* Perperam vulgo *σεαυτοῦ. Brunck.*

820. *διαβάλλειν.* Duo ſignificat hoc verbum *calumniari aliquem,* et *committere cum aliquo. Cas.*

---

p) Aliam metaphoram ponit Photius Lex. p. 288. *παρεκόπτον, ἠφάνιζες. ἀπὸ τῶν τὰς πτέρυγας παρακοπτομένων ὀρνέων.*

q) v. ſupra 41. et Plut. 705. Poſt *δριμὺς* igitur eſt commate interpungendum.

r) *ἰχνεύειν* eſt i. q. *ἐρευνᾶν, ζητεῖν.* v. Suid. Heſych. et Zon. II. 1136. *Reiskius* ad h. l. „Mallem *ὀχμεύων*, ſi conſtaret, veteres *ὀχμεύειν* dixiſſe, vt dixerunt *ὀχμάζειν tollere, librare, ferre.*"

823. (810. K. 815. Br.) ὦ πόλις — λέγει s). Hemistichium hoc legitur etiam in Plut. 810. *Kust.* vbi vid. Not. *Bergl.* Sane quam ridicule in theatro Attico et mediis Athenis Argiuorum vrbem compellat. Sed notandum est, poëtam obiter Euripidem ridere, qui fortasse in re non magni momenti fecerat aliquem hac exclamatione vti. ἀντιφερίζεις. Poëticum verbum, quemadmodum et ἰσοφαρίζειν apud Hom. *t*) pro *aequare*, vel, *aequalem praedicare. Cas.* Ἀντιφερίζεις etiam legit Suidas V. Ἀντιφερίζειν. Quare subintelligendum est σεαυτόν. Vel scribendum est ἀντιφερίζει, Attice pro ἀντιφερίζῃ, per secundam personam praesentis Medii. Praestat tamen retinere vulgatam lectionem, quoniam et paulo post 815. (828.) Noster inquit ὁ Θεμιστοκλεῖ ἀντιφερίζων, subint. σεαυτόν. *Kust.*

824. (811. K. 814. Br.) ἐποίησεν. Sic emendate scriptum in B., vt alii hunc versum laudantes e metri praescripto legerunt. Vulgo ἐποίησε. *Brunck.* Legendum est ἐποίησεν, metri gratia: atque ita in Suida V. Ἐπιχειλὲς recte edidit Kusterus, pro ἐποίησε, quod est in praecedd. edd. Idem tamen in Aristoph. h. l. retinuit ἐποίησε. *Duck.* μεστήν. Subaudi ἀγαθῶν. Ad verbum hoc ait, Themistoclem Athenas cumulasse omni bonorum genere, quae ante illum non vacuae quidem, sed nec plenae erant. Μεστὸν dicitur id, quod mensura cumulata plenum est. Huic opponit poëta τὸ ἐπιχειλές. Proprie vasi id nomen conuenit, in quo aqua sit aut alia res, quae ad summum labrum non accedat. Alludit autem poëta ad moenia vrbis Athenn., quae prudentia Themistoclis fuerunt erecta. Idem igitur dicit, quod aliis verbis Augustus de se [Suet. Oct. 28.]: *lateritiam* (inquit) *Romam accepi, marmoream relinquo. Cas.* ἐπιχειλῆ. Ex opposito μεστὴν patet, ἐπιχειλῆ hic significare, *quadantenus vacuam* vel *non prorsus plenam:* cum tamen alias eadem vox accipiatur pro

---

s) πόλις Ἄργους. vid. ad Plut. 601. Θεμιστοκλεῖ. vid. ad Thesm. 56. *Brunck.*

t) Il. VI, 101. al. loc. Sed et ἀντιφερίζειν apud eum occurrit, de cuius verbi duplici significatu (ἐναντιοῦσθαι et ἐξισοῦσθαι) vid. Zonar. I. p. 216.

μεστὸς, i. e. *plenus*, vt ap. Synes. in Dione p. 57. ed. Petav. *Kuſt.* Hanc vocem exponunt Interpp. Poll. 2, 89. vbi Seberus reddit: *vrbem magna ex parte vacuam;* Kuhnius: *non ſatis plenam.* v. et Heins. ad Heſiod. p. 59. vbi recte ex Heſych. laudat ἐπιχειλὲς, τὸ ἐλλιπές, pro quo editur ἐπιχιλές *v*). Schol. ἐπιχειλὲς γὰρ μέτρον λέγεται τὸ καὶ μὴ πλῆρες, ἀλλ᾽ ἀπομεσούμενον. καὶ non habent Varinus et Suidas *x*); et rectius etiam abeſt. Pro τὸ ἀπομεσούμενον lego ἀπομασσόμενον i. e. *abſterſum, abraſum.* Hoc enim eſt ἀπομάσσειν μέτρον, et ἀπόμακτρα vel ἀπόμακτρον radius, quo abſterguntur menſurae. v. Caſaub. ad Theophr. Char. p. 255. [p. 145. et 188. ed. Fiſch.] et Heins. ad Theocr. c. 21. Varinus vitioſam ſcripturam Schol. ſequitur. Suidas habet ἀλλ᾽ ἀπολειπόμενον. *Duck.* Recte, ni fallor, Pollux pluribus in locis τὸ ἐπιχειλὲς exponit ἐνδεές. Vide ſis II, 89. IV, 169. V, 155. Similiter Suidas [et Zon.]: ἐπιχειλές. οὕτω λέγεται μέτρον τὸ μὴ πλῆρες ἀλλ᾽ ἀπολειπόμενον. Ἀριστοφάνης· τὴν πόλιν ἡμῶν μεστὴν ἐποίησεν εὑρὼν ἐπιχειλῆ. Heſych. ἐπιχιλὲς (l. ἐπιχειλὲς), τὸ ἐλλιπές. Ad quam gloſſam vide interpretes, quorum obſeruatis nollem abuſum fuiſſe Io. Toupium, in Ep. crit. ad Epiſc. Glocestr. p. 141. *y*). Manifeſtum eſt ex oppoſitione inter ἐπιχειλῆ et μεστὴν, priorem vocem Comico

---

v) Quod etiam Toup. Emm. in Suid. et Heſ. correxit IV, p. 119.

x) Nec Zonar. T. II. p. 817. qui in interpretatione cum Suida conſentit.

y) Toupius Emm. in Suid. P. IV. [P. II. p. 577. ed. Ox.] de h. l. „Locus egregius, ſed cuius mentem et venuſtatem nemo Interpretum perſpexit. Quid quod, interpretatio Suidae falſa et inepta eſt? Aliud eſt Ἐπιχειλὲς, aliud Ἰσοχειλές. Ἰσοχειλὲς eſt, *quod ad labra vaſis pertingit,* ἐπιχειλὲς *quod labra ſuperfluit.* Ἐπιμεστὸν vocat Callimachus et Pherecrates Comicus apud Heſych. Syneſius in Dione: καθέδεῖται δὲ ὥσπερ κεράμιον ἐπιχειλὲς τῆς σοφίας (vas ſapientiae plenum) καὶ οὐκ ἂν ἔτι τι χωρῆσον. Themiſtius Or. ad Gratian. p. 174. ed. Hard. ἄφθονον αὐτοῖς παριστάναι τὸν πίθον καὶ ἐπιχειλῆ τῶν ἀγαθῶν. Vbi recte Interpres: *ingens dolium et bonis redundans.* Quare locum Comici ita noſtro ſermone reddiderim: *and do you compare himſelf to Themiſtocles, who left the city full, when he found it running over?* Quod falſiſſimum et παρὰ προσδοκίαν eſt.

notare *non prorſus plenam,* quod et vis verbi oſtendit et ſententia manifeſto flagitat. Quod vero ſequioris aeui ſcriptores Syneſius et Themiſtius diſcrimen harum vocum non obſeruarint et ἐπιχειλῆ adhibuerint pro ὑπερχειλῆ vel ἐπίμεστα, id nihil ad Comicum facit. Acumen autem, quod captat Toupius exponendo ἐπιχειλῆ *quod labra ſuperfluit*, neſcio an ſit *ſalſisſimum:* eſt ſane παρὰ προσδοκίαν. Id enim a nemine, nedum a viro longe doctisſimo, exſpectaſſem. *Brunck.*

825. (812. K. 815. Br.) *Ἀριστᾶν z)* eſt *prandere.* Hic vero allegorice poëta ſignificat, Themiſtoclem inſtituiſſe, vt populus Athenn. non ſolum praeſentibus bonis frueretur, ſed etiam noua commoda conſequeretur. Piraeeus portus fuit Athenn., quem Themiſtocles curauit muniendum. Poëta ait eum inſtar placentae Piraeeum pinſuiſſe, et apposuiſſe prandenti populo. *Προσμάττειν* enim eſt, pinſere aliquid amplius. *Cas.* προσέμαξε allegorice, quaſi de opere piſtorio. Senſus: *ad beneficia cetera extructionem Piraeei addidit. Bergl.* *Προσέμαξε* etiam Suidas habet V. *Προσέμαξε.* At apud Plutarch. in Themiſt. p. 121. [c. 19. p. 476. T. I. Reisk. vbi nunc προσέμαξε editum eſt], vbi loci huius mentio fit, legitur προσέμιξε, ſed minus recte *a).*

Contra Plutarchus in Pericle p. 356.: "*Ος τὴν πόλιν ἐκ μεγάλης μεγίστην καὶ πλουσιωτάτην ποιήσας.*"

z) *Ἄριστον prandium, ἀριστᾶν prandere;* alludit autem ad ἄριστος *optimus*, vt ſignificet, tunc ciuitatem in *optimo* ſtatu fuiſſe. *Bergl.* Scholiaſten qui ἀριστώσῃ explicet ἄριστα ἐχούσῃ (niſi hoc vitium ſit librarii pro ἄριστον ἐχούσῃ, quae habeat vnde prandeat) notat Coray Not. ad Hipp. de aëre, aqu. et loc. II. p. 5. Le véritable ſens eſt, inquit, que *Thémiſtocle, non content de tous les biens dont il avoit comblé ſa patrie, voulut, outre le dîner* (c'eſt-à-dire les moyens qu' elle avoit déja de faire deux repas par jour), *lui accommoder encore, comme un plat ſurnuméraire, le Pirée* (en faiſant conſtruire la longue muraille).

a) Plutarchus hunc locum reſpiciens vel Comici verba mutavit vel ipſe a mala librariorum manu laborat. Sic enim in Themiſt. p. 268. legitur: *Θεμιστοκλῆς δ' οὐχ, ὡς Ἀριστοφάνης ὁ Κωμικὸς λέγει, τῇ πόλει τὸν Πειραιᾶ προσέμιξεν, ἀλλὰ τὴν πόλιν ἐξῆψε τοῦ Πειραιῶς καὶ τὴν γῆν τῆς θαλάττης.* Noſtram lectionem perite tuetur Kuſterus. *Brunck.* Perperam Dacierius (in not. ad Plut. II. p. 55. cf. Théatre d.

Nam voce προςμάττειν, (quae proprie dicitur de farina, quae subigitur) Comicus noster facete et lepide vsus est, vt significaret, Piraeeum a Themistocle cum vrbe Athenarum in vnam quasi massam redactum et confusum fuisse. *Kust.*

826. (813. K.) ἰχθῦς καινούς. Respicit vel Piraeeum vrbi adiectum, vel aliquam aliam inuentiunculam Themistoclis, per quam Atheniensibus futura erat maior piscium copia quam antea. *Cas.*

827. μικροπολίτας ἀποφῆναι. Lysias Or. fun. [p. 119. T. V. Orr. Grr. Reisk. s. T. II. p. 508. ed. Auger.] μεγάλην ἀντὶ μικρᾶς ἀπέδειξαν τὴν πόλιν, ὁμονοοῦσαν δὲ ἀντὶ στασιαζούσης ἀπέφηναν. Vide supra 771. (784.) et ad Ran. 1045. *Bergl.*

828. (815. K.) διατειχίζων. Schol. interpretatur: *contrahens pomoeria vrbis*; quod nobis non probatur, quia semper Graecis διατειχίζειν est, vnam vrbem muro interposito in duas diuidere. Quodnam autem fuerit istud Cleonis consilium, veteres non exponunt *b*). *Cas.*

829. (816. K. 819. Br.) ἀπομάττει Attice pro ἀπομάττῃ *c*). Scholiastes: *tu vero cibum vna capis in Pry-*

Gr. XI. 97.) existimauit, contineri his satyrice dictum in Themistoclem, hoc sensu: ex vrbe tota vnum fecit portum. Rectius Vuil. obseruat, in ea quae sequitur Themist. laude ad populi ingenium et voluntatem respici.

b) Non male reddit Vuil. einmauern. Respicitur autem haud dubie eo, quod, durante bello, etiamnum oportebat multos Atticae incolas muris Athenarum includi. Mox φεύγει (pro ἔφυγε) τὴν γῆν est, in exilium missus est.

c) Attice per ει pro ῃ: est enim secundae personae. Graeci Achillem suum vehementer laudabant; vnde eius nomen transtulerunt ad alia, quae fortia et valida esse intelligi volebant. Sic apud Philosophum in ***Physicis*** argumentum firmum et validum appellatur ***Achilles:*** et hordei quoddam genus erat siue potius placentarum hordeacearum, quas vocabant Achilleas. Est autem prouerbium de eo, qui laute vescatur, ***Ἀχίλλειων ἀπομάττεται, hordeaceis Achilleis vescitur,*** nempe placentis. Apud Latinos hordeum non ita in frequenti vsu. Quare etiam illud moris fuit, vt militibus poenae loco hordeum exhiberetur pro frumento [apud Romanos]. Inde ***hordearii*** milites, viles et non integrae famae. ***Cas.*** De ***Ἀχιλλείαις κριθαῖς*** cf. etiam

taneo. *Vocabatur enim hordeum quoddam Achilleum quasi excellens.* Nimirum in Prytaneo coenantibus ex illo genere hordei paratus videtur appositus esse cibus. Athenaeus commemorat *μᾶζαν Ἀχίλλειον* Lib. III. p. 114. [p. 445. T. I. Schweigh.] et addit: *καὶ ἴσως αὕτη ἐστὶν ἡ ἐξ Ἀχιλλείων κριθῶν γενομένη.* Videtur autem Comicus verbo *ἀπομάττεσθαι* ad *μᾶζαν* alludere, quasi Cleo illo hordeo sibi pinsat *μᾶζαν.* Et opponitur verbum *ἀπομάττει,* quo vtitur ad *Cleonem,* verbo *προσέμαξεν,* quod de *Themistocle* loquens vsurpabat, manetque eadem metaphora, vt dicat, Themistoclem pinsendo addidisse aliquid vrbi, Cleonem autem de publico sibi ipsi pinsere. Aut hoc verbum significat, *abstergere* manus; vt Cleo dicatur propter luxum pane vti, ex eiusmodi hordeo facto, ad abstergendas manus pro *μαγδαλιᾷ·* quae ad hos vsus alias fiebat ex vilissima farina aut potius ex furfure. Hesychius *spongias Achilleas* quasdam dici ab aliquibus dicit, quibus abstergeantur oculi. *Bergl.* Galenus in Lexico Hippocr. *d*): *Ἀχιλλιάδας κριθὰς, τὰς εὐτραφεῖς καὶ μεγάλας.* — [Erotian.] *Ἀχιλληΐδες, κριθῶν εἶδος, ὧν μέμνηται καὶ Ἀριστοφάνης καὶ Σοφοκλῆς.* Eustath. ad Odyss. p. 1445, 59. *Ἀχίλλεια μᾶζα, ἔχουσά τι, ὡς εἰκὸς, ἐξαίρετον, ἧς Ἀχίλλεια ἐλέγετο τὰ ἄλφιτα e), ὧν μνημονεύειν καὶ τὸν Κωμικὸν ἐν Ἱππεῦσι φασί τινες.* Dicitur autem *Ἀχιλλείων ἀπομάττεσθαι,* vt *πίνειν οἴνου, ξαίνειν τῶν ἐρίων, κατέαγα τῆς κεφαλῆς,* paulo infra *μυστιλᾶται τῶν δημοσίων,* aliaque huius generis infinita. *Brunck.*

831. (821. Br.) Corruptus est hic versus in libris omnibus, qui eum sic exhibent:

Erasmus Adag. p. 258. Bene Vuil. vertit: und du wischest dein Maul im Prytaneion an Achilleskuchen. Non tamen recte monet, ex tritico optimo eas placentas factas esse. De prouerbio cf. Spanhem. ad Call. in Del. 14.

d) P. 446. ed. Franz. add. Erotian. Gloss. Hipp. p. 96. ibique Not. et Foës. Oecon. Hipp. p. 114. f.

e) Hinc ad *Ἀχιλλείων* subintelligi potest *ἀλφίτων* aut *πλακούντων.* Cf. Bos. de Ellips. p. 28. et 354. ed. Schaef. vbi hoc addendum est.

ὅτιή σε φιλῶ. Παῦ' οὑτοσὶ f), καὶ μὴ σκέρβολλε πονηρά.

Siluerunt interpretes: ego vero certa emendatione numeros reſtituo:

ὅτιή σε φιλῶ. Παῦσαί γ' οὗτος καὶ μὴ σκέρβολλε πονηρά.

In primariis edd. vt in codd. eſt *παῦ' οὑτοσί.* Verſum perſanatum fore credidit Kuſterus, ſi legeretur *οὑτωσὶ*, quod ille furtim ſuppoſuit g): ſed quod ad ſententiam eſt hoc ineptum. *σκέρβολλε.* Suidas: *λοιδόρει h). μὴ σκέρβολλε πονηρὰ, τουτέστι, μὴ λοιδόρει πικρὰ, μὴ ποίκιλλε. δηλοῖ δὲ ἡ λέξις καὶ τὸ κερτομεῖν. Brunck.* Euſtathius *σκερβόλλειν i), ἐς κέαρ βάλλειν, ἀποβολῇ τοῦ ε τῆς ἐς προθέσεως*, nempe vt in *σκορακίζειν* quod eſt ab *ἐς κόρακας*; aut forte *σ* asſumitur, vt in *σμικρός.* Secundum has etymologias *σκερβόλλειν* erit *κερτομεῖν. Bergl.*

832. (819. K. 822. Br.) *πολλοῦ* h. l. *nimium*, vt Nubb. 915. *θρασὺς εἶ πολλοῦ nimium es audax. Bergl.* Turbat nonnihil *πολλοῦ.* Puto exponi poſſe, *valde.* Sic fere Ran. 1078. *ἀλλ' ἐπί σοι — πολλὴ πολλοῦ 'πικάθοιτο valde multa inſideat. Duck. ἐλελήθης.* Vulgo *ἐλελήθεις.* Vid. not. ad Nub. 529. *Brunck. ἐγκρυφιάζων k).*

---

f) Compellandi formula Attica *οὗτος* in Vocatiuo caſu, vel *ὦ οὗτος* vel *οὑτοσὶ* pro *heus tu. Cas.*

g) Bergl. ed. reſtituit priſtinum *οὑτοσί.*

h) Ap. Phot. Lex. p. 583. eſt *σκέρβορε, λοίδορε*, fortasſis hinc corrigendum.

i) *Σκερβόλλειν* verbum eſt Atticae plebis, quod ſignificat *conviciari*, quaſi dicas *εἰς κέαρ βάλλειν animum petere conuiciis. Τὸ σ'* initio eſt indicium praepoſitionis corruptae, vt in *σκορακίζειν*, quod eſt *ἐς κόρακας βάλλειν. Κέαρ βάλλειν* i. e. *cor petere* dicuntur conuicia, propter amaritudinem illorum. Sic eadem conuicia *δακέθυμα* graece dicuntur, i. e. *animum mordentia. Βάλλειν* de conuiciis dici ſolet, vt in v. *ἐπεσβολίη*, i. e. *conuiciorum iaculatio* [Hom. Od. 4, 159. et *ἐπέσβολος* Il. 2, 275.]. *Cas.*

k) *Κρύφα* aduerb. eſt, quod ſignificat *clam.* Vnde *κρύφιος occultus*, et inde panis *ἐγκρυφίας*, quem D. Hieronymus [in vulg. vers. Genes. 18, 6. etc.] *ſubcinericium* appellat, quia ſub cineribus torrebatur. Inde et *ἐγκρυφιάζω* verbum, quod alias ſignificat, *occulto* aliquid; alias, facio panem ſubcinericium, vel coquo. Hic ponitur pro, ſurripere clam more ſeruorum aliquid. *Cas.*

Formauit hoc verbum a voce ἐγκρυφίας, quae ab ἐγκρύπτω, *occulto*, defcendit et *panem* fignificat *fubcinericium*, vt eft in Glosfis, qui fub cineribus torrebatur; hic *occultis fraudibus vti* eft ἐγκρυφιάζειν. Manfit autem in metaphora ab arte piftoria; nam primo dixit προςέμαξεν, deinde ἀπομάττει et nunc ἐγκρυφιάζειν. *Bergl.* De voc. ἐγκρυφίας v. quos laudat Tittm. ad Zonar. I, 597. *l*).

853. (820. K.) δημακίδιον. Graeci interdum multiplicant formam diminutiuam, quod et Latini faciunt, fed non femper felicitate pari. Δῆμος *populus*, δῆμαξ, blandiendi vox, vt μήραξ, στρατίλλαξ *imperatorculus.* Eius diminutiuum eft δημάκιον: tertia diminutio eft, cum hinc deducitur δημακίδιον. *Cas.*

854. (821. K.) ὁπόταν χασμᾷ. Frifchlinus male: *quando ofcitat*, pro, *quando ofcitas.* Non enim eft tertia perfona praes. Ind. Act. fed fecunda perfona Praes. Ind. Med. *m*) nec de Cleone haec dicit Allantopola, fed de populo quem alloquitur. *Kuft.* χασμᾶσθαι eft *ofcitare, pandiculari,* quae videntur effe figna hominis non attendentis. In quo emphafis magna eft. Nam fi Cleo, vbi non attendit, tantum nocet reipubl., quid fi facturus (vt folet) confilia eo conferat omnia? *Cas.*

τοὺς καυλοὺς — ἐκκαυλίζων. Loquendi genus petitum e re olitoria. In multis oleribus caulem maxime probamus; vnde et peculiare nomen oleris apud Latinos *colis n*); nam *o* pro *au* diphthongo. Hos caules cupedinarii expetebant. Ideo poëta obiicit Cleoni, quod populo Athenienfi caules repetundarum fucciderit, i. e. reos repetundarum pretio dimiferit, facta publico iniuria, cum populus Athenn. talibus iudiciis non minus oble-

---

l) L. ἀπολοῦ δέ. πολύν με χρόνον καὶ σύ γ' ἐλελήθεις etc. ἐγκρυφιάζων iungendum cum μικρότατος. Sermonem Demi nondum perfectum furripiens Agoracritus continuat. Coeperat Demus ἐλελήθ. με ἐγκρυφιάζων i. e. κρύφα ὤν. Iam debebat fequi μικρότατος, fed Agoracritus id praecipit et ipfe fubiungit, quod Demus debuerat dicere. *Reisk.* Quae inania funt.

m) Infra 1028. (1041.) ὅταν σύ που ἄλλοσε χάσκῃς.

n) Vid. Schneider. Ind. Scriptt. R. Ruft. h. v.

ctetur, quam ganeo aliquis aut lurco caulibus. Periphrafis eft iudicii repetundarum *ὁ καυλὸς τῶν εὐθυνῶν*. Graeci appellant *εὐθύνας iudicium*, quod fubire cogebantur, qui munus publicum fustinuerant, vt rationem omnium redderent. *Εὐθὺς rectus: εὐθύνω dirigo in rectum: εὐθῦναι* iudicium, quo magiftratus curuitas f. iniquitas corrigitur *o*). *Ἐκκαυλίζειν* eft, *caules decerpere p*). *Cas.*

836. (826. Br.) *χειροῖν*. Sic ad metri legem fcriptum oportuit. Perperam vulgo *χεροῖν*. *Brunck.*

837. (824. K. 827. B.) *μυστιλλᾶται* [vt ante Inv. editum]. In A. C. *μυστιλᾶται*, vnico *λ*, recte, vt opinor. V. not. ad Plut. 627. Sic etiam ap. Polluc. VI, 87. *μυστίλη μὲν οὖν ἐστι ψωμὸς κοῖλος, εἰς ἔτνος ἢ ζωμὸν βαθυνθείς· ἀφ' οὗ καὶ τὸ μυστιλήσασθαι λέγουσιν q*). *Brunck.* Homericum verbum eft *μυστιλλεῖν r*), quod fignificat, cibos parare ad menfam. Vnde apud Martialem coquus *Myftillus* [Ep. I, 51.]. Sed Atticis fcriptoribus *μυστίλη* appellatur *panis cauatus* in vfum cochlearis: vnde *μυστιλλᾶσθαι* pro, *haurire*; et eleganter Ariftophanes *μυστιλλᾶσθαι τῶν δημοσίων*, pro, crimina peculatus adfatim admittere. *Cas.*

838. f. Senfus: non impune feres: nam te furatum effe tres myriadum drachmas conuincam.

840. (827. K.) *θαλαττοκοπεῖς*. Sunt quaedam apud Graecos verba, quorum compofitio vocem habet obfcuram; vt illa verba, quae *κοπεῖν* adiectum habent, vt *φαντασιοκοπεῖν* et *δημοκοπεῖν*, *συμβολοκοπεῖν* et h. l. *θαλαττοκοπεῖν*. Si proprietatem linguae fpectemus, omnia haec verba caedendi habent fignificationem. Nam *κοπεῖν* f. *κόπτειν* eft, *caedere*. Si vfum fpectes, *τὸ κοπεῖν*

---

o) v. Phot. Lex. p. 30. et quos laudat Matthiae in Mifcell. philol. I. p. 250, 31.

p) Zonar. I. p. 662. *ἐκκαυλίζων, ἀποκλῶν, ἀποσπῶν. ἐκ μεταφορᾶς τῶν τοὺς καυλοὺς τῶν λαχάνων ἀνασπώντων.*

q) Add. Phot. Lex. in *Μυστίλην* p. 207.

r) *Μιστύλλειν* ap. Hom. fcribitur. v. Apoll. Lex. Hom. p. 460. et Heyn. ad Il. 1, 465.

in his nominibus repetitionem actionis ſignificat, vt *θαλαττοκοπεῖν* iactare ſubinde apud populum imperium maris *s*); quod *δημαγωγοὶ* faciebant, vt populum erigerent in ſpem futuri imperii, quod nunquam futurum erat. *πλατυγίζειν* proprie eſt, extremo remo, quae pars illius lata eſt, ferire mare et ſtrepitum edere. [ex Scholiaſte, vt, haec verba repetens, addidit Bergl.] *Cas.* Suidas V. *Μετεωροκοπεῖς* legit, *καὶ πτερυγίζεις.* Idem tamen vulgatam hoc loco lectionem agnoſcit V. *Πλατυγίζει,* vbi et locum hunc verbis Schol. noſtri exponit. *Kuſt.* Eſt igitur hic omnino, crepare, ſtrepitum facere.

842. (832. Br.) *τὸν Ἀθηναίων.* Sic recte primariae edd. tres. In Cratandr. primum operarum errore excuſum fuit *τῶν,* quae menda tantum non per omnes deinceps propagata fuit. In altera Baſileenſi, quae primariarum tertiam expreſſam refert, *τὸν* repoſitum fuit. *Brunck.*

844. (834. Br.) Hic et ſequens verſus ſic bene digeſti ſunt in A. B. Perperam vulgo coaleſcunt. Vltimus, vt in anapaeſticis obſeruari ſolet, paroemiacus eſt. *Br.* Lesbi inſulae vrbs Mitylene. De hac narratur hiſtoria memorabilis. Offenſi Athenienſes Mitylenenſibus decretum fecerunt, vt omnes Mitylenaei occiderentur a militibus, quos ibi habebant. Miſſus igitur Chares *t*), qui ſumma diligentia decretum exſequeretur crudelisſimum et atrocisſimum. Eo profecto mutauit ſententiam populus Athenn.; ſed ſerum erat, niſi caſu reperti fuiſſent Mitylenaei Athenis, qui nauem certam miſerunt, quae poſterius hoc decretum ferret.

---

s) Athenienſes obtinebant illo tempore imperium maris. *Bergl.* Phot. Lex. p. 63. *θαλαττοκοπεῖς, ματαιολογεῖς.* Ap. Zonar. I. 1024. additur: *ταράττῃ, θορυβῇ.* Nimirum ita ſenſus exprimitur.

t) Immo ad Pachetem nauem miſerunt, quae hoc decretum ei nunciaret exſequendum. v. Thuc. 3, 36. add. id. c. 48. et 49. Caeteri tamen Mitylenaei, quos Paches vt praecipuos defectionis auctores Athenas miſerat, ibi ex Cleonis ſententia ſupplicio affecti ſunt. v. id. c. 50. Facta haec ſunt a. V. belli Pelop. Quae autem Comicus Cleoni obiicit, pecunia corruptum eum effeciſſe, vt reuocarent Athenienſes decretum, apud Thuc. non memorantur.

Haec remis velisque contendens die vno anteuertit. *Cas.*

846. (832. K. 836. Br.) Aeſchylus Prom. 614. *ὦ κοινὸν ὠφέλημα θνητοῖσι φανεὶς v). Bergl.* *ἀνθρώποισι.* Sic membr. Minus numeroſe vulgo *ἀνθρώποις. Br.* *ὠφέλημα* proprie eſt, vtilitas; ſed ſolent Graeci huiusmodi nomina accipere pro adiectiuis; vt hic *ὠφέλημα* pro *ὠφελής.* Sic *ἀπάντημα, occurſus,* pro eo qui occurrat, et ſimilia. *Cas.*

847. (833. K.) Verſus hic eſt iambico-trochaicus. Nam prior pars conſtat ex pedibus iambicis, poſterior ex trochaicis: ne quis forte putet, verſui huic ſyllabam deeſſe. Huiusmodi autem verſus interdum immiſceri ſolent iambicis octonariis, vt ſupra in hac ipſa fabula 754. 755. (767. ſ.). *Kuſt.* *ἐποίσεις.* Eſt verbum e palaeſtra petitum. Nam *ἐπιφέρειν* eſt, inferre alicui plagam, et quidem poſt primam, ſecundam. Nam *ἐπὶ* in hac voce repetitionem actionis notat. *Cas.* In Avv. 344. *ἔπαγ', ἐπίφερε πολέμιον ὁρμάν. Bergl.*

848. (834. K. 838. Br.) Neſcio vnde in edit. Geneuenſem hic irrepſerit vocula *νῦν* [ante *μόνος*], quae in reliquis omnibus edd. vetuſtioribus deeſt. Quare delenda eſt, vt ſit verſus iambico-trochaicus, qualis etiam eſt proxime praecedens. *Kuſt.* *καὶ μόνος καθέξεις.* Sic tres codd. et primariae edd. omnes. In nouiſſimis *καὶ νῦν μόνος,* inepte inſerta a neſcio quo mangone particula *νῦν.* Hic verſus, vt praecedens, aſynartetus eſt e dimetro iambico et trochaico ithyphallico. *Brunck.*

849. *Τρίαινα* eſt ſymbolum Neptuni. Habuerunt quaeque numina apud veteres ſua ſibi propria inſignia. Iuppiter cum fulmine pingitur, Neptunus cum tridente, Minerua cum haſta. Vnde huiusmodi res *συμβολικῶς* vſurpatae ad denotandum inter homines, quod ſignificabant in diis. *Tridens* igitur ſymbolum eſt imperii marini x). *Cas.*

---

v) Hunc igitur Aeſch. verſum *παρῳδεῖ.*

x) Ioco tribuit Fartori tridentem Neptuni, quia Athenienſium tunc erat imperium maris. *Ex Scholiis. Bergl.*

851. (837. K.) y) *Λαβὴ* proprie vaſorum manubrium ſiue anſa. Sed in palaeſtra ſignificat facilem prehenſionem: vnde transtulit h. l. Ariſtophanes z). *Cas.* In Nubb. 551. *ὡς ἅπαξ παρέδωκεν λαβὴν Ὑπέρβολος.* Hic paulo poſt: *λαβὴν γὰρ ἐνδέδωκας.* In Lyſiſtr. 675. *εἰ γὰρ ἐνδώσει τις ἡμῶν ταῖςδε κἂν σμικρὰν λαβὴν.* *Bergl.*

854. (840. K.) Locus hic citatur a Suida V. *Ἐμοὶ δὲ τοιοῦτον.* *Kuſt.*

855. *ἐπιστομίζειν* a). Duo ſignificat *στόμα:* os hominis et quodcunque foramen. Inde *στομίζειν* obturare, quaſi foramen occludere, ſilentium alicui imponere. At contra *στοματίζειν* eſt, ex ore aliquid proferre, vnde *ἀποστοματίζειν* memoriter aliquid recitare. *Cas.*

856. (842. K.) Hoc ait Cleon, non poſſe deiici, quamdiu remanſerint in templis conſecrati Pylaeorum captiuorum clypei. *Cas.*

857. (843. K.) *ἐπίσχες.* Iubet *ἐπέχειν* i. e. *ſubſiſtere* et vicem loquendi dare, exiſtimans ſe nactum anſam traducendi Cleonis, quia acciderat, vt Cleo dedicaret cum ipſis anſis et ſine loris, quibus tenebantur, quum aliquis iis vtebatur. Hoc rapit iſte in occaſionem criminis, quia potuerat Cleon, res nouas moliens, his clypeis detractis vti ad homines armandos. Moris erat, cum arma conſecrarentur, vt illa redderent inutilia, puta, anſas aut manubria adimentes. Sic notat Heſychius, veſtem conſecrandam fuiſſe ſindi ſolitam, ne, ſi eſſet integra, fures prouocaret. *Cas.* *λαβὴν γὰρ ἐνδέδωκας,* i. e. *anſam enim praebuiſti*, non, *tumultui* (vt Friſchlinus male ſenſum ſupplendum putat) ſed, *accuſationi tuae.* Quoniam enim Cleon clypeorum e Pylo captorum mentionem fecit, Allantopola inde occaſionem arripit eum criminandi: quod nempe clypeos

---

y) Verbi *μεθιέναι* (in act.) conſtructionem cum Accuſat. illuſtrat, hoc ipſo loco laudato, Dawes. M. Crit. p. 256.

z) Phot. Lex. p. 147. *λαβήν. ἡ μεταφορὰ μὲν ἀπὸ τῶν παλαιστῶν. λέγεται δὲ ἐπὶ τῶν ἀφορμὴν κατὰ τῆς τέχνης τῆς κατ' αὐτῶν διδόντων.* Cf. Zonar. II. 1284.

a) Eſt os obturare, ad ſilentium redigere. V. quos laudat Tittmann. ad Zon. I. p. 844.

illos cum ipsis loris siue ansis in templo suspendisset. *Kust.*

859. (845. K.) Ansam clypei, quae a caua parte appingi solet, vocant Graeci *ὄχανον*, ab *ἔχω*, quod est *teneo*, vel *πόρπακα*, a *πόρπη*, *fibula b*). *Cas.*

861. (851. Br.) *μὴ 'κγένηται.* Sic tres codd., vt impressi. Promiscue dicitur *ἐγγίγνεται* et *ἐκγίγνεται licet.* Priore hic non vsus est Comicus, quia ad aures non ita gratum accideret *μὴ 'γγένηται c*). *Brunck.*

862. *στῖφος* proprie est militare vocab. et de phalange dicitur. Hinc de constipata multitudine. Phot. Lex. p. 597. *στῖφος, τάξις πολεμικὴ ἡ φάλαγξ· συστροφή, πλῆθος συστάσεων.* Postrema bene explicuit Tittmann. ad Zon. II. p. 1677.

864. *εἷς ἕν ἐστι συγκεκυφός.* Sensus est: hi conspirant et consentiunt. Nam proprie *συγκύπτειν* est, vna se inclinare ad aliquid, incumbere; hinc coniungi studiis et factis, conspirare. v. Wesseling. ad Herod. p. 240, 91. (vbi nec huius loci oblitus est). Erat autem grauissima apud Athenienses accusatio tyrannidis affectatae.

865. (851. K. 855. Br.) *βριμήσαιο d*), a verbo *βριμάομαι*, quod auctoritate caret in H. Stephani Thesauro. *Brunck.* *βλέψειας ὀστρακίνδα*, i. e. *ostracismum vultu mineris.* *Βλέπειν* enim apud Atticos saepe *ἀμεταβάτως* capitur et de habitu vultus dicitur, vt *βλέπειν μανικὸν*, *βλέπειν νάπυ* etc. Loci autem huius mentionem facit Etymologus V. *'Εφετίνδα. Kust.* Scholiastes: *Est quidem ὀστρακίνδα nomen ludi e*); *hoc tamen vult dicere: si volueris ipsum per ostracismum eiicere.* Iulius Pollux IX. [110. s. p. 1096. s.] *ἐγὼ δὲ καὶ ἄλλων παιδιῶν ὀνόματα, ταυτὸν ἔχουσῶν σχῆμα τῇ καταλήξει τῶν ὀνομάτων· βασιλίνδα, ὀστρακίνδα, διελκυστίνδα, μυίνδα, χυτρίνδα* etc. Est autem *βλέπειν ὀστρακίνδα* h. l. *vultu*

---

b) Photius Lex. p. 328. *πόρπαξ, τὸ ἐντὸς τῆς ἀσπίδος πρόσθημα, δι' οὗ τὴν χεῖρα διεῖρον.*

c) Tacite tamen hoc reposuit Inuern., codice non laudato.

d) Zonar. II. p. 409. explicat *ὀργισθείης.*

e) v. Photius p. 258. add. idem in *'Εφετίνδα* p. 56.

minari ostracismum, et dicitur vt *βλέπειν Παλλήναδε* Acharn. 233. *Bergl.*

867. *τὰς εἰςβολὰς τῶν ἀλφίτων* reddunt vulgo, *granaria.* Sed sunt potius aditus ad loca vbi farina aut asseruatur aut venditur. Vuil. vertit: und laufen die Strassen zu den Märkten und zum Kornhaus zu besezzen. Nam *καταλαβεῖν* est occupare. Finguntur igitur fame subigere populum posse. Ad sequ. *ἔχουσι πόρπ.* repetendum esse *αἱ ἀσπίδες,* patet, et *γὰρ* ita in indignatione loquentium ponitur.

869. Est verbum *παρακόπτεσθαι* proprium eorum, qui in vendenda aliqua re fraudem adhibent, in secando, vt si telam aut pannum vendens mercator iniquam mensuram secet *f*). Est etiam *κόπτεσθαι cudere monetam*, vnde *κόμμα le coing,* nota siue character monetae. Inde etiam *παρακόπτεσθαι* dicitur pecunia, quae non legitime cuditur. Prior interpretatio conuenientior est. *κρουσιδημῶν.* Et hoc verbum ab eodem genere fraudum est deductum. *Κρούειν* est *tundere*; vnde *παρακρούειν tundendo fraudem facere,* quod genus fraudis Theophr. in Charact. notauit, vbi Phidoniae mensurae facit mentionem [c. 11, 5. Fisch. s. c. 20. Schneid.]. Inde igitur compositum verbum *κρουσιδημεῖν,* quod proprie est, quum aliquid populo vendas, mensura incussa et iniqua vti. *Cas.*

870. (856. K.) *μὴ τοῦ λέγοντος ἴσθι.* In multis loquendi generibus verbum *εἶναι* iungitur cum genitiuo casu eleganter et diuerso sensu; vt *εἶναι τοῦ προςήκοντος habere rationem honesti, εἶναι τοῦ λυσιτελοῦντος habere rationem vtilitatis.* Aliter *εἶναι τοῦ λέγοντος* pro, *sinere sibi persuaderi ab oratore.* Latini interdum imitantur, vt, *esse omnium horarum. Cas.* Sophocl. Oed. 927. *ἀλλ' ἐστὶ τοῦ λέγοντος, εἰ φόβους λέγοι*

---

f) Supra 804. (817.) *οἵων ἀγαθῶν αὐτὸν παρεκόπτου.* Est autem idem quod *παρακρούεσθαι,* quod in Glossis exponitur: ***defraudare***, proprie in mensuris; et quod hic sequitur, *κρουσιδημῶν* est, *τὸν δῆμον ἀπατῶν καὶ παρακρουόμενος,* vt Schol. loquitur. ***Bergl.*** De v. *παρακρούεσθαι* cf. Phot. Lex. p. 281. s. Idem p. 153. *κρουσιδημῶν* pro *κρουσιμετρῶν,* h. e. *φαύλως μετρῶν* dictum esse vult.

ſed deditus eſt loquenti, ſi is metuenda nunciet. Bergl.

872. (862. Br.) ξυνωμότας et v. ſeq. ξυνιστάμενον ſcribi debuit e Comici vſu, non, vt vulgo, cum ſibilante littera. Poſterius illorum eſt in membr. *Brunck.*

873. (859. K.) κέκραγα, pro κράζειν εἴωθα. Sunt quaedam verba apud Graecos, quae in praeteritis, maxime Mediis, habent ſignificationem praeſentis: vt ἤγγικα pro ἐγγίζω, *appropinquo. Cas.*

874. (864. Br.) ἐγχέλεις, ab ἔγχελις. v. ad Nub. 559. *Brunck.* Eſt locus elegantisſimus, qui olim in multorum ore verſabatur; vt colligere licet ex ipſo Ariſt. Nub. 559. vbi ait: τὰς εἰκοῦς τῶν ἐγχέλεων τὰς ἐμὰς μιμούμενοι. Nam reſpicere illic Comicum ad locum hunc in Eqq., non ſolum recte ibi obſeruat Scholiaſtes vetus, ſed etiam Heſychius V. *Εἰκοῦς* τῶν ἐγχέλεων. Praeter Heſychium autem et Schol. Nubium loci huius mentionem faciunt Athenaeus l. VII. c. 13. p. 299. C. [p. 92. T. III. Schw.], Etymologus V. *Ἔγχελυς* et Suidas V. *Ἐγχέλεις* θηρώμενος g). *Kuſt.* Suidas luculentam expoſitionem adfert in ἐγχέλεις videturque hic ſcholiis auctioribus vſus fuiſſe. Indicat autem prouerbii ſpeciem eſſe ἐγχέλεις θηρώμενοι, ἐπὶ τῶν διὰ κέρδος ἴδιον ταραχὰς ποιούντων. Sed quod apud eum legitur: ὅτε δὲ ἄνω καὶ κάτω τὸ ὕδωρ ταράξωσι, κινοῦσι καὶ λαμβάνουσιν, melius habet Varinus ταρ. καὶ κινήσωσι, λαμβάνουσιν. Adludit autem ad hunc verſum Comicus Nub. 559. vt notat ibi Schol. Caeterum ad eos, qui locum hunc retulerunt, adde Euſtath. in Il. *Φ*, p. 1240, 2. vbi pro ὅπερ legitur ὥςπερ, quod et in Etym. exemplaribus fuiſſe notat et reiicit Sylburgius: nam ὅπερ rectum eſt. Pro πέπονθας idem contra metrum notat fuiſſe πεπόνθασι, quod et ap. Heſych. eſt in εἰκοῦς, ſed repugnante metro; nec recte editur in Etym. πεπόνθασ'. Apud Etym. quoque male ἔγχελυς, παρὰ τὸ ἔχεσθαι ἐν τῇ ὕλῃ. Sylburg. ἰλύϊ, vt hic Schol. et ſic quoque repone apud Varin. in ἐγχέλεις. *Duck.*

875. (861. K.) ἡ λίμνη. Non dicit, quem lacum

g) Item Zonaras I, p. 601. vbi et de forma ἔγχελις.

intelligat. Sed non eſt dubium intelligi lacum Boeoticum *Copaeam h)* dictum, vnde Athenas deferebantur anguillae magni nominis *ἐγχέλεις Κωπαΐδες* dictae. *Καταστῆναι* dicitur proprie, quidquid fit et aliquem ſtatum nanciſcitur; quo ſenſu vox eſt philoſophica et de re dicitur, quae formam recipit. Nam tunc proprie res *καθίστασθαι* dicuntur. In vſu vitae communis *καταστῆναι* eſt, bene compoſitum eſſe et *κατάστημα* geſtus et habitus laudabilis. Inde mare aut lacus dicitur *καταστῆναι*, quod quietum manet nec agitatur. *Cas.*

876. (862. K.) *ἄνω τε καὶ κάτω.* Duobus modis accipitur hoc loquendi genus prouerbiale: aliquando enim ſignificat rerum confuſionem vt hic, interdum ſignificat *paſſim, vbique. Cas.* Procopius Epiſt. 58. *καταμαθόντες τὴν τύχην ἄνω καὶ κάτω κυκᾶν* (ſurſum deorſum turbare) *τὰ τῶν ἀνθρώπων πράγματα.* Aeſchylus ap. Athen. IX. p. 375. *τῆς αὐτῆς ὑὸς* (eiusdem ſuis) *Ἡ πολλὰ γ' ἐν δόμοισιν εἴργασται κακὰ Δονοῦσα καὶ τρέπουσα τύρβ' ἄνω κάτω* (euertens turbulenter omnia ſurſum deorſum). Demoſthenes Philipp. III. [p. 120. T. I. Reisk.] *νῦν δ' ἀπολώλω̣ς ἅπαντα λελύμανται καὶ ἄνω καὶ κάτω πεποίηκε τὰ τῶν Ἑλλήνων πράγματα* (ima ſummis miſcuit apud Graecos). Vid. ad Av. 5. *Bergl.*

877. *Αἴρουσι* habent omnes, quas videre licuit, Editt. At quis non videt ſcribendum eſſe *αἱροῦσι* i. e. *capiunt i)? Kuſt.* *αἱροῦσι* recte membr., vt ſcribendum eſſe monuit Kuſt. Vulgo *αἴρουσι. Br.*

879. (865. K.) Vulgo ſic legitur hic verſus ex Ald. edit.: *ἔδωκας ἤδη τουτοῒ γε κάττυμα παρὰ σεαυτοῦ.* Mirum eſt tam putidam mendam tot editores fugiſſe. Quid, malum, ſibi vult hic particula *γε*? Qui illam inſerſit librarius, ignorabat ſcilicet iota paragogicum, At-

---

h) *Κωπαΐς* eius nomen eſt. v. Strab. Geogr. IX, 2, 27. Pauſan. IX, 24, 1. 2. (vbi anguillarum huius lacus mentio fit.) Add. Phot. in *Κωπαΐδες, ἐγχέλυες* p. 145. et Zonar. II, 1276. ibique not. Ed.

i) Cogitabam aliquando *αἱροῦσι*, ſed ſaepe *αἴρειν* pro eodem vſurpatur. *Reisk.* Sed illud reponendum eſſe recte etiam obſeruauit Wyttenbach. ad Plut. de S. Num. Vind. p. 8. quamquam memoria falſus poſuit participium.

ticis tam frequens, ſemper longum eſſe et ſyllabas *ωἵ γε* pedem tribrachyn eſſe credebat. In malam crucem abeat et ſuum *γε* ſecum auferat. In membr., vt in ed. Bern. Iuntae, legitur *τοῦτο κάττυμα.* In C. ſcripſerat primum librarius *τούτων κάττυμα,* poſtea *ν* deleuit. In B. comparet tandem partic. *γε* ſic, *τωδεἴγε κάττυμα. Brunck.* *κάττυμα.* Vetus verbum eſt Graecorum *τύειν,* quod vett. Latini dixerunt *tuere* vel *ſuere k*); nam *σ* et *τ* paſſim confunduntur. Hoc verbo Graeci non vtuntur, ſed tantum compoſito formationis Doricae *καττύειν* pro *κατατύειν, ſuere, ſoleam ſuppingere calceo,* et *κάττυμα, ſolea. Cas.* Add. Phot. Lex. in *καττύεσθαι,* p. 112.

880. *ἐμβὰς* (a v. *ἐμβαίνειν*) genus calcei praealti et fere qualis erat *cothurnus. Cas.* [Cf. Plut. 759. Nub. 719.] *ταῖς ἐμβάσιν.* Sic recte B. Vulgo, claudicante verſu, *ἐμβάσι. Brunck.*

882. Dum haec Agoracritus dicit, porrigit Demo par (*ζεῦγος*) calceorum, quod attulerat.

884. (870. K.) *l*) *δακτύλοισιν.* Iocus Comicus. Nam inepta locutio haec varie exponi poteſt, vel, vt ſit figura *παρὰ προσδοκίαν*, quum ſpecie laudationis vituperatur aliquis, hoc modo: tu es beneuolentiſſimus reip. huic et digitis tuis; quibus videlicet materiam quaeris ad furta facienda *m*). Vel ſic exponi poteſt: fidelis reip. et digitis pedum meorum; quod optime conuenit beneficio ab iſto collato in populum. Plerique Athenn. erant pedibus nudis, et propterea iſte calceos donauit, per quos conſulebatur digitis pedum ipſorum. Ambiguitas pendet ex geſtu hiſtrionis haec verba pronuntiantis. *Cas.* Alexis ap. Athen. XV. p. 700. *ὁ πρῶτος εὑρὼν μετὰ λυχνούχου περιπατεῖν τῆς νυκτὸς, ἦν τις κηδεμὼν τῶν δακτύλων* (qui primus excogitauit deambulare cum laterna noctu, digitorum pedis patronus ipſe fuit). *Bergl.* *κἀμοῖσι δακτύλοισιν* legit *Hotib.*

---

k) Aliter *τύειν* explicant Lennep. et Scheid. Etym. L. Gr. p. 760., vt ſit *tendere.* De *καττύειν* cf. ad 314.

l) *ἄριστος περὶ τὸν δῆμον* dicitur, qui optime animatus erga populum et bene de eo meritus eſt.

m) Sed vix quisquam in hunc verborum ſenſum potuit incidere.

886. (872. K.) *ὅσων πέπονθας*. Subaudi *ἀγαθῶν*. Nam *πάσχειν* ſignificat et bonum et malum pati. *Cas.*

887. (873. K. 877. Br.) *τοὺς βινουμένους*. Vulgo *κινουμένους* n). Non multum intereſt, vtro modo legatur. Illud praetuli, quia membran. auctoritate nititur tum in hoc tum in ſecundo abhinc verſu. In C. a prima manu vtrobique ſcriptum fuerat per *κ*, quam literam deleuit librarius et ei ſuperſcripſit *β*. Nobis etiam conſentit Suidas, apud quem bis hic verſus citatur in *βινεῖν* et *Γρύττος*. *Brunck.* *Γρύττον*. Quidam interpretes dicunt fuiſſe ciuem Athenienſem improbum, cui nomen Gryto, quem ſe ſuſtuliſſe de repub. gloriatur Cleon: ſiue hoc illius nomen fuit verum, ſiue impoſitum propter ſordes et contumeliae cauſa. Graeci vocant ſordes, quae ſub extremo vngue latent, *γρὺ*, vel *γρύττον*. Elegantiae ſtudioſi et munditiarum etiam vnguium curam habebant, quos extrinſecus deaurabant, intrinſecus valde purgabant; vnde prouerbium, *οὐδὲ γρὺ*, de re minima: quod proprie dicitur de eo, cui ne tantillum quidem ſordium ſupereſſet. *Cas.* Cinaedum quendam ita dictum. *Ex Scholiis. Bergl.* *ἐξαλείφειν* (delere) videtur eſſe, ciuium iuribus priuare. Nam lex erat, quae cinaedos excluderet his iuribus. v. Meurs. Themis Attica I, 6. Fuit autem Cleon haud dubie alia de cauſa ei infenſus. *Vuil.*

888. Obiicit Cleoni alienorum curioſam obſeruationem peccatorum. *Προκιστηρεῖν* videtur verbum eſſe hoſtiariorum, qui hoſtias emturi diligentisſime tractabant et omnia inquirebant de ſanitate et bono habitu. Nam victimam male habitam deo nefas offerre. Hic ponitur pro, curioſe aliquid obſeruare o). *Cas.*

890. *γένωνται* libri omnes, absque mendae ſuſpicione. Senſus enim eſt: *vt nulli in poſterum oratores exiſtant*; non vero, vt eſt in verſione, *metuens ne cinaedi illi oratores fierent* p). Ad hanc enim ſenten-

n) Apud Suid. V. *Βινεῖν* et V. *Γρύττος*, vbi loci huius mentio fit, legitur *βινουμένους*, quod idem ſignificat. Nam *κινεῖν* pro *βινεῖν* apud Comicum noſtrum ſaepe occurrit. *Kuſt.*

o) Imo proprie dicitur, vt ſeqq. *παῦσ. τ. βιν.* docent.

p) At haec verborum ſententia poſtulatur. Nam ideo Gryt-

tiam oportuiſſet omnino: ἵνα μὴ ῥ. γένοιτο. *Brunck.* Acerbe in rhetores illius temporis: quaſi, qui pueri cinaedi fuere, illi rhetores plerumque fiant. Supra 429. οὐκ ἔσθ' ὅπως ὁ παῖς ὅδ' οὐ τὸν δῆμον ἐπιτροπεύσει· deinde alter: ὅτιὴ — κρέας ὁ πρωκτὸς εἶχεν. vbi vid. Not. *Bergl.*

891. (881. Br.) Deprauatum eſt huius verſus metrum in libris omnibus, cuius emendandi neſcio quo modo me fugerit ratio, quae tamen facillima et in aperto poſita erat. Editiones habent: τοῦτον δ' ὁρῶν ἄνευ χιτῶνος ὄντα τηλικουτονί. In membr. eſt τονδὶ διορῶν, pro τονδὶ δ' ὁρῶν, quod ſincerum eſt. Sed verſus tetrameter eſt acatalectus, quo metri genere Comicum nuspiam vſum fuiſſe iam ſaepius monui. Quis non videt τηλικοῦτον ſcriptum oportuiſſe et iota paragogicum libidini librarii deberi, qui metrorum naturam ignorans optime de Comico mereri ſe arbitrabatur, ſi atticismum iſtum ei donaret? Reſcribe itaque *q*): τονδὶ δ' ὁρῶν ἄνευ χιτῶνος ὄντα τηλικοῦτον. Voces ὄντα τηλικουτονὶ ſenarium recte claudunt Nub. 819. *Brunck.*

892. (878. K. 882. Br.) *Μασχάλη axilla.* Fuere apud Graecos genera veſtium, μάσχαλος, cum alterum brachium poterat educi, ἀμφιμάσχαλος cum vtrimque brachia educi poterant. Non erant hae veſtes manicatae, cuiusmodi quae vocabantur χειριδωτοί: atque his vtebantur hieme. *Cas.* Heſych. Ἀμφιμάσχαλος. χιτὼν χειριδωτὸς ἐλευθέρων, ὡς Πλάτων, δύο χειρίδας ἔχων, ἃς μασχάλας ἔτι καὶ νῦν λέγουσιν *r*). *Brunck.*

895. (881. K.) ὁ Πειραιεύς. Alludit ad hiſtoriam.

---

tum cinaedum concionandi iure priuauerat, ne ille, cui fortasſis erat non vulgaris dicendi vis, ipſi officeret. Recte igitur Inv. e Rav. recepit γένοιτο.

q) Confirmauit eam coniecturam cod. Rav., vnde Inv. recepit.

r) Zonar. I, 144. Scholiaſtae verba repetiit. Vertunt (contra Caſaub. monitum, ſed vid. Kuſt. ad Schol.) *veſtem vtrimque manicatam.* Vuil. vertit: ein Käppchen. Caet. ſubintelligitur χιτῶνος, et, dum ſequentia dicit, porrigere Agoracritum talem tunicam, quae vtrimque axillam tegit, facile patet.

Themiſtocles enim legitur ſubtili commento Piraeeum Athenn. portum muniuiſſe, magno illorum bono; quo nomine plurimum illi Athenienſes debuerunt. *Cas.* Supra 211. *τὸν Πειραιᾶ προςέμαξεν.* Conſtat autem Themiſtoclis conſilio exſtructum fuiſſe Piraeeum. *Bergl.* *σοφὸν κὰκ. ὁ Πειρ.* Sic libri omnes optime. Scilicet *σοφὸν καὶ ἐκεῖνο τὸ ἐπινόημα* (vel, vt habet gloſſa in C. *τὸ ἔργον*) *ὁ Πειραιεὺς προςμεμαγμένος τῇ πόλει.* Reſpicit enim Demus ad Iſiciarii verba 815. (825.). Neſcio quid *Io. Toupio* venerit in mentem, reponenti *σοφὸς* et vertenti: *in huiusmodi artibus excellebat Themiſtocles.* Nihil falſius. Anne ergo *ὁ Πειραιεὺς,* ſi pro gentili ſ. *δημότου* nomine accipiatur, Themiſtoclem notare poteſt? Non erat ille *Piraeates*, ſed *Phrearius*, qui duo diuerſi pagi ad diuerſas pertinebant tribus. Maneat igitur inconcuſſa illa lectio, temere ſollicitata in Emm. ad Suid. III. 250. [ed. Ox. II. 302. vbi *ἐξεύρημα* illuſtrat.]. *Brunck.*

896. Verba ſic ſunt reddenda integra: *οὐ μεῖζον φαίνεται εἶναι ἐξεύρημα τοῦ Πειραιέως τοῦ ἐξευρήματος τοῦ χιτῶνος.* Alioqui dici etiam potuerat: *οὐ μεῖον* (non inferius).

897. (883. K.) *Πίθηκος ſimia; πιθηκίζειν* eſt ſimiarum more ludere aut blandiri. Inde *πιθηκισμὸς* pro *adulatione s*). *περιελαύνεις.* Poſſet haec lectio ferri, niſi teſtaretur Scholiaſtes iam olim lectum *παρελαύνεις.* *ἐλαύνειν* eſt *currum agitare, παρελαύνειν* in eo certamine vincere aliquem; *περιελαύνειν* eſſet, circumductione ſuperare. *Cas.* Eurip. Oreſt. 412. *οἴμοι διωγμῶν, οἷς γ' ἐλαύνομαι* (exagitor) *τάλας. Bergl.* *με περιελαύνεις me exagitas.* Perperam in membr. *παρελαύνεις,* reclamante et ſenſu et metro. Significaret id: *me ſuperas.* Atqui nondum ſe victum confitetur Cleo. *Brunck.*

898. (884. K.) *ἀλλ' ὅπερ πίνων.* Feramus in Comico minus honeſtos ſales, et quoniam hic locus aliter exponi non poteſt, paucis mentem explicemus. Obiecit iſiciario Cleon vitium turpe, quo, vt ſe purget, ait, minime natura ſua vti ſe in adulando, ſed moribus ipſius Cleonis, et vt Comicus turpi ſimili hoc vtitur:

---

s) In Vesp. 1288. *ὑπό τι μικρὸν ἐπιθήκισα. Bergl.*

accidit mihi, inquit, quod ſolet accidere bene potis, qui ſaepe de lectis tricliniaribus ſurgunt, vt veſicam vel aluum leuent, vel, cum ebrii ſint, alienas ſaepe ſoleas pro ſuis vſurpant: ſic ego tuos mores pro meis ſumo. Erat haec conſuetudo multorum Graecorum, vt potui indulgerent: inde *pergraecari* [Plaut. Moſtell. I, 1, 21. add. Feſt. h. v.] pro, liberalius potare. Soliti in ſua triclinia et matulas inferre, et talia multa patrare, quale hoc eſt. *Χέζειν aluum leuare.* Graeci duplicem formam verborum deſideratiuorum, vt vocant, habent, alteram in *είω*, alteram in *ῶ* t). Priora formantur a futuro, vt *ὄπτω video*, *ὄψω* et inde *ὀψείω videre cupio* v). Altera forma, vt *φονῶ, occidere cupio. Cas.*

899. (885. K.) x) *τρόποις — χρῶμαι.* Eurip. Or. 751. *οὐχὶ Μενέλεω τρόποισι χρώμεθα. Bergl.* Calceorum apud veteres genera infinita erant. In his *βλαυτία* erant, quibus vtebantur, cum ad coenationem veniebant. Latini *ſoleas* vocant. *Cas.* In conuiuiis diſcumbentes exuebant ſoleas, vt hodienum Graeci et Turcae, ſi alicubi in collegio conſideant (ſedent autem humi ſuper tapetibus, non exporrectis pedibus, ſed ad ſe contractis, vt tibiae tranſuerſim poſitae formam crucis referant, quibus inſident, more ſartorum in Hollandia) ſoleas in propinquo deponunt. Fiebat autem ſaepe, vt qui pluſculum adbibiſſet et ſubito vellet ſurgere, cogente aliqua neceſſitate, vicini ſoleas pro ſuis acciperet; nam ebrii non nimis acute cernunt. Quin

---

t) Siue *άω*, cf. de vtroque genere Fiſcher. Anim. ad Well. III, I, p. 5. ſs. 9. ſs.

v) Verba in *είω* ſunt deſideratiua, vt *ἀπαλλαξείω* Thucyd. I. [c. 95. extr.] *ἀπαλλαξείοντες δὲ καὶ τοῦ Μηδικοῦ πολέμου.* Vbi Scholia: *ἀπαλλακτικῶς ἔχοντες, τουτέστιν ἐπιθυμοῦντες ἀπαλλαγῆναι.* Sic *παραδωσείω* ap. eund. Lib. IV. [c. 28.] *γνοὺς δὲ παραδωσείοντα*, vbi Scholia *ἐφιέμενον παραδώσειν.* Item *πολεμησείω* apud eund. Lib. I. [c. 33.]. V. ad Veſp. 168. [et Pierſon. ad Moer. p. 14.]. Alia forma verborum deſiderandi eſt contractorum ex *άω*, vt *χεζητιᾶν*, de quibus hic in Eqq. 61. et 994. *Bergl.*

x) *τοῖσιν τρόποις.* Perperam vulgo *τοῖσι τρ.* v. not. ad v. 56. *Brunck.* De *βλαυτίον* (demin. a *βλαύτη*) cf. Zonar. I. p. 392.

etiam illud contigit, vt aliquis in conuiuio ſoleas plane amitteret. Athenaeus VII. p. 338. [p. 245. ſ. T. III. Schweigh.] *Δωρίωνος τοῦ κρουματοποιοῦ κυλλόποδος ὄντος ἀπώλετο τοῦ χωλοῦ ποδὸς τὸ βλαυτίον* (ſolea illius pedis, qui ei claudus ac debilis erat)· *καὶ ὃς, οὐδὲν, ἔφη, πλεῖον καταράσομαι τῷ κλέψαντι, ἢ ἁρμόσαι αὐτῷ τὸ σανδάλιον.* *Bergl.* Sordidorum hominum et ex infima plebe fuit, alienis ſoleis ſurreptis vti. *Vuil.*

900. (890. Br.) *οὐχ ὑπερβαλεῖ με θωπείαις.* Sic tres codd. vt legendum eſſe euicit Daweſius y). Vide ſupra 409. 413. 758. Nub. 1035. Neutrum *ὑπερβάλλειν* occurrit Plut. 109. *ἀτεχνῶς ὑπερβάλλουσι τῇ μοχθηρίᾳ.* Sed ſignificatio actiua *ſuperare aliquem* ſoli formae mediae competit. *Brunck.*

901. (887. K.) *῎Αμφιον veſtis* z). *προσαμφιέζειν* eſt amphiis amicire: quo verbo vtitur Cleon ſignificans, ſuum munus maius futurum munere Iſiciarii. *Cas.* *ὢν πόνηρος* hiatus vitandi cauſa ſcribit *Hotib.*

902. *ἐς κόρας* a) *ἀποφθερεῖ.* Aut de induſtria proverbium corrumpit Ariſtophanes et *κόρας* poſuit pro *κόρακας,* nulla probabili interpretatione, ſed licentia tantum comica; aut omnino legendum *κόρακας,* quod Latini dicunt: *i in malam rem. Cas.*

903. (893. Br.) *καὶ τοῦτ᾽ ἐπίτηδές σε περιήμπισχέν γ᾽ ἵνα ἀποπνίξῃ.* Sic optime ſcriptum in B. In C. *περιήμπισχεν, ἵν᾽ ἀποπνίξῃ.* Vulgo, claudicante verſu, *περιήμπισχ᾽, ἵνα σ᾽* — b). Bene hic ſe habet Subiunctiuus *ἀποπνίξῃ,* quia praecedens verbum, licet ſit in imperfecto, rem tamen praeſentem notat. *Et de induſtria*

---

y) Miſc. Crit. p. 248. vbi pluribus locis Ariſt. et Tragicorum docuit *ὑπερβάλλεσθαι* eſſe ſuperare. Vulgo hic erat *ὑπερβαλεῖς.*

z) vidd. Heſych. et Zonar. I. 156.

a) Praua ſcriptura edit. ſuae deceptus eſt Caſaub.

b) Metri gratia ſcribendum eſt: *περιήμπισχέν γ᾽ ἵνα σ᾽ ἀποπνίξῃ. Kuſt.* Verſus metro caret. Hoc ita ſanari poteſt, vt Kuſt., vel, quod mihi in mentem venerat:

καὶ τοῦ | το γ᾽ ἐπί | τηδές | σε περι | ήμπισχ᾽ | ἵνα σ᾽ ἀ | ποπνί | ξῃ.

Duck.

tibi istam vult induere, vt te suffocet. Sic verti debuit. Mox v. 896. (906.) vbi de re dudum praeterita agitur, recte est: *ἔσπευδ' ἵν' ἐσθίοιτ' — κἄπειτ' ἀποκτείνειαν. Brunck.*

905. (890. K.) τοῦ c) σιλφίου. Locus est notabilis de silphio, ex quo apparet, id eius fuisse naturae, vt crebros flatus crepitusque ventris cieret. *Kust.* Fuere apud veteres et in medicina et in vsu vitae cotidianae (herbae quaedam) hodie nobis incognitae. Graece σίλφιον, latine *laser* s. *laserpitium:* quae omnia vocabula sunt barbara, sicut planta ipsa ex locis barbaris, sed maxime regione Cyrenaica ad Graecos transferebatur: cuius succum Graeci per excellentiam appellarunt ὀπόν. Medici recentiores, qui ὀπὸν et *Opion* confuderunt, nimis ridicule faciunt. Videtur Cleon dedisse operam, vt nauigatio Cyrenaica eo tempore vigeret; vnde accidit, vt magna laserpitii copia esset Athenis, quod cum laudi deberet tribui Cleoni, vtpote procuranti commoda et annonam, tamen isiciarius inde calumniam struit Cleoni sed futilem et vanam planeque comicam, i. e. cum obscoenitate iunctam. *Cas.*

908. (894.) βδέοντες (pedendo). Haec calumnia est, quam fingit Isiciarius, quasi procurarit Cleon copiam esse laserpitii, vt morbos generaret in populo Athenn. Inde enim secutum ait, vt ventres crebros ederent ventos, quod Graecis est βδεῖν, Ciceroni *e*) et interpreti Horatii *visire.*

909. (895 K. 899. Br.) Sic vulgo legitur hic versus numeris foede corruptis:

---

c) τὸν σιλφίου tacite Brunck. edidit, haud dubie non e codd. Neque h. l. mutatione est opus.

d) De eo vid. omnino ad Plut. 925. ed. Br. Videtur tum silphion Athenis nouum atque pretiosum, sed in culina saepe adhibitum esse. *Vuil.* Laudat de eo Plin. Hist. Nat. XV, 19. (vnde patet, Romae quoque illud magni aestimatum esse) et Brotierii not. ad eum locum in Mém. de l'Acad. d. Inscr. T. IV. p. 431. Francogallus interpres, notatque non cuiusuis regionis laserpitium aeque magni aestimari, Persicum proprie dici Asam foetidam (Teufelsdreck).

e) Apud eum, quantum scio, non legitur, sed ex Lucilio affertur a Nonio Marc. v. Gesner. Thes. L. Lat. h. v.

νὴ τὸν Ποσειδῶ, καὶ πρὸς ἐμὲ τουτί γ' εἶπεν ἀνὴρ κόπριος f).

Et ſic C. niſi quod *τοῦτό γ'* habet. In B. *τουτί γ' εἶπεν ἀνὴρ κόπριος.* In membr. vero *τοῦτ' εἶπ' ἀνὴρ κόπριος.* Corrige ad metri legem *κόπρειος* et ſinceram lectionem habebis:

νὴ τὸν Ποσειδῶ, καὶ πρὸς ἐμὲ τοῦτ' εἶπ' ἀνὴρ κόπρειος g).

Legitima eſt vtraque forma, *κόπριος* et *κόπρειος*, vt *ἄγριος* et *ἄγρειος*, aliaque huius generis bene multa. Vid. ad v. 1033. (1043.) In Conc. 317. tertia forma occurrit *κοπρεαῖος*. *Brunck.* Ait populus, ſe etiam ab aliis admonitum de conſilio Cleonis. Sed ridicule auctorem ſuum vocat *ἄνδρα κόπριον*, i. e. vilem, abiectum, vt qui hortos curant, occupati plurimum in ſtercorando agro *h*). De iis accipit Scholiaſtes. Posſumus generaliter accipere. Alia mente apud Latinos *copriae* dicuntur ſcurrae et mimi, vt apud Suetonium [Ner. 61. vbi *copreae* legitur v. ibi Oudend.] et Dionem, qui vocem illam retinuit [*κόπρεαι* eſt L, 28. vbi v. Reim. T. I. p. 624, 15.]. *Cas.* Per proſopopoeiam intelligit *τὴν κόπρον*, et vult dicere, ſibi etiam, poſtquam ſilphium comediſſet, commotam fuiſſe aluum vt pederet. In Eccles. 315. et 316. *ἐγὼ δὲ κατάκειμαι πάλαι χεζητιῶν· — ὁ δ' ἤδη τὴν θύραν ἐπεῖχε κρούων ὁ κοπρεαῖος.* *Bergl.* [cuius interpretatio loci vana eſt.]

---

f) Metrum verſus huius claudicat, quod ſic in integrum reſtitui poteſt: *Νὴ τὸν Ποσειδῶ, καὶ πρὸς ἐμὲ τοῦτ' εἶπε κόπριος ἀνήρ.* *Kuſt.* Metrum poſteriore parte aperte corruptum eſt. Nam nec amphimacer ſexto, nec pyrrichius, vel, ſi mavis, trochaeus ſeptimo loco eſſe poteſt. *Kuſt.* *τοῦτ' εἶπε κ. ἀ.* Poſſet etiam ita legi: *τοῦτό γ' ἀνὴρ κόπριος εἶπεν.* *Duck.*

g) Confirmauit cod. Rav.

h) Caſaub. ait, ridicule auctorem ſuum appellari a populo *κόπριον*, quaſi, *vilem, abiectum.* Salmas. ad Tertull. Pall. p. 333. ait, iactabundos, item ſcurras, aretalogos et eos, qui magna promittunt ac iactant, quos inter et *ῥήτορες*, a Graecis appellari *κοπρίους* et *κοπρολόγους*, idque oſtendit cum ex h. l. tum ex aliis. Nam nihil ingratius eſſe auribus, nihil putidius eiusmodi iactatione, et hinc ap. Plaut. *ſtercoreos* dici. Poteſt ergo hoc accipi de rhetore quodam aut demagogo alio. Idem ibid. verſum hunc ita laudat: *νὴ τὸν Ποσειδῶ πρὸς ἐμὲ τοῦτό γε εἶπ' ἀνὴρ κόπριος.* Sed non puto, ſecundam in *κόπριος* longam eſſe poſſe. *Duck.*

910. (896. K.) Frifchlinus fenfum non affecutus eft, dum vertit: *nunquamne vero pedendo fuffufi eftis rubore?* Ait enim Comicus: *annon etiam tunc tam crebro — vobis contigit, vt facies veftra rubore inde fuffunderetur?* Solent enim facies illorum, qui nituntur, erubefcere. *Kuft.* πυῤῥοί. Significat hoc modo corruptum naturalem colorem, vt in iis qui morbo pallescunt. Quare πυῤῥὸς abufiue pro χλωρός. *Cas.* Aut erubuisfe eos dicit, ex pudore, quia pepediffent, aut eos aluo cita commaculaffe veftem. In Eccl. 330. *τί τοῦτό τοι τὸ πυῤῥόν ἐστιν; οὔ τί που Κινησίας σοῦ κατατετίληκεν; Bergl.*

911. (897. K.) ἦν γε τοῦτο. Vulgo ἦν καὶ τοῦτο. In A. C. ἦν γε καὶ τοῦτο. Alterutra harum particularum eiicienda erat. Verfum hunc, Ifiiciario vulgo continuatum, membr. Demo adfcribunt. *Brunck.* Ita et Inv. dedit. *Πυῤῥάνδρου.* Tangit ciuem quendam Athenienfem, qui dicitur multos calumniis vexaffe. *Cas.* Alludit ad proxime antecedens πυῤῥοί. Erat autem Pyrrhander ifte improbus aliquis et fycophanta. *Ex Schol. Bergl.*

912. (898 K.) *Βωμὸς ara, λόγος infidiae.* Sciendum eft, moris fuiffe apud vett., vt rem diuinam facturi partem adolerent in ara, partem abfumerent conuiuium ibidem celebrantes. Erant autem mifelli homines, qui partes, quae adolerentur, de ara raperent; quod vt facrilegium magnum deteftati funt veteres. Hoc igitur qui facerent, βωμολόχοι funt dicti. Et inde verbum βωμολοχεύειν *i*); proprie, infidias arae ftruere; ponitur pro, fcelefte aliquid facere fui compendii caufa. *Cas.*

913. (903. Br.) ἡ γὰρ θεός. Sic recte vett. edd. *k*) vt eft etiam in codd. Male in recentioribus impresfis: ἢ γὰρ —

915. (901. K.) μισθοῦ. Alludit ad mercedem iudiciariam, de qua et ante dictum. Eius loco dicit fe praebiturum populo forbitiunculam. *Cas.* Metaphorice. In Vesp. 508. *δικίδιον σμικρὸν φάγοιμ᾽ ἂν ἐν λοπάδι πεπνι-*

i) Cf. Nub. 910. et 969.

k) Ita et legendum coniecit *Reisk.*

γμένον. Hoc loco intelligit *τὸν δικαστικὸν μισθὸν*, vt Schol. ait. Supra v. 51. Cleonis ad populum verba referuntur: *ἔνθου, ῥόφησον, ἔντραγ᾽, ἔχε τριώβολον. Bergl.*

916. (902. K.) *κύλιξ calix*, vnde diminutiuum *κυλίχνιον* poculi genus. Hic ponitur pro pyxide in qua chirurgi medicamenta circumferunt. Latine *culichna* vasis genus est inter sacra apud Nonium *l*) et alibi. *Cas.*

917. (903. K.) *τὰ ᾽ν m) τοῖσιν.* v. ad Plut. 784. *Bergl. Κνήμη* est *tibia*, *ἀντικνήμιον* pars posterior et opimior tibiae. Alii aliter interpretantur. In ea parte solitos Athenienses vlcera habere, hic locus eximie declarat, collatus cum alio Theophrasti, qui idem dicit. *Cas.* Iuuat hic adducere verba magni Casauboni ad locum illum Theoph. in Charact. *καὶ ἕλκη ἔχειν ἐν τοῖς ἀντικνημίοις*, cap. *περὶ δυσχερείας* [c. 19. p. 198. f. ed. Fisch.] vbi sic ait: „Videtur haec *δυσχέρεια* frequens per illa tempora Athenis fuisse, vt merito Theophrastus hanc notam non praetermiserit. Nam etiam ap. Aristoph. in Eqq. quo loco certant adulationis certamen Cleon et Agoracritus, fartor ille impurus pyxidem vnguenti pollicetur istiusmodi hominibus, quibus tibiarum vlcera sibi inungunt. *Ἐγὼ δὲ*, inquit, *κυλίχνιόν τε n) σοι καὶ φάρμακον δίδωμι, τὰ ᾽ν τοῖσιν ἀντικνημίοις ἑλκύδρια περιαλείφειν.* Alludit idem poëta etiam in Plut. [784. ed. Brunck.] vbi Chremylus inter molesta sedulitatis officia sibi blandientium haec ponit: *Νύττουσι γὰρ καὶ φλῶσιν τἀντικνήμια.*" Et paulo post: „Haec sunt, quae vocat Plinius *tibiarum tetra vlcera* lib. XXII, [10.] alibi *tibiarum taedium*; quod respondet voci Theophr. *ἀηδία.* Ita affectos appellat *σαπροκνήμους* Dioscorides:" Haec Casaubonus. *Kust.*

918. (904. K.) Frischlinus male et nullo sensu: *At ego canos mihi eligens capillos iuuenem te faciam.* Verte: *at ego canos tibi leuiter euellens effi-*

---

l) Imo Festum. add. Cato de re rust. c. 152, 1. et intpp.

m) Ita olim vulgatum est.

n) Ita vulgo legebatur, nescio an melius quam e Rav. *κύλ. γε σοι.*

ciam, vt iuuenis videaris. Solebant enim adulatores inter reliqua officia, quibus regum ſuorum beneuolentiam aucupabantur, et canos, ſi quos reliquis capillis immixtos viderent, ipſis euellere, ne nix capitis aetatem illorum proderet *o*). *Kuſt.*

919. Debuerat tamen ſcribi *τὠφθαλμιδίω*, non *τὸ-φθαλμ.*—*περιψῆν διὰ τοῦ η*, non *περιψᾶν* ſcribi obſeruat Phot. Lex. p. 312.

920. (906. K.) Friſchlinus: *O popule, vbi ego emunxi, tu in caput absterge meum.* Senſum plane peruertit. Nam dicit Cleon: *poſtquam emunxiſti nares tuas, o popule, in caput meum absterge.* Turpiſſimum autem hoc et ſpurcum adulationis genus, alteri ſe emungenti caput ſuum praebere, vt nares eo abstergat. Caeterum MS. Vat. Palat. hic habet *ἀπομαξάμενος*, pro quo ſi ſcribas *ἀπομαξόμενος*, ſenſum ſatis commodum illa lectio pariet dicetque Comicus: *Si abstergere te voles, in caput meum te absterge* *p*). Nihilominus lectionem vulgatam praefero. *Kuſt.*

921. Vulgo repetita vox *ἐμοῦ μὲν οὖν* tribuitur Allantopolae; rectius inter vtrumque diuiſa eſt auctoritate cod. Rav. Perperam autem in ed. Lips. haec deſcripta ſunt. Non duo, ſed vnum verſum efficiunt.

922. *τριηραρχεῖν.* Tangitur hic calumnia Athenis vſitata. Erant in ea vrbe publica quaedam munera, priuato ſumtu curanda, quod proprie *λειτουργεῖν* dicitur. Eiusmodi fuit editio ludorum et praebitio triremis. Illud vocatur *χορηγεῖν*, hoc *τριηραρχεῖν* *q*). Saepe

---

o) Et graece cum dicimus *πολιαὶ* et latine cum *cani*, ſubintelligitur nomen *τρίχες* vel *pili*. Hic autem notat poëta genus adulationis, cum adulatores hominibus, qui annos ſuos celare cupiebant, canos paulatim euellebant. Simile quid ap. Theophr. [Char. 2, 2. Fiſch.]. Simile etiam genus adulationis, quod ſequitur, de cauda leporina ad abstergendam oculorum pituitam. *Cas.*

p) Vid. de *ἀπομάττεσθαι* ſupra 829.

q) De onere trierachiae vid. Petit. ad LL. Att. p. 296. ſs. Caſaub. ad Theoph. Char. c. 23. *Duck.* Et, qui accuratius explicuit, Wolf. Prolegg. ad Demoſth. Lept. p. C. ſs.

autem non ditisſimus quisque, vt erat aequum, ſed optimus quisque iis oneribus premebatur. *Cas.*

924. (910. K.) *παλαιὰν ναῦν.* Eſt apud Plautum, finem nullum eſſe ſumtuum, ſi quis nauem ſartam tectam eſſe velit, aut mulierem comtam *r*): quod Ariſtophanes hic ſpectatum indicat ab iis, qui viros bonos ſumtibus vellent atterere, quibus de induſtria committebatur vetus nauis. *Cas.*

929. (915. K.) *Παφλάζει.* Proprie culinae verbum eſt *s*). Aqua in olla feruens et ex motu ſonum quendam edens *παφλάζειν* proprie dicitur. De homine irato et *παφλάζειν* dicitur et *feruere;* et *ignis* ipſe ille motus appellatur, cuius praecipuum in oculis eſt indicium: vt ap. poëtam Il. *Α,* [104.] *ὄσσε δέ οἱ πυρὶ λαμπετόωντι ἐΐκτην.* *Cas.* Vid. Suid. h. v. Scholiaſtes recte de aqua nimia vi flammae ſubiectae exundante accipit: quae ſignificatio etiam ab Euſtath. in Od. p. 1661, 64. notata eſt. Vtitur eadem comparatione Virgilius VII. Aen. 462. *Ira ſuper magno veluti cum flamma ſonore* cet. *Duck.*

930. (916. K. 919. B.) Vulgo *παῦ' ὑπερζέων,* quod bene graecum eſſet, ſi chori verba ad Cleonem directa eſſent. Nam *παῦε* ſaepe pro *παύου* vel *παῦσαι* adhiberi notum eſt. Sed chorus hic iſiciarium adloquitur et, vt Cleonem compeſcat, hortatur. Proinde ſcribendum fuit *ὑπερζέοντ'* *t*). — *ὑφελκτέον* *v*) *τι τῶν ξύλων* [vt Br.]. In

---

r) Etiam h. l. *οὐκ ἐφέξεις κ. τ. λ.* eſt, non finem facies ſumtuum et fabricationis. Si trierarchae nauis vetuſta et quae multis modis laborabat cum velo putri aliisque armamentis parum vtilibus inſtruenda et ornanda exhibebatur, plurimi ſumtus erant faciendi.

s) Per metaphoram ab ollis ebullientibus ſignificat, Cleonis animum incitatum et fremitum verborum. Eubulus Comicus ap. Athen. VI. p. 229. *λοπὰς παφλάζει βαρβάρῳ λαλήματι patina bullit barbaro ſonitu.* Ab iſto verbo *παφλάζειν* indidit Comicus Cleoni nomen *Παφλαγών.* *Bergl.*

t) Recepit hoc etiam Inv., quamquam cod. Rav. non addicente. Expreſſit etiam Vuil.: mache, daſs er ſich ſetzt, bevor er überläuft.

v) *ὑφέλκειν* eſt, de inferiore loco aliquid trahere; vt ſi quis iacenti culcitam ſubtrahat aut ollae prunae impoſitae titionem. *Cas.*

A. C. ὑφελκτέον τῶν δαδῶν ἀπαρυστέον τε. In B. vt vulgo ὑφελκτέον δὲ τῶν ξύλων: vltimae voci fuperfcriptum δαδῶν. Eft hoc gloffema, quod pro folito more in textum intulit alius librarius. Eft autem a mala manu particula δὲ, cuius in locum fincerum repofui τι x). *Brunck.*

931. Scholiaftes notat in plerisque legi τῶν δάδων, et ita eft in Suida; quod ferri forte poteft, fi per dipodiam metiaris δὲ τῶν δάδων | ἀπαρυστέον: etfi huiusmodi exempla nondum inueni. Quod dicit Schol.: ἔδει δὲ εἰπεῖν τῶν κρεῶν, videtur pertinere ad fequens τῶν ἀπειλῶν. Dicendum enim erat ἀπαρυστέον τῶν κρεῶν, non τῶν ἀπειλῶν. Quum enim lebes ebullit, et ligna fubtrahuntur et carnium nonnihil eximitur, quominus repletus fit lebes, ne tam facile effundatur aqua. Sed poëta recte ἀπειλῶν, refpiciens ad minas Cleonis. Suidas in ὑφελκτέον habet: καὶ ἀπαρυστέον τῶν κρεῶν, expofitionem Scholiaftae, non verba Comici fecutus. Laudat h. l. etiam Scalig. ad Varr. p. 52. vbi illud Titinnii apud Feftum adfert: *Cocus magnum ahenum, quando feruit, paula confutat trua* y). *Duck.* Ἀρύειν eft haurire alicunde, fiue, hauriendo minuere contentum liquorem. Tangit morem culinae. Nam feruor ollae vel fubtracta pruna minuitur, vel aqua ademta, ne ebulliens eiiciatur. Interdum frigida iniecta feruorem compefcit, vnde veteris poëtae dictum: *magnum motum paula confutat aqua*, apud Feftum z).

933. (919. K.) Verfus hic et fequens leguntur etiam ap. Pollucem VII, 41. fed vbi auctor eorum laudatur Cratinus. Quare videtur Ariftophanes a Cratino eos mutuatus effe. *Kuft.* In Vesp. 451. ἀλλὰ τούτων μὲν τάχ' ἡμῖν δώσετον καλὴν δίκην. *Bergl.*

934. (920. K. 924. Br.) ἰπούμενος ταῖς εἰςφοραῖς. Sic

---

x) τι cum Br. repofuit, fed etiam cum Rav. δαδῶν Inv., etfi hoc metrum refpuit, et gloffema eft.

y) Refpicit huc Zonar. I. 257. ἀπαρυστέον· ἀφαιρετέον, ἀπὸ τοῦ ἀρύω.

z) Imo ap. Nonium Marc. c. 4. de verb. fign. 47. p. 625. ed. Gothofr. vnde etiam verba apud Cas. funt emendanda.

habent omnes, quas vidi edd. itemque Eustath. ad Il. *A*, p. 16. vbi locum hunc Comici adducit. At Etymologus V. ἶπος, Suidas v. ἰπούμενος et Pollux l. l. *a*) pro εἰςφοραῖς legunt συμφοραῖς: quam diuersitatem lectionis inde ortam puto, quod, cum Cratinus (a quo locum hunc Comicus noster mutuatus esse videtur, vt monuimus in nota praecedente) dixisset συμφοραῖς, Aristophanes, vt dictum hoc Cratini instituto suo accommodaret, eius loco adhibuerit εἰςφοραῖς. *Kust. b*). Casaub. ad Athen. 4, 21. existimat, Aristophanem haec e Cratino in hanc fabulam transtulisse, mutata voce συμφοραῖς in εἰςφοραῖς, vtpote quae argumento, in quo versabatur, melius conveniret. Atque hinc orta videri potest diuersitas lectionis ap. Suid. et Etym. M., vt putat Kust. ad h. l. Hoc quidem verosimile est, nec tamen negligentia auctorum illorum excusari potest, si vera lectio Comici est εἰςφοραῖς, quam dubiam facit Pollucis Codex Falkenburg., vbi ea non Cratino sed Aristophani tribuuntur. Sed vide tamen, quae contra eius cod. lectionem disputat Iungerm. ad Poll. l. d. cui propemodum adsentior. Certe εἰςφοραῖς melius loco Comici conuenire quam συμφοραῖς, negari non potest: nam ea, de quibus hic agitur, proprie εἰςφοραὶ dicuntur. Frischlinus quidem lectionem Suidae videtur secutus, cum vertit: *oppressus aerumnis malis*; sed praestat vertere: *pressus tributis collationibus c*). *Duck.* ἰπούμενος τ. εἰςφ. recte B. C. vt impressi. At perperam in membr. ἰπτούμενος ταῖς συμφοραῖς. Postremum pro εἰςφοραῖς legitur

---

a) Etiam Zonar. II. p. 1118. vbi cf. Tittm. et Hemsterh. ad Arist. Plut. 816. Photius p. 86. ἰπτούμενος (vt ibi scriptum) explicat πιεζόμενος, ἀναγκαζόμενος.

b) Ab init. notae repetiit Duck. quae ap. Kust. leguntur, et praeterea monuit, Pollucem, qui συμφοραῖς habet, e Cratino haec referre.

c) Ex Polluce discimus, locum hunc e Cratino esse deprauatum, vnica syllaba in periodo tota mutata. Nam Cratinus dixerat ταῖς συμφοραῖς. Videtur Aristophanes risu voluisse traducere vocem Cratini ἰπούμενος, vt nouam et iudicio Aristoph. non probam. Vocant Graeci veteres ἶπον *praelum*, siue, vt alii dixerunt, *pressorium*, vt apud Tertull. et Apul. [Ex Amm. Marc. et Plin. Valer. affertur ap. Gesner. et Forcellin. in Lexx.]. Vnde ἰποῦσθαι verbum, pro, *premi*. *Cas.*

etiam ap. Suidam, Pollucem VII, 41. Auctorem Etym. M. loco, quem protuli ad Pl. 805. e Cratino *d*); ſed Comicus noſter illius verba ſua faciens, ea ſenſui ſuo accommodauit et *εἰςφοραῖς* poſuit pro *συμφοραῖς*. Quod autem ad *ἱπτούμενος* adtinet, librarii eſt error, qualem fere in Aeſchyli Prometheo corrigere me debuiſſe confeſſus ſum in not. ad Lys. 291. *ἱπτούμενος* non magis graecum eſt quam *ἱπνούμενος*. Nam *ἴπτω* verbum eſt barytonum, cuius participium eſt *ἰπτόμενος*, quod metri lex hic non admittit. *Brunck.*

959. (925. K.) Graeci vtrumque dicunt et *τάγηνον* et *τήγανον* *e*). Piſcium alii dicuntur *ἑψητοὶ*, qui in olla cocti edebantur, vnde apud Menandrum *ἑψητοὶ* ſimpliciter ſunt minuti piſciculi, non aliter edi ſoliti [Fragm. Perinth. 5. p. 148. ed. Cler.]. Alii dicuntur *ταγηνιστοὶ*, qui in ſartagine cocti edebantur, quo in genere erat ſepia, notus piſcis vel propter atramentum ſuum. Sunt autem ſepiarum plura genera, in his et *τευθὶς* *f*). *Cas.* Similis imprecatio eſt in Acharn. 1155. *ὅν γ' ἔτ' ἐπίδοιμι τευθίδος δεόμενον, ἡδ' ὠπτημένη σίζουσα πάραλος ἐπὶ τραπέζης κειμένη ὀκέλλοι· κᾆτα μέλλοντος λαβεῖν αὐτοῦ κύων ἁρπάσασα φεύγοι.* Dicitur autem *τάγηνον τευθίδων* vt *χύτρα ἀθάρης* Plut. 673. *Bergl.*

940. (926. K.) *σίζον*. Haec vox eſt Homeri. *Σίζειν* enim poetae dicitur ferrum candens in aquam coniectum, aut alius ſimilis ſonus [Odyss. IX, 394. add. Zonar. II. 1648.]. *Cas.*

942. (928. K.) Mileſii in Aſia colonia Athenienſium [imo Ionum ex Attica profectorum] erant, et cum iis

---

d) Scholiaſtes Aeſchyli a Stanleio editus pro *εἰςφοραῖς* legit apud Comicum noſtrum *συμφοραῖς* ad Prometh. 365. et ita legi etiam in Suid. et Etym. M. annotauit Kuſterus. *ἰπούμενος* autem eſt ab *ἶπος*, quod *preſſorium* ſignificat, vt ex Vet. Gloss. coniicere licet, ſiue *Praelum*. *Bergl.*

e) Photius Lex. p. 415. *τάγηνον. τοῦτο Ἰώνων τινὲς τήγανον λέγουσιν.* add. Zonar. II. 1713. Intpp. Moer. p. 362. Eſt *ſartago*, Bratpfanne oder Tiegel.

f) Eſt loligo, Calmar petit Francog. Calamar. v. Camus ad Ariſt. H. A. II. 154. et Schneider. Anim. ad eundem I, 179. II, 507.

amicitiam coluerunt. Apparet autem ex h. l. Milesios Cleonem pretio corrupisse, vt in eorum gratiam aliquid ab Atheniensibus impetraret. *κερδανεῖν.* Hoc verbum volunt dictum a *κέαρ ἡδύνειν*, *cor oblectare*, vt contra *conuiciari* appellarunt *κερτομεῖν*, quasi dicas, *cor scindere* g). *Cas.*

945. (931. K.) *ἐμπλήμενος.* Verosimilius mihi videtur legendum *ἐμπλημένος*, mutato accentu, pro *ἐμπεπλημένος*, qua forma perfecti nihil apud poëtas frequentius est. Suidas V. *Ἐμπλημένος* laudat ex Arist. Eccles. 56. *ἐμπλημένος* pro *πεπληρωμένος.* Sed in Arist. exemplaribus legitur *ἐμπλησμένος*, cui tamen Kusterus ad Suid. praeferendum putat *πεπλησμένος*, quod habet idem Suidas in *Τριχίδες*: de quo non contendo; nam sufficit Suidam existimasse, *ἐμπλημένος* recte dici pro *ἐμπεπλημένος.* Suidae interim adstipulatur in eius loci lectione Varinus. *Duck.* *Φθάνειν* verbum Graecis proprium, cui nullum est in lingua latina par. *Φθάνειν τι ποιεῖν* est, summo studio contendere, vt aliquid facias. Interdum est, anteuertere alium in aliqua re. *Cas.*

946—48. Restituendi sunt iambici dimetri e vulg. scriptura, quos cod. Rav. librarius, cui obsecutus est Inv., corrupit.

947. (933 K.) *μεθήκοι.* Verbum rarum, pro *μεταξύ τινος ἥκειν* inter opus venire, siue dum aliquis sit in aliqua re occupatus. *Cas.* In Eccles. 533. *ἐδεῖτο δ' ἥπερ μεθῆκέ μ'* (quae me arcessebat) *ἐξιέναι πάσῃ τέχνῃ.* Eurip. Troad. 1270. *ἕπου· μεθήκουσίν σ' Ὀδυσσέως πάρα Οἵδ'* (ad te arcessendum veniunt ab Vlysse isti), *ὥ σε δούλην κλῆρος ἐκπέμπει πάτρας.* Vid. hic in Eqq. ad v. 602. [609. vbi *μετῆσαν*]. *Bergl.* H. l. est: aliquis te in concionem arcessat h).

949. (ap. Br. 939. et 940.) Qui hunc et sequentem versiculum ita digessit, vt eos libri impressi et B. exhibent i), is procul dubio arbitratus est, systema hoc

---

g) Distinguendum: *καὶ κερδανεῖν τάλαντον, ἣν κατεργάσῃ.* *Reisk.*

h) *μεθήκοι arcessat, μεταπέμποιτο.* *Reisk.*

i) Nempe vulgo, etiam in Br. ita leguntur:

iambicum claudi monometro, cui ſubiectus eſſet dimeter catalect., vt anapaeſtica ſyſtemata claudi ſolent baſi, quam ſequitur paroemiacus. Hoc ſi ex Comici ſententia eſt, ſecundam in *ἀποπνιγείης* produxit, praeterquam facere ſolet. Satius eſſet forte duos verſus in vnum concludere, qui trimeter eſſet brachycatal.:

βουλομε | νος ἐσϑ | ιων | ἀποπνι | γειης k),

quales verſus occurrunt apud Comicum bene multi. Aut eadem manente distinctione vltimum verſiculum dimetrum brachycatal. eſſe dicas, niſi Comico licentiam condonare malis. Nihil enim hic librariis imputari poteſt, quorum in frequentem errorem conferri debuit non abſimilis menda in Lys. 384. vid. not. ad Plut. 453. *Brunck.* Optat, vt Cleo vorando ſuffocetur, dum in concionem properans ſe prius cibum celeriter vult conſumere. Archeſtratus, poëta facetiſſimus, ap. Athen. VII. p. 327. *καὶ ἔπειγου Οὕτως, ὡς πνίγεσϑαι ὑπὸ σπουδῆς καταπίνων* (et feſtina ſic, vt ſuffoceris prae nimio deglutiendi ſtudio). *Bergl.*

950. (941. Br.) *εὖ γε νὴ τὸν Δία.* Sic tres codd. et edit. Bern. Iuntae. Vulgo *εὖ νή γε τὸν Δ. Brunck.* Aliter disponit *Hotib.* v. Add.

952. (943. Br.) *κᾀμοὶ* — Sic B. C. Vulgo *καί μοι.* Illud magis ex Atticorum more. *Brunck.*

953. (940. K.) *οἷος* — Locus ita vertendus erat: *Qualis nemo a longo tempore vir exſtitit erga plebeculam vilem.* Nam *οἱ πολλοὶ* apud Graecos notare plebem, notum eſt. *Kuſt.*

954. (941. K.) *τοῖσι πολλοῖσι τοῦ 'βολοῦ* l). Quod apud nos quidem (diceretur), Athenienſes nihili homines aut non magnae rei. Periphraſis eſt Athenienſium

---

βουλόμενος, ἐσϑίων ἀποπνιγείης.

k) Ita Inv. e cod. edidit.

l) *τοῦ 'βολοῦ pro obolo*, vili mercede. *Reisk.* Hominibus viliſſimis, a rebus venalibus. Supra 646. (655.) *ἵνα τὰς ἀφύας ὠνοῖντο πολλὰς τοῦ 'βολοῦ* et 659. (667.) *αἱ τριχίδες εἰ γενοίαϑ' ἑκατὸν τοῦ 'βολοῦ.* Caſaub. opportune ad praeſentem locum facit mentionem prouerbii: *Sardi venales. Bergl.*

quorum in leuitatem et imprudentiam iocatur. Ait eos eſſe eiusmodi, qui ſteterint inter promercales, vt olim Sardi venales, non pluris ſint aeſtimandi, plures ſimul, quam obolo vno. Sic gallice: *Quatre pour un ſol.* Et latine: *non facio vnius asſis. Cas.*

955. (942. K.) *φιλεῖν* vel *amare* vel *oſculari* poteſt verti. *Σκοροδίζειν* eſt, eſu allii alienare aliquem a ſe *m*). *Cas.* Et ſane non inepte pro *oſculari* accipietur; nam hic Populus quaſi *ἐρώμενος amaſius* ſupponitur, cuius ſe Cleo fatebatur eſſe *ἐραστὴν* v. 728. (742.). Qui autem comederit allium, illius oſculum non eſt ſuaue. Hinc Horatius Epod. 3. [19. ſs.] Maecenati, ſi is allium velit comedere, talia imprecatur mala: *At ſi quid vnquam tale concupiueris, Iocoſe Maecenas, precor Manum puella ſuauio opponat tuo, Extrema et in ſponda cubet.* Alludit autem ſimul ad *σκοροδάλμην* coriariorum, qualis erat Cleo. Supra 199. *δὴ τότε Παφλαγόνων ἀπόλλυται ἡ σκοροδάλμη.* Vtebantur ea ad coria elaboranda. *Bergl.* De dactylo in quinta ſede monuit *Seidler.* de vers. dochm. II. 390.

956. (943. K.) Vt in re priuata annulus eſt ſymbolum dominii (vnde apud veteres morituri haeredem deſignabant traditione annuli, cuius rei multa exempla apud hiſtoricos et in *Pandect.*): ſic in rebus publicis magiſtratus nomen iam olim fuit, cui graece nomen fuit *σφραγιδοφύλαξ*, quaſi, cuſtos annuli, qui publicum annulum in ſua poteſtate habet. Hic vero poëta alludit ad annulos priuatarum domuum *n*). Nam vt ademtis clauibus vxor poteſtate ſua priuabatur, ſic *promus condus* adminiſtratione penus priuabatur ademtione annuli, procurator domus adminiſtratione rationum heri priuabatur ademto annulo ſignatorio. *Cas.* Scholiaſtes ad v. 946. (959.): *annulus autem, quem gerebat, erat ſignum imperii*, nempe quod Cleo obtinebat. Sed forte per *δακτύλιον* talem annulum intelligit, quo vtebantur non tantum pro ſignaculo, ſed etiam pro

---

m) Suidas: *ἐσκορόδισας· κλαῦσαι ἐποίησας, ἀπὸ τῶν τὰ σκόροδα τριβόντων· ἢ ἀήδισας, ἐπίκρανας, ἢ ἐδριμύξας. Brunck.* Eadem, adiectis aliis, cum Schol. Zonaras II. 884. habet.

n) Nempe Demos tanquam herus ſpectatur, cuius domeſticis rebus Cleon vt diſpenſator praefuerit.

claue, et de repub. loquitur quasi de domo priuata, in qua Cleo hactenus, tanquam promus condus, clauem habuerit, quam herus i. e. Populus ab eo nunc repetit eumque ab officio remouet. Erant autem annuli apud veteres, qui praestabant vsum clauium; in Thesm. 431. πρότου μὲν οὖν ἦν ἀλλ' ὑποῖξαι τὴν θύραν Ποιησαμέναισι δακτύλιον τριωβόλου, vbi vid. Not. *Bergl.*

961. (948.) ἑτέρου legi iubet *Reisk.* Caeterum haec Demos annulum contemplans dixisse censendus est. Deinde eum dat Allantopolae, qui et ipse testatur, non esse genuinum illum annulum, quem a populo acceperat Cleon.

963. (950. K.) δημοῦ βοείου. Solent et insignia armorum et annulorum conuenienter cuiusque voluntati aut naturae vsurpari. Sic fingit poëta annulum populi Athenn. plane ex natura inconsulti illius populi. Ludit autem in vocibus δῆμος *populus* et δημὸς *pinguedo.* In plerorumque ciborum paratu adhibetur pinguedo. Veteres autem Athenienses multos cibos parabant foliis ficulneis inuoluentes, quae Graeci θρῖα nominant o). *Cas.*

964. (955. Br.) οὐ τὸ θρῖον; ἀλλὰ τί; Recte haec verba in membr. Demo tribuuntur, vt in vtraque Iunt. et in Froben. In aliis incongrue verba οὐ τὸ θρῖον isiciario continuantur. *Brunck* p).

965. (952. K.) q) Inter aues aquaticas Larus est vel

---

o) De hoc voc. cf. Ran. 134. Photius Lex. p. 74. θρία, τὰ φύλλα τῆς συκῆς. Vuil. vertit: ein geschmortes Feigenblatt mit Ochsenmark gefüllt; et inter cupedias Athenn. fuisse monet.

p) Post ἐστὶν [in vulg. lectione οὐ τοῦτο γ' ἐστὶν οὐ τ. θρ.] pono distinctionem: *non hoc est, non est thrium. Duck.*

q) Versum hunc adducit Schol. ad Nub. 591. *Kust.* Refert Suidas h. v. quod nescio cur monere neglexerit Kusterus, cum Portus adnotauerit. Caeterum Schol. ad Nub. 591. laudat ex h. l. κεχηνώς. Et sunt sane, qui in media diphthongum ponant, sed ap. Arist. et alios frequens est vocalis. v. Suidas in Λάρος, Κέχηνεν et Κεχήνη. Laudat autem h. l. Casaub. ad Capitolin. Pertin. p. 556. qui refert, a Lucillio quendam vel foeneratorem vel aliorum lucrorum captatorem, mergum appellatum fuisse. *Duck.*

praecipua, siue hic *Mergus* est, siue *Fulica r*), vt vertit Cic. in Arat. Vnde natum prouerbium de fure et praedone alienorum bonorum: *est larus. Cas.* Cleo habet in annulo signum auis voracis, quia auide rapiens ciuium bona consumat. In Nubb. 590. *Κλέωνα τὸν λάρον δώρων ἑλόντες καὶ κλοπῆς*, vbi vid. Not. *Bergl.* *ἐπὶ πέτρας δημηγορῶν.* Scholiastes: *Petram autem dicit propter suggestum in comitio.* Nempe ille suggestus fuit *lapideus*, in quem rhetores concionaturi ascendebant. In Pac. 679. *ὅστις κρατεῖ νῦν τοῦ λίθου τοῦ 'ν τῇ Πυκνί. Bergl.*

967. (954. K.) *Κλεωνύμου.* Quasi iste eiusdem cum Cleone fuerit ingenii, et *rapax*, qui etiam consumat et *voret* ciuium bona. Sane de isto etiam infra 1286. (1302.) *διεζήτηκ' ὁπόθεν ποτὲ φαύλως ἐσθίει Κλεώνυμος κ. τ. λ. Bergl.*

968. *τουτονὶ λαβών.* Subintellige *δακτύλιον* ex versu praeced. 943. (956.). *Kust.*

972. (959. K. 963. Br.) *s*) Ad hunc locum procul dubio respexit Hesychius, vbi ait: *Μολγός. Ἀριστοφάνης. τάχα δ' ἂν εἴη ἐκ πλήρους ἀμολγός. ὁ δὲ ἀμέλγων τὰ χρήματα* (adde *δημόσια*) *ἀμολγὸς* etc. Quod autem ad rem ipsam attinet, locus hic obscurus est. Nam quod aiunt Grammatici *μολγὸν* dici *τὸν ἀμέλγοντα καὶ κλέπτοντα τὰ κοινὰ*, i. e. *furem aerarii*, verum quidem est; sed, quomodo significatio illa loco huic conueniat, non

---

r) De ea vid. Nub. 591. Av. 567. Kiebitz Vuil. vertit: add. Schneider. ad Arist. H. An. III. 278. s.

s) Haec tota fabula et hic maxime locus ob oculos ponit stultitiam Atheniensium, qui illis temporibus sinebant se falsis oraculis duci in grauissimis deliberationibus. Ideo fingit Cleonem et Isiciarium inter iusta suae causae proferre vtrimque oracula, de quibus postea. Vox *μολγὸς*, vt ex oraculo petita, obscurior est et varie exponitur a Schol. *Μέλγειν* et *ἀμέλγειν* est *mulgere*, vnde *μολγοὶ* dicti sunt, qui bona publica peculatu dilapidant. Alii tamen exposuerunt de vitio oculorum, quod hic videtur conuenientius. *Cas.* Vnus ex Scholl.: *pauperem; ab ἀμέλγεσθαι mulgeri et* (per metaphoram) *detrimentum capere.* Dicit ergo, si pareat populus oraculis Cleonis, et eum reipub. sinat praeesse, fore vt bona publica ab ipso quasi emulgeantur. *Bergl.*

video. Nam populum ipſum, quem hic alloquitur Cleon, hoc ſenſu non poſſe vocari μολγὸν, manifeſtum eſt. Quare vel dicendum eſt, μολγὸς hic ſenſu paſſiuo accipi, pro eo, cui pecunia quaſi emulgetur, vel quod magis ſuſpicor, obſcoenitas quaedam hic latet, quam explicare pudor vetat. *Kuſt.* Locus obſcurus ab antiquioribus enarratoribus minime intellectus. Quae enim explicandae voci μολγὸς comminiſcuntur, ſunt omnia perinde abſurdiſſima. Quod primum ſe offerebat, in verſione ſecutus ſum *t*), de ratione ſeu analogia non ſatis ſollicitus, qua ex μέλγειν, vnde μολγὸς, deriuari poſſet caecitatis ſignificatio. Quod ſuſpicabatur Kuſterus, obſcoenitatem hic latere, verum eſt; obſcoenitatem hic latere: id ostendit antagoniſtae reſponſio. μολγὸς *fellatorem* notat. Senſus eſt: *huic ſi creduas, ita in te illudet, vt ei ore etiam morigerari cogaris. Brunck.* Cf. Add.

973. (964. Br.) ψωλὸν — μυῤῥίνου. *Nudandum tibi eſt veretrum vsque ad myrtum* ſiue *pilos*, i. e. *a ſummo vsque ad imum.* Nam μύῤῥινος hic accipitur pro pilis, quibus inferior pars nerui obſita eſt. Sic bene *Kuſterus v*) verba interpretatur. His autem ſignificat iſiciarius Demum, ſi Cleoni fidem habeat, coactum iri eum paedicare, idque *ſine fraude*, ſed, vt ait ille, *vsque*

ad pubem capulumque coleorum.

Iſta ſi pudor explicare vetabat, ne vel graece legenda erant. *Brunck.* Eſt etiam apud Suid. in ψωλὸς, vbi deſcribitur Scholiaſtes et in Append. Vat. Prov. 4, 49. Kuſterus, reprehendens verſionem Friſchlini — ait vertendum fuiſſe: *nudandum eſt* — obſita eſt. Velim

t) Vertit: ſed ſi huic creduas, caecum te fieri neceſſe eſt.

v) Friſchlinus male: *hernioſum te fieri oportet vsque ad caput.* Melius vtique vertiſſet: *Nudandum tibi eſt veretrum vsque ad myrtum* ſ. *pilos*; i. e. *a ſummo vsque ad imum.* Nam μύῤῥινος (quod idem eſt ac μυῤῥίνη) hic accipitur pro pilis, quibus inferior pars nerui obſita eſt. *Kuſt.* Μυῤῥίνου. Duriſſima locutio, et licentiae plane comicae. Nam quia myrto ſolebant capita coronare, caput appellat μύῤῥινον. *Cas.* Partem veretri aliquam ita vocat. Alias vocant μύρτον *pudendum muliebre*, vt in Lyſiſtr. 1003. ταὶ γὰρ γυναῖκες οὐδὲ τῶ μύρτω θιγῆν ἐῶντι. *Bergl.*

ſcire vnde ipſi conſtet, verborum *μύῤῥινος* vel *μυῤῥίνη* hanc ſignificationem eſſe apud Graecos, quam ego nusquam reperio. Scholiaſtes et Suidas, itemque Caſaub., accipiunt de capite, quod etſi dure dictum eſt, tamen verius eſſe puto. Nam eſt dictum *παρὰ προσδοκίαν* turpi ioco, *nudandus tibi eſt penis ad vsque caput*, pro, ad imam vsque partem, quod exſpectari poterat. *Duck.*

976. (963. K.) *Ἁλουργὶς* eſt res mari elaborata. *Ἅλς mare, ἔργον* opus. Sic dictum hoc verbum, vt opus Athenis factum vocatur *Ἀττικουργὲς*, Corinthi *Κορινθιουργές*. Quoniam autem purpura tingebatur ſucco muricis, quod genus eſt oſtrei marini, propterea *ἁλουργὶς* veſtis dicitur murice tincta x), quae et *πορφυροβαφής*. Nam alio nomine eiusmodi oſtrea *purpuras* vocarunt. Hinc deductum eſt nomen per *ι*, *ἁλουργὶς* de veſte purpurea. Hic autem poëta deſcribit ſpeciem quandam triumphi, cuius ſpem facit Athenienſibus Allantopola ex ſuis oraculis. Quanquam Graeci triumphos nullos agnouerunt, niſi quos *ἱερονῖκαι* agebant, poſt coronam partam redeuntes in patriam. *Cas.*

978. (965. K. 969. Br.) Suidas hic olim legit *Σμηκίθην*. V. eum v. *Σμηκίθης*, vbi locum hunc citat. Vid. etiam Euſtath. ad Hom. p. 1185, 20. et 1754, 64. vbi ad locum hunc Comici reſpexit y). *Kuſt.* Figura eſt *παρὰ προσδοκίαν*. Nam promittens luculentum triumphum Athenienſibus, ait eos comitaturos Smicytham et Cyrium; quod non eſt triumphare, ſed triumphantem ſequi. *Σμικύθης* nomen eſt regis Thraciae. Per *Κύριον* quidam intelligunt quemuis [dominum], ſed asſentior interpreti, qui detortum vult eſſe nomen pro *Cyro* Perſarum re-

---

x) Zonar. I. p. 128. *ἁλουργὶς, πορφυρᾶ χλανίς· ἐκ τοῦ ἅλς, ἁλὸς, καὶ τὸ ἔργον· ἡ ἀπὸ τοῦ θαλασσίου κόχλου γινομένη. ἁλουργίδα κατάπαστον* Bergl. vertit purpuram verſicolorem, Brunck. purpureum ſagum acu pictum. Ita Vuil.: reichgeſtickten Purpurmantel.

y) Suidas inconſtanter *Σμηκίθης* et *Σμήκιθος*. Euſtath. in Od. Ξ, p. 1754, 64. *Σμικίθην*. Caſauboni expoſitio vocis *διώξεις*, pro, *ſequeris currum triumphantis*, non adridet maloque adhaerere Scholiaſtae, qui a iudiciis tractum ait, *perſequeris, reum ages*; quo ipſo victoria promitti videtur. *Duck.*

ge z). *Caf.* *Smicythes* fuit Thracum rex. Quia nominis terminatio feminina eft, tamquam fi femina esfet, praeter exfpectationem addit *καὶ κύριον et maritum.* Atticis enim *κύριος*, fi ad mulierem referatur, maritum notat. Librariorum errore apud Suidam fcriptum eft *Σμηκίθην*, apud Euftathium *Σμικίθην.* Recte in B. C. *Σμικύθην*, in membr. vero *μικύθην*, quia praecedens σ id quod fequi debebat abforpfit. *Brunck.* Eum fequuntur Francogall. et german. interpretes. Dubitare tamen de eo voc. *κύριος* fignificatu in h. l. licet.

980. (971. Br.) *καὶ σὺ δὴ φέρε* [vt ol. vulg.]. Sic B. In C. *καὶ σὺ φέρε.* At in membr. *καὶ σὺ νῦν φέρε* a). Scribi debuit *καὶ σύ νυν φέρε.* Quod alter codex iuxta impreffos habet *δὴ*, gloffema eft. Praeterea in membran. haec verba Ifiaciario melius continuantur. Sic distinctae funt perfonae in optimo cod. cuius fidem fequi praeftabat b):

Κλ. καὶ μὴν ἔνεγκ' αὐτοὺς ἐςιὼν, ἵν' οὑτοσὶ
αὐτῶν ἀκούσῃ. Ἀλλ. πάνυ γε· καὶ σύ νυν φέρε.
Κλ. ἰδού. Ἀλλ. ἰδοὺ, νὴ τὸν Δί'. οὐδὲν κωλύει.

Poftrema illa verba *νὴ τὸν Δί' οὐδὲν κωλύει* Demo vulgo tribuuntur. In C. Cleoni adfignatur *ἰδοὺ, ἰδοὺ,* et Ificiario *νὴ τ. Δ. οὐ. κωλύει.* In B. vero eadem eft plane perfonarum distinctio, quae in ed. Bern. Iuntae: *Δη. Καὶ μὴν ἔνεγκ' αὐτοὺς ἰὼν, ἵν' οὑτ. Αὐτῶν ἀκ. Κλ. πάνυ γε καὶ σὺ δὴ φέρε· Ἀλλ. ἰδού. Κλ. ἰδοὺ ν. τ. Δ. οὐ κωλύει.* Hinc vides Aldinae editioni codicem nullum adftipulari. In v. 970. (979.) membr. et C. habent *αὐτοὺς εἰςιών.* In B. eft *ἰὼν* et fuperfcriptum *εἰς.* In Bern. Iuntae edit. *ἰσιών.* Scribendum *ἐςιὼν, domum ingreffus. Brunck.*

---

z) Vnus ex Scholiaftis: *Smicythes eft Thracum rex; Cyrius autem dicitur pro Cyro, filio Artaxerxis regis Perfarum; qui Cyrus illis temporibus, in Lydiam fatrapa miffus, cum faueret partibus Lacedaemoniorum, pecuniam his praebuit in bellum contra Athenienfes. Bergl.* *καὶ Περσίαν* legendum coniecit Reiskius.

a) Ita edidit e cod. Rav. Invern.

b) Vulgo fic distinguuntur: *Κλ. καὶ μ. ἔ. α. ἰὼν, ἵν' οὑ. Αὐτ. ακ. Αλλ. πάνυ γε. Δη. καὶ σὺ δὴ φ. Κλ. Ἰδού. Αλλ. ἰδού. Δη. νὴ τ. Δί' οὐ. κ.* Inv. autem fic dedit: *Δη. καὶ μ. ἔ. α. ἰὼν ἵ. οὑ. Ἀ. ἀκ. Αλλ. πάνυ γε. Δη. καὶ σὺ νῦν φ. Κλ. Ἰδού. Ἀλλ. ἰδοὺ νὴ τ. Δί' · οὐδ. κ.*

981. (968. K.) ἰδοὺ est dictio alterum cum admiratione et dubitatione interrogantis, eone, quod modo dixerat, stare velit, retractaturusne sit? plurane promiserit, quam praestare decreuerit? Ecce modo quid dicas. Reputa tecum. Annon poenitebit? Sensum hunc dictionis hic loci esse patet ex responso Demi. *Reisk.* Imo hoc vult: iam in eo sum vt abeam, statim abibo. Vterque tum domum ingreditur.

984. Hermann. de Metr. p. 251. f., vbi monet Glyconeos plerumque claudi Pherecrateo, cuius idem numerus est, nisi quod tertia arsi caret, exemplo esse hos XXIV. versus ostendit, quorum quartus quisque Pherecrateus est, corruptum autem hunc versum, et emendandum: τοισι [aut τοισιν] δεῦρ' ἀφικνουμένοις. Aliter *Hotib.* v. Add.

988. (975. K.) Antiquissimi interpretes in hoc versu laborarunt. Constat in Piraeeo Athenn. portu locum quendam Δεῖγμα esse appellatum c). Proprie ea vox *specimen* significat. Sic autem ille locus appellabatur, quod mercium vendendarum specimen ibi proponere moris esset: ibi etiam de leuibus controuersiis inter contrahentes accidere solitis iudicia exercebantur. Itaque locum poëtae sic exponimus: audiui quosdam senes in Digmate, vbi conuenire solent mercatores aliique otiosi homines, et vbi lites mercatorum saepe disceptantur, ibi inquam, istos senes de Cleone talia dicere. *Cas.* Suidas V. Δεῖγμα confuse laudat h. l. et pro οἵων male habet οἷον. quod cum rectius ap. Aristoph. legi notasset Portus, Kusterus ne quidem monuit. Caeterum de hoc loco quae apud antiquos tradita sunt, diligenter congessit Iungermann. ad Polluc. IX, 34. Meursius de Popul. Att. V. Πειραιεὺς T. IV. Ant. Graec. vbi imperi-

c) Δεῖγμα est *specimen* rerum venalium, et nomen loci Athenis, quo rerum venalium specimina ferebantur: ibi etiam ad confabulandum conueniebant: addidit autem δικῶν, vt notet τὸ φιλόδικον Atheniensium. *Haec omnia ex Suida et Scholiaste.* Illius Digmatis mentionem facit Demosthenes in orat. contra Lacritum [T. II. p. 932, 20. Reisk. Orr. Gr.] οὗτοι δὲ περιεπάτουν ἐν τῷ Δείγματι τῷ ὑμετέρῳ. Et contra Polyclem [T. II. p. 1214, 18. R.] προσέρχεται αὐτῷ ἐν τῷ Δείγματι. *Bergl.* Add. Harpocr. h. v. p. 115. οἵων ἀργαλεωτάτων est, qui mirum quantum erant morosissimi.

te vertitur: *in digmate iudicio audiui contradicentes.* Agit etiam de eo Casaub. ad Theophr. Char. p. 342. [220. ed. Fisch.] vbi [c. 23, 1.] vitiose legebatur ἐν τῷ διαζεύγματι. Lindebrogius quoque ad Ter. Eun. 3, 4, 1. *Heri aliquot adolescentes coiimus in Piraeeum:* bene monet, ideo ibi Piraeeum memorari, quod ibi esset forum rerum venalium et δεῖγμα omnium mercium. τῶν δικῶν autem dicit poëta, tum ad notandum τὸ φιλόδικον Athenn., tum quod et ibi iudicia exercebantur, vt ait Schol., puta de negotiis et contráctibus inter ementes vendentesque. Vnde et magistratus in Piraeeo memorat Harpocration ἀγορανόμους, ἀστυνόμους et alios. v. Meurs. in Piraeëo l. d. *Duck.*

990. Quamquam ad Hephaest. doctrinam hic locus optimus est, tamen ei inter Glyconeos locum non esse monet Hermann. l. l. p. 252. ideoque scribit: ὡς εἰ μὴ 'γένεϑ' οὗτος ἐν — Ita et *Hotib.*

992. (985. Br.) δύο. Sic recte membr. vt et metri ratio flagitat. Perperam vulgo δύω. Versus constat ex epitrito quarto et diiambo, vt tertius superioris periodi:

ἐν τῷ δεῖγμα | τι τῶν δικῶν.
στην σκεύη δύ | ο χρησίμω.

Brunck.

993. (980. K.) Sensus est: Si Cleon in repub. non fuisset, reipub. carendum fuisset *pistillo* et *trua.* quae sunt vitae duo vtilia instrumenta. *Pistillum* adhibemus ad pinsendum in pila s. mortario. Quoniam autem, quae tunduntur in pila, miscentur perturbanturque: poëta eo respiciens Cleonem cum pistillo comparat *d*). Idem dicendum de altero vase τορύνη. Est vas, quo miscentur res in olla; vnde pro instrumento miscendi et turbandi ponitur, Latine, *trua. Cas.* Non erunt, inquit, si Cleo pereat *e*), *pistillum* et *trua*, quorum instrumentorum vicem Cleo praestet in *turbanda* Repub. In Pac. 269. de eodem Cleone: τὸ δεῖνα γὰρ 'Από-

---

d) Zonaras I. 560. δοῖδυξ, κοχλιάριον. παρὰ τὸ δαδύσσω, τὸ ταράσσω. Add. Etym. p. 289. Nostris: Mörserkeule, et τορύνη Rührkelle.

e) Rectius haec Cas. interpretatur.

λωλ' Ἀθηναίοις ἀλετρίβανος, ὁρᾷς ὁ βυρσοπώλης. In Acharn. 934. de Sycophanta qualis et Cleo erat: πάγχρηστον ἄγγος ἔσται, κρατὴρ κακῶν, τριπτὴρ δικῶν — καὶ κύλιξ τὰ πράγματ' ἐγκυκᾶσθαι. *Bergl.*

995. (982. K.) ὑομουσίας. Alludit ad prouerbium: *Sus Mineruam*, Ὗς τὰν Ἀθηνᾶν, quod de indocto et indocili dicitur. Inde ὑομουσία, eruditio qualis porci. *Cas.* Potius: mufice qualis porcorum eft. Nam fequentia de dorico lyrae tono agunt. Pro ἀλλὰ in praeced. fcribi malim ἀλλ' οὖν, ne ditrochaeus loco epitriti quarti fit.

997. (984. K.) φοιτᾶν frequenter adire. Sed de his proprie dicitur, qui difcendi caufa aliquo veniunt: vnde φοιτητὴς *difcipulus*, ξυμφοιτᾶν *condifcipulatum agere cum aliquo f*). *Cas.*

998. (985. K. 989. Br.) Citat hunc locum Suidas V. Τὴν δωριστί. Subintelligenda eft autem in hac fententia vox ἁρμονίαν, vt integra conftructio fit: πρὸς τὴν Δωριστὶ μόνην ἁρμονίαν ἁρμόττεσθαι τὴν λύραν i. e. *lyram foli harmoniae Doricae aptare.* Iocum autem Comici in h. l. latentem recte fubodoratus eft Scholiaftes, quem lector confulat. *Kuft.* Erat harmonia apud veteres *Dorica* dicta g); hic autem alludit ad δωροδοκεῖν, *dona accipere* et *corrumpi muneribus*; hinc infra 992. (1005.) pro Δωριστὶ dicit, δωροδοκιστί. *Bergl.* Vulgo inferitur particula ἄν, quam, quia eam nefciunt codd. A. C., expunxi. Factum nollem. Requiritur enim ad metri integritatem; nec in phrafi otiofa eft; vim eius in verfione expresfi: *aptare confueuiffe.* Conftat hic chorus fex periodis: fingularum tres primi ver-

f) Ita συμφοιτητὴν Solon dixit τὸν συμμαθητήν, v. Zonar. II, 1692. Add. Tho. Mag. V. Σχολαστὰς p. 829. ibique Oudend. et idem V. Φοιτητής p. 899.

g) Erant varia genera harmoniae, alia mollior, vt *Lydia* et *Ionica*, alia afperior, vt *Dorica*. Dores enim inter Graecos magis laborum patientes habiti caeteris. Eft vero hic elegans iocus. Nam fingens obiicere fe Cleoni, quod folam teneat Doricam harmoniam, quae tunc temporis hominibus elegantioris ingenii parum probabatur, tacite dona illi obiicit, quibus finebat fe corrumpi, quod planius poft dicit vfus voce δωροδοκιστὶ pro δωριστί. *Cas.*

ſus dimetri ſunt acatalect., quibus ſubiicitur dimeter catalect. Dimeter hic quoque verſus eſſe debet et eſt reuera acatalect., vt illi, quorum dimenſionem ſupra repraeſentaui, iisdem conſtans pedibus:

τὴν Δωριστὶ | μόνην ἂν ἁρ—

Brunck. De vſu illo part. ἂν vid. Matthiae Gramm. gr. p. 881. et quos laudat.

1000. (987. K.) Suidas in Δωριστὶ pro μαθεῖν habet λαβεῖν, quod Graeci quoque dicunt pro μανθάνειν. v. Schol. ad Ran 253. vbi Comicus: τουτὶ παρ' ὑμῶν λαμβάνω. Hic tamen nihil mutandum cenſeo; nam et ſic paullo poſt: ὡς ἁρμονίαν ὁ παῖς οὗτος οὐ δύναται μαθεῖν. *Duck.*

1005. (996. Br.) Δωροδοκηστί. Sic tres codd. et primariae edd. In recentioribus δωροδοκιστί. *Brunck.*

1006. Actus tertii ſcenae primae initium hic vulgo conſtituitur.

1007. (994. K.) χεσείω *h*). Haec dicit tamquam preſſus onere oraculorum. Nam fingit poëta, vtrumque venire onuſtum copia falſorum oraculorum. In quo traducit ſtultitiam Athenienſium, vt ante diximus. Certant autem iſti de copia oraculorum inter ſe. *Cas.*

1009. (1000. Br.) ἐμοί 'στι [vt Br.] Vulgo ἐμοῦ 'στι. *Br. i*). Et ſane ſententia illud poſtulare videtur, atque, ſi ſuam arcam plenam dicere voluerit, κιβωτός μου potius ſcribendum erat.

1010. (997. K. 1001. Br.) ξυνοικία δύο *k*). Sic bene

---

h) Grauatus onere et multitudine oraculorum, quae adportat, hoc dicit, vt Ran. 8. μεταβαλλόμενος τ' ἀνάφορον, ὅτι χεζητιᾷς. In his locis eodem verbo in eadem ſignificatione vtitur, ſed aliter atque aliter formato. Vid. ad v. 61. *Bergl.* Nimirum Cleon magnum volumen oraculorum portaſſe cogitandus eſt, ſed multo maius Allantopoles.

i) Peſſime [olim] εἴτι pro ἔτι. Recte emendauit [tacite] Kuſterus. ἐμοῦ autem etſi facile ferri poteſt, tamen putem forte melius eſſe ἐμοὶ, cum in v. ſeq. ſit ἐμοὶ δ' ὑπερῷον. *Duck.*

k) ξυνοικίαι ſunt domus coniunctae: nam inde nomen, quod plures ſimul habitant, et fere idem eſt Graecis ξυνοικία, quod Latinis *inſula. Cas.*

edidit Bern. Iunta. Perperam vulgo δύω. Ammonius [p. 102. ſ. Valck.] οἰκία, ἡ ὑπὸ ἑνὸς ἢ ὑπὸ δευτέρου κατοικουμένη· συνοικία δὲ, ἡ πολλοῖς καὶ μισθουμένη. Scholiaſtes Aeſchinis Valckenario laudatus: ὅπου μὲν γὰρ πολλοὶ μισθωσάμενοι μίαν οἴκησιν διελόμενοι ἔχουσι, συνοικίαν καλοῦμεν· ὅπου δ' εἷς ἐνοικεῖ, οἰκίαν. Vnde intelligitur, pauperiorum hominum συνοικίαν eſſe. *Brunck.*

1012. (1003. Br.) οἴ 'μοί. Perperam vulgo ὄϊμοί. Vid. ad Ran. 461. *Brunck.*

1013. (1000. K.) Bacis notus eſt inter fatidicos, quorum oracula iactabantur Athenis *l*); Glanis vero, qui hic dicitur illius frater, nullus fuit in rerum natura, ſed fingitur ab Allantopola ad ſimilitudinem nominis Bacis *m*). Eſt autem γλάνις graece piſcis cuiusdam nomen. *Cas.*

1014. (1001. K.) εἰσὶ [ol. vulg.]. Scrib. εἰσίν. *Duck. n*) περί του [ol. vulg.]. Leg. περὶ τοῦ. Interrogat enim. *Reisk.*

1015. (1002. K. 1006. Br.) Metri fulciendi gratia ſcribendum eſt: περὶ γ' ἁπάντων πραγμάτων *o*). Et deinde in verſu ſeq. οἱ σοὶ δὲ περί του itidem metri gratia. *Kuſt.* Neſcio quid cogitarit Kuſterus, cui *metri fulciendi gratia ſcribendum eſſe* videbatur περί γ' ἁπάντων. Fulcro non indiget verſus, qui rectis integrisque pedibus incedit. Vltima in περὶ nunquam eliditur, nec ſequente quauis alia vocali ingratum facit hiatum, cui vitando inſeri debeat vel ſoleat particula γε. Exempla ſuppeditant ſingulae paginae. *Brunck.*

---

l) De Bacide v. ad Avv. 962.

m) Allantopoles enim fingendi quoque impudentia aduerſarium vincit. *Vuil.* De γλάνις piſcis cf. Schol. Lycophr. 708.

n) Male vulgo εἰσί. *Brunck.*

o) Non adſequor rationem. Nam ſic etiam ſuperiore verſu ſcribendum foret: περί γ' Ἀθηνῶν et in hoc περί γ' ἐμοῦ, vbi hiatus ille non magis vitiat verſum, quam hic. Et ſic v. 1006. [ex ol. vulg. lect. 1019.] rurſum περὶ ἁπάντων πραγμάτων, vbi nihil notat Kuſterus. Sed in ſeq. verſu adſentior illi ſcribendum: οἱ σοὶ δὲ περί του, [vbi vulgo δὲ deerat]. *Duck.*

1016. (1007. Br.) *οἱ σοὶ δὲ περὶ τοῦ;* Sic vett. edd. omnes. In recentioribus abeſt partic. *δὲ* verſui omnino neceſſaria. Eam typothetae incuria in neſcio qua officina omiſſam nec Kuſterus nec Bergl. repoſuit, qui vett. edd. non ea, qua par erat, curioſitate conſuluerunt. *Brunck.* *φακῆς.* Iſte Allantopola, vt commendat ſua oracula, eſſe ſcripta ait de variis edulibus, vt de lente, ſcombris, etc. Lentem Athenienſes valde amabant et fere ex Aegypto allata vtebantur. *Cas.* *σκόμβρος* eſt, qui francog. maquereau, noſtris Makreele, dicitur. v. Camus ad Ariſtot. H. A. T. II. p. 496.

1019. (1006. ſ. K. 1010. Br.) *περὶ σοῦ, περὶ ἐμοῦ. τὸ πέος οὑτοσὶ δάκοι p).* Sic optime ſcriptus eſt hic verſus in membr. In aliis minus ſinceris codd. v. 1006. (1015.) librarii errore hic integer repetitus eſt: huicque ſubiectus eſt in C. hic, ſi dis placet, verſus: *τὸ πέος οὑτοσὶ δάκοι.* In B. vero, vt in impreſsis: *τὸ πέος ἂν οὑτοσὶ δάκοι.* Inepte inſerta fuit particula *ἂν* a ſciolo, qui verba illa per ſe verſum conſtituere ratus, ad formam iambici metri eum redigere voluit. Verba autem illa ne Berglerus quidem intellexit, vt ex eius verſione liquet: *iſtud penem facile momorderit.* *οὑτοσὶ* non valet *iſtud q).* Quin ſinceram poëtae manum reſtituiſſe cenſeamur, non obſtare debet metrici Schol. auctoritas, qui verſum, prout in impreſsis fertur, pro *dimetro iambico* agnoſcit. Nugatur enim hic, vt fere ſolet, graeculus ille nec cuiquam paulo adtentiori fucum feciſſet. Non ſolet Comicus noſter medios inter ſenarios ſic dimetros inſerere. Praeterea in melioribus codd. verſiculus ille nec *dimeter* nec *iambicus* eſt. Particula

---

p) Vulgo legebatur:

περὶ σοῦ, περὶ ἐμοῦ, περὶ ἁπάντων πραγμάτων.
τὸ πέος ἂν οὑτοσὶ δάκοι.

Ad hunc poſteriorem v. haec notauit *Kuſter.* „Verſus hic eſt dimeter acatalectus, cum reliqui, qui praecedunt et ſequuntur, vel ſint iambici trimetri acatalecti vel dactylici hexametri. Ne tamen verſui huic aliquid deeſſe putemus, facit auctoritas Schol. veteris, qui eum expreſſe *δίμετρον ἀκατάληκτον* vocat.“

q) Mirum eſt, Scholiaſten confundere l. l. *σπέος,* i. e. *ſpeluncam,* et *πέος,* quod ſignificat *virilia.* *Cas.*

ἂν, quam mala manus inſerſit, ſententiae prorſus repugnat. Imprecatur iſiciarius Cleoni: proinde modus *optatiuus*, non *potentialis* adhiberi debet: *penem iſte ſibi mordeat.* Iſta addere neceſſarium duxi, ne quem transuerſum ageret Kuſteri nota. *Brunck.*

1020. (1008. K.) Vulg. ἄγε νῦν, quod tacite mutavit *Brunck.* Senſus: agite nunc vt legatis — h. e. ſimpl. legite igitur. Fere ὅρα ſ. ὁρᾶτε ante ὅπως ita omiſſum putatur. Cf Viger. p. 455. cum editt. animm.

1022. (1010. K.) Exiſtit reuera tale oraculum de Athenn. potentia, quod Schol. adduxit *r*):

Εὔδαιμον πτολίεθρον Ἀθηναίης ἀγελείης·
Πολλὰ ἰδὸν καὶ πολλὰ παθὸν καὶ πολλὰ μογῆσαν,
Αἰετὸς ἐν νεφέλῃσι γενήσεαι ἤματα πάντα.

o felix ciuitas Mineruae praedatricis! Poſtquam multa videris et multa tuleris et multa feceris, Aquila in nubibus fies in omnem aetatem. Ariſtides in Panathenaico circa finem [p. 196. T. I. Iebb.] ἀετόν τε ἐν νεφέλαις αὐτὴν ὁ θεὸς καλεῖ πρὸς τἄλλα πολίσματα (ad alias vrbes comparatam). v. Comicum hic in Eqq. 1085. (1096.) et in Avv. 979. *Bergl.*

1024. (1012. K.) *Φράζευ.* Praeclare poëta imitatur et verba et ſtylum Apollinis Loxiae, imo pleraque verba ſi quis conferat, reperiet deſumta ex antiquis oraculis. Erechtheus vetus rex Athenarum, vnde iſti Ἐρεχθεῖδαι ſunt dicti *s*). *Cas.* Facete imitatur ſtylum oraculorum. Ap. Herodot. in Vrania exſtat oraculum eiusdem Bacidis, ad quem ſua etiam oracula referebat Cleo, quod ab eodem iſto verbo incipit; vbi Herodotus iſtud praefatus [VIII, 20.] *Βάκιδι γὰρ ὧδε ἔχει περὶ*

---

r) Oraculum de quo hic Scholiaſtes, rurſum idem memorat ad Avv. p. 588. (v. 978.) *Ἀγελείη*, quod in eo occurrit, epitheton eſt Mineruae, de quo v. Graev. ad Heſiod. Scut. 197. Ceterum prouerbium ἀετὸς ἐν νεφέλαις eſt etiam ap. Zenob. 2, 50. vbi v. Schott. et ap. Diogen. 1, 67. item Suid. in *Αἰετός*, quos ad h. l. reſpicere non dubium eſt. *Duck.*

s) *Ἐρεχθείδῃ.* Ita vocat populum Athenienſem ab Erechtheo rege antiquo; ſic v. 1052. (1064.) Cecropiden eum vocat a Cecrope rege et Aegiden v. 1063. (1075.) ab Aegeo rege. *Bergl.*

τουτέων ὁ χρησμός· affert oraculum: *Φράζεο, βαρβαρόφωνον ὅταν ζυγὸν εἰς ἅλα βάλλει* etc. Etiam illud oraculum, quod Cadmo datum eſt, ita incipit: *Φράζεο δή μοι μῦθον Ἀγήνορος ἔκγονε Κάδμε* ap. Scholiaſten Comici [Ran. 1256.] et Euripidis [Phoen. 641. vbi v. Valck.]. *Bergl.* *λογίων ὁδόν.* I. e. *modum et rationem oraculorum.* Vti enim Latinis *via* interdum accipitur pro modo et ratione cuiuscumque rei: ſic apud Graecos *ὁδός*. Exemplum huius ſignificationis nobis praebet non ſolum locus hic Ariſtoph., ſed etiam alius Pac. 732. vbi: *ἣν ἔχομεν ὁδὸν λόγων, εἴπωμεν* — Eodem genere loquendi vſus eſt Eurip. Hecub. 744. vbi ait: *ἐξιστορῆσαι σῶν ὁδὸν βουλευμάτων, inueſtigare tuorum viam* (vel *rationem*) *conſiliorum.* Et in Hipp. 391. *λέξω δὲ καὶ σοὶ τῆς ἐμῆς γνώμης ὁδόν.* Et, (qui locus huc praecipue facit) in Phoen. 914. *ἄκουε δὴ νῦν θεσφάτων ἐμῶν ὁδὸν* (oraculorum meorum rationem). Pari metaphora dixit Lycophron 10. ſ. — *δυςφάτους αἰνιγμάτων Οἴμας τυλίσσων* — *obſcuras aenigmatum vias ſcrutans.* Ad quem locum Tzetzes: *οἴμας τυλίσσων· ὁδοὺς ἀνερευνῶν· κἀνταῦθα τροπικῶς οἴμας καὶ ὁδοὺς λέγει τὴν ὁρμὴν τῶν λόγων τῆς Κασσάνδρας.* Vide etiam ad illum locum notas egregias Io. Potteri, cui vltimam eamque pulcherrimam Lycophronis editionem orbis eruditus debet. *Kuſt.*

1025. (1013.) *Ἀδύτοιο.* Sic vocant proprie partem templi ſacratisſimam, quo non niſi primis myſtis patet aditus. Sed h. l. per *adytum* intelligit ſpecum, in quam deſcendebant prophetiſſae; vnde numine afflatae ſurſum redibant et e tripode oracula reddebant. *Cas.* Tripodes (quod h. l. pro ſingulari ponitur) dicuntur *ἐρίτιμοι* h. e. *μεγάλως ἔντιμοι* (v. Zonar. I. 859. et Intpp. Hom. Il. 2, 447.) quia, vt oraculum ipſum, ſumma colebantur veneratione. *ἰάχειν*, de quo Ran. 216. ſimpl. eſt, *edere.*

1026. (1014.) Vocat ſe *ſacrum canem*, alludens ad canes, qui pro foribus templorum vincti, muti erant eorum cuſtodes. *Καρχαρόδους* proprium epithetum canum, et aliorum animalium, quorum dentes eiusmodi ſunt, vt ſuperior et inferior ordo ſe mutuo penetrent *t*). *Cas.*

---

t) Photius Lex. p. 101. *καρχαρόδους· τραχεῖς ὀδόντας ἔχων.*

καρχαρόδοντα. Ita vocat Cleonem Vesp. 1034. et Pac. 754. *Bergl.*

1027. (1018. Br.) *λάσκων* [vt Br. ed.] In membr. vt in ed. Bern. Iuntae, *δάκνων v)*, quod in C. pro gloſſa ſuperſcriptum eſt. Melius in hoc codice ſine *ν* paragogico, quod in caeſura neſciunt antiqua oracula heroicis verſibus concluſa, *ὅς πρόσθε λάσκων.* Heſych. *λάσκουσι κύνες· ὑλακτοῦσιν.* — *ὑπὲρ σέο.* Vulgo minus bene *ὑπὲρ σοῦ. Brunck.*

1029. (1017. K. 1020. Br.) Pindarus Nem. [III, 143. ſ.] *κραγέται δὲ κολοιοὶ ταπεινὰ νέμονται* (vociferantes graculi humilia paſcuntur). Vt autem hic *μίσει κατακράζουσι* [e vulg. lect.] *κολοιοὶ*, ita 1048. (1060.) *φθονεραὶ γὰρ ἐπικρώζουσι κορῶναι. Bergl.* *κατακρώζουσι.* Sic tres codd. Vulgo *κατακράζουσι.* Recte in impreſſis mox *ἐπικρώζουσι. Brunck. x).* Proprium graculorum eſt *κρώζειν.* v. Avv. 2.

1031. Senſus: *quid enim rei eſt Erechtheo cum graculis et cane?*

1032. (1020. K.) Sic ap. Aeſchyl. Clytaemneſtra ſe ipſam dicit canem, fidelem domus cuſtodem, in Agam. 616. *οἵαν περ ἔλιπε δωμάτων κύνα Ἐσθλὴν ἐκείνῳ, πολεμίαν τοῖς δύσφροσι. Bergl.* *πρὸ σοῦ ἀπύω pro te latro,* eſt, tua cauſa, ad te defendendum. Cum vi quadam et grauitate haec elocutum eſſe hiſtrionem, recte monet Vuil.

1033. Senſus: te autem Phoebus iuſſit me, canem iſtum, conſeruare.

1035. (1023. K.) Senſus: quemadmodum canes ad fores vincti ſolent arrodere poſtes, praeſertim irritati,

---

καὶ κάρχαρον, τὸ τραχύ. Vberius explicatur ab Etym. M. p. 493. et Zonar. II, 1148. Add. Toup. Emm. in Suid. I. p. 312. ſ. Ox. et Schneider. ad Ariſtot. H. An. T. III. p. 84.

v) Infra 1028. (1040.) *ὃς κέρχῳ σαίνων. Bergl.* Nec vulgatum olim *δάκνων*, nec *λάσκων* vocabulo *π. σοῦ* ſatis conuenit, cui apprime eſt aptum *χάσκων*, vt e Rav. receptum eſt. Ineſt comica alluſio ad alium hiatum, qui ſaepius memoratur. *ὃς πρὸ σέθεν χάσκων* legit *Hotib.* v. Add.

x) *σφε* pro *αὐτόν.* v. Spanhem. ad Callim. p. 458. [523. ed. Erneſt.]. *Kuſt.*

ſic iſte oracula de te arrodit neque integra tibi proponit *y*). *Cas.*

1036. Interrumpitur Allantopolae ſermo; addere debuerat *λεγόμενον,* aut tale quid.

1037. (1028. Br.) Conſimilis iocus eſt in Plauti Aſinaria II, 2. in fine:

Nimis vellem habere perticam, — qui verberarem aſinos, ſi forte occoeperint clamare hinc ex crumina. *Brunck.* in Suppl.

1038. (1026. K.) *ὁ χρησμ. ὁ π. τ. κ.* Sic dicit, oratione inuerſa, pro: *ὁ κύων περὶ οὗ ὁ χρησμός. Bergl.*

1039. (1027. K.) *Φράζευ — Κέρβερον.* In Pac. 313. de eodem Cleone: *εὐλαβεῖσθ' ἐκεῖνον τὸν Κέρβερον καὶ δεδίττεσθε, μὴ παφλάζων καὶ κεκραγὼς ἐμποδὼν ἡμῖν γένηται. Bergl.* *Ἀνδραποδιστὴς* proprie eſt is, qui inſidiatur hominibus liberis, et qui eos per ſcelus libertate priuat vtiturque iis pro mercibus *z*). Latini *mangones* vocant. Hic autem alluditur ad Cerberi canis infernalis vim et atrocitatem. *Cas.*

1040. (1031. Br.) *σαίνων σ' ὁπόταν.* Sic recte membr. In B. pronomen, quod in textu omiſſum fuerat, librarius ſuperne repoſuit. Male abeſt in impreſſis. *Brunck.* Alludit ad prouerbium: *σαίνεις δάκνουσα καὶ κύων λαιθαργὸς εἶ· adulans mordes et canis es latenter nocens.* Ex Scholiis. *Bergl.*

1041. (1029. K.) *Ὄψον* eſt proprie omne opſonium et generaliter, quidquid pani adiungitur. Latini poſteriores *pulmentum:* quomodo in interprete Noui Foederis accipiendum. Sed *ὄψον* Attice eſt *piſcis. Cas.* *χάσκης a*). In Vesp. 702. *σὺ δὲ χασκάζεις τὸν κωλακρέτην, τὸ δὲ πραττόμενόν σε λέληθεν. Bergl.*

1042. (1033. Br.) *τοὐπτάνιον.* Sic vocatur et lo-

---

y) *θύρας* in genitiuo. Vt canis arrodit ianuam, ſi ſolus alicubi concludatur, exitum ſibi patefacere volens: ita iſte Cleo arrodit oracula, i. e. non integra profert. *Bergl.*

z) v. Schol. ad Plut. 521. ſ. et Zonar. I, 169.

a) Eſt h. l. *ſi hians aliorſum ſpectes.*

cus *b*) et inſtrumentum, vbi cibi coquuntur. Hic vero pro Prytanei nomine iocoſe ponitur a poëta. *Cas.* Male in membr. τοὐπτανεῖον. Vide Valcken. ad Eurip. Phoen. p. 252. et 497. *c*). *Brunck.* κυνηδόν. In Nub. 491. κυνηδὸν τὴν σοφίαν σιτήσομαι. *Bergl.*

1043. (1031. K.) Ait *inſulas*, quia Athenienſium imperium potiſſimum in inſulas fuit: inde praecipuus illorum reditus *d*). *Cas.* Scholiaſtes: *Tenendum, poëtam pro eo, quod debuiſſet dicere ollas* (χύτρας) *e*), *ex inopinato dixiſſe, inſulas, hoc ſenſu: vrbis reditus diripiens et inſulanos* (Athenienſibus ſubiectos) *bonis ſuis excutiens.* In Vesp. 908. ἀγαθός γ' ὑλακτεῖν καὶ διαλείχειν τὰς χύτρας. *Bergl.*

1044. Cogitando addendum eſt: *vaticinatus es.*

1046. (1034. K.) Sine dubio alludit ad oraculum illud, quod olim de Cypſelo futuro Corinthi tyranno editum fuerat et exſtat ap. Herodot. in Terpſichore [V, 92, 3.] Αἰετὸς ἐν πέτρῃσι κύει, τέξει δὲ λέοντα Καρτερὸν, ὠμηστήν· πολλῶν δ' ὑπὸ γούνατα λύσει. Ταῦτά νυν εὖ φράζεσθε, Κορίνθιοι — Etiam in oraculo illo, quod datum fuit Acriſio, Perſeus dicitur *Leo* ap. Eurip. in Danaë v. 15. quod tale eſt: Ἔσται μὲν, ἔσται παιδὸς ἄρσενος τόκος Οὐκ ἐξ ἐκείνου· πρῶτα γὰρ θῆλυν σποράν Φῦσαι δεήσει· κἆτα πως κείνη ποτὲ Εὐνὴν κρυφαίαν γνοῦσα καὶ μὴ γνοῦσα δὴ Ὑπόπτερον λέοντα τέξεται πατρὶ etc. In quo loco bene ὑπόπτερον *f*) legit Barneſius pro ὑπόπετρον. Nam reſpicitur ad Perſei Pegaſum, qui erat alatus. *Bergl.*

1047. (1035. K.) περὶ pro ὑπὲρ, quod rarius apud

---

b) Photius: ὀπτανεῖον, τὸ μαγειρεῖον. add. Zonar. II, 1459.

c) P. 187. et 304. ed. ſecundae, quo poſtremo loco de voc. ὀπτάνιον agit. Eſt enim haec Attica terminatio, quam h. l. etiam metrum poſtulat.

d) Sed et demagogi ducesque Athenn. inde multum lucri capiebant. *Vuil.*

e) λοπάδες enim patinae dicuntur ſ. ἀγγεῖα εἰς ὀξὺ λήγοντα, v. Plut. 813. Hemſterh. ad Poll. X, 98. et διαλείχειν delambere, lambendo deguſtare, eſt.

f) Ita et Bentlei. emendauerat. v. Musgrav. ad eum loc.

graece loquentes *g*): et in eadem re duplex praepoſit. huius conſtructio obſeruanda *περὶ δήμου* et *περὶ σκύμνοισι.* *Cas.*

1048. (1036. K. 1059. Br.) *Βαίνειν* etiam gradum *figere* ſignificat, et *βεβηκέναι* verbum eſt militare, pro, gradum componere ad inferendum vel excipiendum ictum *h*). *Cas.* *φύλασσε.* Sic perbene membr. Vulgo *φυλάξαι*, reclamante ſententia, quam Cleo mox declarat, verbum illud interpretatus per *σώζειν.* Valent itaque iſta, *ὃν σὺ φύλασσε*, *quem tu cuſiodi, obſerua, ne quid mali ei fiat.* *Brunck.*

1049. (1037. K.) *i*) Alludit ad hunc verſum: *Τεῖχος Τριτογενεῖ ξύλινον διδοῖ εὐρύοπα Ζεύς*, qui eſt ex oraculo, quod Athenienſibus datum eſt, cum Xerxes veniſſet in Graeciam cum numeroſo illo exercitu. Oraculum integrum exſtat ap. Herodot. in Polymnia [VII, 141.]. *Bergl.*

1051. (1042. Br.) *ἔφραζεν ὁ θεός.* Liquido patet ſic legendum eſſe, quod ipſe adfirmat Comicus v. 1048. (1057.) *πῶς δῆτα τοῦτ' ἔφραζεν ὁ θεός;* Hic in duobus codd., vt in impresſis, eſt *ἔφρασεν*, claudicante verſu. In B. e praua librarii emendatione *ἔφρασσεν.* Emendaveram primum paulo liberius: *σαφέσταθ' ὁ θεὸς ἔφρασέ σοι σώζειν ἐμέ.* Sed genuinum eſt id, quod repoſui, *ἔφραζεν.* *Brunck.*

1052. (1040 K.) Xenoph. Apomn. II. [7, 14.] *ἀντὶ κυνὸς εἶ φύλαξ, pro cane es cuſtos.* *Bergl.*

---

g) Epicae dictioni inprimis eſt proprium. cf. Fiſch. et Kuin. Anim. ad Well. IV. 215. In ſecundo autem verſu Caſaubonum non ad tmeſin adtendiſſe et iungendum *περιβεβηκὼς* monuit Abreſch. Lect. Ariſtaen. p. 281.

h) H. l. ſenſus: veluti catulos ſuos defendens. Ita *ἀμφιβεβηκέναι* ap. Homer.

i) Alludit hoc verſu oraculi huius ad verſum veteris oraculi, quod editum eſt temporibus Perſicis. Eo oraculo monebatur populus, vt relicta vrbe pararet ſibi *ξύλινον τεῖχος*, quod oraculum pertinere ad naues primus Themiſtocles intellexit. Hic vero **ligneus** murus, de quo ſentit, eſt lignum, quo vtebantur ad cuſtodiam vinctorum. ***Cas.*** Adludit ad oraculum Athenienſibus tempore Perſici belli datum, quod refert Herodotus L. VII. p. 568. ***Brunck.***

1055. (1044. Br.) ἐλελήθης. Vulgo ἐλελήθεις. v. ſupra ad 822. *Brunck.* Ἀντιλέων. Nomen proprium facit hominis ex illo, quod Cleo dicebat: ἀντὶ τοῦ λέοντος *k*). *Bergl.*

1055. (1045. K.) Scholiaſtes pro ξύλον legit ξύλινον, quod ſenſui quidem melius conuenit, ſed non metro. *Kuſt.* In membr. ξύλων. Sic etiam in B. a prima manu, emendatum poſtea in ξύλινον. In B. ξύλον et ſuperſcriptum ξύλινον. Librarios turbauit recordatio lectionis in v. 1040. (1049.) τεῖχος ποιήσας ξύλινον.

1058. (1046. K.) Σύριγξ eſt *fiſtula*; et quia fiſtula in longum porrecta et caua eſt, inde factum vt tubi et canales graece dicantur σύριγγες. Poëta vocat lignum πεντεσύριγγον *l*), inſtrumentum ita factum, vt per quinque foramina illius traiici posſint collum, brachia bina, bini pedes. *Cas* Salmaſius de modo Vſur. p. 815. laudat ἐκέλευσε, quomodo paulo ante ἐκέλευσ' ὁ Λοξίας. Sed nihil mutandum. vid. infra 1178. (1189.). Scholiaſten deſcripſit Suidas in πεντεσύριγγον *m*). Meminerunt etiam πεντεσυρίγγου ξύλου Pollux 8, 72. et Heſychius, apud quem eadem leguntur, quae ap. Schol. Ceterum Salmaſius l. d. nihil diſcriminis videtur facere inter ποδοκάκκην, ξύλον et πεντεσύριγγον ξύλον. Sed Petitus ad LL. Attic. p. 570. ſ. idem eſſe vult ποδοκάκκην, quod ξύλον, i. e. quo vinciuntur tantum pedes, ποδοστράβην, quo pedes manusque, παυσικάπην, quo collum, πεντεσύριγγον ξύλον, quo collum, manus et pedes. Sane, ξύλον idem eſſe quod ποδοκάκκην, docet Harpocration in ποδοκάκκη, hoc autem idem eſſe quod πεντεσύριγγον ξύλον, nulla auctoritate adfirmat Salmaſius: nam ſi ita eſſet, cur a pedibus denominaretur ποδοκάκκη, quae appellatio indicio eſt, ad hos ſolos pertinere? Praeterea quoque non credibile eſt, omnes, qui vinciebanan-

k) Recte eum iocum admodum frigere cenſuit *Vuil.*

l) Scholiaſtes: πεντεσυρίγγῳ *quinque foramina habente, per quae pedes et manus et collum traiiciuntur.* Eleganti metaphora homo attonitus et inſanus, qui quaſi captus eſt ſenſibus illis quinque, quibus vtimur, dicitur ἐν πεντεσυρίγγῳ νόσῳ δεδεμένος ap. Ariſtot. in Rhet. III, 10. *Bergl.*

m) Item Photius Lex. p. 301.

tur *ξύλῳ*, collo, manibus ac pedibus conſtrictos fuiſſe, ſed pro grauitate delicti alios pedibus ſolum, alios pedibus manibusque, alios his ac ſimul collo vinctos fuisſe. *Duck.*

1059. (1047. K.) *ταυτὶ τελεῖσθαι.* Eurip. in Phoen. 1697. *Νῦν χρησμὸς, ὦ παῖ, Λοξίου περαίνεται. Bergl.*

1060. (1048. K.) *ἐπικρώζουσι κορῶναι.* Totum oraculum eſt allegoricum. Cleon ſuos hoſtes vocat cornices, cuius auis inamoenus ſonus eſt crocitatio *n*). Se ipſum nominat accipitrem. Eſt enim id nomen auis praedatricis. Pulli coruorum ſunt captiui e Pylo adducti. *Cas.*

1062. (1050. K.) Scholiaſtes ait *κορακῖνος* eſſe piſcis nomen et alludi ad vocem *κοῦρος filius.* Intelliguntur autem captiui ex Sphacteria. *Bergl.* De illo piſce vid. Camus ad Ariſtot. H. A. II, 245. et Schneider. ad eund. III, 285. Neſcio tamen an h. l. potius coruorum pulli ſint intelligendi, aut omnino coruis ſimiles.

1063. (1051. K.) Cum Athenas nunciaretur difficilem eſſe expugnationem Sphacteriae, Cleo in praefectos militiae culpam coniiciens dixit, ſi ipſe eo mittatur, ſe intra viginti dies Lacedaemonios illos, qui obſidebantur, aut viuos adducturum aut occiſurum: id quod ille etiam fecit et quidem praeter omnium exſpectationem; nam plerique ipſum primo deridebant et pro inſano habebant, qui auderet tanta promittere, vt teſtatur Thucydides Lib. IV. qui inter alia ſcribit [c. 28. extr.] *τοῖς δὲ Ἀθηναίοις ἐνέπεσε μέν τι καὶ γέλωτος, τῇ κουφολογίᾳ αὐτοῦ* (ob eius vaniloquentiam), et poſtea in eodem libro [c. 39.] *καὶ τοῦ Κλέωνος καίπερ μανιώδης οὖσα ἡ ὑπόσχεσις ἀπέβη* (et Cleonis promisſio, quamuis

---

n) Hoſtes ſuos Cleo vocat cornices, ſeipſum accipitrem contra quem illae crocitent. Videtur autem Comicus imitari Pindari locum Olymp. II, [154. ſs.] *σοφὸς, ὁ πολλὰ εἰδὼς φυᾷ· μαθόντες δὲ, λάβροι παγγλωσσίᾳ κόρακες ὣς ἄκραντα γαρύετον Διὸς πρὸς ὄρνιχα θεῖον. Ille eſt ſapiens, qui ex ingenio multa ſcit; qui vero ex doctrina, illi nimium vtentes immoderata lingua, tanquam corui inania vociferantur contra Iouis alitem diuinam.* Locum hunc indicauit *Biſetus. Bergl.*

fuiſſet inſana, effectum eſt conſecuta· ἐντὸς γὰρ εἴκοσιν ἡμερῶν ἤγαγε τοὺς ἄνδρας, ὥσπερ ὑπέστη (vt promiſerat). Hinc apparet, cur Comicus id *ebrium fuiſſe auſum o)* dicat Cleonem. *Bergl.*

1064. (1052. K.) Quare olim Athenienſes vulgo et haberentur et dicerentur κακόβουλοι vel δύσβουλοι, exponit Schol. ad Nub. 587. et ad Eccl. 471. *p*), itemque Suidas V. Ἀθηναίων δυσβουλία et V. Γεραίτερος. *Kuſt.* Cecrops pro ἀπατεὼν eſt in gloſſis Heſychii [item Zonar. II, 1181.]. Rationem eius ſignificationis exponit Meurſius de Reg. Athen. c. 10. Tom. IV. Thes. Antiq. Gr. idemque putat eo reſpicere poëtam, cum ait κακόβουλε. Ego malo ſequi ſententiam Caſauboni *q*), poëtam hic, vt alibi, loqui de κακοβουλίᾳ Athenn., quos ſemper mala conſilia capere, ſed ea deorum benignitate ad bonum exitum conuerti, dicit. Loca Comici laudat Kuſterus, quibus iunge Euſtath. in Il. *Β*. p. 185. in fin. Adde quod κακόβουλος Graecis non poteſt ſignificare *conſiliatorem maleficum, ſed eum, qui ſibi ſtultum conſilium capit*, vt δύσβουλος, πολύβουλος et alia cum βουλῇ compoſita. *Duck.*

1065. (1056. B.) καί κε γυνὴ φέροι. Sic recte B., vt impreſſi: ſoloece in A. C. φέρει. *Brunck.* Senſus: etiam femina facile tulerit onus, ſi vir ei impoſuerit. Reſpicit autem eo, quod imbelli Cleoni Demoſthenes potiſſimum aderat. In χέσαιτο et μαχέσαιτο eſt alliteratio non admodum elegans. Aeque frigidus verborum luſus eſt v. 1068. ſ.

1068. (1056. K.) Ἔστι Πύλος etc. Vid. Steph. Byz. V. Κορυφάσιον et ibi Berkelium. *Kuſt.* Reuocat Athe-

---

o) παρακινδυνεύειν eſt, temere periclitari.

p) In Nubb. 587. φασὶ γὰρ δυσβουλίαν τῇδε τῇ πόλει προσεῖναι, vbi v. Not. In Eccles. 137. τὰ γοῦν βουλεύματ' αὐτῶν, ὅσ' ἂν πράξωσι, ἐνθυμουμένοις ὥσπερ μεθύοντ' ἐστὶ καὶ παραπεπληγμένα. Vide et in Lyſiſtr. 514. *Bergl.*

q) Alludit ad veterem opinionem, quam vulgo apud alias gentes obtinuerunt Athenienſes. Credebant enim fatalem quandam eſſe δυσβουλίαν Athenienſibus, ſed quam benignitas numinum verteret ſemper in melius. Notat poëta in *Nebulis* et in *Concionantibus*. *Cas.*

nienſibus in mentem Cleo oraculum vetus: *Ἔστι Πύλος πρὸ Πύλοιο· Πύλος γε μέν ἐστι καὶ ἄλλη* r). Hoc ideo, vt immoraretur ſermoni rerum a ſe geſtarum ad Pylum: ſed Iſiciarius *Πύλον* et *πύελον* confundens, falſe traducit Cleonem. Eſt autem *πύελος* vas magnum, in quo pedes lauabant, vel etiam totum corpus: quomodo hic accipitur s). Loquitur enim de labris ſiue ſoliis balneorum. *Cas.*

1071. Non placet quod ex Rav. repoſuit Inv., *οὗτος* pro *αὐτὸς*, quia ſtatim *οὑτοσὶ* ſequitur, et cum vi quadam ponitur *αὐτὸς* de demagogo iſto. Rectius etiam hic verſus Allantopolae, quam Demo (cum Rav.) tribuitur. *ἀλλὰ* ita adhibetur, quando quis ab alia re ad aliam transit.

1075. Notat poëta h. l. reipublicae adminiſtros, quod ſtipendia nautis non ſoluerent.

1076. (1067. Br.) *φράσσαι.* Perperam in codd. ſcriptum *φράσαι.* In B. alterum σ ſuperſcriptum, recte. *φράσσαι* heroicis poëtis frequens. Quod impreſſi exhibent *φρᾶσαι* t), nauci non eſt. *Brunck.* *κυναλώπεκα* v). Duobus animalibus conſtat hoc nomen, ſiue illud fictum eſt, vt Centauri et Tragelaphi, ſiue, vt volunt nonnulli, ex mixtura canis et vulpis ſoliti veteres curare generandos *κυναλώπεκας*, vt ex equa et aſino naſcitur mulus, qui graece dicitur *γίννος*, latine *mannus.* Hic

---

r) Scholia: *τοῦτο χρησμός· Ἔστι Πύλος — ἄλλη.* Erant autem tres vrbes huius nominis. Vid. Steph. Byz. in *Κορυφάσιον*, quem locum indicauit Kuſterus. *Bergl.*

s) Photius p. 349. *πύελος, ὄρυγμα, ἐμβατὴ, ἔνθα ἀπολούονται.* Alia habent Etym. p. 696. et Zonar. II. 1594. Eine Badewanne. Primum in vocabb. *Πύλος* et *προπύλαιον*, deinde in *Πύλος* et *πύελος* ludit. *καταλήψεσθαι* eſt, ſe occupaturum ideoque populo praerepturum. *δολίαν κέρδω* eſt, doloſe lucro inhiantem, *πολυΐδριν* multarum rerum peritam i. e. callidam. *πολυιδρείη* Homer. vocabulum eſt.

t) Legendum eſt vel *φράσσαι* (poëtice pro *φράσαι*) vt ſit Aor. 1. Imper. Med., vel vt paulo ante, *φράζεο.* *Kuſt.*

v) Hac voce, ad imitationem Ariſtophanis, vſus etiam eſt Lucianus de morte Peregr. p. 579. ed. Amſt. [c. 30. T. III. p. 352. Reiz.]. *Kuſt.*

κυναλώπηξ tacite Cleon appellatur, quasi mores habens canis et vulpis, etsi ipse, qui oraculum proponit, aliter interpretetur. *Cas.*

1077. (1065. K.) *λαίθαργον.* Canis proprie epitheton, quasi *λάθρα προσιοῦσα καὶ δάκνουσα x*). Vetus prouerbium est: *Σαίνουσα δάκνεις καὶ κύων λαίθαργος εἶ.* *Adulans mordes et canis infida es. Cas.*

1078. (1066. K. 1069. Br.) *Οἶσθ' ὅτι τοῦτο τί ἐστι y*)*;* Ita etiam editio Kust. [et Bergl.]. At Batauae, *ὅ, τι* quod praefero. Sic v. 1058. (1050.) *ταῦτ' οἶσθ' ὅ, τι λέγει.* V. 1018. (1030.) *ταυτὶ ἐγὼ οὐκ οἶδ', ὅ, τι λέγει.* Quod autem superadditur *τί,* notandum arbitror pleonasmum non valde frequentem, ac puto, pro eo alios magis dicturos fuisse *τοι. Duck.* *Οἶσθ' ὅ τι γ' ἔστιν τοῦτο;* Perperam vulgo: *οἶσθ' ὅτι τοῦτο τί ἐστί;* In membr. vt in ed. Bern. Iuntae *οἶσθ' ὅ τι τοῦτο; — Φιλ —* toto deficiente pede. In C. *οἶσθ' ὅτι τί ἐστι τοῦτο; — Φιλόστρατος ὁ κυναλώπηξ z*). Quia monitus fuerat in oraculo sibi cauere a Cleone, quem *κυναλώπεκα* appellatum audiuerat, quum quaerat Isiciarius, num perceperit, quid hoc nomine significetur, respondet Demus, Philostratum esse, quia famoso illi lenoni cognomen fuerat impositum *κυναλώπηξ,* quo indigetatur in Lys. 957. *a*). Nihil hic commune habuit cum aliis, quibus cognomen inditum fuit *χηναλώπηξ. Brunck.*

1080. (1068. K.) Erat consuetudo Atheniensium exigendo tributo naues mittere, copia militum instructas, qui miseros insulanos agebant, ferebant. Quare magnam poëta laudem meretur, qui monet eos pruden-

---

x) Zonar. II. 1283. *λαίθαργος, ὁ κρυφοδάκτης καὶ ἀργός· ὁ λαθραίως δάκνων. καὶ οἷόν τις κύων λαίθαργος.*

y) *Οἶσθ' ὅτι τουτοῖ ἐστι,* coniecit *Reisk.*

z) Obiter perstringit hunc Philostratum, qui alibi dicitur fuisse leno. *Cas.* Respicit huc Photius Lex. p. 137. in *Κυναλώπεκα.*

a) Scholiastes ad h. l. et ad Lysistr. 956. dicit hunc Philostratum fuisse *πορνοβοσκόν, lenonem*; in Lysistrata autem a Comico *κυναλώπηξ,* sed *χηναλώπηξ,* vt Lysistratus etiam, in Scholiis ad Acharn. 855. vocatus fuisse dicitur, et Theagenes ab ipso Comico in Avv. 1295. *Bergl.*

ter, vt modum huic malo adhibeant. Naues illae *ἀργυρολόγοι* dictae *b*). *Cas.*

1083. (1074. Br.) *ὅτι ἡ τριήρης ἐστὶ, χὠ κυὼν, ταχύ.* Sic recte membran. Perperam in aliis libris *ὅτιὴ τριήρης*, manifesta menda. Postulat enim sermonis indoles, vt nomini *τριήρης* perinde ac sequenti *κύων* articulus adiungatur, non secus ac in v. 207. quem similis inuaserat corruptela: *ὁ δράκων γάρ ἐστι μακρὸν ὅ τ' ἀλλᾶς αὖ μακρόν.* Reformandus est ad codd. fidem locus in Ran. 455. [462. ibique Not.], vbi prauam retinui lectionem *περί τε ξένους καὶ τοὺς ἰδιώτας*, quum ad Atticismi normam itidem scripserit Comicus *περί τε τοὺς ξένους κ. τοὺς ἰδ.* Sed de hoc alibi. *Brunck.* Quo locus hic facilior est et planior, eo magis miror, Frischlinum in eo interpretando labi potuisse. Sic enim vertit: *quia triremis etiam fortassis est canis.* Nimirum *ταχὺ*, quod *velox*, *celer*, significat, accipit pro *τάχα*, *fortassis c*). *Kust.*

1085. (1076. Br.) *ἤκασεν.* Sic C. vt impressi. Perperam in A. B. *εἴκασεν.* Vid. supra ad 230. *Brunck.*

1086. (1074. K.) *ἐν τοῖς χωρίοις.* Frischlinus: *in his regionibus.* Imo: *in agris*, vel *vinetis. Kust.*

1087. Demos declarat, quid maxime ei curae cordique sit, nempe stipendium; in quo genere inprimis inest vis comica nostri poëtae.

1089. (1078. K.) *ἐξαλέασθαι.* Poëticum verbum, quod et *ἀλεύεσθαι* dicitur: quod significat, *vitare*, sed de persona dicitur, non de re *d*). *Cas.*

1090. (1079.) *Κυλλήνην.* Fingit oraculum de hac vrbe esse, quia paronomasiam facturus est, *ἔμβαλε κυλ-*

---

b) Occurrunt in historia eiusdem anni, quo haec fabula acta est, ap. Thuc. 4, 50. add. ib. c. 75.

c) Allantopoles per *κυναλώπεκα* intellexit Cleonem, Demos perperam accepit de naui, et, quae eius est simplicitas, quaerit, quomodo nauis ita appellari possit. Allantopoles non corrigit Demi errorem, sed lepide eo vtitur. *Vuil.*

d) Occurrit ap. Homer. etiam de re, vt Iliad. 3, 360. Caet. structura huius loci est: *ἐπάκουσον τόνδε (τὸν) χρησμὸν, ὃν εἶπέ σοι Λητ., ἐξαλέασθαι Κυλλήνην.*

λῇ, vbi ſubauditur χειρὶ, et ſignificat manum curuam, ad munera accipienda paratam. *Bergl.*

1091. (1080. K.) ἐποίησε eſt, *induxit in verſum, oraculum*. Sic Ran. 966. ἐν τραγῳδίαις ἀλεκτρυόνα ποιῆσαι. v. Bentlei. in epiſt. ad Mill. p. 62. *Duck.*

1092. (1081. K.) Fingit Iſiciarius monitos Athenienſes ab oraculo, vt abstinerent a Cyllene. Ita vocatur apud Graecos vrbs nobilis [Meſſeniae]; ſed interpretans oraculum Iſiciarius ait denotari Cleonem, qui turpiter munera captans, ſolitus habere in ore haec verba, ἔμβαλε κυλλῇ, ſubaudi χειρί e). Alibi dixit ſummum probrum fuiſſe manum cauam excipiendae alicui rei porrigere. *Cas.*

1094. (1083. K.) Adfertur hoc verſu alia interpretatio vocis Κυλλήνη, quae in oraculo fuit. Negat enim Cleo, alluſum ad κυλλὴν χεῖρα, cauam manum mendicantium vel dona captantium, ſed reſpexiſſe Loxiam ad Διοπείθους, qui fuit debilis altera manu f). Generalis ſignificatio vocis *debilis* reſpondet voci πηρὸς, et cuilibet membro conuenit, cuius vſum aliquis amiſerit. Sed debilitas manus voce κυλλὸς notatur. Forte hic Diopeithes ex aliqua probroſa cauſa manum amiſerat: ideo ioco petitur; etſi ſaepe quaelibet corporis infirmitas ioco vrbanorum fuit obnoxia. Vt laudetur merito Auguſtus, qui edicto hoc vetuit: vt in decretis Patrum hoc aliquot locis vetatur. *Cas.*

1095. (1086. Br.) ἔστιν ἐμοί. Vulgo ἔστιν μοι. In A. C. ἔστι μοι. *Brunck.* πτερυγωτὸς, *alatum*, dicitur illud oraculum, quia de aquila agit.

1096. (1085. K.) Αἰετὸς — v. ſupra ad 1010. (1022.). *Bergl.*

1097. (1086. K. g) 1088. Br.) ἐρυθρᾶς γε. In B. ἐρυθρῆς γε. In A. C. ἐρυθρᾶς τε. *Brunck.* Eſt hoc pla-

---

e) De voc. κυλλὸς v. ad Av. 1386.

f) Διοπείθους. Hunc mancum et debilem fuiſſe manibus ait Scholiaſtes, obiterque perſtringi tamquam furem. *Bergl.*

g) Poſt καὶ γὰρ ἐμοὶ interpungendum colo, nam ſubintelligitur χρησμός ἐστιν et ad ſeqq. καὶ γῆς repetendum βασιλεύσεις.

ne alienum ab omni probabilitate, Athenienses, qui vix paucarum insularum imperium retinebant, quondam potituros maris rubri, i. e. regionum ad mare rubrum sitarum. Sed poëta imitatur vanitatem oraculorum. *Mare rubrum* appellamus, quod Graeci ἐρυθρόν, etsi erat satius retinere primaeuam appellationem. Nam ii, a quibus cognitionem eius maris Graeci acceperunt, voce illud appellabant, quae graeca forma enuntiata incidit in cognomen graecum ἐρυθρὸς, *rubens* h). Inde natus error putantium dici mare ἐρυθρὸν propter colorem rubrum. Et inde etiam Latini *rubrum* appellarunt, quasi voce graeca vtentes. Talia multa in Geographis licet obseruare, cum vocabula barbara tanquam graeca conati sunt veteres explicare. *Cas.* Leg. καὶ γάρ ἐμοὶ καὶ τῆς Σικελῆς Ἐρυθρᾶς τε θαλάσσης *mihi* (i. e. *penes me*) *quoque est oraculum, te dominaturum esse mari Siculo et Rubro. Reisk.*

1098. Ἐκβατάνοις. Promittit Atheniensibus imperium vsque in Persidem et Mediam. Ἐκβάτανα vocant vnam de regiis veterum Persarum. *Cas.*

1099. (1088. K.) Cleo ad decipiendum Populum insomnia singebat, vt supra 806. (819.) ad eum dicit Allantopola: τόνδ' ἐξαπατᾷς καὶ ὀνειροπολεῖς περὶ σεαυτοῦ. Ob eamdem caussam etiam oracula quaedam iactabat, vt supra v. 61. de eo dicebat Demosthenes: ᾄδει δὲ χρησμούς. Hinc data est occasio poëtae, vt institueret certamen inter Cleonem et eius aduersarium, de oraculis et insomniis. *Bergl.*

1100. (1089. K.) Ἀρυταίνῃ. Suidas h. v. eadem habet quae Scholiastes. Memorat etiam e Comico Eustath. in Il. Σ, p. 1159, 59. et Od. Θ, p. 1599, 50. vbi λεκανίδος εἴδους esse ostendit ex alio loco Comici i). Plura de hac voce vid. ap. Casaub. ad Theophr. Char. c. 10. p. 225. (121. s. Fisch.). *Duck.* πλουθυγίειαν. No-

---

h) Cf. Relandi Diss. de mari rubro, in eius dissertatt. miscell. T. II. et Mannert. Geogr. der Griechen und Römer T. V. p. 541.

i) Paulo aliter explicat Zonar. I. p. 300. add. Pollux 7, 166. 10, 63. Vertunt *situlam*.

men iſtud a Graecis compoſitum eſt ad denotandam humanae felicitatis perfectionem, quam ponebant in recta corporis conſtitutione et opibus *k*). *Cas.*

1102. (1093. Br.) *ἐκ πόλεως ex arce.* Vid. not. ad Lys. 245. *Brunck.*

1103. (1092.) Loci huius propter vocem ἀρύβαλλος mentionem faciunt Pollux X, 63. Athenaeus in fragmento libri XI. (quod edidit Caſaubonus Anim. in Athen. lib. XI. c. 4. *l*)) Etymologus V. Ἀρύβαλλος, Suidas ead. v. et Euſtath. ad Odyſſ. *Δ*, p. 1405, 12. Ἀρύβαλλος *m*) autem erat genus poculi, quod ſic deſcribit Athenaeus loco laud.: *ποτήριον κάτωθεν εὐρύτερον, ἄνωθεν δὲ συνηγμένον, ὡς τὰ συσπαστὰ βαλάντια, ἃ καὶ αὐτὰ διὰ τὴν ὁμοιότητα ἀρυβάλλους καλοῦσιν n*). Eadem ex Athenaeo repetit Euſtath. dicto loco. Ergo tam genus poculi quam crumenae vox ἀρύβαλλος notabat. Hic *poculum* potius ſignificat, non (vt Schol. vult) *crumenam. Kuſt.* De marſupio ſ. crumena explicat Zonaras I. p. 294.

1104. *τούτου.* Cleonem monſtrat. De σκοροδάλμη v. ad 199. *κατὰ* cum verbis, quae *fundere* ſignificant, iunctum valet, *ſuper, in.*

ἰού, ἰού. Hae duae voces extra verſum legendae ſunt: ne quis putet, aliquid in hoc verſu redundare. *Kuſt.* Sic etiam ap. Eurip. Hipp. 545. *φεῦ* extra verſum eſt. *Bergl.*

---

k) Vid. ad Avv. 731. Wohlſeynsfülle reddit Vuil. ἡ θεὸς Minerua eximie Athenis dicebatur.

l) p. 783. In ed. Schweighäus. T. IV. p. 222. vbi cf. Anim. T. VI. p. 60.

m) Ad vſus ruſticos parabatur hoc vas, ad res varias tanquam per colum transferendas. Nam ἀρύβαλλος dicitur, quia haurit et emittit ſimul. *Ἀρύειν haurire, βάλλειν emittere.* Alii expoſuerunt de genere quodam vaſis viminei, quod ducendo et reducendo clauditur et aperitur. *Cas.*

n) Laudato eodem loco *Brunck.* pergit: „Ad balneorum inſtrumentum pertinent *ἀρύβαλλος* et *ἀρύταινα*, quod teſtantur Pollux VII, 166. hicque pro vaſis accipi debent, quibus balneatores aquam in lauantium corpus infundebant, quorum *ἀρύβαλλος* altero capacius fuiſſe videtur.“

1105. (1094.) *τοῦ Γλάνιδος.* Placent Populo infomnia Allantopolae et oracula; hinc neminem effe fapientiorem ait Glanide, ad quem ille oracula fua referebat. Vult autem Comicus fignificare, Bacidem, cuius oraculis Cleo vtebatur, effe inferiorem Glanide, i. e. illa oracula, quae Cleo iactet, effe minus nihilo: nullus enim vnquam fuit vates Glanis; fed hoc eft pifcis nomen, vt ait Schol. ad v. 1000. *Bergl.*

1107. (1095. K.) Ad h. l. refpexit Plutarchus de Reip. gerendae praec. p. 807. [c. 15. p. 258. T. IV. P. I. Wytt.), vbi de Cleone inter alia ait: *Τραχὺς ὢν πρὸς τοὺς ἐπιεικεῖς καὶ βαρὺς αὖθις ὑπέβαλε τοῖς πολλοῖς πρὸς χάριν ἑαυτὸν, γεροντανωγῶν καὶ ἀναμισθαρνεῖν διδούς.* Sed locus hic mendo non vacat, vt ad ipfum Plutarchum, fi fata fiuerint, aliquando ostendemus. *Kuft.* *γεροντανωγεῖν.* Scholiaftes dicit Comicum alludere ad iftum Sophoclis ex Peleo locum: *Πηλέα τὸν Αἰάκειον οἰκουρὸς μόνη Γεροντανωγῶ κἀναπαιδεύω* o)· *Πάλιν γὰρ αὖθις παῖς ὁ γηράσκων ἀνήρ.* *Peleum Aeaci filium ego fola domum cuftodiens curo fenem et quafi puerum educo; nam iterum eft puer, fenex homo. Bergl.* *ἀναπαιδεύειν* eft vel puerilem inftitutionem repetere vel docere contraria prioribus. Vtraque interpretatio huic loco convenit. *Cas.* Imo *ἀναπαιδεύειν* eft iterum educare tanquam puerum p).

1110. (1100. K.) *Θουφάνους* q). Graeci poëtae nomina propria, quae incipiunt a *θεὸς*, verfibus fuis accommodant, duas primas fyllabas in vnam conflantes,

---

o) Ap. Brunck. Fragm. Soph. T. III. p. 438. ed. tert. 8. e Clem. Alex. poft *κἀναπ.* additur *πάλιν.* Ita fenarii fibi conftant. Geminandum effe *πάλιν* docuit etiam Toup. Em. in Suid. III. p. 54. Apud Noftrum *ἐμαυτὸν τουτονὶ* iungenda funt: me hunc quem vides. *Καὶ νῦν* pro vulg. *καὶ μὴν* haud dubie in Rav. lectum fuit. Poterat tamen recte dici: *καὶ μὴν itaque.*

p) Quia fcilicet, vt eft in Nub. 1417. *δὶς παῖδες οἱ γέροντες. Brunck.*

q) Hunc Thuphanem tamquam adulatorem notari dicit Scholiaftes et impoftorem. *Bergl.* Demagogi tum populo eiusmodi congiaria, in damnum aerarii publici, dabant, interdum tantum promittebant. *Vuil.*

quod fit duobus modis, vel retenta ſcriptura et per figuram *συνίζησιν* duas ſyllabas breues pro vna longa habente, vel diphthongum conflant ex his duabus ſyllabis. Ea autem diphthongus interdum eſt *ου* vt hic, interdum eſt *ευ*, vt *Θεύγνις* pro *Θεόγνις* r). *Cas.*

1113. (1102. K.) Obſerua creſcere pollicitationes. Primum hordei facta mentio, deinde *ἀλφίτου* i. e. *ſarinae hordeaceae* s): hic vero mazarum paruarum. Mazae autem fiebant ex farina hordeacea t). *Διαμάττεσθαι* eſt, opus piſtorum peragere [pinſere]. *Cas.* Infra 1163. (1174. f.) *μαζίσκην μεμαγμένην.* Metagenes ap. Athen. VI, p. 269. *Μάζας μεγίστας αὐτομάτως μεμαγμένας* *Mazas maximas quae ſe vltro pinſuerunt. Bergl.*

1114. Senſus eſt: nihil aliud tibi faciendum erit, quam vt edas.

1117. (1106. K.) Citat Stephanus Byz. V. *Πνύξ*, et Suidas V. *Ἡνία. Kuſt.* Eſt *Πνὺξ* h. l. ipſa concio populi (Phot. Lex. p. 321.) et *ἡνίαι* poteſtas eam habendi et regendi.

1118. (1110. Br.) Pars verſus prior Iſiciario vulgo tribuitur, poſterior Cleoni. Perſonas in ordinem repoſuimus, vt ſunt in A. B. *Brunck.* quem ſequutus eſt Inv. Celeriter vterque abit ad afferenda dona, quibus de populi fauore contendant. *εἴσω* recte e Rav. pro vulg. *ἤδη* receptum ab Inv.

1119. (1108. K.) v) In hoc interuallo cum e ſcena receſſiſſent et Cleon et eius aemulus, poëta ſub perſona chori ſiue *Equitum* populum hortatur, vt imperium ſerio ſibi vindicet nec ſinat ſe duci a demagogis. *Cas.* Senſus enim ſequentium eſt: bonum quidem tibi imperium eſt, popule, quum omnes te dominum x) me-

---

r) Cf. quos laudat Matthiae Gramm. gr. p. 49.

s) Et *ἄλφιτα* quidem *ἐσκευασμένα* h. e. iam praeparata ad vſum (rein gemahlenes Mehl, *Vuil.*).

t) Vid. Etym. M. p. 573. Suid. Heſych. Zonar. II, 1330.

v) Praemittitur hic vulgo: Actus tertii Scena ſecunda. *Στροφὴ κώλων ι.*

x) Nam vocab. *τύραννος* dici de domino, monarcha, etiam in bonam partem, notum eſt. Verſus aliter diſponit Hotib. v. Add.

tuant, ſed facile te deliniri et decipi a demagogis ſinis.

1123. (1112. K.) Verſum hunc et quinque ſequentes adducit Suidas V. *Εὐπαράγωγος y*). *Kuſt.* *Παράγειν* eſt, extra viam ducere, vnde *εὐπαράγωγος*, qui facile poteſt ſeduci. Non male dixeris cum Horatio [Art. Poët. 163.] *Cereus in vitium flecti. Cas.*

1124. (1113. K.) *θωπευόμενος χαίρεις.* In Acharn. 632. dicit poëta ad populum: *φησὶ δ' εἶναι πολλῶν ἀγαθῶν ἄξιος ὑμῖν ὁ ποιητής· παύσας ὑμᾶς ξενικοῖσι λόγοις μὴ λίαν ἐξαπατᾶσθαι, μηθ' ἥδεσθαι θωπευομένους. Bergl.* Eſt *θωπεύειν* i. q. *κολακεύειν, ἀπατᾶν.* Zonar. I. p. 1070.

1126. (1115. K.) Suidas V. *Εὐπαράγωγος: πρός τε τὸν λέγοντ' ἀεί.* Non reiicio hanc ſcripturam, quae ſi recipiatur, erit ditrochaeus, quos in his periodis immiſceri Ionicis a maiore dicit *z*) Scholiaſtes, et qui nusquam alibi ſunt quam in hoc verſu, ſi eum ita, vt Suidas profert, legas. Sed et melius conſentire rationi linguae graecae puto, vt *τε* ponatur ante articulum, quam poſt eumdem *a*). *Duck.*

1129. (1118. K.) Sub perſona populi docet poëta, quid fieri ſoleat Athenis, quidque vbique fieri ſoleat. Saepe mirantur homines, tantum aliquem poſſe, vt impune liceat illi agere et ferre publicam rem. Atqui, ait hic populus, ego libenter ad illorum ſcelera conniueo, vt illis tamquam ſpongiis vtar, quae, vbi fuerint repletae, exprimuntur a me et ita mihi vindicatur, quidquid iſti per ſcelus coëgerint. Eadem mens olim Veſpaſiani, cum ſuos procuratores rapaces *ſpongias* vocaret [Suet. Veſpas. c. 16.] *b*). Vel ad *canos* refer vocem *κόμαις,*

---

y) Hunc verſum ſolum laudat Zonar. I, 901. et *εὐπαραγ.* explicat *εὐπειθής.*

z) De hac permutatione vid. Hermann. de Metr. p. 54. Sed h. l. antiſtrophicus verſus repugnat.

a) Senſus eſt: cuicunque, qui dicit, operam das cupide, et mens praeſens abeſt.

b) *Νοῦς οὐκ ἔνι ταῖς κόμαις.* Scholiaſtes: *quaſi dicat, in cerebro, quoniam comam alebant Equites,* quos hic alloquitur. *Bergl.*

vel ſimpliciter accipe de pilis et barba productiore, quam alerent homines in ſpeciem ſeueri, reuera nec prudentes nec ſapientes, quaſi diceret, vt ille apud Theocritum *c*): *μάτην τὸν πώγωνα ἔφυσας fruſtra tibi natura barbam dedit. Cas* Verſum 1129 — 1132. laudat Zonaras V. *Ἠλιθιάζω* (T. I. p. 988. ſ.), quod explicat *ἀναισθητῶ, μωραίνω, ἑκουσίως μωρὸν ὑποκρίνομαι.*

1134. (1125. K.) *Βρύλλειν* proprie eſt, more infantium potum petere. Pro ſaepe bibere, magis, quam multum bibere ponitur. *Cas.* Verbum formatum a *βροῦν*, quae eſt vox infantium bibere petentium *d*) In Nub. 1386. *εἰ μέν γε βροῦν εἴπῃς, ἐγὼ γνοὺς ἂν πιεῖν ἐπέσχον.— Τὸ καθ᾽ ἡμέραν.* Eurip. Ion. 125. *λατρεύων τὸ κατ᾽ ἦμαρ ſeruiens quotidie.* Idem Electr. 183. *δακρύων δέ μοι μέλει δειλαίᾳ τὸ κατ᾽ ἦμαρ, lacrymis exerceor quotidie. Bergl.*

1137. (1126. K.) *ᾖ πλέως. Plenus* i. e. *diues.* Nam idem plane dicit cum Veſpaſiano [ap. Suet. l. l.]: niſi quod vocem *ſpongia* non ponat. *Cas.* Lectionem olim vulg. *τοῦτον δ᾽ ὅταν ᾖ πλ.* (quam Inv. e Rav. mutauit in *τοῦτον, ὅτ. δ᾽ ᾖ π.*) et metrum et loquendi vſus reſtitui iubent.

1138. (1127. K.) *Αἴρειν* eſt, *ſurſum tollere.* Qui volunt aliquid magna vi affligere, i. e. in terram iacere, vt pilam vel quid aliud, ſolent ſublato brachio ictum roborare, vt tanto maiore vi res illiſa ſolo repercutiatur. *ἐπάταξα* i. e. *πατάσσειν εἰωθα.* Mos Graecorum, aoriſtis vti ad aliquam conſuetudinem denotandam. *Cas.*

1139. (1131. Br.) *οὕτω e*) *μὲν ἂν εὖ ποιεῖς.* Sic bene C. Vulgo *ποιῇς.* Cum indicatiuo particulam *ἂν* conſtrui ostendimus ad Pl. 885. Nub. 465. *Brunck.*

---

c) Ap. Theocr. Id. X, 40. eſt: *ὤμοι τῶ πώγωνος, ὃν ἀλιθίως ἀνέφυσας,* et Id. XIV, 28. *μάταν εἰς ἄνδρα γενειῶν.*

d) Zonar. I. p. 410. *Βρύλλων, ὑποπίνων.* Vertitur, pitisſare, potitare.

e) *τοῦτω* dedit e Rav. Invern. — *et ita quidem recte facere ſoles.*

1140. (1129. K.) *εἴ σοι.* Quamuis et Scholiaftes ita legerit omnesque edd. confentiant: tamen *καί σοι* lego *f*). *Bergl.* Proprie *πυκνότης* eft *denfitas*, et *πυκνὸς* f. *πυκινὸς denfus.* Sed quemadmodum in rebus materialibus et corporeis denfa funt firmiora raris; fic ingenium denfum Graeci vocant, quem *prudentem* volunt intelligi. Primus Homerus fic loquitur, apud quem [Il. XIV, 294.] *πυκιναὶ φρένες* mens eft prudens et cata. *Φρένες* Medicis funt feptum transuerfum *g*), quo inteftina fuperiora ab inferioribus feparantur. Vnde quidam putarunt, Homerum hoc epitheto fignificare, eum effe natura prudentiorem, cui ea pars fit denfior. Sed prior interpretatio eft rectior. Sic *πυκινὰ φρονεῖν*, pro *fapientem effe*, et hic *πυκνότης* pro *prudentia h*). *Cas.*

1144. (1133. K. 1136. Br.) *ὥσπερ δημοσίους i*) Id eft, *tanquam victimas publicas*, fiue *victimas luftrales et piaculares.* Vid. Schol. ad hunc locum. *Kuft.* Alludit ad morem tribuum, quae inter fe certabant, ecquae opimiorem victimam die fefto exhiberent. Vnde non folum alebantur a victimariis magna cura hoftiae, fed etiam illis mactatis artem adhibebant, quo pinguiores viderentur, fpiritu per tubos quosdam immiffo, quod patet ex Ariftotele in *Sophifticis Elenchis* in principio, vbi eft *φυλετικῶς φυσᾷν ἑαυτόν*, [I, 1. p. 598. A. T. I. ed. Duval.]: quod prouerbialiter dictum de falfa probatione, cum perfuademus nobis, recte aliquid habere, falfo. *Cas.* Morem Athenn., alendi homines viles, qui immolarentur pro populo ad expiationem illius, retulerunt plurimi. v. Meurs. Graec. Feriat. V. *Θαργήλια* et Interpr. Petron. ad cap. 107. fin. et c. 141. fin. Verfus fex Comici et nonnulla e Scholiis defcribit Suidas in *Φαρμακούς.* Laudat etiam h. l. Comici Hemfterh. ad Poll. IX, 1, 10. vbi is *δημοσίους οἰκέτας* memorat putat-

---

f) Ita etiam legi iusfit *Reisk.*

g) vid. Foëfius Oecon. Hipp. p. 665.

h) Senfus: fi tibi in ifto more, vt dicis, multa prudentia ineft. *Reisk.* fcribi voluit: *ᾧ λέγεις.*

i) *δημοσίους* quos Ran. 733. *φαρμακοὺς* appellat, quo nomine vtitur etiam in fine huius fabulae v. 1405. *Brunck.*

que δημοσίους hic potius eſſe ſeruos publicos, quam φαρμακοὺς ſ. hoſtias piaculares, vt Schol. et cum eo Valeſius ad Harpocr., Meurſius, Douſa aliique ad Petron. exiſtimant. Non adſentior illi: nam quod ſequitur, τούτων, ὃς ἂν ᾖ παχὺς, θύσας, aperte ad ritum ſacrificandi immolandiue τοὺς φαρμακοὺς pertinet *k*), nec de ſeruis publicis exponi vllo colore poteſt. Caſaubonus h. l. contra ſententiam Scholiaſtae accipit de certamine tribuum ſuper opimioribus victimis, quo ducere videtur expoſitio Schol. dicentis deeſſe in δημοσίους, βοῦς ἢ ταύρους. Hoc ſane maiorem ſpeciem habet, quam quae dicuntur ad Pollucem. *Duck.*

1147. (1136. K.) παχὺς i. e. *diues*, quo ſenſu vox illa etiam accipitur in Vesp. 287. et Pac. 638. itemque aliquoties ap. Herodot. [v. Valcken. ad Herod. p. 447. ſ. etiam Weſſel. ad eund. p. 585, 8.]. Huc adde Suid. V. Παχύς· παχεῖς οἱ Ἀθηναῖοι τοὺς πλουσίους καλοῦσι συνήθως. *Kuſt.* Eadem Phot. Lex. p. 295.

1148. (1137. K.) Θύειν mactare non ſolum victimam diis offerendam, ſed generaliter, *occidere.* Ἐπιδειπνεῖν eſt adhibere aliquem ad coenam. *Cas.*

1150. (1139. K.) Περιέρχομαι proprie eſt verbum militiae et *circuire* ſignificat. Viſitatum fuit ſtratagema, hoſtem incautum circumire; quod maxime faciebant producto vtroque cornu. Generaliter ponitur pro, *inſidiari l*). *Cas.*

1152. (1141. K.) ἐξαπατύλλειν. Proprium Graecorum hoc, vt verba ſua in varias formas mutent: vt hic ἐξαπατύλλειν pro ἐξαπατᾷν, quod forma deminutiua enuntiatum eſt ad ſimilitudinem eorum, qui ſcelera excuſantes quam minima volunt videri. *Cas.*

---

k) Nam etſi verborum tropicus eſt ſenſus (iſtorum, ſcil. demagogorum, quicunque admodum ſe locupletauerit, eum, ſi opus ſit pecunia, damnas bonisque exuis), tamen ſingula ad mactationem (ad quam et ἐπάταξα v. 1138. referri poteſt) et epulas proprie ſpectant.

l) Dicitur vt Lat. *circumuenire.* cf. Sturz. Lex. Xen. III. p. 520. V. praeced. legebatur olim: Ἐκ. δέ μ'. Tacite correxit Br. Ita 1152. e Rav. κἄμ' (καὶ ἐμὲ) pro vulg. καί μ' repoſitum eſt.

1154. *Οὐδὲ δοκῶν ὁρᾷν dissimulans me videre m).* v. Schol. Sic Plut. 838. *οὐκ ἐδόκουν ὁρᾷν ἔτι.* Add. Casaub. ad Theophr. Char. c. 2. p. 105. *Duck.*

1156. (1145.) *ἐξεμεῖν.* In Acharn. 708. *τοῖς πέντε ταλάντοις, οἷς Κλέων ἐξέμεσεν.* Similis metaphora his in Eqq. 405. vbi ad eumdem Cleonem chorus dicit: *εἴθε φαύλως, ὥσπερ εὗρες, ἐκβάλοις τὴν ἔνθεσιν. Bergl.*

1158. (1147. K.) *κημὸν καταμηλῶν.* Id est, (vt periphrastice locum hunc exponam) *camum iudicialem specilli loco in fauces immittens* Nam vt Medici specillo ori immisso vomitum ciere solent (quod Graeci *μηλῶσαι* et *καταμηλῶσαι* vocant): sic ego (inquit hic populus) fures aerarii, postquam diuites facti sunt, vomitu quasi remetiri cogo ea, quae malis acquisiuerant; ad quam rem specilli loco adhibeo camum iudicialem n). Idem autem est, ac si diceret: Suffragiis meis damnatos multam grauissimam mihi persoluere cogo: vel, publice damnatos bonis omnibus exuo. *Κημὸς* enim erat vas ex iunco vel vimine textum, in summo latius, in imo angustius, specilli instar; per quod iudices calculos in cadum demittebant. *Kust.* Sensus est: *in iudicium hos vocat* [voco]. Nam id populus vult, istos pecuniae publicae peculatores et priuatorum concussores, quidquid per rapinam coëgerunt, cogi dependere, quando vocant in ius iudices, i. e. populi iudicantis coacti fuerint subire iudicia. Obscure denotant illa

---

m) Ita etiam *Brunck.* explicat et not. ad Plut. 837. laudat.

n) Pergit in metaphora de *vomitu*; *καταμηλοῦν* est, *specillum* [dic Sonde] *aliquo demittere,* vt hic in os, ad vomitum ciendum: *μήλη, specillum* est instrumentum chirurgorum. Voce autem *κημὸς* indicat, quid per vomitum sit intelligendum: nempe cum aliquis furti condemnatus in iudicio rem amotam reddere cogitur: *κημὸς* enim erat quasi infundibulum, per quod calculos immittebant indices in vrnam, quae erat oris angusti: et h. l. *κημὸς* ponitur pro ipsa vrna, per vrnam autem intelligitur iudicium. *Bergl.* Photius Lex. p. 120. *Κημὸς, πλέγμα κωνοειδὲς, δι' οὗ καθιᾶσιν οἱ δικασταὶ τὴν ψῆφον εἰς τὸν κάδον.* Idem p. 104. *μηλῶσαι λέγουσιν οἱ ἰατροὶ τὸ μήλην καθεῖναί που,* et p. 196. *μηλῶσαι, τὸ καθεῖναί τι εἰς βάθος. Μήλη* autem est auct. Zonara II, 1357. (add. Etym. p. 585.) *ἰατρικὸν ἐργαλεῖον· δι' ἧς ψηλαφᾶται τὰ πονούμενα.* Cf. Foës. Oecon. Hippocr. p. 412.

duo verba, κημὸν καταμηλῶν. quae vt intelligantur, ſciendum eſt apud Athenn. fuiſſe moris, calculis ſuffragia ferre. Hos coniiciebant in cados quosdam oris anguſti. Et quia verendum erat, ne praeceps turba calculos ſuos in humum potius quam in cados deiiceret (nam ab anguſto ore facile aberratur), inſtitutum fuit, vt anguſto foramini cadi velut infundibulum quoddam imponerent. Id fuit vas pyramidi inuerſae ſimile, cuius baſis ſurſum erecta erat, cuſpis deorſum, vt in grypho [Eubuli] eleganter exprimitur ap. Athen. lib. X. [p. 150. T. IV. ed. Schweigh.]. Hoc inſtrumentum ſuperius κημὸν hic cum caeteris Graecis vocat Ariſtophanes. *Καταμηλοῦν* autem eſt verbum ab arte chirurgica ſumtum, quod proprie ſignificat, ſpecillum in os immittere. *Μήλη ſpecillum* eſt, μηλοῦν *ſpecillo explorare guttur.* At hic licentia comica καταμηλοῦν eſt, ſic cauum aptare cado, cuſpidem illius inſerendo ori cadi, vt ſpecillum in os inditur *o*). *Cas.*

1159. (1148. K.) *Ἄπαγ' ἐς μακαρίαν p*). Prouerbium Graecorum, cuius eſt ſententia: *I in malam rem.* Origo varie exponitur, vel a loco *Macaria* dicto, vti reponebantur cadauera vilium perſonarum, vel, vt alii, quo cadauera abiiciebantur ſupplicio affectorum. Alii e veteribus ſic exponunt. Graeci *μάκαρας* vocant mortuos vel magis proprie *μακαρίτας q*), quemadmodum Latini felices et miſellos, teſte Tertulliano. Inde *μακαρία* eodem loquendi genere, i. e. per *εὐφημισμὸν*, ſtatus defunctorum, et *ἔῤῥ' ἐς μακαρίαν* pro, *abi in perniciem. Cas.*

---

o) Monuit *Vuil.* ad h. l. nulla verſione reddi poſſe ea, quae hic vv. κημὸν καταμ. et ſupra v. βρύλλων 1134. exprimuntur ita, vt apud auditores ſ. ſpectatores ſtatim excitatae ſint imagines quaedam et ideae, nobis non ita familiares; egregie vero deſcribi ingenium populi leuis, quaevis captantis, vitam ſine induſtria et labore et ſine fructu temere transigentis, exiſtimantis autem ſe ſummum imperium exercere et admodum aſtute agere.

p) Conſtituitur hic Act. quarti ſcenae 1. initium. Cleon, Allantopoles, Demos, Chorus in ſcena ſunt. Illi ſua dona ferunt Populo.

q) Ita Menander mortuos dixit, teſte Photio Lex. p. 178.

1160. Legendum in edit. Lips. ὦ Δ. — παρεσκευασμένος h. l. eſt, paratus ad beneficia praeſtanda.

1161. (1150. K.) *τρίπαλαι*. Etſi hoc aduerbium [πάλαι] comparationem nullam admittit: tamen Graeci tempus, quod multo ante praeceſſerit, exprimunt voce *τρίπαλαι*: quaſi dicas, ter tanto tempore, quantum declaratur voce *πάλαι*. Dicunt et *πρόπαλαι*. Poëta vero licentia comica ſimiles voces fingit nusquam in vſu. *Cas.* Unendlich längſt, apte reddit *Vuil.*

1162. (1151. K.) *δεκάπαλαι*. Philonides Comicus ap. Athen. I. p. 25. *κατάκειμαι, ὡς ὁρᾶτε, δεκάπαλαι* (iam dudum admodum accumbo, vt videtis). Eſt autem vox comico more compoſita, vt et *τρίπαλαι* etc. *Bergl.*

1164. Comicos promiſcue ſiue dactylum ſiue tribrachum, Tragicos ſolum tribrachum in quinta ſenariorum ſede adhibere, inprimis ſi cum ipſa quinti pedis arſi ſoluta nouum vocabulum incipiat, ſed interdum tamen ab hac lege deflexiſſe, inprimis vbi in quinti pedis arſi ſunt vocales *ια* et *ιο* aut conſona *ρ*, ostendit Seidlerus Exc. de dactylo et tribr. in quinta ſenarii ſede T. II. de verss. dochmiacis p. 380. ſs. vbi et h. l. (in quo *ριο* eſt) tractat. — Populus iſtos quam maxime exſecratur, quod eum tam diu morantur et exſpectare iubent. Auiditas donorum accipiendorum egregie deſcribitur.

1166. (1155. K. 1158. Br.) *Οἶσθ' οὖν ὃ δρᾶσον* pro *οἶσθ' οὖν ὃ δράσεις*: *ſcis, quid faciendum tibi ſit* r)? Eſt genus loquendi Atticis frequens, de quo vid. Corinth de Dialect. Att. [Gregor. Cor. p. 15. et 18. ed. Schaef.], Scholiaſt. Eurip. ad Hecub. 225. et Muret. Var. Lect. Lib. III. c. 12. Pari modo Eurip. in Heracl. 452. dixit: *ἀλλ' οἶσθ' ὅ μοι σύμπραξον*. *Kuſt.* — *εἴ γε* s)

---

r) Loquendi genus Atticum, vbi Imperatiuus ponitur pro Futuro. Nam rectum erat ὃ *δράσεις*. Sed oratio aliter inchoat, aliter definit. Ita autem loquitur aliquoties Euripides. *Cas.* Analogice ſic: *δρᾶσον οὖν, οἶσθ' ὅ; fac itaque ſcinne quid?* ὃ pro ὅ τι. In Avv. 79. *οἶσθ' οὖν ὃ δρᾶσον, ὦ τροχίλε;* et alibi aliquoties. v. Barneſii Indicem II. in Eurip. in v. *δρᾶσον*. *Bergl.*

s) Ita vulg. etiam ap. Br. legitur; neſcio vnde Inv. dederit,

μὴ *t*) — nempe οἶδα, φράσεις γε σύ. Sic Pac. 1061. quaerenti Trygaeo, ἀλλ' οἶσθ' ὃ δρᾶσον respondet Hierocles ἢν φράσῃς. De formula οἶσθ' ὃ δρᾶσον vid. ad Av. 54. *Brunck.*

1167. (1156. K.) ἀπὸ βαλβίδων. Cum olim hae exercitationes in frequentissimo essent vsu, inde factum, vt tanta loquendi genera inde manarint. Sensus autem est: si tu, o populc, recte de nobis vis iudicare, admitte vtrumque nostrum ad reip administrationem *v*): tum autem ex iis, quae geremus ambo, statues, vter sit tibi fidelior. Sed poëta tanquam de cursoribus, non de administratoribus, loquitur. Βαλβὶς est terminus, vnde ducitur initium *x*). *Cas.*

1169. (1161. Br.) In membr. et in C. personae notatae sunt, vt in impressis [etiam Inv.] quos inconsiderate et male secutus sum. Loquendi vices in B. aliter et prout personis conuenit, diuisae sunt. Prior, vt par est, Cleo Demi consilium probat, eique exsequendo se accingit, dicens ἰδού. Postea isiciarius e scena erumpens ait, ὑποθεῖν οὐκ ἐῶ. His in verbis, Cleoni si tribuantur, parum est acuminis; sin isiciario, plurimum. Gloriatus fuerat Cleo v. 742. (752.) se duces exercitus ad Pylum *supplantauisse:* τοὺς στρατηγοὺς ὑποδραμὼν τοὺς ἐν Πύλῳ. Idcirco isiciarius ei nunc dicit: *haud sane me in hoc cursu, vt alias facere soles, supplantabis.* ὑποθεῖν οὐκ ἐῶ *supplantari me non sino.* Eadem est significatio verborum ὑποδραμεῖν et ὑποθεῖν: estque istuc eo facetius, quod simul adludit ad Demi verba θέοιτ' ἄν. *Brunck.*

εἰ δὲ μή, quod hic non aptum est. Restituendum igitur: εἴ γε μή, φρ. Caet. olim post εἴ γε μὴ non commate interpungebatur.

t) Sensus erit commodior, si legatur: εἴγε μοι φράσεις *si mihi dixeris*, (scil. quid mihi faciendum sit). *Kust.* Leg. εἴ γ' ἐμοὶ φρ. *Reisk.*

v) Imo: ad certamen beneficiorum in Populum conferendorum.

x) Carceres ita dicuntur f. cancelli, h. e. lora alligata duobus fustibus, quibus arcebantur equi, aut cursores in stadio, ne prius, quam signum datum esset, currerent. v. Zonar. I. p. 373.

1171. (1160. K. 1163. Br.) ἢ 'γὼ θρύπτομαι. *Nifi delicias faciam.* Gallice: *ou il faudra que je fois bien difficile.* Vel: *ou je ferai bien le rencheri.* Vim verbi non reddiderat Berglerus vertens: *aut profecto obtundar. Brunck.* θρύπτεσθαι proprie dicuntur, qui amantur, cum fui copiam facere recufant *y*). *Cas.*

1172. fs. Quae fequuntur, dicunt ifti, dum dona, quae commemorant, aut offerunt aut ostentant Populo.

1173. (1162. K.) In hoc adulationis certamine priorem locum occupat Cleo, qui in teftimonium fuae beneuolentiae fellam populo offert *z*). Sed fuperat hunc Ificiarius, qui menfam adfert. Quare veluti infultans ei ait: *At non menfam illi adfers.* Sunt enim haec verba Ificiarii. *Cas.*

1175. (1164. K.) Vt in νόσος Iones et poëtae metri caufa addunt υ, fic contra ab οὐλαὶ, quomodo *farra* nominantur, detracto υ fit ὀλαί. Appellarunt autem οὐλὰς genus farris, quo victimam refpergebant: Poëta [Hom. Il. I, 449. etc.] vocat οὐλοχύτας, qua de re vid. Dionys. Halic. lib. vlt. *a*). *Cas.* Alias dicuntur οὐλαὶ, Ionice. Iactat autem rurfus Cleo res apud Pylum a fe geftas. *Bergl.*

1177. *b*) Poft θεοῦ comma delendum eft, nam manus eburnea intelligitur Mineruae fcil. ad ftatuam eius a Phidia factam in acropoli refpicitur. Vuil. vertit: Ich diefe Wecken, von der Göttin felbft Mit ihren lilienweiffen Händen ausgehöhlt.

1178. Dicit haec Demos, quia panis ita erat ex-

---

y) Noftrum, fpröde thun. Vuil. vertit: oder ich müfte gar nicht zu befriedigen feyn.

z) Ea enim Demo, feni, qui nimis diu fteterat, admodum commoda videbatur. At menfa opus erat ad coenandum, et magis etiam quam fella.

a) Imo L. VII. c. 72. p. 1496. T. II. Caet. hinc intelligi poteft Photius Lex. V. Ὀλας, p. 258.

b) μυστίλη auctore Athen. dicebatur panis, qui excauabatur vt eo iuscula aut pulmenta haurirentur, cochlearis loco adhibitus. *Vuil.* V. ad 857.

cauatus, vt praeter cruſtam parum ſupereſſet. Ita populus decipiebatur.

1179. (1168. K.) Veteres plurimum vtebantur pulte, quam conſiciebant ex diuerſis generibus leguminis: ſed (potisſimum) e faba aut piſo. Itaque *ἔτνος κυάμινον* et *πίσινον* plurimum memorantur. In pulte autem et color ſpectabatur. Ideo Cleon ſuam hic commendat voce *εὔχροον*. *Cas.* Antiphanes Comicus ap. Athen. IX. p. 370. *καὶ μὴν ῥαφάνους γ' ἕψουσι λιπαρὰς, ὦ θεοὶ, Ἔτνος θ' ἅμ' αὐταῖς πίσινον* (pultemque ſimul ex piſis). Sic *κυάμινον ἔτνος* Heniochus Comicus apud eund. X. p. 408. *Ἔτνος κυάμινον* (puls fabacea) *διότι τὴν μὲν γαστέρα Φυσᾷ* — *Bergl.*

1180. (1169. K.) *ἐτόρυνε c*). Quod notat Feſtus de voce *Trua*, *τορύνη* conuenit: inſtrumentum eſſe, quo moueantur, quae coquuntur. *Caſaub.* *Πυλαιμάχος.* v. Spanheim. ad Callim. p. 591. [p. 670. ed. Ern.]. *Kuſt.* Spanhemius ad Call. h. in Pall. 53. cenſet, hac appellatione reſpici ad cognomen Palladis, quae *πυλαία* et *πυλαῖτις* dicebatur, quod eius ſimulacra in portis vrbium ſtatuerentur. Dubito, ac potius puto, Cleonem ſolum reſpicere ad res a ſe Pylum geſtas, quas ſubinde iactat: quae Scholiaſtae ſententia eſt *d*). *Duck.* *αὐτῇ* pro *αὐτὰ* legi iubet *Hotib.*

1181. (1170. K.) *ἐπισκοπεῖ.* Magiſtratus, quos ſoliti Athenienſes vrbibus ſibi ſubditis imponere, vocabantur *Ἐπίσκοποι e*). *Cas.*

1182. Solent Graeci dicere numen iuuare aliquem, *ὑπερέχοντα τὴν χεῖρα*, i. e. manum ſuper illum extendentem. Ad hanc locutionem Comicus alludens, pro *χεῖρα* facete *f*) dixit *χύτραν*. *Cas.* Scholiaſtes: *dixit*

---

c) Vertitur: *tudiculauit.* Vuil. den ſchönen Erbſenbrey den — Pallas *durchgeſchlagen.*

d) Eſt igitur: quae Pylis pugnauit, aut, quae Pylas expugnauit (non proprie, cuius auſpiciis Pylas expugnaui, vt Bergl. et Br.), die *Pylosſtürmerin.* Vuil. Hinc patet quid ſtatuendum ſit de hac nota *Reiskii:* ,,Forte habuit Minerua olim epitheton *Ταλαιμάχος*, ad quod hic ridicule alluditur.“

e) Sed id ab h. l. alienum, vbi ſenſus eſt: Manifeſtum eſt, Mineruam tui curam gerere.

f) Non video quid facetiarum inſit, et puto potius, locutio-

χύτραν pro χεῖρα. Lucianus in Timone g) ὑπερέσχε γὰρ αὐτοῦ τὴν χεῖρα Περικλῆς (nam obtenſa manu cum Pericles obtexit). *Bergl.*

1183. (1172.K.) Senſus: *niſi manus diuina Athenas ſeruaſſet, diu actum eſſet de vrbe, neque quisquam amplius in ea habitaret.* Etiam hic ioco comico χύτραν poſuit pro χεῖρα. *Cas.* Euripides in Aeolo [fragm. 6. Musgr.] Δοκεῖτ' ἂν οἰκεῖν γαῖαν (putatisne civilem ſocietatem in terris conſiſtere poſſe) εἰ πένης ἅπας Λαὸς πολιτεύοιτο πλουσίων ἄτερ; *Bergl.*

1185. Φοβεσιστράτη. Mineruam ſic dixit, quaſi *fugantem exercitus*, φοβοῦσαν τοὺς στρατούς. Erat enim dea praeſes etiam armorum. *Cas.*

1186. (1175.K.1178.Br.) Ὀμβριμοπάτρα [ol. vulg.]. Notat Kuſterus *h*) apud Hom. legi ὀβριμοπάτρη. Loca ſunt Il. *E*, 747. *i*) vbi Schol. paruus: ὄβριμον καὶ γενναῖον πατέρα ἔχουσα, Il. *Θ*, 391. et Od. *Α*, 101. Sed et Athenaeus l. III. p. 94. hos duos verſus laudans ὀβριμοπάτρα legit, quod non video cur adnotare noluerit Kuſt., cum locum citat. Pro ὄβριμος vero etiam ὄμβριμος ap. Hom. et Heſiod. legitur et vtrumque agnoſcit Suidas, vt et ὀμβριμόεργος et ὀβριμόεργος. Sunt tamen, qui potius ſine μ legendum cenſeant. v. Seber. in Ind. Hom.

---

nem inſolitam, qua Demos vtitur, vulgarem tum fuiſſe et prouerbialem. *Vuil.*

g) C. 10. vbi inprimis copioſe et docte de form. ὑπερέχειν τὴν χεῖρα egit, huius loci non immemor, Hemſterh. p. 118. ſ. T. I. Docet autem reſpici ad Solonis verſus ap. Demoſth. de f. leg.: Τοίη γὰρ μεγάθυμος ἐπίσκοπος Ὀβριμοπάτρη Παλλὰς Ἀθηναίη χεῖρας ὕπερθεν ἔχει.

h) Hoc epitheto inſignitur Minerua ap. Homer., apud quem tamen legitur ὀβριμοπάτρη, absque μ. Caeterum verſum hunc et ſequentem adducit Athen. III. c. 14. p. 94. [p. 368. Schweigh.] *Kuſt.* Βρῖ Gr. eſt *valde*. Vnde βριαρὸς *vehemens* et Briareus gigas. Inde ὄμβριμος vel ὄβριμος Mars vehemens; quod nomen late patet. Hinc cognomen Mineruae, quam ὀμβριμοπάτραν vocant poëtae, quod ſupremi deorum Iouis eſſet filia. *Cas.*

i) Ad q. l. cf. Heyn. et Scholiis ab eo laudatis adde Zonar. II. p. 1422. cuius gloſſa non ex Hom. ſed ex hoc Ariſt. loco petita videtur.

et Kuster. ad Suid. Ὀβριμόεργος et Ὄμβριμος. Et sane cum Athenaeus in h. l. legat ὀβριμοπάτρα, nulla ratio esse videtur, cur ab ea scriptura, quae et ap. Hom. est, et Hesiod. Θεογ. 587., recedamus. *Duck.* Ὀβριμοπάτρα. Sic bene membr. et ed. Bern. Iuntae. Vulgo ὀμβριμοπάτρα. Insititiam literam μ in ὄβριμος et compositis non agnoscit genuinus sermo graecus. Librariorum vel Grammaticorum sequioris aeui commentum est. Quod autem ad prosodiam adtinet, cuius lex violata videri possit ob productam huius vocis primam syllabam, eam sequitur Comicus, qua epici poëtae, a quibus ridiculi *k*) causa illa Palladis epitheta sumsit, eam vocem efferre solent, in qua licentiae est locus, quia extra communis et comici sermonis vsum est. Ap. Athen. etiam p. 94. E. vbi hi versus proferuntur, exstat ὀβριμοπάτρα. *Brunck.*

1187. (1176.) Inferioris ventris partes sunt χόλιξ et ἤνυστρον. *Cas.* Vertitur: intestini et omasi et ventriculi frustum. (cette portion d' intestins de gras-double, et de ventricule). De v. ἤνυστρον v. 356.

1188. καλῶς γ' ἐποίησεν. Formula est apud Graecos gratias agendi, quemadmodum et κάλλιστα dicunt, pro, *gratias ago.* Sic apud Latinos *benigne,* vt ap. Horat. [Epp. I, 7, 16.]. Idem etiam Cicer. [Epp. ad Att. VII, 2. p ... Graev.]: *multum te amo.* τοῦ πέπλου. De hoc peplo diximus ad illum versum [570.] ἄνδρες ἦσαν ἄξιοι τοῦ πέπλου *l*). *Cas.*

1189. (1178. K.) Γοργολόφα. Mineruae nomen a poëta fictum de nomine Gorgonis et λόφου i. e. *cristae.* Ita alluditur ad clypeum Mineruae et ad galeam eiusdem cristatam. *Cas.* Schol. ἡ ἐκ τῆς κεφαλῆς τῆς Γοργοῦς τὴν περικεφάλαιαν ἔχουσα. Sic et Suidas V. Γοργολόφας.

---

k) Ridiculum illud est, quod grauia illa epitheta Deae adhibentur ad res leuissimas, ad dona quae deae veluti nomine dantur adhibentur. *Vuil.* De voc. τέμαχος v. Plut. 894. Nub. 339. Ἑφθὸν ἐκ ζωμοῦ κρέας est elixa ex s. in iusculo caro.

l) Sensus h. l. est: recte fecit quod haec dona mihi obtulit, memor pepli, quem ei consecro; recte mihi has gratias pro peplo retulit.

Sed nusquam reperio, Mineruam capite Gorgonis pro galea vſam, quod ab ea in clypeo geſtatum alii tradiderunt. Heſych. *Γοργολόφας, ἀπὸ τοῦ λόφου τῆς περικεφαλαίας καὶ τῆς ἀσπίδος. Γοργόνα, ἣν ἐπ' αὐτῆς εἶχεν ὁ Λάμαχος.* Reſpicit ad locum Ariſt. Acharn. 566. vbi Lamachus *γοργολόφας* dicitur. Sed non poteſt *λόφος* de clypeo dici, nec Lamachus magis, quam Minerua, caput Gorgonis in galea habuit. Exiſtimo hinc vocem vertendam eſſe, *terribilis galea.* Nam Schol. ad Acharn. l. d. et Etym. M. exponunt *φοβερός*. Addit Etym. M. *παρὰ τὸ Γοργὼ καὶ λόφος. ἦν δὲ ἡ Γοργὼ φοβερά.* Itaque adluditur quidem in hoc compoſito ad Gorgonem, quae terribilis erat, ſed eius caput in *λόφῳ* ſ. criſta galeae fuiſſe non dicitur. *Duck.* Hinc corrigendum eſſe vulg. ap. Zonar. I. 447. *Γοργόλοπος* vidit jam editor.

1190. (1179. K.) *Ἐλαύνειν* interdum eſt *agitare,* interdum *ducere in longum;* eſtque tunc vocabulum fabrorum ferrariorum. Nam *χρυσήλατα* et *χαλκήλατα* vocamus, quae ex auro et aere conflata ſunt. Etiam verbum fuit piſtorum. Nam *ἐλατὴρ* placentae nomen eſt. Videtur eſſe opus piſtorum in longum extractum. Sic apud Latinos *tracta* eiusdem artis verba; ſic et *trahere. Cas.* *Ἐλατὴρ* placentae genus *m*), cuius mentio in Acharn. 245. *ἵν' ἔτνος καταχέω τοὐλατῆρος τουτουΐ.* Ludit autem in vocibus *ἐλατὴρ* et *ἐλαύνειν*, vt mox in vocibus *ἔντερα* et *ἐντερόνεια,* et paulo poſt in *τρία* et *τριτογενὴς* et *ἐντριτωνίζω. Bergl.* *ἐλατὴρ* genus eſt placentae; Suidae. *πλακουντῶδες πέμμα πλατὺ, ὅθεν καὶ ἡ ἐπωνυμία· παρὰ τὸ ταῖς χερσὶν ἐλαύνεσθαι εἰς πλάτος. ἢ ἄρτος πλατὺς, ἐν ᾧ τὸ ἔτνος ἐτίθεσαν καὶ προςῆγον τοῖς βωμοῖς.* Poſterioris generis eſt placenta illa in Dionyſiaco ſacro offerenda, Acharn. 245. *ὦ μῆτερ, ἀνάδος δεῦρο τὴν ἐτνήρυσιν, ἵν' ἔτνος καταχέω τοῦ 'λατῆρος τουτουΐ.* Ludit au-

---

m) *πλακουντῶδες πέμμα πλατὺ* Zonar. I, 681. ein Auflauf, Vuil. qui feliciter luſum expreſſit: die Gorgolofa heiſst dich dieſen *Auflauf* eſſen, damit wir unſre Schiffe glücklicher vom Stapel *laufen* laſſen. Recte autem indicauit, ſaepe hos luſus etiam in Graecis frigere. In tota autem hac ſcena et populum ipſum et demagogos rideri monet. Latina interpretatio Bergl. habet: — placenta in longum ducta, vt remos ducamus —

tem Comicus in adfinibus vocibus ἐλατὴρ, ἐλαύνειν. *Brunck.* Scholiaſtae nota legitur apud Suid. in ἐλατὴρ, vbi et plura de hac voce adferuntur. Citat etiam h. l. Euſtath. in Il. *Α.* p. 877, 54. *ὁ δέ γε Κωμικὸς καί τι πέμματος εἶδος οἶδε τὸν ἐλατῆρα, ὡς ἐν τοῖς Ἱππεῦσι δηλοῖ αἰνιττόμενος ἐκεῖ δύνασθαι τὴν λέξιν καὶ ἐπὶ κωπηλάτου λέγεσθαι.* Et in Il. *Σ*, p. 1165, 41. *ὁ μέν τοι παρ' Ἀριστοφάνει ἐλατὴρ πόπανόν, φασιν, ἦν πλατύ. Duck.*

1193. (1182. K. 1185. Br.) *Ἐντερόνεια n*) apud Graecos dicuntur ligna, ex quibus interiores partes nauium fabricatae ſunt: quae alio nomine etiam appellantur *ἐγκοίλια* et *μῆτραι.* Sed hac de re praeter Schol. ad h. l. et, qui eum deſcripſit, Suidam V. *Ἐντερόνεια* vide etiam Paul. Leopard. Emendd. L. XIII. c. 8. *Kuſt.* Suidas *o*): *τὰ ἐγκοίλια, τὰ ἀπὸ τῆς τρόπιδος ἀρχόμενα ξύλα, ἐντερόνεια καλεῖται· οἱ δὲ τὸ τῶν νεῶν ἔδαφος· οἱ δὲ τὰ ἐγκοίλια. Βέλτιον δὲ τὴν τῶν ἐγκοιλίων ὕλην λέγειν. Coſtae* ſeu *ſtatumina.* Similis eſt praecedenti iocus: neuter latine exprimi potuit. Eum, qui ſequitur, leuiter adumbrauimus *p*). *Brunck.*

1195. (1184.) *κεκραμένον τρία καὶ δύο q*). Intelligit ordinariam et maxime olim apud Graecos vſitatam vini temperaturam *r*), qua duabus vini partibus tres

---

n) Ludit in hac voce. Appellatur a naupegis materia, ex qua conficiuntur interiora nauium, quae Graeci *ἐγκοίλια*, Latini *coſtas* vocant, de ſimilitudine corporis humani; vel *ſtatumina. Cas.* Vertitur locus ap. Brunck.: Ea (*αὔτ'* pro *αὐτὰ*) tibi conſulto (*ἐπίτηδες*) miſit dea ad ſtatuminandas intrinſecus naues —

o) Eadem fere, laudato etiam Ariſt. verſu, habet Zonar. I. p. 732.

p) Vernacule commode reddidit Vuil.: um deinen Schiffen zu beſſern Eingeweiden zu verhelfen.

q) Dum haec dicit, praebet Populo poculum vini ita temperatum.

r) Monſtro ſimile erat Athenis merum bibere; plurimum enim aquae miſcebant: vnde fuerunt varia genera *κράσεων*, i. e. *temperamenti vini et aquae*, vt *τρία πρὸς πέντε*, cum tribus menſuris vini quinque aquae infundebantur; item *ἴσον πρὸς ἴσον*, cum ex aequo miſcebantur. Vt plurimum vtebantur hac *κράσει*, cuius hic fit mentio, cum ad duas vini

aquae admiſcebantur. Vide omnino Euſtath. ad Odyss. I. p. 1624. ed. Rom. vbi et locum hunc Comici citat et de variis vini temperandi modis, apud veteres olim receptis, ex Lexico rhetorico lectu digna affert. Conf. Nos etiam ſupra ad Plut. 1133. *Kuſt.* Deeſt *πόμα*, vt intelligi poteſt e Suida V. *πόμα κεκραμένον*, eoque refertur, quod eſt ap. Schol. *ἐπιδεχόμενον*, quem et ibi et in *κεκραμένον* deſcripſit Suidas, et vtroque loco vitioſe verba Comici, vt notauit Kuſt. De *κράσει* autem vini et aquae apud antiquos, quae varia erat, vid. quae notaui ad Plut. 1133. *Duck.* Scholiaſtes: *quod conſtat ex tribus aquae portionibus, vini autem duabus.* Athenaeus tamen Lib. X. p 430. aliter, qui iſtud Philetaeri *κατὰ δύο καὶ τρεῖς ἀκράτου* ſic accepit: *δύο ὕδατος καὶ τρεῖς ἀκράτου*. *Bergl.* Cf. Schweighäus. Anim. ad illum loc. T. V. p. 419. Scholiaſtae explicatio vera eſt, vt ſequens verſus docet, vbi *τὰ τρία φέρων καλῶς* eſt, vinum quod tres aquae partes recte admittit.

1196. Similis locus Cratini ap. Athen. I. p. 29. *Οἶμ' ὡς ἁπαλὸς καὶ λευκός· ἆρ' οἴσει τρία;* (anne perferet tres aquae menſuras?) *Bergl.*

1197. (1186. K.) *Τριτογενής.* Varias cauſas adferunt poëtarum interpretes *s*) cur Minerua dicatur vel *Τριτωνὶς* vel *Τριτογένεια.* Sed poëta ludit in affinitate huius vocis et temperamenti illius, quod modo appellauit *τρία καὶ δύο.* Inde fingit inauditam vocem *τριτωνίζειν. Cas.* *ἐνετριτώνισε.* Quamuis ſit vox Comice conficta, nec proinde certam et definitam ſignificationem habeat, ſenſus tamen totius loci ſuadet, vt hic reddatur: *tribus aquae portionibus miſcuit* ſcil. vinum. *Kuſt.* Brunck. reddidit: Etenim Tritonia id [ſic enim pro *eum* e grammaticis legibus ſcribendum] *ter-*

---

tres aquae menſuras adhibebant. Graeci temperatum vinum vocant *κεκραμένον*, vel *κρᾶσιν*. Hodie tamen in Graecorum *ἰδιωτισμῷ* vinum generaliter appellatur *κρᾶσις*. *Cas.* Hoc temperamentum duarum vini, trium aquae, portionum inprimis Plutarchus Symp. Quaeſt. [VII, 9. T. III. P. II. p. 678. ſs. ed. Wytt.] laudat. *Vuil.* Eſt igitur vinum tribus aquae, duabus vini, menſuris temperatum.

s) Vid. Heyn. ad Il. IV, 515. vt Mythologos taceamus.

nauit. Vuil.: Das macht Tritogeneia hat ihn ſelbſt gedrittelt. Idem *πλακ. πίονος τομὸν* ſequ. v. vertit: dieſs Stück Speckkuchen.

1200. (1189. K.) *λαγῷα.* Sic dicunt Graeci abſolute leporinas, i. e. carnes *t*); et quoniam in pretio erant carnes leporinae, propterea natum prouerbium: *ἐν πᾶσι λαγῴοις.* Proprie eſt inuitantis, qui lautae menſae ſpem faciens leporinam affatim adſuturam dicat. *Cas.*

1202. (1191. K.) Citat h. l. Euſtathius ad Il. *A*, p. 9. *Kuſt.* Senſus: o anime, nunc ſcurrile quid excogita. Mox Cleon monſtrare aduerſario leporem vultu irridente cenſendus eſt, vt bene Vuil. monet.

1206. Dum cupide quaerit Cleon et circumſpicit, vnde legati veniant, Allantopoles ei leporem aufert, et, quaſi ille legatos detinere et ad ſe trahere velit, dicit *οὐκ ἐάσεις τοὺς ξένους;* nonne peregrinos ſ. hoſpites misſos facies?

1207. (1196. K.) Dum Cleo aliorſum ſpectat, interea leporinam ei ſurripit Allantopola et offert Populo. Idem iſte Allantopola dicit ſupra 743. *ἐφεύροντος ἑτέρου τὴν χύτραν ὑφειλόμην.* Vid. Not. ſequ. *Bergl.*

1209. (1198. K.) *τοὺς ἐκ Πύλου.* Nempe illos trecentos Lacedaemonios, de quibus initio Notarum in hanc fabulam. Quod autem hic aperte dicit de Cleone, id de eo allegorice dicebat Demoſthenes v. 55. *ἐμοῦ μᾶζαν μεμαχότος ἐν Πύλῳ Λακωνικὴν πανουργότατά πως περιδραμὼν ὑφαρπάσας, αὐτὸς παρέθηκε τὴν ὑπ᾽ ἐμοῦ μεμαγμένην. Bergl.*

1211. (1200. K.) *Τὸ μὲν νόημα.* Non asſentior interpreti, qui ſine vlla mutatione ex vſu communi hoc loquendi genus ſumtum ait. Sed familiare fuit dictum eorum, quibus poſt res magnas geſtas gloriae accesſionem amici gratularentur. Illi enim minuendae fatorum inuidiae et vitandae Nemeſi ſolebant dicere: *inventum quidem deorum eſt, ſed opera mea v*). *Cas.*

---

t) Cf. Phot. Lex. p. 147. et de prouerbio Veſp. 706.

v) Videtur locum quendam Tragici *παρῳδεῖν.*

Supra 108. *ὦ δαῖμον ἀγαθὲ, σὸν τὸ βούλευμ' οὐκ ἐμόν. Bergl.*

1212. F. *ἐγὼ δ' ἐκυνηγέτησ'* — *ego venatus fui.* Alter: *atqui ego praedam aſſaui. Reisk.* Videtur conſulto v. *κινδυνεύειν* vſus eſſe, quia ſimul ad captiuos e Pylo adductos reſpicit.

ὤπτησα. Quum hoc falſo dicatur, iocus omni caret acumine. Neque vero id populus curat, quomodo is, qui dona praebet, ea ſibi comparauerit, imo fraudem iſiciarii non improbat; in quo rurſus populi Ath. ingenium bene expreſſum eſt. *Vuil.*

1213. (1202. K.) Varia ſignificat *παρατιθέναι*, ſed fere dicitur de cibis qui menſae apponuntur, et *παράθεσις* eſt miſſus vnus: ſic hic accipitur. Senſus eſt autem: etſi multi circa appoſitum cibum laborauerint (nam exempli cauſa leporem alius excitauit, alius fortaſſe cepit, tum alius parauit, poſtremo aliquis menſae appoſuit), omnem gratiam cedere ei qui offerat et menſae apponat. *Cas.* Abire iubet Cleonem.

1214. *ὑπεραναιδεσθήσομαι.* Elegans verbum et novum. *ὑπερτρέχεσθαι* eſt, vinci in certamine curſus. Ad ſimilitudinem huius et ſimilium verborum *ὑπεραναιδεῖσθαι* finxit poëta pro *ſuperari impudentia. Cas.*

1215. (1204. K.) L. *τί οὖν; quid tum? Reisk.*

1216. Praeter exſpectationem additur *καὶ τὴν γαστέρα* (ſcil. *σου*). Nam exſpectandum erat: rempublicam. *διακρίνειν* eſt diiudicare, decernere.

1219. Vterque igitur *κίστην* (h. e. *ἀγγεῖον, ἐν ᾧ τὰ βρώματα κεῖται, ἢ ἱμάτιά τινα* Phot. Lex. p. 124. add. Intpp. Tho. M. p. 532.) attulerat, quam explorari nunc vult Allantopoles (*βασανίζειν* enim eſt i. q. *δοκιμάζειν* et aeque de rebus quam de hominibus dicitur, v. Zonar. I, 379.), vt populus omnino (v. Moeris in *Ἀμέλει* p. 66. ibique Sallier. et Zeun. ad Viger. de Idiot. p. 382. f.) recte iudicare poſſit, ab eo nempe ſe magis amari cuius omnem ciſtam repererit vacuam.

1227. (1214. Br.) Vulgo ſic legitur: *φέρ' ἴδω, τί οὖν ἔστ'; — ἀλλά γ' οὐχ ὁρᾷς κενήν;* At membr. exhibent: *φέρ' ἴδω, τί οὖν ἔνεστιν; — ἀλλ' οὐχ ὁρᾷς κενήν.*

Optima lectio, modo negatio eliminetur, ita vt phrasis affirmatiua sit, non interrogatiua: *φέρ' ἴδω, τί οὖν ἔνεστιν; ἀλλ' ὁρᾷς κενήν x).* Aptius est verbum *ἔνεστιν* et versus longe modulatior. In C. scriptum: *φέρ' ἴδω, τί οὖν ἔστιν; — ἀλλ' οὐχ ὁρᾷς κενήν. Brunck.*

1223. (1222. K.) *ὦ παππίδιον.* Sunt multa vetustissimorum vocabula, quae gallicus sermo aut illa leuiter corrupta retineat aut etiam omnino. Sic illa prima vocabula, quae pueri balbutientes conantur eloqui, *Papa* et similia, plane sine vlla mutatione apud Graecos fuerunt, vnde in vsu remansit vox *Papa* aut *Pappa*, quae ab iis vsurpatur, qui blandiantur: cuius deminutiuum est *παππίδιον* hoc loco. *Cas.*

1224. (1213. K.) *τὰ τοῦ δήμου φρονεῖ y).* Quod non esset ditatus in administratione reipubl., argumentum summum viri boni. Sic apud historicos hoc ipsum notatur, et laudatur Plotinae, vxoris Traiani, vox [Dion. Cass. 62, 5. p. 1123. T. II. Reim.], quae palatium primum ingrediens: *Sic*, inquit, *dii dent exire ex hoc loco, vt nunc ingredior. Cas.*

1226. (1218. Br.) *ὅσων πλέα.* Sic tres codd. Vulgo *ὅσον z).* Genitiuus *τῶν ἀγαθῶν* pendet ab admirandi aduerbio *οἴμοι. Brunck.*

1227. (1216. K.) *τὸ χρῆμα τοῦ πλουτοῦντος.* Phrasis Attica *τὸ χρῆμα τοῦ λέοντος ingens leo, τὸ χρῆμα τῶν νυκτῶν, magnae noctes a).* Et saepe Plautus: *Res voluptatum*, i. e. *voluptas. Cas.*

---

x) Praestat lectio Rav.: *φέρ' ἴδω, τί οὖν ἔνεστιν; — οὐχ ὁρᾷς κενήν, ὦ παππ.;* interrogatiue; *ἀλλὰ* ex interpretamento accessit.

y) Proprie: cista commodis populi fauet, h. e. dominum consulere vnice populo. *φρονεῖν τά τινος* est omnino, a partibus alicuius stare, fauere ei, commodis eius prospicere. Cf. Sturz. Lex. Xenoph. IV. 491.

z) *Ὅσον πλ.* Legendum *ὅσων πλέα. Bergl.* Leg. *νυν* enclitice [nam ante Br. fuit *ὁρᾷς νῦν*] et *ὅσων. Reisk.*

a) Vid. ad Nub. v. 2. *Bergl.* Periphrasi inseruit, et magnitudinis notio potius in adiectis inest. Cf. quae Hoogev. et Zeun. ad Viger. p. 157. collegerunt. *ἀποτίθεσθαι* est reponere, recondere.

1228. (1220. Br.) *τυννουτονί.* Sic emendate ſcriptum in codd. Vulgo *τυνουτονί.* In hac voce ſaepe peccarunt typothetae. *Brunck.*

1230. (1222. Br.) *σμικρὸν* [vt Br. ed.]. Vulgo *μικρόν.* *Brunck.*

1233. (1222. K.) *τὺ ἐστεφάνιξα b*). Obiicit Cleoni *δωροδοκίαν*, et quoniam affines ſunt voces *δῶρον* et *δωριστὶ*, hoc effert verbis Doricis. *Τὺ* Doricum eſt pro *σὺ*, vnde Latinorum *tu.* Sed Dores etiam in Accuſat. caſu *τὺ* pro *σὲ* dicebant, quod eſt ap. Theocritum. Sequens eſt deinde *στεφανίζειν* pro *στεφανοῦν*, Dorice. *Cas.* Supra 985. et 991. (998. 1005.) alluſione vocis *Δωριστὶ* ad *δωροδοκεῖν* perſtringebat Cleonem tanquam munerum captatorem dicebatque eum non niſi Doricam potuiſſe addiſcere Muſicam. Hic etiam verbo *δωρήσασθαι* alludit ad *Δωρίζειν* et Dorice ad eum dicit *τὺ* pro *σὲ*, item *ἐστεφάνιξα* pro *ἐστεφάνισα* a *στεφανίζω*, quod eſt *στεφανοῦν*. Ex Scholiis. *Bergl.* Coronam dediſſe Populus ei videtur, quam ſemper geſtaret, in documentum ſuorum in remp. meritorum. Hanc ei detrahi et imponi Allantopolae vult, qui Cleonem *μαστιγίαν* h. e. hominem nequam vocat (v. ad Ran. 504.).

1258. (1227. K. 1250. Br.) *Φράζων, ὑφ' οὗ δεήσει μ' ἡττᾶσθαι μόνον.* Metrum aperte vitioſum eſt: nam in quarta ſede ſpondeus eſt *c*). Hoc transpoſitione ſanari non poteſt, quod nulla vox in fine vocalem brevem habeat, quae ante *μ' ἡττᾶσθαι* collocari poſſit. Non habeo quod dicam: niſi ſuſpicari licet, *φράζων* eſſe e gloſſa, et poſt *δεήσει* ponendum eſſe *δῆτα*, hoc modo: *ὑφ' οὗ δεήσει δῆτά μ' ἡττᾶσθαι μόνον,* vel *δεήσ' ἔμ' ἡττᾶσθαι.* Nam diphthongus ap. Ariſtoph. et alios ſaepe per

---

b) Obiicit Cleoni *δωροδοκίαν*, et quoniam adfines ſunt voces *δῶρον* et *δωριστὶ*, e quibus iocum iam ſupra arcesſiuit v. 987. (998.), hic *δωρίζει* Comicus, vt eamdem rem innuat. Vel, quod probabilius videtur, ſumtus eſt hic verſus e poëta aliquo Dorico. *Brunck.* Ad Cleonem haec Populus dicit; is reſpondet: furatus ſum at certe commodo publico.

c) Fruſtra aduerſatus eſt Inv. qui vulgatum retinuit. De his elementis rei metricae non eſt pugnandum cum iis, qui ea ignorant aut codicum vitiis adhaerent.

apostrophum abiicitur. *Duck. d*). Vulgo legitur, metro pessumdato: φρ. ὑφ᾽ οὗ δεήσει μ᾽ ἡττ. μ. Nihil variant codd., nisi quod in membr. non melius scriptum est δεήσειν ἡττᾶσθαι, omisso pronomine. Numeros, quorum deprauationem non animaduerterant interpretes, facile restitui: φράζων, ὑφ᾽ οὗ με δεῖ ποθ᾽ ἡττᾶσθαι μόνον. *Brunck.*

1239. (1228.) τοὐμόν γε φράζων ὄνομα. Scit hoc Allantopola ex praelectione Demosthenis v. 197. *Bergl.*

1241. (1230. K.) εἴ τι ξυνοίσεις. Schol. εἰ συμφωνήσεις, εἰ μεθέξῃ (si congrues, si participabis). Sophocl. Aiac. 430. vbi Aiax loquitur: αἴ, αἴ· τίς ἄν ποτ᾽ ᾤετ᾽ ὧδ᾽ ἐπώνυμον Τοὐμὸν ξυνοίσειν ὄνομα τοῖς ἐμοῖς κακοῖς, vbi Scholia: ξυνῳδὸν ἐσόμενον *conueniens futurum. Bergl.*

1242. ἐκπειράσομαι. Praegnans verbum, pro, *interrogando periculum facere. Cas.*

1243. (1233. Br.) ἐφοίτας ἐς τίνος διδασκάλου; Ellipsis *e*). Sic in Nubb. 964. βαδίζειν εἰς κιθαριστοῦ. Mox hic ἐν παιδοτρίβου. *Bergl.* Absolute etiam intelligi possit: *an, puer quum esses, frequentasti ludum aliquem?* Sicque scribendum esset ἔς τινος, vt est in B., sensu haud deteriori. *Brunck.*

1244. (1233. K.) Loci huius meminit Suidas V. Εὕστρα et V. Ἡμφιεσμένην *f*). Εὕστρα autem apud veteres proprie notabat locum, vbi porci depilandi vel amburebantur vel aqua feruenti perfundebantur: ab εὕειν, *vrere, torrere g*). Eadem tamen vox latiori significa-

---

d) Leg. ὑφ᾽ οὗ με δεήσει ἡττᾶσθαι μόνον, ob metrum. *Reisk.* ὑφ᾽ οὗ δέησε (pro ἐδέησε) μ᾽ ἡττ. μ. infeliciter coniecit Fiorillo ad Herod. Att. Reliqu. p. 76. — Forte tantum μ᾽ ex interpretamento additum est.

e) Subintelligitur: *scholam, ludum.*

f) Item Zonaras I. p. 912. vbi explicat: ἐπαιδευόμην, ἀπὸ τῆς μουσικῆς, et εὕστρα dicit esse τὸ βαδιστήριον, ἢ φλογίστρα. *Culinas* reddunt.

g) Antiquum verbum (εὕειν) *siccare, vrere;* εὕστρα culina, locus vbi igne aliquid fit. Vulgo sic vocabatur locus, vbi mortui cremabantur. Latine *bustum* et *culina.* Schol. capit pro loco, vbi adolerentur hostiae, quod minus probum. Sciendum autem hic describi abiectissimi mortalium edu-

tione etiam accipiebatur pro loco, vbi quaeuis animalia mactabantur vel jugulabantur et excoriabantur: vt innuit Schol. ad hunc locum. Huc quoque spectat nota illa Hesychii, in qua *εὕσοντας* (quod est ab *εὕειν*, vnde *εὕστρα*) exponit *ἐκδέροντας*, i. e. *excoriantes*. *Kust.* *κονδύλοις ἡρμοττόμην*. Exaggerat vilitatem huius isiciarii [coqui, qui magister isiciarii erat], qui solitus sit iuuenes *ἁρμόττεσθαι* i. e. *concinnare*. Hoc verbum ponitur pro *educari*, et elegantissime quidem. Nam *ἁρμόττεσθαι* proprie significat, fieri concinnum et corrigi: vnde *Harmostae*, Spartanorum magistratus nomen. Sed qui liberaliter instituuntur, illi ad virtutem *ἁρμόττονται* verbis, non verberibus, iste vero *κονδύλοις*, in quo etiam est ignominia. Nam in aedibus patris familias diuersa fuit ratio castigandi liberos et seruos. *Cas.* In Vesp. 254. *κονδύλοις νουθετήσεθ᾽ ἡμᾶς h*). Verbum autem *ἡρμοττόμην i*) sumsit ab arte musica; supra 985. *ἁρμόττεσθαι τὴν λύραν*. *Bergl.*

1245. (1234. K.) *ὥς μου ὁ χρησμὸς ἅπτεται φρενῶν*. Eurip. Rhes. 916. *Φιλάμμονος παῖ, τῆς ἐμῆς ἥψω φρενός* *cruciasti animum meum*. Aliter Avv. 467. *ἔπος τι, ὅ τι τὴν τούτων θραύσει ψυχὴν k*). *Bergl.*

1246. (1235. K.) *ἐν παιδοτρίβου l*). Scilicet, *γυμνασίῳ*. Duo enim genera apud veteres erant ludorum; alterum ad animum, alterum ad corpus pertinuit. Corporis ludum Graeci proprie *γυμνάσιον* appellarunt;

---

cationem, qui quidem primos annos egerit in vstrinis mortuorum, i. e. qui tam pauper fuerit, vt calefaciendi se caussa vstrinas illas frequentaret, aut victum raperet e sacris parentalibus, aut e silicerniis misere viueret. *Cas.* Imo, quod a coquis in culinis sit alapis educatus, notat. v. 293.

h) *κόνδυλος* est *pugnus*, *παρὰ τὴν κάμψιν τῶν δακτύλων*. Etym. M. p. 528. vnde Zon. II, 1231. Vno verbo dici potuit *κονδυλίζεσθαι*. v. Tho. Mag. p. 545. s.

i) *ἡρμοττόμην* melius quam *ἡρμοζόμην* dici monet Photius Lex. p. 60.

k) Haec Cleonem pro se dicere, et auersum ab Allantopola, sequentia rursus ad eum conuersum, in promtu est.

l) Quod versui huic vulgo praemittitur *εἶεν*, extra versum positum fuit. Vnius Rav. auctoritate omisit Inv.

quia in illis pudore poſito nudi ſe exercebant, et praefectus ei ludo dictus *γυμναστὴς* vel *παιδοτρίβης*, quia pars maxima eius curae fuit in terendo et fricando corpore. *Cas.*

1247. (1239. Br.) *κλέπτων ἐπιορκεῖν.* Sic B. C. *m*) Vulgo: *κλέπτειν, ἐπιορκεῖν* — Supra 428. *ὅτιὴ 'πιώρκεις θ' ἡρπακώς. Brunck.* *βλέπειν ἐναντίον* [vt vulg.]. Eurip. Mede. 469. *Οὔτοι θράσος τόδ' ἐστὶν οὐδ' εὐτολμία, Φίλους κακῶς δράσαντ' ἐναντίον βλέπειν* [obtueri]· *'Αλλ' ἡ μεγίστη τῶν ἐν ἀνθρώποις νόσων Πασῶν ἀναίδεια* — V. ſupra 292. *Bergl.*

1248. (1237. K.) Verſus eſt ex Eurip. Telepho *n*) teſte Scholiaſta. *Brunck.* In *Λύκις* alludit ad *λύπις* et *λύπην*. *Reisk.* Haec nimis quaeſita ſunt. Caet. et hunc verſum pro ſe Cleon dicit. *ἐξανδρούμενος* hinc explicat Zonar. I. 166. *τὴν ἡλικίαν ἔχων εἰς ἄνδρα,* vbi Eurip. loca laudauit Editor. *ἔχειν τέχνην* eſt, artem profiteri, exercere.

1250. (1242. Br.) *κἀβινεσκόμην.* Sic ſcriptum oportuit. Vulgo *καὶ βινεσκόμην* *o*). Berglerus apoſtrophum, eliſi augmenti indicem, interpoſuit. V. not. ad 270. *Brunck.* Quod Schol. annotauit ſupra ad v. 426. id huc magis conuenit: *notare vult eius impudicitiam, vt qui praeter aetatem muliebria ſit paſſus.* Loquitur autem ibi de eodem Allantopola. *Bergl.*

1251. ſ. Hos verſus pro ſe Cleon eloquitur.

1252. (1241. K.) Verſus ſumtus ex aliquo Tragico, et quidem, vt videtur, leuiter immutatus. Nam auctor primus ſcripſerat: *λεπτὴ σανίς τις ἔστ', ἐφ' ἧς ὀχούμεθα, tenuis quaedam eſt tabula, qua vehimur.* Proprie dicitur de paſſis naufragium, qui disiecta naui tabellam miſeram prehenderint, eiusque auxilio enare conentur. *Cas.* Ariſtophanes ap. Athen. XII. p. 551. *ὡς σφόδρ'*

---

m) Ita et e Rav. et *ἐναντία* pro *ἐναντίον* editum.

n) Fragm. VI. ex ed. Musgr.

o) Hanc antiquam lectionem reuocari et verba ita distingui vult Schäfer. ad Schol. Apoll. Rhod. II. p. 175. *'Αλλ. ἠλλαντοπώλουν καὶ — Κλ. τί; Α. καὶ βινεσκόμην.* Nam in hac forma Imp. augmentum ſolet omitti.

ἐπὶ λεπτῶν ἐλπίδων ὀχεῖσθ' ἄρα. Eurip. Oreſt. 68. — *ὡς τά γ' ἄλλ' ἐπ' ἀσθενοῦς Ῥώμης ὀχούμεθ'* (infirma ope vehimur), *ἤν τι μὴ κείνου πάρα Σωθῶμεν p*). *Bergl.*

1254. (1243. K.) Friſchlinus et quidam editores vocem *Πύλαις* pro nomine proprio loci hic accipiunt, quibus non asſentior. Quamuis enim non ignorem, vrbem *Πύλαι* memorari a veteribus Geographis, hic tamen ea voce non notari vrbem ſic dictam, ſed *portas vrbis*, perſuaſum habeo. Nimirum interrogatus a Cleone Agoracritus, vtrum farcimina in *foro*, an ad *portas vrbis* vendidiſſet, reſpondet, *ad portas vrbis q*); hoc ipſo priſtinae conditionis ſuae vilitatem indicans. Solebant enim olim vilisſimae ſortis homines merces ſuas friuolas ad portas vrbium venum exponere: quod hodieque adhuc fieri quotidie videmus. Confer etiam v. 1395. (1409.), vbi eadem phraſis occurrit *r*). *Kuſt.*

1255. (1244. K.) *τάριχος.* Iungit ſalſamenta cum nullius pretii mercibus ſuis Iſiciarius, quia ſalſamenta erant tenuiorum cibus. *Cas.*

1256. *πέπρακται* eſt: oraculum ratum factum eſt, euentum habet.

1257. (1146. K.) *κυλίνδετ' εἴσω.* Animum deſpondens Cleo, cum videret penitus ſe victum, haec profert famulos ſuos alloquens: *Haec agite, deferte me domum, vt oculis hominum me eripiam.* Sed ad maiorem contemtum dicit, *voluite me s*). Eſt autem ver-

---

p) Translatam eſſe hanc locutionem *ὀχεῖσθαι ἐπ' ἐλπίδος* ab alia *ἐπ' ἀγκύρας ὀχεῖσθαι*, monet Porſon. ad Eurip. Or. 68. atque illam copioſe illuſtrat.

q) Vt hominem omnibus modis contemtum ostendat, negat fuiſſe, vnde inter legitimos iſiciarios haberetur, ſed inter miſellos verſatum, qui ad portas exponunt ſuas merces transeuntibus. *Cas.*

r) Eum locum etiam *Bergl.* contulit.

s) Cleon cenſendus eſt ita perterritus eſſe oraculi euentu, vt vix pedibus conſiſtere, nedum abire poſſit. Hinc vult ab aliis, qui forte adſtabant, intro volui (fortasſis machinarum ſcenicarum ope), id quod poſtea factum eſt. Scheid. ad Lennep. Etym. p. 85. exiſtimat in v. *κυλίνδετ'* reſpici ad etymon voc. *ἀλλᾶς* (in *ἀλλαντοπώλουν* 1250.), quod pr. ſit *vol-*

ſus Euripidis ex illius Bellerophonte *t*). Simul autem haec dicens capiti ſuo coronam detrahit. *Cas.* Haec intelligenda ſunt cum relatione ad ſcenam, in qua fabula haec acta fuit. Dicit enim Cleon de ſe: *Intro ducite hunc infelicem*, i. e. *e ſcena et conſpectu ſpectatorum me ſubducite; quoniam fabula mea finem nunc habet.* Neque in ſequentibus perſona Cleonis in ſcena amplius apparet. Caeterum *κυλίνδετ' εἴσω τόνδε* etc. eodem ſenſu hic dictum eſt, quo in Thesm. 272. *εἴσω τίς μ' εἰςκυκλησάτω. Kuſt.*

1258. *καί σ' ἄκων.* *καὶ* hic accipio pro *etſi*, cuius ſignificationis plura exempla adſert Graev. ad Heſiod. *Ἐργ.* 357. Adde ſupra ad Nub. 1429. *Duck.* Tum poſt *ἄπιθι* comma eſt ponendum.

1259. ſ. (1251. Br.) Parodia verſuum Euripidis in Alceſt. 179. *v*):

θνήσκω· σὲ δ' ἄλλη τις γυνὴ κεκτήσεται,
σώφρων μὲν οὐκ ἂν μᾶλλον, εὐτυχὴς δ' ἴσως.

Brunck.

1261. (1250. K.) *νικητήριον.* Sic vocant Graeci praemium victoriae. *Palma* Latinis generale nomen eſt. *Cas.* Supra 108. *ὦ δαῖμον ἀγαθέ, σὸν τὸ βούλευμ', οὐκ ἐμόν. Bergl.* Scenae ſecundae initium Francog. interpres hic conſtituit.

1262. *ὦ χαῖρε.* Alludit ad formulam vſitatam in renuntiando victore in ludis Olympicis: *τήνελλα καλλίνικε χαῖρε. Cas.* Verſus hi vulgo tribuuntur choro, qui, quum adiuuiſſet Allantopolam, dicere poterat eum per ipſum eſſe virum factum, et, quoniam vnus (choragetes) loquitur, optare potuit vt fieret *φανὸς ὑπ. δικῶν*. Invern. auctoritate Rav. cod. Demoſtheni tribuit, ſed

---

vens ſe, volutum in gyrum, vt farcimina conuoluta eſſe ſolent.

t) *τόνδε.* Seipſum dicit. Schol. dicit eſſe ex Bellerophonte Eurip. *Bergl.* Idem *Brunck.* monet. v. Fragm. Eurip. Bell. 2.

v) Idem ex Schol. monuerant *Cas. Kuſt.* et *Bergl.* Alloquitur moriens Alceſtis maritum: *te quidem alia habebit vxor, non caſtior illa me, ſed fortasſis felicior.*

mirum eſt, eum, vt antea, ſic nec in hac ſcena vsquam praeterea conſpici. Formulam ὦ χαῖρε illuſtrat Porſon. ad Eurip. Or. 470.

1263. (1252 K.) Supra 178. εἰπέ μοι, καὶ πῶς ἐγὼ, ἀλλαντοπώλης ὢν, ἀνὴρ γενήσομαι; *Bergl.* βραχὺ eſt ὀλίγον vt Zonar. I. p. 407. hunc locum reſpiciens interpretatur, *exiguum, modicum*.

1264. (1253. K. 1256. Br.) Φαίνω eſt verbum fori et ſignificat *deferre aliquid:* vnde φάντης *delator* eſt; inde et φανὸς, *laterna x*), per quam lux incluſa transmittitur. Hic φανὸς eſt *delator*. Ὑπογραφεὺς eſt *ſubſcriptor:* quomodo apud Latinos dicimus: *Subſcribere in crimen alicuius. Cas.* Symmachus apud Schol.: *videtur iſte fuiſſe ſcriba aliquis: eſt autem vnus ex illis, quorum raro admodum fit mentio.* In Vesp. 1215. nominatur aliquis Phanus, qui videtur paraſitus fuiſſe. v. ibi Not. Alludit autem ad v. φαίνειν, quod pro συκοφαντεῖν vſurpatur, vt in Acharn. 826. τιὴ μαθὼν φαίνεις ἄνευ θρυαλλίδος. Sic etiam Avv. 1693. finxit vocem Φαναί, quaſi nomen proprium loci alicuius, eodem ſenſu. *Bergl.* Φανὸς proprium viri nomen eſt, quod occurrit etiam in Vesp. 1220. quo ex loco coniicere poſſis, ſcribam illum fuiſſe Cleonis familiarem. Si nomen fictum non eſt, nulla hic eſſe posſit adluſio ad v. φαίνειν, delatorum et ſycophantarum proprium, cuius ſignificationis in exemplum hunc locum citat Euſtathius ad Odyss. Θ, p. 1607, 16. ed. Rom. *y*) ὅτι δὲ οἱ ὕστερον Ἀττικοὶ οὐκ ἀγαθὴν λέξιν εἶχον τὸ φαίνειν, δηλοῖ καὶ ὁ συκοφάντης, καὶ ὁ παρὰ τῷ Κωμικῷ Φανὸς ὑπογραφεὺς δικῶν. *Brunck.*

1265. (1254. K.) Ἀγοράκριτος. Nomina compoſita in τος ſignificationem paſſiuam habent. Nam vetus poëta qui θεόκριτος poſuit pro θεοκριτής, barbare vſurpauit hanc vocem. Sic igitur Agoracritus is dicitur, qui nouis ſubinde accuſationibus reus ſemper eſt in foro, i. e. de cuius vita frequenter habentur comitia *z*); quod improbi ciuis ſignum eſt. *Cas.*

---

x) vid. Photius Lex. p. 466.

y) Eum locum iam laudauerat *Kuſt.*

z) Iudicia potius.

1266. (1255. K.) *Ἐν τῇ ἀγορᾷ κρινόμενος ἐβοσκόμην.* Hoc difficultatem nonnullam habet. Frischlinus: *in foro nutritus sum pro iudice.* At *κρινόμενον* a Graecis dici pro iudice, nusquam lego: Casaub. exponit de eo, qui frequens accusatur, quod improbi ciuis signum est, vt ait: cui quidem expositioni non repugnat significatio vocis graecae, quae compluribus locis ita sumitur, sed obstat, quod addit *ἐβοσκόμην.* Nam quomodo is, qui accusatur in iudicio, potest dici accusationibus *βόσκεσθαι, ali?* Nec semper improbi ciuis signum est, crebro accusari, cum Catonem Censorium fere quinquagies apud populum accusatum tradat in eius vita Plutarchus [c. 15. vbi vid. Xyland.]. Atque ideo apud Comicum hac voce denotari puto *litigatorem, sycophantam, accusatorem,* qui accusationibus et delationibus victum sibi quaerit. Nam *κρινόμενος* Graecis dicitur tam de accusatore quam de reo. Lucian. Anach. p. 281. ed. Amst. [Graev.] *δέδοται λόγος ἑκατέρῳ τῶν κρινομένων.* et de Calumn. p. 407. *τὸ ὁμοίως ἀμφοῖν ἀκροᾶσθαι καὶ τὸ τὴν εὔνοιαν ἴσην τοῖς κρινομένοις ἀπονέμειν. Duck.* a). *ἐν τῇ ʼγορᾷ.* Istone modo, an *ἐν τῇ ἀγορᾷ* [vt ol. vulg.] sine elisione scribatur, nihil interest. Sed praua est codd. scriptura *ἐν τἀγορᾷ. Brunck.*

1267. (1259. Br.) *τοίνυν ἐμαυτόν.* Sic tres codd. Vulgo particula *γε* inseritur [*τοίνυν γ' ἐμ.*]. *Brunck.*

1268. *τουτονί.* Adhuc igitur Cleon in scena mansit. Nunc abstractus esse videtur.

1271. (1260. K. 1263. Br.) Ad h. l. respexit Eustath. ad Odyss. Φ. p. 1909, 55. vbi ait: *καθά που καὶ ὁ Κωμικὸς Κεχηναίους ἀστείως τοὺς Ἀθηναίους παρῴδησε. Kust.* Salse et irrisorie pro *Ἀθηναίων,* formato nomine a *κέχηνα* b), quod de stultis, et imprudentibus saepe vsurpat Comicus. *Brunck.* Vtitur autem hoc verbo, vt

a) Bene Vuil. reddidit: weil ich von Händeln auf dem Markte lebte (nimirum furtis, periuriis, falsis testimoniis, delationibus.)

b) Quasi *Ἀθηναίων,* a *κέχηνα,* quod est a *χαίνω,* et significat saepe apud Comicum, supino animo esse in rebus seriis et aliud agere. *Bergl.* Medium praeteritum *τοῦ χαίνω, κέχηνα,* vnde ridiculum hoc nomen finxit poëta. Athenienses

aut homines qui nihil cogitant ſecum ſed disſipati ſunt, aut ſimplices, qui quibusuis hominibus fidem habeant ſeque committant, denotet. *Vuil.*

1272. (1261. K.) Citat Suidas V. *Προςόδια c*). *Kuſt.* Ex Pindaro ſumtus verſus, cuius eſt ſententia, *et incipientem et abſoluentem aliquod ſuaue opus eſſe bonos laudare.* Caeterum multi velut prouerbialem hunc verſum vſurparunt, Ariſtophanes hic, Dionyſius Chalcus in Elegiis et ex eo Athen. lib. vlt. [extr. p. 573. T. V. Schweigh.]. Hic autem poëta Equites laudat, qui partibus ſuis fauebant, malos contra aliquos acerbe vituperat, paupertatem et ſordes aliis obiiciens, aliis flagitia, aliis ſcelera. *Cas.* Sumta ſunt haec e Pindaro, teſte Schol., qui Lyrici verba profert *d*):

τί κάλλιον ἀρχομένοισιν
ἢ καταπαυομένοισιν,
ἢ βαθύζωνόν τε Λατὼ
καὶ θοᾶν ἵππων ἐλατῆρας ἀεῖσαι.

Brunck.

1274. (1263. K.) Aeſchylus Pers. 32. *ἵππων τ' ἐλατὴρ Σωσθάνης.* *Bergl.*

1275. *Λυσίστρατον.* Hic fuit pauper. In Acharn. 855. et 857. *Λυσίστρατός τε — ῥιγῶν καὶ πεινῶν ἀεὶ κ. τ. λ.* *Bergl.* Plura de eo in Veſpis. *Vuil.* Ad *ἐς Λυσίστρατον* ſupplendum e ſenſu *εἰπεῖν.* Non exſpectata eſt horum cum antecedd. coniunctio.

1276. (1265. K.) *e*) *Θούμαντιν.* Et iſte pauper erat,

---

enim vocat *Κεχηναίους*, ſtultitiām illis exprobrans et quod vana ſemper ſpe penduli noua conſilia inirent. *Cas.*

c) V. 1272. vulgo praefixum *Ἡμίχορος*, item v. 1300., et verſui 1284. ac 1311. *Χορὸς* — Inv. omnes verſus 1272—1299. Choro, 1300—1327. Semichoro tribuit, auctoritate cod. Rav., non analogiae aliorum choricorum carminum convenienter. Verius Vuil. obſeruat, v. 1272—1283. vnam partem chori, 1300—1310. alteram ceciniſſe, reliqua declamaſſe chorageten. Praemittitur huic verſui vulgo: *Ὠιδὴ καὶ στροφὴ κώλων ι.*

d) Idem monet *Bergl.* add. Pind. Fragmm. ex Proſodiis ed. Heyn. n. V. p. 47.

e) Vulgo hic et ſequ. vnum verſum efficiunt. Diuiſit Inv. et

fatidicus, vt ait Schol. Macrum eum etiam fuiffe patet. Athenaeus XII. p. 551. citat Hermippi Comici locum: — βοΐδια Λεωτροφίδου λεπτότερα καὶ Θουμάντιδος (boues Leotroph. de exiliores et Thumantide). *Bergl.*

1278. (1266. K.) λυπεῖν. F. λακεῖν aut ἀΰτειν *profari. Reisk.* Infeliciter.

1279. Debebat certe in ed. Lips. interpungi: οὑτοσ', ὦ φίλ' Ἄπ. Sed non potuit ἰ in οὑτοσὶ elidi. Itaque aut οὗτος, ὦ φ. Ἀ., (vt Hotib. qui aliter haec diuifit, v. Add.) aut vulg. οὑτοσὶ, φ. Ἀ. reponendum eft.

1280. (1271. Br.) θαλεροῖσι δακρύοισιν [vt ed. Br.]. Vulgo δακρύοις, deficiente ad metri integritatem fyllaba, vt e comparatione antitheticorum verfuum [ex ed. Br.] liquido patet.

πεινῆ θαλε | ροῖσι δακρύ | οισιν.
τοὺς δ' ἀντιβο | λεῖν ἐᾶν ὁ | μοίως.

In A. C. etiam fine paragoge θαλεροῖς. *Brunck.* Retinuit vulgatum Inv., ratus antiftrophicos verfus non femper fibi refpondere debere.

1281. (1269. K.) σᾶς ἁπτόμενος. Erat moris in fupplicando, manus vel genua vel mentum tangere vel haec omnia. Hic ridicule dicitur vota faciens Apollini manum admouiffe eius pharetrae. *Cas.* Cafaubonus ad Athen l. XII. c. 13. fcribit, hinc conftare, Thumantin fatidicam laurum Apollinis folitum mordere. Et ita folebant vates, vnde δαφνηφάγοι. v. ad Iuven. Sat. 7, 19. vbi eft, *laurumque momordit.* Videtur ergo παρὰ προςδοκίαν dixiffe φαρέτρας pro δάφνης. Nam Apollinem iratum pharetra vti fcribunt poëtae ad laedendos mortales: cuius pharetram tangere Thumantin forte dicit, quafi fame ab irato deo enectum. Aliter exponit Cafaub. ad h. l. *Duck.*

1282. Πυθῶνι, ἐν *f*), fcribit Hermann. de ellipfi et pleon. in Wolfii et Buttmann. Mufeo antiqu. ftudio-

---

τὸν ante ἀνέστ. addidit, e Rav. Sed ita antiftrophicus 1304. non congruit. ἀνέστιος eft domo carens, ὁ ἄοικος Zonar. I. 171.

f) Legitur vulgo vno verfu: Πυθῶνι ἐν, διὰ τὸ κακῶς πένεσθαι. Ita antiftrophicus congruit. Diuifit Inv. et articu-

rum I, I, p. 165. et antiquam fuiſſe hanc rationem loquendi ait, vt nominis datiuo adiungeretur aduerbium, vnde poſtea, quum aduerbia in praepoſitiones verti inciperent, exſtiterit *ἐν Πυθῶνι.*

1285. (1275. Br.) *g*) *ὅςτις εὖ λογίζεται.* Sic tres codd. Nec ſollicitanda videtur iſta lectio, quae ſic reſoluitur: *ἀλλὰ τιμὴν τοῖς χρηστοῖς εἶναι λογίζεται, ὅςτις λογίζεται εὖ quicunque recte iudicat.* Daweſio Miſc. Crit. p. 280. *h*) legendum videbatur *εἴ τις*, quod bonum, forte etiam viſitatius, nec tamen ideo contra codd. fidem reponi debuit. *Brunck.*

1286. (1275. K.) Verſum hunc et tres ſeqq. adducit Suidas V. *εἰ μὲν οὖν. Kuſt. i*). Fuit Athenis Arignotus quidam, homo malae famae. Filii huic duo, Ariphrades et Arignotus. Vtrumque hic traducere voluit poëta, ſed leuiter, et tanquam aliud agens. Aduertendum autem eſt, proprium nomen Ariphradis poni ab auctore, etiam poſt declaratam periphraſi eius perſonam. Huic autem obiicit neſandum Lesbiasmi crimen. *Cas.*

1287. (1274. K.) L. *ἄδηλος*, aut alias legendum erit *οὐδενὶ* pro *οὗτος* [*αὐτός*]. *Reisk.* Sequentia docent *ἔνδηλος* eſſe retinendum. Senſus: ſi ille homo, quem notare volo, notus omnibus eſſet, non mentionem facerem amici (Arignoti ſcilicet).

1288. *Ἀρίγνωτον.* Hunc fuiſſe citharoedum ait Scholiaſtes. Comicus hic fratrem Ariphradis dicit eſſe. Eorum pater fuit Automenes, cui Comicus in Vesp. 1275. dicit, tres fuiſſe filios, vnum citharoedum, qui ſine dubio eſt iſte Arignotus, alterum hiſtrionem, ter-

---

lum *τὸ*, qui abeſſe nullo modo poteſt, auctoritate Rav. omiſit.

g) Non debebat *Χρηστοῖς* maiuscula littera initiali in ed. Lips. ſcribi. Verſui praecedenti vulgo praemittitur: *Ἐπίῤῥημα ἐκ στίχων ις'. Τετράμετροι τροχαϊκοὶ καταληκτικοί.*

h) P. 275. ed. ſec. vbi confert Soph. Aiac. 826. *εἴ τῳ καὶ λογίζεσθαι σχολή.*

i) *πολλὰ καὶ κακὰ* ſunt multa et quidem mala; forma loquendi ſaepe recurrens.

tium Ariphradem. Caeterum hunc *Arignotum* notum omnibus esse dicit, alludens ad significationem vocis *ἀρίγνωτος*, i. e. *valde notus k*) aut *notabilis. Bergl.*

1289. (1276. K.) Prouerbium est de rebus notis, vt ait Scholiastes: *ὅστις οἶδε τὸ λευκὸν ἢ τὸ μέλαν.* Matron ap. Athen. IV. p. 135. de Sepia: *ἣ μόνη ἰχθὺς ἐοῦσα τὸ λευκὸν καὶ τὸ μέλαν οἶδεν l*). — *ἢ τὸν ὄρθιον νόμον.* Erat modulatio quaedam, quasi dicas *suscitatoria m*). Facit autem eius mentionem, quia etiam erat res nota et quia de Musico loquitur. *Bergl.*

1291. (1278. K.) Quae Aristophanes hic de Ariphrade narrat, adeo obscura sunt et turpia, vt densissimis ea tenebris inuoluere praestet, quam aliis explicare. Confer interim Suidam V. *Ἀριφράδης n*). *Kust.* Vitiose et confuse ex Aristoph. et Schol. multa descripsit Suidas h. v. Portus notauit eum emendandum esse e Scholiis. Kusterus tantum subiicit verba Comici: de iis, quae e Schol. praue relata sunt, nihil monet. Hanc autem foeditatem oris et linguae alia voce *λεσβιάζειν* dici notat Casaubonus ad Athen. lib. V. c. vlt. vbi Athenaeus, Ariphradis *τὴν περὶ τὰ φαῦλα σπουδὴν* notans [p. 346. T. II. Schweigh.], hoc flagitium intelligit. Laërtius Prooem. n. 5. *τὰ αἰσχρουργούμενα τῷ τῆς φωνῆς ὀργάνῳ.* v. ibi Kuhn. et Mericum Casaubonum. Scholiastes Luciani ad Pseudolog. p. 42. [T. III. p. 164. ed. Reiz.] ad verbum descripsit Suidam. *Duck.* *πονηρὸς — βούλεται.* Andocides de Mysteriis [p. 46, 10. T. IV. Orr. Gr. Reisk.] *ὁ πάντων πονηρότατος καὶ βουλόμενος τοιοῦτος εἶναι. Bergl.*

1293. (1280. ss. K.) In Vesp. 1278. *Ἀριφράδην — ὤμοσε, μαθόντα παρὰ μηδενὸς, ἀλλ' ἀπὸ φύσεως σοφῆς*

---

k) Ita legitur hoc vocab. Hom. Il. 13, 72. vbi v. Heyn.

l) Hinc sic interpretatur Vuil.: Der was weiss und schwarz ist, weiss. Sed *Reisk.* ad h. l. „*τὸν λευκόν.* Fuit enim in musica modulus aliquis candidus dictus."

m) Adhibebatur inprimis in praeliis. *Vuil.* Cf. Burette Mém. de l' Acad. d. Inscr. X, 285. ff.

n) V. paullo ante ad 1275. (1288.). *Bergl.* Et hoc vocab. proprie appellatiuum est et *admodum manifestum, notum,* indicat. v. Hom. Il. 23, 240.

αὐτόματον ἐκμαθεῖν γλωττοποιεῖν, εἰς τὰ πορνεῖ' εἰσιόνθ' ἑκάστοτε. *Bergl.*

1295. (1282. K. 1285. Br.) Suidas referens hunc locum in lemmate legit *κασσαυρίοις*, in verbis Comici *κασαυρίοισι*, vt hic. Pollux quoque VI, 188. *ἐν κασαυρίοις*, etsi non adferens auctoritatem Comici, sed *σφόδρα ποιητικὸν* esse ait. Stephanus de Vrbib. in *Κασώριον* ex h. l. laudat *ἐν κασωρίοισι λέγων*. Eustathius quoque in Il. I, p. 741, 27. *κασωρὶς* et *κασωρίτης* scribit ex Antiphone et Hippocrate et etymologiam addit a *κάσαι* i. e. *κοσμῆσαι* et *ὥρα*. Etymol. M. *κασσωρὶς* et *κασσωρεύουσα* e Lycophrone. Huius locus est v. 772. vbi editum est *κασωρεύουσα*, lege metri postulante, vt ad Etym. notat Sylburgius, quanquam in vno MS. legi geminato *σ* notat postremus editor [Potterus] *o*). Apud eumdem v. 1385. *κόρη κασωρίς p*). Hesychius *κασαυρα, κασωρὶς, πόρνη*. Item *κασαυρείοις, οἴκοις, ἐφ' ὧν* cet. Et paulo inferius *κασωρεῖς, πόρναι. κασωρεῖον, πορνεῖον*. Suidas rursum: *κασσωρὶς, πόρνη, ἑταίρα*. Quidquid est, geminationem *τοῦ σ* apud Arist. et Lycophr. non admittit ratio metri. Vtrum autem rectius sit, scribi per *ω* an per *αυ*, non possum diiudicare. Si tamen Eustathii etymologia vera est, praeferenda est scriptura per *ω*. Caeterum, cum Schol. ait *διχῶς, ἐν κασαλβίοις q*), indicatur, opinor, varians scriptura. Et sane *κασαλβίοισι* esse in vetustis edd., notatum est in notulis Scaligeri. *Duck.* Hesychius: *κασαύρα, κασωρὶς, πόρνη. κασαυρείοις, οἴκοις ἐφ' ὧν αἱ ἑταῖραι ἐκαθέζοντο· ὅθεν καὶ τὴν πόρνην κασαυράδα*

---

o) In pluribus codd. ap. Sebastianium, recentissimum editorem, ita legitur. v. Müller. ad Var. Lect. Sebast. Lycophr. p. 135. T. I.

p) Etiam *κάσση* apud eum 131. legitur. Cf. Etym. M. p. 493. et Zonar. II. 1152. ibique Tittm. In v. 1385. *κασσωρὶς* ex omnibus codd. male reposuit Sebastianius. Cf. Müller. l. l. p. 229. T. I. Add. Schol. Tzetz. ad 772. ibique Müll. T. II. p. 776.

q) Aliam etiam lectionem annotat Schol., nempe, *κασαλβίοις* et exponit, *ἀντὶ τοῦ, ἐν πορνείοις*. Hesych. *κασαλβὰς, πόρνη αἰσχροποιός*. Dicitur *αἰσχροποιὸς* de foeda illa obscoenitate, vt et *λεσβιάζειν*.

ἔλεγον r). Licet in poſteriore gloſſa ad hunc Comici locum reſpexiſſe videatur Grammaticus, non tamen neceſſe erat, vt ſcriberet κασαυρίοις. Vtraque enim forma legitima eſt, κασαυρεῖον et κασαύριον, vt ὀπτανεῖον et ὀπτάνιον, de quibus ſupra. *Brunck.* λείχων — δρόσον (lambens deſpuendum illum rorem). De eodem iſto Ariphrade in Pac. 786. τὸν ζωμὸν αὐτῆς προσπεσὼν ἐκλάψεται. *Bergl.* Mox τὴν ὑπήνην (barbam) intell. ἑαυτοῦ.

1296. (1286. Br.) Nomen ἐσχάρα hic τὸ γυναικεῖον μόριον ſignificat, vt Euſtath. declarat ad Odyss. p. 1523, 29. δῆλον δ' ὅτι ἐσχάραν καὶ τὸ γυναικεῖον ἐκάλουν μόριον s). Hancque praeſtabat expoſitionem ſequi, prae illa Scholiaſtae, τὰ χείλη τῶν γυναικείων μορίων t). *Brunck.*

1297. *Πολυμνήστεια.* Scholiaſtes: *carmina Polymneſti Colophonii.* De eodem affert locum Cratini: καὶ Πολυμνήστει' ἀείδει μουσικήν τε μανθάνει. Et *Polymneſtus* et *Oeonichus* ob eamdem obſcoenitatem hic notantur, vt ait Schol. *Bergl.*

1299. (1286. K. 1289. Br.) οὔ ποτ' ἐκ ταὐτοῦ — Sic legi debere metri lex oſtendit. Vulgo: οὔτε ποτ' ἐκ τ. Melius quod ad phraſin in B. οὐδέποτ', ſed vtrumque perinde verſus abnuit. *Brunck.* Loci huius meminit Athenaeus Lib. X. c. 13. p. 446. [T. IV. p. 156. Schweigh. vbi futuri πίομαι forma illuſtratur, de qua vid. Tho. Mag. p. 716. et quos interpp. ibi laudant] v). *Kuſt.*

1300 ſ. (1287. ſ. K.) x) In hac pericopa inſectatur

---

r) Photius Lex. p. 101. κασαύριον οἴκημα ἐφ' οὗ αἱ πόρναι. Ganea, lupanar, redditur.

s) Add. Photius p. 23.

t) Tamen Brunck. etiam vertit: conturbans labra pudendorum; male.

v) Quae hodie vocatur in ſacris *excommunicatio*, etiam olim fuit in vſu, fuereque olim in hac re varii obſeruati ritus. Eſt autem ſpecies *excommunicationis,* cuius hic habetur formula. Nam de impuro homine dicebant, diis in teſtimonium adhibitis: *Ego et ille ex eodem poculo nunquam bibemus. Cas.* Ex eodem poculo bibere, omnino ad familiarem conſuetudinem et conuictum ſpectat, ſed h. l. dictum eſt, quia ad ſpurcam eius linguam reſpicitur.

x) Praemittitur vulgo: Ἀντῳδὴ καὶ ἀντιστροφὴ κώλων ι.

Cleonymum, tanquam qui ſoleret aegre diſcedere ab illis locis, vbi lautius fuiſſet exceptus. Poëta tamen fingit, non tam helluonem hunc fuiſſe, quam lentum et ſegnem manducatorem, quaſi illi patrocinium pararet. Eſt elegans illa phraſis συγγίνεσθαι φροντίσιν ἐννυχίαις, pro, *noctu cogitare de aliqua re diligenter y*). *Cas.* Friſchlinus obſcure vel potius nullo ſenſu vertit: *Noctis ſtudiis ego ſeris ſaepius aduigilaui.* Senſus eſt: *ſaepe noctu animo meo verſaui.* Vel: *noctu hac de re ſaepe cum ſtudio cogitaui.* Graeci enim συγγίνεσθαι et reliqua verba ἰσοδυναμοῦντα, vt συνεῖναι, προςεῖναι, ὁμιλεῖν etc. eleganter dicere ſolent de iis, qui rei alicui ſtudent vel indulgent, vel qui rem aliquam tractant eaque crebro vtuntur, quo ſenſu Lucian. in Philopſeud. p. 329. dixit ξυνὼν φιλοσοφίᾳ *qui philoſophiae ſtudet:* Athen. p. 160. C. ὁμιλεῖν ποιηταῖς *legere poëtas.* Pollux in praef. l. VII. πολλοῖς ὡμιληκέναι ἐμμέτροις τε καὶ ἀμέτροις λόγοις. Iuſtinus Martyr. in dial. c. Tryph. Iud. ὁμιλεῖν τῇ μουσικῇ. Comicus noſter Nub. 1401. ὁμιλεῖν πράγμασι καινοῖς. Eurip. Androm. 792. ὁμιλῆσαι δορὶ *tractare haſtam.* Alciphron in Epp. p. 367. ed. Genev. [Ep. I, 25. vbi v. Bergl. et Wagner. p. 141.] ἀνέμοις ὁμιλήσω καὶ κύμασι, i. e. *nauta fiam.* Sed haec forte pauci ignorant. Minus notum et obuium eſt, Graecos iisdem verbis interdum vti, pro, *edere* et *bibere,* vt ap. Athen. II, 15. p. 56. ξυγγενέσθαι δρυπέπεσι *edere druppas.* Pherecrates ap. eumd. Athen. VII. p. 309. A. συνὼν μαινιδίοις *qui maenidiis veſcitur.* Huc ſpectat phraſis illa Aeliano II, 38. [Var. Hiſt.] et aliis vſitata, ὁμιλεῖν οἴνῳ, *vinum frequenter bibere.* Sed haec obiter. *Kuſt.*

1302. (1289. K.) Id quod diximus, φαύλως ſignificat. Sed poteſt etiam aliter exponi. *Cas.* Eſt enim h. l. non de vili, ſed plurimo cibo, de voracitate eius accipiendum, vt ſequentia docent.

1304. (1291. K.) ἐρέπτεσθαι quadrupedibus conuenit z), non autem hominibus. Sed hac voce poëta ta-

y) vid. ad Ran. 931. (958.). *Brunck.*

z) κυρίως τὸ ἐπὶ ἀλόγων ζώων ἐσθίειν Zonar. I. 871. Etym. M. p. 370. v. Heyn. ad Hom. Il. 2, 776.

cite comparat Cleonymum cum brutis. *Cas.* Hunc tanquam *voracem* notat in Avv. 290. ἔστι γὰρ κατωφαγᾶς τις ἄλλος ἢ Κλεώνυμος. Sed hoc in Eqq. loco allegorice per voracitatem significatur, quam auide rapiat ciuium bona. V. supra ad 954. (967.). *Bergl.*

1306. (1293. K.) Proprie σιπύη est ἀρτοθήκη *panarium*; hic pro *penu a)* accipit vel etiam pro *coenatione* vel *triclinio. Cas.*

1307. (1297. Br.) τοὺς δ' ἀντιβολεῖν ἀνομοίως [vt ol. vulg.] Ἀνομοίως *b)* non sine ratione suspectum est Kustero: nam nulla ex eo sententia effici potest. Forte ἂν ὁμοίως diuisim *c)*, i. e. *pariter, omnes aeque. Duck.* τοὺς δ' ἀντιβολεῖν ἐᾶν ὁμοίως [vt Br.]. *At illos orare, vt sibi aeque edendi veniam det.* Tum sequitur diuitum oratio, quae vna est et vnius modi. Vulgo legitur: τοὺς δ' ἀντιβολεῖν ἀνομοίως. Berglerus vertit: *At illos eum orare variis modis.* Vbinam vero sunt illi varii modi? Lectio deprauata est. In membr. pro ἀνομοίως scriptum est ἀλλ' ὅμως. In C. contextus vulgatum exhibet, margo autem: γρ. ἐὰν ὁμοίως. Peccauit in accentu librarius: id, quod reposuimus, debebat scribere ἐᾶν ὁμοίως. *Brunck.*

1308. (1295. K.) ὦ ἄνα. Poëtica vox pro, ὦ ἄναξ. Hic autem ridicule parasitum vocat Regem. *Cas.*

1310. (1296 K.) *d)* σύγγνωθι τῇ τραπέζῃ. Pari elegantia aut etiam maiore dixeris latine: *parce huic mensae. Parcere* enim generale verbum est et pro *ignoscere,* et pro vti minus audenter aliqua re. *Cas.*

---

a) Photius p. 379. σιπύα, σιτηρὸν ἀγγεῖον, ὡς Λυσίας τε καὶ Εὔπολις καὶ Ἀριστοφάνης. Add. Zonar. II. 1645. et Hemsterhus. in Lennep. Etym. L. Gr. p. 656. f. ed. sec. Est *arca panaria.*

b) Haec vox mihi valde suspecta est, de qua eruditus lector cogitet. *Kust.* ἀνομοίως suspectum. In principio vocis latet ἂν particula. Cogitetur amplius. *Reisk.*

c) Ita e Rav. edidit Inv. idque praestat Brunckii coniecturae, sed tum in antithetico versu etiam δακρύοις est retinendum.

d) Nam 1309. et 1310. vulgo vnum versum efficiunt. Haec vertit Vuil.: und nimm den Tisch nicht mit.

1311. (1297. K.) Inuehitur hac parte in Hyperbolum, cuius potentia iam tum magna succreuit. Nam illo [Cleone] deiecto altius caput extulit. Fingit naues classis Athenn. detrectare imperium tam vilis capitis *e*). Hic enim minimus mercator fuerat *λυχνοπώλης*, lucernarum venditor, et, vt Graeci solent dicere, *ῥωποπώλης*, latine, *scrutarius mercator*. Fingit autem ipsas triremes loqui, quod dulcedinem orationi conciliat, cum tribuitur loquela rei inaminatae. *Cas.*

1313. (1299. K.) *παρθένοι*. Proprie est *virgo intacta*. Sed Graeci Latinique transferunt ad multa hoc vocabulum. Sic triremes *virgines* dicuntur, quae ad vsum adhuc adhibitae non sunt, et, vt loquitur paulo post poëta, *αἱ ἀνδρῶν ἆσσον οὐκ ἐληλύθεισαν*, quae non accesserant ad viros, h. e. quas nemo adhuc conscenderat *f*). *Cas.* Eleganter hic Comicus triremes recens fabricatas necdum mare expertas vocat *παρθένους*, i. e. *virgines*. Eustath. ad Odyss. B. p. 1446. ed. Rom. *ὅρα ὡς τὸ νέον καὶ παλαιὸν καὶ ἐπὶ νεῶν τίθεται. Ὅθεν ὁ Κωμικὸς λαβὼν ἀρχὴν παίζει, τὰς μὲν μήπω πλευσάσας παρθένους λέγων καὶ μήπω ἀνδρῶν ἆσσον ἐλθούσας, τὰς δὲ παρ' Ὁμήρῳ παλαιὰς, γραίας ἀποκαλῶν.* Respexit ad hunc locum Comici. Vice versa per metaphoram a nauibus petitam femina *πρωτόπλοος* dicitur, quae primos toros experta est: prout vocatur in epigrammate Platonis ap. Laërt. III, 31. *Kust.*

1314. (1300. K. 1303. Br.) Fuere vrbes duae notae *Χαλκηδὼν* et *Καρχηδὼν*, i. e. *Chalcedon* et *Carthago*. Sed Carthaginiensibus nihil admodum commune fuisse inuenimus cum Atheniensibus: contra frequens illis commercium, saepe etiam bellum cum Chalcedoniis, qui Byzantio siue Constantinopoli fuerunt oppositi. Itaque legendum est hic *Καλχηδόνα*, neque aliter interpres

---

e) Per prosopopoeiam quamdam finguntur triremes Athenn. detrectasse imperium Hyperboli. *Bergl.* Praefigitur his versibus vulgo: *Ἀντεπίῤῥημα ἐκ στίχων ιϛ'. Τετράμετροι Τροχαϊκοί.*

f) Cf. Dorvill. ad Charit. p. 207. vbi illustratur illud epigramma, in quo contraria metaphora virgo primum Veneris stadium ingressa *πρωτόπλοος* appellatur.

legit, etſi ille corruptus eſt *g*). *Cas.* Vulgo inepte *Καρχηδόνα*, eodem librarii errore, qui correctus fuit v. 174. Genuinae ſcripturae indicium exſtat in ſcholio ad hunc verſum, vbi nunc legitur *Καρχηδὼν* etc. Manifeſtum eſt autem, veterem enarratorem ſcripſiſſe, vt et apud Comicum legebat: *Χαλκηδὼν πόλις Θράκης. Brunck.*

1315. *μοχθηρόν.* [vt vulg.] Thucydides L. VIII. [c. 73. vbi cf. Ducker.] *καὶ Ὑπέρβολόν τέ τινα τῶν Ἀθηναίων, μοχθηρὸν h) ἄνθρωπον. Bergl.* *ὀξίνην.* Elegans iocus. Nam videtur dicere *vappam excellentem*, et tamen ipſum nomen eius, quem traducit, ponit. Hyperbolum enim intelligit. Hunc dicit *ὀξίνην*, i. e. aſperum, truculentum, durum; metaphora ducta a vino. Nam vinum aceſcens Graeci vocant *ὀξίνην i*), Latini *vappam. Cas.* Scaliger ad Priap. Carm. 13. p. 47. ed. Blav. *vappas* a Latinis dici oſtendit homines *ἀχρήστους* ac nihili: ac pari ratione ap. Ariſtoph. accipit *ὀξίνης* in h. l., Scholiaſten autem nugari dicit. *Duck.*

1317. (1303. K.) Ionica vox *ἄσσον* pro *prope k*). Sed hac voce vtuntur etiam alii ſcriptores. Eſt autem hic periphraſis nauium, quas vocauit *virgines l*). *Cas.*

1318. *Ἀποτρόπαιος m*) eſt cognomen Herculis; latine *auerruncus. Cas.*

---

g) Et rurſus h. l. irrepſit *Καρχηδόνα* pro *Χαλκηδόνα*, vt et ap. Schol., qui aliter procul dubio ſcripſerat. Ait enim: *Καρχηδὼν δὲ πόλις Θράκης περὶ τὸ Βυζάντιον*, vbi reſcribendum: *Χαλκηδὼν*, et ignoſcendum ei, ſi dixit, Chalcedonem eſſe Thraciae, quae fuit Bithyniae; nam Bithyni olim Thraces fuerunt. *Palmer.* [Exercitt. p. 728. f.]. Haec recte Palmerius. Conſerat enim lector, quae notata ſunt ſupra ad 174. *Kuſt.* Vitium igitur non in ed. Lips. erat propagandum.

h) Valet hoc i. q. *πονηρός, κακός.* Phot. Lex. p. 204. Perperam autem, h. e. contra metri legem, e Rav. recepit Inv. *πονηρόν*, gloſſema.

i) Photius Lex. p. 248. *ὀξίνην, τὸν οἶνον, οὐκ ὀξίναν, καὶ Ἕρμιππος καὶ Φιλωνίδης καὶ οἱ ἄλλοι.*

k) v. Apoll. Soph. Lex. Hom. p. 129. ed. Toll. et Zonar. I, 378.

l) Quaſi de virgine intacta loquitur. *Bergl.*

m) Omnino eſt *φευκτὸς, μισητὸς,* Zonar. I, 238.

1319. (1305. K.) *τερηδόνων*. Eſt vermis genus quod ligno innaſcitur et id exedit: ſicut et, qui vocantur σῆπες et θρῖπες. Latini *coſſos* nominant *n*). *Cas.*

1320. (1306. K) *Ναυφάντης o*). Finxit nauis nomen quaſi hominis et eius patris, e voce *ναῦς*. *Bergl.* *Ναυσωνος*. De hoc nomine vid. Suidam in *Ναυσων* et Schottum ad Vatic. App. Prov. 2, 96. *Duck.*

1321. (1307. K.) *ἐκ πεύκης*. Homines iniuria affecti exclamant: tam nobilis ſum, quam tu; et mihi e lapidibus Deucalioneis genus eſt: quum volumus indicare, quiduis nos pati potius paratos eſſe quam aliquid facere. De nauibus dixit: et mihi a picea et lignis genus. *Cas.* Vt affecti aliqua iniuria dicunt: *et ego tam ſum homo quam alius*: ita nauis conuenienter ſuae naturae dicit, ſe non eſſe deteriorem aliis nec magis iniuriae idoneam *p*). Simul autem reſpicit ad aliam ſignificationem vocis *πεύκη*, quae in compoſitis quibusdam *amaritudinem* ſignificat, vt in *ἐχεπευκές*, quod Heſychius exponit *ἔχον πικρίαν*. Itaque idem eſt ac ſi navis illa dixiſſet: *εἴπερ ἔχω χολὴν q*). Vt in Lyſiſtr. 467. *γυναιξὶν οὐκ οἴει χολὴν ἐνεῖναι;* Haec fere ex Scholiis. *Bergl.* Citat Suidas V. *εἴπερ ἐκ πεύκης*. *Kuſt.* *τε* poſt *γε* legi iubet *Reisk.* Eiusdem ad v. praec. haec eſt no-

n) Phot. p. 425. *τερηδών, σκώληξ ξυλοτρώκτης, οἰκῶν ἐν ξύλῳ.* Cf. Camus ad Ariſtot. H. A. II. 200. Hinc *σαπῆναι* h. l. non eſſe poteſt, *putreſcere*, ſed, putridum corrodi, aut corrodi ſimpliciter. *corroſa et putrefacta* vertit Brunck.

o) Subintelligitur *ἄρξει*, quod etiam monuit Vuil., qui recte cenſet, Comicum pro ſua licentia quidlibet audendi etiam illa nomina finxiſſe, et proſopopoeiae antea inſtitutae congruere, quod nauem fecerit Athen. ciuis filiam. Francogallus enim interpres cum Friſchlino de Nauphante quodam, Nauſonis filio, cogitauit, quem ſibi imperare nolit, et in nota hoc defendere conatus eſt.

p) Imo ſenſus hic eſt: non ille mihi imperabit, ſiquidem ex piceis lignis ego quoque confecta ſum; vt homines dicunt: non ille mihi imperabit, quum vere vir ego quoque ſim (vt reſiſtere poſſim.). Nondum enim iniuriam acceperat, ſed metuebat Hyperboli imperium.

q) Sed quid tum fiet vocabulo *ξύλων*. Eſt quaeſita illa nimis et contorta explicatio.

ta et coniectura: „Ναυφάνη ἔλεγε (i. e. ἔλεγε). *Naufante* eſt nomen fictum nauis, et haec nauis, quae hoc verſu loquens introducitur, diuerſa eſt a naui, quae in ſuperioribus loquitur. De vno Hyperbolo ſermonem eſſe in tota rheſi non interruptum, apparet ex v. 1312. (1327.)"

1322. (1311. Br.) ἢν δ' ἀρέσκῃ ταῦτ' Ἀθηναίοις. Vulgo εἰ δ' ἀρέσκοι ταῦτ' Ἀθηναίοισι, redundante ſyllaba *r*). In membr. eſt ἂν δ' ἀρέσκῃ: in C. εἰ δ' ἀρέσκει. Poſtea ſoloece vulgo legitur: καθῆσθαι μοι δοκῶ εἰς τὸ Θησεῖον πλεούσαις. Syntaxeos ratio flagitabat πλεούσῃ *s*), vel potius πλέουσα. Sed locum hunc corruperunt librarii. Quid Comicus ſcripſerit, ipſemet ſecum collatus liquido oſtendet. In Veſp. 270. Chorus ſenum ait:

ἀλλά μοι δοκεῖ στάντας ἐνθάδ' ὦ 'νδρες,
ᾄδοντας αὐτὸν ἐκκαλεῖν.

Ad eundem modum Triremis hic dicit: καθῆσθαί μοι δοκεῖ εἰς τὸ Θησεῖον πλεούσας *t*). Pronomen μοι ad vnam refertur, quae ſententiam ſuam effatur, πλεούσας ad ceteras omnes, quibus conſilium datur. Perſpicua eſt in verſione ſententia: *Videtur mihi optumum nobis eſſe, ſi in Theſei aut Eumenidum fanum nauigemus, ibique ſupplices ſedeamus* At Berglerus qui graeca intellexerit, ex eius verſione haud facile eſt diuinare; ſic enim vertit inſulſisſime: *Conſtitui ſedere ſupplex in Theſeum aut in templum Eumenidum pro nauigantibus.* Hunc locum tentauerat Sam. Petitus ad Leg. Att. p. 79. *v*) vir quidem eruditus, ſed in ſanandis librorum

---

r) Nota dactylum loco quinto. Quanquam autem Hephaeſtion hunc pedem ſedibus imparibus ingredi trochaicum adfirmat: tamen, quia apud Ariſtoph. hoc valde infrequens eſt, et nulla neceſſitas hic dactylum exigit, malim Ἀθηναίοις. *Duck.*

s) Inv. edidit: — δοκεῖ — πλεούσῃ, ſed neſcio an retineri δοκῶ voluerit, et tantum πλεούσῃ ſcribi, caeterum contra codicem ſuum. δοκεῖ etiam legi voluit *Reisk.*

t) Ita Brunck. edidit.

v) Legi ille iusſit:

Εἰ δ' ἀρέσκοι ταῦτ' Ἀθηναίοισι, καθῆσθαί μοι δοκῶ
εἰς τὸ Θησεῖον πλέουσα, ἴσ' ἢ 'πὶ τῶν Σεμνῶν θεῶν

i. e. eodem iure (ἴσα), quo ea, quae ad Eumenidum aras

corruptelis induſtriae parum felicis, et poſt eum Daweſius, qui et ipſe operam luſit, acuminis tamen laude non fraudandus, ob perceptam lectionis mendam, quae priorum interpretum Caſauboni et Kuſteri ſtomachum non mouerat. Sic autem ille reſcribendum eſſe cenſuit:

εἰ δ᾽ ἀρέσκοι ταῦτ᾽ Ἀθηναίοις, καθῆσθ᾽ ἄν μοι δοκῶ
εἰς τὸ Θησεῖον πλέονσ᾽ ἄν, ἢ ᾽ς τὸ τῶν Σεμνῶν θεῶν.

[Miſc. Crit. p. 249. ſ.] Vulgatam lectionem, quam codices omnes adfirmant, *ἢ ᾽πὶ τῶν Σεμνῶν θεῶν*, perite vindicauit Th. Burgesſius *x*), cuius notam eo minus deſcribere mihi conuenit, quo digniorem cenſeo illum librum, qui omnium has literas colentium manibus teratur. *Brunck.*

1324. (1309. K.) Tangit morem olim vſitatum. Graui enim affecti iniuria, cum propriis ſe viribus tueri non poſſent, ſupplices fiebant, vel deorum templa ingresſi et ara prehenſa *y*), vel procerum potentiorum domum ingresſi ad focum ſedentes. *Σεμνῶν θεῶν.* Deſcribit templum dearum venerandarum i. e. *Furiarum z*), quas Athenienſes peculiari cultu colebant et *Σεμνὰς* vocabant, non tam honoris quam horroris gratia. v. Soph. in Oed. Col. [90. 450. etc.] *Cas.* L. *ἢ ᾽πὶ τῷ* (ſcilicet *θάκῳ* vel *οὔδει*) — *Reisk.*

1325. (1310. K.) Verſum hunc et ſequentem adducit Suid. V. *Πλείτω. Kuſt.* *Ἐγχαίνειν* eſt irridendi alicuius cauſa hiare, vel ſannam illi facere *a*). *Cas.*

ſedet. Ducker. ibid. coniecit legendum: *δοκῶ — πλέονσαν* (ſcil. *με πλέονσαν δεῖν καθῆσθαι.* Nam *δεῖν* ſ. *χρῆναι* ſaepe ſubintelligi). Alteram partem coniecturae Petiti prorſus eſſe vanam docet.

x) In Append. p. 467. ſ. Nimirum Daweſium offenderat coniunctio praeposs. *εἰς — ἐπὶ* — Docet igitur non nouum eſſe, quod duae diuerſae praepoſitiones in eadem periodo adhibentur; deinde *ἐπὶ* ita de motu ad locum cum Genit. adhiberi, ſic vt *ἐπὶ τ. σεμνῶν θ.* ſit ***ad venerandas deas,*** h. e. ad earum templum.

y) De aſyli iure, Theſeo et Eumenidum templo, cf. Petit. Comm. de leg. Att. p. 79. ſs. et Not. ad eum. add. Phot. *Θησεῖον* p. 72.

z) v. Photius Lex. p. 574.

a) V. Nub. 1439. et Zonar. I, 610.

1327. (1312. K.) In Nubb. de eodem isto v. 1064. Ὑπέρβολος δ' οὐκ ἐκ λύχνων πλεῖν ἢ τάλαντα πολλὰ εἴληφε διὰ πονηρίαν; vbi vid. Notam *b*). *Bergl.* καθελκύσας. i. e. *in mare deducens*, non, vt Frischlinus, *secum trahat*. *Kust.*

1327. (1313. K.) *Εὐφημεῖν χρὴ c*). Solebat in sacris imperari εὐφημία, i. e. vt ore fauerent omnes. Quod duplicem vim habebat, vt vel silerent vel abstinerent a iurgiis et male ominatis verbis et vt omnia lingua comprimerentur, quod hic pluribus exprimit poëta. *Cas.* μαρτυριῶν ἀπέχεσθαι vertitur: a testibus citandis abstinere.

1329. (1315. K.) Haec manifeste probant, hoc drama prodiisse, dum feliciter cedebat bellum Atheniensibus, nec adhuc erant fracti infortuniis circa Megaram et ad Delium: vnde firmatur sententia auctoris hypothesis huius fabulae, superius iam ex pluribus coniecturis nobis confirmata, scilicet prodiisse in scenam septimo anno belli Peloponnes., hieme in Lenaeis, quo Stratocles erat archon, anno IV. Olymp. LXXXVIII. *Palmer.* [Exercc. p. 728. f.]. παιωνίζειν τὸ θέατρον. Potest verti: *Oportet vt theatro* (i. e. populo Athenn. qui in theatro conuenit) *Paean vel carmen congratulatorium canatur.* Vel: *oportet vt Athenienses hymnos canant in honorem deorum d*). *Cas.*

1330. (1319. Br.) Vulgo sic legitur hic versus:

ὦ ταῖς ἱεραῖς νήσοις ἐπίκουρ' ἡμῶν καὶ φέγγος ἐν Ἀθήναις.

---

b) Iste non λυχνοποιὸς sed λυχνοπώλης, qui vendendis lucernis et luminibus magnum quaestum fecerat, post Cleonis mortem adeo potens fuit demagogus, vt Nicias aliique ciuitatis principes eum non nisi per ostracismum eiicere possent. Quod Plutarchus dicit [vit. Aristid. c. 7.], Athenienses ostracismum, in hoc homine veluti contaminatum, ideo abrogasse, non credibile est; desiit ille in vsu esse ob mutatas temporum rationes et casu euenit, vt Hyperboli vltimum esset exemplum. *Vuil.*

c) Constituitur hic Actus V. Scena prima. Vulgo tantum praemittitur Ἀγοράκριτος, Χορός, non addito nomine Δῆμος. Is enim abiisse videtur.

d) Hoc verius est. Nam τὸ θέατρον sunt ipsi spectatores.

Numeros innumeros reſtituere ſic periclitatus eſt Kuſterus *e*):

ὦ ταῖς ἱεραῖς νήσοις ἐπίκουρ' ἡμῶν καὶ φέγγος Ἀθήναις.
Metro quidem tulit opem, ſed lutulenta phraſis eſt. Alteram praetuliſſem, licet numeris ſolutam, exemta modo praepoſitione *ἐν*, quam non agnoſcunt A. C. Bona Comici fortuna peritam huc admouit manum Valckenarius noſter, cuius e felici coniectura ad Eurip. Hipp. 1122. prolata, quod praecipuum erat adſciui *f*): *ὦ ταῖς ἱεραῖς ἐπίκουρε φανεὶς νήσοις καὶ φέγγος Ἀθήναις.* Exciderat librariorum culpa participium *φανεὶς*, quo ſic alibi Noſter vtitur et hac ipſa in ſabula 149. *ἀνάβαινε σωτὴρ τῇ πόλει καὶ νῷν φανείς*, et 836. *ὦ πᾶσιν ἀνθρώποισι φανεὶς μέγιστον ὠφέλημα.* Ad quem locum Berglerus opportune citauit Aeſch. Prom. 618. *ὦ κοινὸν ὠφέλημα θνητοῖσιν φανείς. Brunck. Sacras* vocat [inſulas, e vulg. lect.] vel propter cultum deorum (nam inter eas erat Delus) vel propter ſummam vtilitatem, quam praebebant Athenienſibus. *Cas.* Callim. in Del. 3. *Κυκλάδες αἳ νήσων ἱερώταται εἰν ἁλὶ κεῖνται. Bergl.*

1331. (1317. K.) *τίν' ἔχων φήμην ἀγαθὴν ἥκεις;* Sophocles Oed. Tyr. 861. *τίν' ἡμῖν ἥκεις τοῦ θεοῦ φήμην φέρων;* vbi alter *ἐσθλήν*. In Oed. Col. 349. *Νῦν δ' αὖ, τίν' ἥκεις μῦθον, Ἰσμήνη, πατρὶ Φέρουσα; Bergl. κνισσῶμεν g) ἀγυιάς. Κνισσᾶν ἀγυιὰς* eſt, in vicis vel ante fores aedium diis ſacrificare *h*): qua phraſi vſus etiam eſt Noſter in Avv. [1233. vbi v. Not.] itemque Demoſthe-

---

e) Verſus laborat, quem metri gratia ſic legendum puto: *Ὦ τ. ἱ. ν. ἐ. ἡ. κ. φέγγος Ἀθήναις. Kuſt.* Poſſet etiam legi: *ἐπίκουρος καὶ φέγγος ὂν ἐν Ἀθήναις* [omiſſo *ἡμῶν*]. *ἐπίκουρος* Attice pro *ἐπίκουρε*. *Duck.* In lectione, quam e Rav. repoſuit Inv., caeteroquin optima, delenda eſt part. *τ'* ante *Ἀθ.* Ita verſui conſulitur.

f) Valck. enim ſcribi voluit: *ταῖς ἡμετέραις ἐπίκουρε φανεὶς νήσοις κ. φ. Α.*

g) Ita etiam in ed. Lips. legendum, non *κνίσσωμεν*.

h) *Κνίσσα* eſt nidor aruinae, aut viſceris, quod adoletur in honorem deorum: vnde *κνισσᾶν* eſt, nidorem illum excitare. In veteri oraculo, quod h. l. poëta imitatur, *κνισσᾶν ἀγυιὰς* ſignificat, excitare nidorem per vicos et plateas. Moris olim fuit, qui et hodie ſeruatur (vt in Anglia), vt ad

nes in Or. c. Mid. [c. 15. Spald.]: *χοροὺς ἱστάναι κατὰ τὰ πάτρια καὶ κνισσᾶν ἀγυιὰς καὶ στεφανηφορεῖν.* Vide etiam Polluc. I, 28. vbi eiusdem phraſeos meminit. Alii tamen ſcribendum cenſent *ἀγυιᾶς* cum circumflexo in vltima, tanquam a Nomin *ἀγυιεὺς*, inter quos eſt Harpocrat. V. *Ἀγυιᾶς*, quem vide *i*). *Kuſt.* *Ἀγυιᾶς* hic eſt ſcribendum *περισπωμένως*, in accuſ. plurali. ſi Harpocrationem ſequimur h. v., qui illud contractum ait ex *ἀγυιέας* a nomin *ἀγυιεύς*. *ἀγυιᾶς* autem exponit *τοὺς πρὸ τῶν οἰκιῶν βωμοὺς* et *κίονας εἰς ὀξὺ λήγοντας, οὓς ἱστᾶσι πρὸ τῶν θυρῶν.* v. etiam Schol. ad Vesp. 870. Scholiaſtes quoque ita legiſſe videtur h. l. *k*) cum exponit *ἀγυιάς, τοὺς ἀγυιοὺς θεοὺς*, quanquam *ἀγυιοὺς* mihi ſuſpectum eſt, quod id nusquam alibi legi, ac pro eo nolim *τοὺς ἐν ταῖς ἀγυιαῖς θεοὺς*, vel *τοὺς ἀγυιέας θεοὺς*, vt *Ἀγυιεῦ* ap. Ariſt. Vesp 870. et *Ἄπολλον ἀγυιεὺς* ap. Pherecr. in Schol. ibid. Ita *κνισσᾶν ἀγυιᾶς* eſſet *adolere deos*, vel, ſi hoc dici poteſt latine, *deos quorum ante fores* [illegible] *ſtabant.* Adfert Harpocr. teſtimonium Demoſthenis e Midiana *κνισσᾶν ἀγυιᾶς*, verum ibi p. 532. legitur *κνισσᾶν ἀγυιάς*, in quo *ἀγυιὰς* pro viis accipit Interpres: ait enim: *κνισσᾶν ἀγυιάς· κνίσης καὶ θυμιαμάτων πληροῦν τὰς ὁδούς· οἱ δὲ ἀγυιας* (an *ἀγυιᾶς?*) *φασι τοὺς Ἑρμᾶς.* Sed ex ipſius oraculi verbis ea voce potius ibi deſignari videntur viae: ait enim: *Μέμνησθαι Βακχοιο καὶ εὐρυχόρους κατ' ἀγυιάς, Ἱστάναι ὡραίων Βρομίῳ χάριν ἄμμιγα παντας, Καὶ κνισσᾶν βωμοῖσι κάρη στεφάνοις πυκάσαντας.* In quibus ex adpoſito epitheto *εὐρυχόρους* et praepoſitione *κατὰ* manifeſtum eſt, intelligi vias. Sic mox ibid. *κατ' ἀγυιὰς κρατῆρας ἱστάμεν καὶ χορούς.* Et rurſum in or. *πρὸς Μακάρτ.* p. 609. ex oraculo: *καὶ τὰς ἀγυιὰς κνισσᾶν, καὶ κρατῆρας ἱστάμεν καὶ χορούς.* Vbi articulus *τας* indicio eſt, non eſſe accuſatiuum plur. ab

---

nuntium rei laetae quisque pro foribus domus ſuae epularetur et genio indulgeret. *Cas.*

i) Etiam Zonar. p. 20. vbi haud dubie ad hanc formulam reſpicit, ſed v. ad Avv. locum.

k) Scholiaſtes videtur *Ἀγυιᾶς* legiſſe ab *Ἀγυιεὺς*, non ab *ἀγυιά*, vnde *ἀγυιάς*· ſed illius verba corrupte hodie leguntur, quae emendata citabo: *Ἀγυιὰς δέ, τοὺς ἀγυιαίους θεούς.* v. ad Avv. 1233. *Bergl.*

ἀγυιεύς. Eo refpexit Pollux I, 28. ἡ δὲ Πυθία καὶ κνισσῶν ἀγυιὰς ἀνῄρει, vbi v. Iungerm. et Lucian. in Prometh. p. 183. ὅπως ἔχοιεν κνισσῶν ἀγυιᾶς *l*) καὶ τοῦ λιβανωτοῦ θυμιῶν· et Bis accus. p. 214. ἀκνίσσωτοι δὲ αἱ ἀγυιαί. *Duck.*

1332. (1318. K.) τὸν Δῆμον ἀφεψήσας. Conuenienter arti fuae hoc fecit Agoracritus; erat enim fartor et coquus. Alluditur autem ad fabulam de Medea et Aefone, quem illa recoxit *m*). *Bergl.* ὑμῖν. Sic recte B. C. Vulgo ἡμῖν. *Brunck.* Corrigendum ita effe monuerat iam *Reisk.*

1333. (1322. Br.) ποῦ 'στὶν νῦν; Male vulgo ποῦ 'στι νῦν; *Brunck.*

1334. (1320. K.) ἰοστεφάνοις. V. Noftrum Acharn. 637. et Suid. V. Ἰοστέφανοι *n*). *Kuft.* Laudem veterum Athenarum hac voce innuit, quam a Pindaro accepit *o*). ἰοστέφανος quafi dicas, *violis coronata,* pro, *magna laude digna.* Notandum autem eft, quae hic verfu dicuntur, fuiffe arte expreffa in theatro. *Cas.* Cf. ad 1337.

1335. (1324. Br.) Vulgo fic legitur hic verfus: πῶς ἂν ἴδωμεν, ποίαν ἔχει σκευὴν, καὶ ποῖος γεγένηται; Corrupti funt foede numeri, nec forma tetrametri anapaeftici apparet. Praeterea foloecum eft ἴδωμεν cum πῶς ἄν. Vid. not. ad Lys. 912. Pl. 374. 438. Av. 164. Certa, ni fallor, coniectura poëtae manum reftituo:

πῶς ἂν ἴδοιμεν, τίν' ἔχει σκευὴν, καὶ ποῖός τις γεγένηται;

Mox v. 1339. (1330.) ποῖός τις ἦ; In vulg. lectione ποίαν vltimam corripit contra profodiae legem et vox σκευὴν in duo commata difpertita caefuram poft quartum pedem facit, quod nullibi Comicum admififfe, fidenter

l) Ibi quoque c. 19. T. I. p. 202. legitur ἀγυιάς, et Hemfterhus. quoque eam fcripturam tuetur.

m) Eft autem, coquendo quafi reftitui; ich habe ihn wieder jung gekocht, *Vuil.*

n) Etiam Zonar. eod. v. II. p. 1114. vbi cf. Tittm.

o) Qui Athenas ita (violaceis fertis coronatas) dixit Fragm. Dithyramb. X. p. 74. ed. Heyn. vbi v. Not. De vocab. ipfo cf. Sprengel. Antiqq. botann. Spec. I. p. 9.

nunc affirmo *p*). V. not. ad Av. 600. Acharn. 645. *Brunck.*

1336. (1322.) ξυνεσίτει. Respicit ad conuiuia in prytaneo agitari solita. *Cas.*

1337. (1323. K.) ἀνοιγνυμένων. Hinc colligimus, in theatro machinam quandam fuisse exstructam, vbi veteris vrbis erat imago *q*). *Cas.*

1338. (1324. K. 1327. Br.) ὀλολύξατε. Verbum sacrorum: proprie locum habet, cum inter mactandum victimam choreae ducuntur et omnes vocibus ominantur et deorum laudibus ac precibus templum resonat. Ponitur pro *gratulari. Cas.* De re laeta. v. supra ad v. 615. (620.). Sic Aeschylus Agam. 596. ἀνωλόλυξα μὲν πάλαι χαρᾶς ὕπο. Tenendum tamen est, istud verbum etiam in contraria significatione occurrere, vt Soph. Electr. 752. ἀνωλόλυξε τὸν νεανίαν (lamentis prosecutus est adolescentem), Οἷ' ἔργα δράσας οἷα λαγχάνει κακά. *Bergl.* φαινομένῃσιν. Sic optime membr. Pessime vulgo φαινομέναις. In B. superscriptum minio ιν. In C. φαινομέναισι. Venustior est Ionica forma, Atticis etiam scenicis frequentata. *Brunck.*

1340. (1326. K. 1329. Br.) ὦ ταὶ λιπαραὶ καὶ ἰοστέφανοι *r*). Valde delectabantur Athenienses, si quis his epithetis eos insigniret. In Acharn. 637. πρῶτον μὲν ἰοστεφάνους ἐκάλουν· κἀπειδὴ τοῦτό τις εἴπῃ, εὐθὺς διὰ τοὺς στεφάνους ἐπ' ἄκρων τῶν πυγιδίων ἐκάθησθε· εἰ δέ τις ὑμᾶς ὑποθωπεύσας λιπαρὰς καλέσειεν Ἀθήνας, εὗρε τὸ πᾶν

p) His omnibus non recte aduersatus est Inu. σκευὴ de habitu externo et ornatu dicitur. Hotib. legit: π. ἄ. ἴδοιμεν, ποίαν ἂν ἔχων σκευὴν ποῖος γεγ.

q) Propylaea enim propria Athenis erant et e Pnyce conspici poterant. v. Phot. Lex. p. 338. Plerique tamen intelligunt recte vestibuli fores, ita vt domus tantum in scena exhibita videatur, idque probabilius est.

r) Vid. nos infra ad Acharn. 639. *Kust.* λιπαραί. Et hoc epitheton Pindari est. Proprie conuenit athletae, ad luctam se paranti, qui de more fuerit vnctus. Quia autem vt plurimum athletae apparebant nudati, εὖ ἔχοντες, bono habitu, toris lacertorum eminentibus: propterea omnia, quae laudare volebant, vocabant λιπαρά. Est, vt videtur, alicuius dithyrambici vox ἀριζήλωτος. *Cas.*

ἄν. Caeterum Scholiaſtes ad hunc in Eqq. locum monet, illa verba eſſe parodiam ex Pindaro, cuius verba adducuntur in Scholl. ad Nub. 298. *λιπαραὶ καὶ ἀοίδιμοι, Ἑλλάδος ἔρεισμα, κλειναὶ Ἀθῆναι.* Aeſchines epiſt. 4.) *s*) *ἐν γοῦν ταῖς ἐκκλησίαις Μελανίππου ἑκάστοτε ἀκούεις λέγοντος· αἵ τε λιπαραὶ καὶ ἀοίδιμοι Ἑλλάδος ἔρεισμ' Ἀθῆναι· καὶ ὅτι Πινδάρου τοῦ Θηβαίου τὸ ἔπος τοῦτό ἐστι λέγοντος, καὶ ὅτι ἐζημίωσαν αὐτὸν Θηβαῖοι τοῦτο ποιήσαντα τὸ ἔπος· οἱ δὲ ἡμέτεροι πρόγονοι διπλῆν αὐτῷ τὴν ζημίαν ἀπέδοσαν, μετὰ τοῦ χαλκῇ εἰκόνι τιμῆσαι* etc. *Bergl.* Parodia e Pindaro, cuius verba profert Schol. ad Nub. 298. ſic ex h. l. legenda *t*):

ὦ ταὶ λιπαραὶ καὶ ἀοίδιμοι
Ἑλλάδος ἔρεισμα, κλειναὶ Ἀθῆναι [ſ. *Ἀθάναι*].

Voces *ὦ ταὶ* ſunt etiam Pindari, alioquin poëtico *ταὶ* vſus non fuiſſet Noſter. *Brunck.* Hinc male Hotib. *ὦ καὶ λιπ.*

1341. (1327. K.) *μόναρχον.* Adulatorie dictum. Nunquam enim factum, vt totius Graeciae principatum obtinerent Athenienſes. *Cas.*

1342. (1331. Br.) *τεττιγοφόρος.* Apparet in ſimulacro veterum Athenarum fuiſſe effigiatos quosdam homines cum veteri Athenienſium cultu *v*). Cicadas capillis inſertas geſtitaſſe veteres Athenienſes notum eſt. Teſtabantur hoc modo non aduentitium eſſe populum, ſed indigenam et *αὐτόχθονα.* v. Thucyd. in prooem. *x*). *Cas.* Procop. Epiſt. 18. *σὲ νῦν ἐπιθυμῶν ἀρχαίῳ σχήματι τεττιγοφόρον ἰδεῖν.* Prodit autem populi perſona illo

---

s) P. 43. ed. Sammet. (1771.) vbi Editor recte monuit, etiam alibi a Pindaro Athenas dici *λιπαράς.* Sed et Thebas et inſulas nonnullas ita ornauit.

t) Huius emendationis non recordatus eſt editor recentiss. ad Fragm. Pind. p. 75. vbi p. 74. ſ. plura a Schneidero ſunt de illo loco et re collecta, ſed omnia congesſit et docte expoſuit Wyttenbach. Anim. ad Iulian. Or. I. p. 144. ſ. ed. Schäf.

v) Imo prodit in ſcenam nunc Demus in adoleſcentem ex ſene mutatus et ornatu illo ſplendens, et dum prodit, haec, monſtrans eum, Agoracritus dicit, tum chorus ſaluere eum iubet. Francogallus interpres ſcenae ſecundae initium v. 1340. conſtituit, vulgo eſt v. 1345.

x) Cap. 5. vbi vidd. Hudſon. et Duck. T. I. p. 18. ſ. ed. [illegible]

cultu ornata, quo prifci Athenienfes vfi fuerunt, de quibus inter alia Thucydides Lib. I. fub initium: καὶ χρυσῶν τεττίγων ἐνέρσει κρωβύλον ἀναδούμενοι τῶν ἐν τῇ κεφαλῇ τριχῶν i. e. aureas cicadas inferendo ligantes nodum capillorum y). *Bergl.* τῷ 'ρχαίῳ. Sic procul dubio fcripferat Comicus: perperam libri omnes ἀρχαίῳ fine articulo et cum verfus ruina. *Brunck.*

1343. (1329.) χοιρίνων ὄζων. χοιρίναι dicebantur Athenis conchulae quaedam elegantioris, vt videtur, formae, quibus antiqui Athenienfes pro calculis vtebantur z). Putant viri docti elfe, quas nos hodie appellamus *porcellanas*, quod tamen vix puto. κατάλειπτος a λείβω, quod eft latine *libo, fluo,* vel *fundo.* Significat poëta, veteres Athenienfes fuiffe occupatos asfidue in facris procurandis, pace ftabilienda, non, vt iam noui Athenienfes, in litibus iudicandis. *Cas.*

1345. Notum eft, lubenter Athenienfes in memoriam fibi reuocari pasfos effe pugnam Marathoniam et gloriam ibi reportatam, vnde et h. l. Comicus tropaeum Marathone erectum memorat.

1350. (1339. Br.) *a*) ποιός τις ἦ; In A. C. ἦν. In B. εἶ, quod ex ἦ deprauatum. v. ad Avv. 1363. *Brunck.*

1353. Poft προβουλεύω μόνος minus plene eft interpungendum, colo.

1355. (1341. K. 1344. Br.) Loci huius mentionem facit Etym. V. Ὀρταλίζειν et Suidas V. Ἀνορταλίζειν *b*).

---

y) De cicadis, quas Athenienfes innectebant capillis, vid. Scholia hic et ad Nub. 980. Scalig. ad Catalect. Virg. p. 56. *Duck.*

z) Scholia: *quia choerinis vtebantur olim* (ad ferenda fuffragia) *ante vfum calculorum. Sunt autem conchae quaedam marinae. Bergl.*

a) Corrupit etiam huius optimi fenarii caefuram Inuern. recipienda fcriptura Rav., et languet in ea καί. Reftituenda igitur vetus et ita distinguenda: τί δ' ἔδρων, κάτειπέ μοι, πρὸ τοῦ (προτοῦ vulg.); ποῖός τις ἦ;

b) Suidas: Ἀνορταλίζειν. καὶ ἀνωρτάλιζες, κούφως ὄρχον, ἐπῆρον· καὶ ταχέως ἐπίστευες, πρὶν δοκιμάσαι. ὀρταλίζειν δὲ λέγεται ἐπὶ τῶν ἀρχομένων ἀναπτεροῦσθαι ὀρνέων. Hefych.

Veram autem eius vocis interpretationem (ſaltem quae huic loco apta eſt), nec hi nec Scholiaſtes vetus attigiſſe mihi videntur, quippe quam eſſe exiſtimo: *aures arrigebas*, metaphora ſumta a brutis, quae aures arrigere et demittere ſolent. Iuuant hanc interpretationem ea, quae paulo poſt ſequuntur: *τὰ δ' ὦτα γάρ σου, νὴ Δί' ἐξεπετάννυτο.* c) *Kuſt.* Ab *ὄρω, excito*, eſt verbale *ὀρτὸς*, vnde *ὀρτίζω* et per pleonasmum ſyllabae *αλ*, *ὀρταλίζω*, vt Schol. ait, qui addit: *hoc verbum dicitur de auibus, quae ſe alis ſubleuare incipiunt d)*, vnde *ὀρτάλιχοι* in Acharn. 871. Heſych. *ὀρτάλιχοι, οἱ μήπω πετόμενοι νεοσσοὶ καὶ οἱ ἀλεκτρυόνες.* Dicit ergo Comicus populum ſe extollere, ſi quis rhetor ei aduletur. Sic in Acharn. 638. dicit, Athenienſes extolli, ſi quis eos laudet: *ἐπ' ἄκρων τῶν πυγιδίων ἐκάθησθε.* Vbi v. Not. *Bergl.* *κἀκερουτίας.* Pro *καὶ ἐκερουτίας*, a *κερουτιᾷν*. Schol.: *tanquam ceruus, inquit, ſuperbiebas cornibus e)*; nempe cerui erectam ceruicem ferunt et caput alte extollunt: transit autem ab *alis* ad *cornua*, vt notat Schol. *f)*. Puto potius metaphoram eſſe a ſcarabaeis et bruchis quibusdam, qui *volaturi* exporrigunt *cornua* ſiue brachia illa, quae fere ſunt ſimilia chelis cancrorum et ſcorpionum. Et ſic rectius coniunguntur *ἀνωρτάλιζες* et *ἐκερουτίας. Bergl.*

ἀνορταλίζειν, ἅλλεσθαι. ἐντεῦθεν καὶ οἱ νεοττοὶ ὀρτάλιχοι. Idem *κερουτιᾷ· γαυριᾷ. μετενήνεκται δὲ ἀπὸ τῶν ὑψαυχενούντων ταύρων.* *Brunck.* *ὀρτάλιχοι* dicebantur *οἱ μηδέπω πετόμενοι νεοττοί.* Phot. Lex. p. 255. Add. Zonar. in *Ἀνορταλίζειν* I. 223.

c) Cf. Zonar. II. 1471. vbi hic locus laudatur et *ἀνωρτ.* explicatur *ἀναῤῥίπτειν ἐποίεις.*

d) *Ὄρω* antiquum verbum eſt, ***excito, ſuscito.*** Homerus [Il. I, 599. vbi tamen in his verbis *ἐνῶρτο*, ſed *ὦρτο* Il. V, 590.] *ὦρτο γέλως μακάρεσσι θεοῖσι.* Inde verbum *ὀρτίζειν* et *ὀρταλίζειν*, inſertis duabus litteris *αλ*, vt in aliis certis dictionibus. Significat ***exilire, ſubſilire***, et ex leuitate ad aliquid ſe parare, quod vires ſuperet, vt cum auium pulli ante tempus nido euolare conantur. ***Cas.***

e) Zonar. II, 1171. ***κακερουτίας.*** *ἀντὶ τοῦ μετεωρίζου, μέγα ἐφρόνεις. ἀπὸ δὲ τῶν **κερατοφορούντων** ἡ λέξις.*

f) *κέρας* ***cornu:*** ***κερουτιᾶν*** eſt verbum ruſticum, quod tauris conuenit aut alii de bucero pecore, cum iactat caput, vt recens natorum cornuum faciat periculum. ***Cas.***

1556. Comma poſt *τούτων* delendum. *ἐξαπατήσας ᾤχετο* cohaerent. *Reisk.* legi vult: *τοιαῦτ᾽ ἔδρων με.*

1557. Corrupit prorſus ſenarium Inv. ſui cod. ſcriptura, quae praeterea manifeſta gloſſemata continet: *τί φῄς; ταυτὶ μ᾽ ἔδρων, ἐγὼ δὲ τοῦτ᾽ οὐκ ᾔδειν;* debebat certe eſſe: *ἔδρων ταυτί μ᾽· ἐγὼ δ᾽ οὐκ ᾐσθόμην.* Sed reuocanda vetus lectio multo elegantior: *τί φῄς; τοιαῦτα μ᾽ ἔδρων, ἐγὼ δ᾽ οὐκ ᾐσθόμην.*

1558. (1544. K.) *ὦτα γάρ.* Conuicium in marrucinos et ſtupidos: *habet aſininas aures.* Id conuicium de populo Athenienſi palam enunciare poëta non eſt auſus. Figura igitur vſus eſt. Ait populum habuiſſe aures vmbellae ſimiles, i. e., admodum vaſtas: et, quemadmodum vmbellae modo contrahuntur, modo expanduntur, cum illis vtimur: ſic ait populum Athenienſem modo vſum, modo non vſum ſuis auribus. *Cas.*

1559. (1348. Br.) *σκιάδειον* [vt Br. ed.]. Sic membr. Vulgo *σκιάδιον.* Priorem nominis formam frequentat Comicus. V. Av. 1508. 1550. Thesm. 823. 829. *Brunck.* De h. l. vid. Perizon. ad Ael. V. H. 6, 1. g). Hemſterh. ad Poll. 7, 174. et in Add. ad eum locum. *Duck.*

1560. (1546. K.) *ἀνόητος — καὶ γέρων;* Sophocles Antig. 287. *μὴ 'φευρεθῇς ἄνους τε καὶ γέρων ἅμα.* Idem Oed. Col. 924. *καί σ᾽ ὁ πληθύνων χρόνος Γέρονθ᾽ ὁμοῦ τίθησι καὶ τοῦ νοῦ κενόν. Bergl.*

1561. (1550. Br.) Hoc agit poëta, vt priora peccata populo declaret. Oſtendit igitur deteriora ſemper conſilia ſequi. Proponit duos, quorum alter auctor eſſet, vt triremes conficerentur; quod ſemper habitum ſalutare conſilium Athenis; alter ſuadet *καταμισθοφορεῖν,* i. e. pecunia publica mercenarium militem alere; quod ſemper reip. illi fuit pernicioſum. *Cas.*

1561. (1550. B.) Vulgo legitur: *καὶ, νὴ Δία γ᾽, εἰ δύω λεγοίτην ῥήτορε.* Satis iam inculcaui, *δύω* vltima

---

g) P. 442. ed. Gronov. T. I. vbi *σκιαδηφορεῖν* explicat et docet, *σκιάδεια* fuiſſe inſtrumenta, quae explicari et complicari poterant, et quibus virgines ſe aduerſus ſolis radios tuebantur (paraſols).

longa Atticis vsitatum non fuisse. Emendate scriptum est hoc vocabulum in A. C. *δύο:* sed versus claudicat deficiente syllaba, nec metro tantum sed sententiae etiam aliquid deest. Expressum enim oportuit, cuinam ista dicerent, quae sequuntur, duo oratores: *populo* scilicet, cuius personam sustinet *Demus*, cui Agoracritus imprudentiam exprobrat. Reponendum igitur pronomen male omissum *σοι· καὶ, νὴ Δία γ', εἰ δύο σοι λεγοίτην ῥήτορε h).* Dixerat paulo ante: *ὁπότ' εἴποι τις ἐν τῇ 'κκλησίᾳ — εἶτ' ἐξαπατήσας σ' ᾤχετο.* Vnde liquet, quod et absque eo notissimum est, perinde esse *λέγειν τῷ δήμῳ* et *λέγειν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ.* Emendatio ista, qua nihil certius, iam prolata fuerat in nota ad Ran. 1405. *Brunck.*

1362. (1351. Br.) *ὁ μὲν ποιεῖσθαι ναῦς μακράς* [vt Br. ed.]. Sic optime membr. Insulsa est vulgata lectio: *εἰ δύο λεγοίτην ῥήτορε, ὁ μὲν ποιεῖσθαι ναῦς λέγων.* Putida est verbi repetitio *λεγοίτην, λέγων i).* At vero exprimi debuit, de quibusnam nauibus ageretur. Naves longae erant illae, quae ad bellum parabantur, *naves bellicae.* Infra 1366. (1377.): *πρῶτον μέν, ὁπόσοι ναῦς ἐλαύνουσιν μακράς. Brunck.*

1363. (1349. K. 1352. Br.) In membranis scriptum:
ὁ δ' ἕτερος αὖ
καταμισθοφορῆσαι k) τοῦθ'· ὁ τὸν μισθὸν λέγων —
Duo alii vulgatam exhibent *l*): sed in *B. τοῦθ'* superscriptum. Nescio an praeferri debuerit illa lectio *κα-*

---

h) Recepit cum Br. Inuern. etsi codice suo non laudato.

i) Videri potest *λέγων* ex interpretamento accessisse et expulisse genuinum vocabulum, sed aeque facile *μακρὰς* adiici potuit explicationis caussa; sed quia deinde *λέγων* repetitur, puto h. l. vix a Comico profectum esse.

k) *καταμισθοφορῆσαι.* Scholiastes: *in mercedem consumere: mercedem dare in comitiis et iudiciis, iudiciariam et comitiariam. Bergl.* Est, pecuniam impendere stipendio militum mercenariorum.

l) *τοῦτον ὁ τὸν μ. λ.* Ordo est: *ὁ τὸν μισθὸν λέγων ᾤχετο παραδραμὼν τοῦτον, τὸν τὰς τριήρεις,* subintellige *λέγοντα. Bergl.* Haec perturbatio ordinis celeritate loquendi poterat excusari. Post haec dicta Demi persona existimanda est se incuruasse, vt faciem prae pudore occultaret.

ταμισθοφορῆσαι τοῦτο, ſcilicet *τὸ δαπάνημα εἰς τὰς ναῦς.* *Brunck.*

1364. (1350. K.) *παραδραμὼν ἂν ᾤχετο.* I. e. *victor discedebat;* per metaphoram ſumtam a curſoribus, qui velocitate antagoniſtas praetereunt et ſic eos vincunt. *Kuſt.*

1365. (1351. K.) *τί κύπτεις;* Fingit, quod geſtu adiuuabatur in docenda fabula, populum pudefieri et caput demittere, vt ſolent qui pudore tanguntur. *Cas.* *οὐχὶ κατὰ χώραν μενεῖς;* Friſchlinus: *an non manebis hoc loco?* parum recte; non enim diſceſſurus erat inde populus. Graeci *κατὰ χώραν ἔχειν* et *μένειν* dicunt illa, quae manent eodem ſtatu, quae non mutantur. Sic Plut. 367. is, cuius vultus mutabatur, dicitur *τὸ βλέμμα οὐ κατὰ χώραν ἔχειν.* Item: *rem relinquere, quo ſtatu eſt*, vt Ran. 805. Hortatur ergo populum caput prae pudore ſubmittentem, ne id faciat, ſed erecto vultu, vt ante, maneat. *Duck.*

1366. (1355. Br.) *ταῖς πρότερον ἁμαρτίαις.* Sic vt impreſſi, B. C. Male in membr. *ταῖς προτέραις. Brunck.* In Plut. 774. *αἰσχύνομαι δὲ τὰς ἐμαυτοῦ ξυμφοράς. Bergl.*

1367. Verba *μὴ φροντίσῃς* interponuntur (*noli ſollicitus eſſe,* mache dir keine Gedanken darüber, vt bene Vuil.), itaque lineolis erant ab antecedd. et ſeqq., quae cohaerent, ſeparanda.

1368. (1357. Br.) *νῦν δὴ φράσον.* Perperam vulgo *νῦν δὲ* — *Brunck.*

1369. (1355. K.) Tacite docet poëta, delatoribus *m*) adimendam eſſe poteſtatem vexandorum bonorum; quae vel praecipua ſemper fuit cura Imperatorum proborum. Tunc autem Athenis ſolitus populus a quadruplatoribus impelli ad condemnationem reorum ſpe publicationis bonorum. *Cas.*

1371. Poſt *δίκην* punctum eſt delendum; nam vv.

---

m) *ξυνήγοροι* non delatores erant, ſed tum cauſarum patroni, tum magiſtratus qui in concione dicebant. v. Phot. Lex. p. 408. De voc. *βωμολόχος*, quod ſcurram proprie ſignificat (h. l. bene Vuil. reddit: ein Schelm) v. ad Nubb. 910.

1369. et 1372. coniunguntur. καταγνῶναι τὴν δίκην eſt, cauſam, h. e. reum, qui in ius vocatus eſt, damnare.

1373. (1362. Br.) ἐς τὸ β. Sic tres codd. Vulgo εἰς. *Brunck.*

1374. (1360. K.) ἐκκρεμάσας Ὑπέρβολον n). Vide Nos ad Suid. V. Ὑπέρβολος, vbi loci huius mentio ſit. Caeterum Friſchlinus locum hunc male ſic vertit: *Et Hyperbolo ipſi laqueo interſtringam gulam.* Vertere debebat: *Gutturi eius appendens* (ſaxi loco) *Hyperbolum.* Videtur nimirum Hyperbolus fuiſſe homo craſſi et obeſi corporis, quem proinde collo eius, qui in barathrum praecipitandus erat, ſaxi loco appendendum eſſe, Comicus noſter lepide ait. *Kuſt.* Collo rhetoris in Barathrum o) Hyperbolum ſaxi loco appendendum eſſe ait, vt in Ran. 1437. Cleocrito Cineſiam pro alis applicandum eſſe: εἴ τις πτερώσας Κλεόκριτον Κινησίᾳ. Ridiculum Suidae errorem in Ὑπέρβολος, correxit Kuſterus. *Brunck.*

1378. (1364. K.) κατάγεσθαι dicitur nauis, quae ex alto in portum venit. Etſi enim in rotundo, ex quo conficitur terra et aqua, nihil altum aut humile: tamen ad viſum noſtrum (imo et ad rei veritatem, vt ait Ptolemaeus), qui ſoluunt e portu, dicuntur ἀνάγεσθαι, qui vero portum ſubeunt, κατάγεσθαι; quaſi inferiorem locum petant. *Cas.* Militum claſſiariorum ἐντελὴς μισθὸς ſiue *integrum et ſolidum ſtipendium* erat drachma Attica in diem. Vnde nauis dicebatur ἐντελόμισθος, cuius nautis ſtipendium tale perſoluebatur p). V. Harpocr. et Suid. V. Ἀδδηφάγος, Polluc. I, 121. et ibi Kuhnium. *Kuſt.*

n) Etiam ante vidimus perſtringi acriter Hyperbolum; quod et hic facit vrbaniſſime. Vox enim ὑπέρβολος duobus hic modis exponi poteſt, vel de lapide grandi, vt molari; qualis lapis ſolitus iis de collo appendi, qui in aquas mergebantur: cuius ſupplicii et moris huius appendendi lapidis, ad quem alludit Ariſtophanes, mentio eſt in Euangeliis. Ita ὑπέρβολον abſolute dictum fuerit, pro λίθον ὑπέρβολον. Sed aliter etiam poteſt intelligi de nomine proprio Hyperboli, vt obiter ſignificet, delatores quidem puniendos, ſed ante omnia perdendum Hyperbolum. *Cas.*

o) De quo vid. Plut. 431. et al. loc.

p) Cf. Zonar. h. v. T. I. p. 719.

1379. (1365. K.) ὑπολίσποις πυγιδίοισιν q). Periphrasis Athenienfium, fiue rei veritas, fiue temerarium conuicium. Olim Athenienfes dicti partes, quibus fedemus, exiles et quafi continuo fedendi vfu attritas habere. Quod inde habuit originem, quia rei nauticae peritisfimi Athenienfes, et qui diu infulis imperarint, in nauibus plurimum vitam agebant, vbi neceffario fedebant. Alii referunt ad fabulam de Thefeo, qui faxo insfidens, cum a praetereunte Hercule raperetur in comitatum, attritus ea corporis fui parte dicitur. Propter haec igitur Athenienfes dicti modo ὑπόλισποι, modo λισπόπυγες r). *Cas.* Remiges ὑπόλισπα πυγίδια appellat, quia in tranftris diu fedendo crebroque inter remigandum fuccuffu nates eis deterebantur, ob eamque caufam, nempe quia maximam vitae partem in nauibus transigebat plebs Attica, depyges erant plerique, cuius vitii originem Mythographi referunt ad Thefeum, qui natium partem in faxo reliquit, vnde ab Hercule abftractus fuit. Caeterum idiotismum Atticae dialecti librariorum culpa obliteratum fuiffe arbitror. Scripferat Comicus ὑπολίσφοις. Moeris [p. 145.]: λίσφους, Ἀττικῶς· ἀπύγους, Ἑλληνικῶς· ad quam notam vide Pierfonum s). Hefychio λίσπη exponitur λεῖα καὶ ἐκτετριμμένη καὶ ἄπυγος λίαν. Prior interpretatio pertinet ad Ran. 826. vbi λίσπη γλῶσσα, neglecto Atticismo, bene in chorico cantico adhibetur. Sed in fenariis alia res eft, in quibus non folet Comicus ab vfu fuae dialecti recedere. *Brunck.*

1380. (1366. K.) ἐντεθεὶς ἐν καταλόγῳ. In hiftoriis Athenn pasfim fuit mentio huius catalogi, in quo defcripti erant, quicunque nomen militiae dediffent t), et

q) Praeter Schol. ad h. l. vide etiam Meurs. in Thefeo c. 27. *Kuft.* Ita vocat remiges, quia illis fedendo quafi atterantur nates et exiliores fiant. Erant caeteroqui Athenienfes plerique λεπτόπυγοι fato quodam. *Bergl.*

r) Etiam λίσπαι. v. Phot. Lex. p. 166. Eft autem ὑπόλισπος paululum attritus et tenuis factus. Vid. omnino de his vocabb. Ruhnken. ad Tim. p. 175. f.

s) Add. Zonar. voc. Λίσφη T. II. p. 1312. (vbi haud dubie λίσφοι ex Etym. MS. fcribendum eft.)

t) vid. Phot. Lex. p. 104.

κατάλογον ſic dixerunt, vt Latini illud album ſiue laterculum appellarunt *numeros.* Ibi erat deſcriptus quisque prout militabat. Militiae autem multi ſunt gradus, alii honeſtiores, alii minus; vnde locus fraudi, quam hic Ariſtophanes tangit; cum exempli cauſa, qui erat centurio adſcriptus, poſtea ſtudio alicuius improbi inter praefectos manipulorum reſcriptus fuerat, aut contra. *Cas.*

1381. (1370. Br.) *μετεγγραφήσεται.* Sic tres noſtri codd. vt Vatic. *v*) et Suidas in *κατάλογος.* Perperam vulgo, claudicante verſu, *μεταγραφήσεται. Brunck.* Suidas in *κατάλογος* duos hos verſus laudans poſteriorem ita legit: *Οὐδ' εἷς κατασπουδὰς μετεγγραφήσεται.* Sed *κατασπουδὰς* vna voce praeterea neminem ſcio, qui dixerit. Disiunctim vero etiam legitur ap. Aelian. V. H. III, 8. eodem fere quo hic ſenſu: *per ſtudia aliorum*; quod etiam verti poteſt *in gratiam alterius.* *μετεγγραφήσεται* vero Kuſter. ad Ariſt. etiam in MS. legi tradit. Nec ille autem nec Portus quidquam ad Suidam de variante apud Ariſtoph. ſcriptura monent. *μετεγγράφειν* etiam apud Lucian. eſt ad indoctum et multos ementem libros p. 380. [c. 4. p. 102. T. III. Reitz.] pro *deſcribere:* vbi tamen dubito, an non potius legendum ſit *μεταγεγραμμένα.* Caeterum de catalogo, in quo ſcribebantur nomina militum, Suidas fere eadem habet, quae Schol., niſi quod pro *στρατευομένων* apud eum eſt *ἐκστρατευομένων.* v. etiam Petit. ad LL. Attic. p. 549. Pollux 8, 115. eos vocat *τοὺς ἐκ τοῦ καταλόγου.* Aelian. V. H. XIII, 12. *Μέτων ὁ ἀστρονόμος εἷς ἦν τοῦ καταλόγου. Duck.*

1383. (1369. K.) *πόρπακα x*). Eſt manubrium clypei, ſed hic clypeum totum intelligit. Senſus eſt: ſi nullus ſit locus gratiae, Cleonymum, qui tam honeſtum locum in catalogo obtinebat, relatum iri inter

---

v) MS. Vatic. Palat. *μετεγγραφήσεται. Kuſt.* Idem reponi iuſſit metri cauſa et quia *ἐγγεγράψεται* ſequitur, *Dawes.* Miſc. Crit. p. 198. ſ. *ἐγγεγράψεται* pro *ἐγγραφήσεται* poſitum illuſtrauit *Coray* in Schol. ad Heliod. II. p. 68. ſ.

x) *Manubrium clypei:* ſed hic pro ipſo clypeo; per clypeum autem intelligitur abiectio clypei. In Nubb. 352. *Κλεώνυμον τὸν ῥίψασπιν. Bergl.*

probrofos. Erat enim hic ignauia infignis. *Cas.* Ignavus enim erat, et *ῥίψασπις* appellabatur. Multis in locis timiditatem ei Comicus exprobrat. *Brunck.* qui tacite repofuit *τοῦ Κλεωνύμου* pro vulg. *τὸν Κλεωνύμου.*

1384. (1370. K.) *ἀγοράσει* Scholiaftes exponit *ἐν ἀγορᾷ διατρίψει,* quam fignificationem tradunt Euftathius in Il. *β.* p. 192, 14. Hefych. h. v. Ammonius in *Ὠνήσασθαι* et Gronov. ad Lucian. Toxar. p. 71. [T. II. p. 562. ed. Reitz.] qui compluribus teftimoniis eam confirmat *y*). *Ἀγενείους* autem hic accipio impudicos *z*), quibus non licuiffe concionari tradit Schol. 876. Nam tales erant Clifthenes et Straton, vt hic Schol. *Duck.*

1385. (1374. Br.) Clifthenes et Strato molles erant et impudici, qui pilos fibi vellebant et barbam radebant. Vid. Thesm. 571. Ran. 422. Ach. 117. *a*). *Brunck.*

1386 (1372. K.) *τὰ 'ν* [vt ol. fcriptum] *τῷ μύρῳ.* Frifchlinus: *vnguentis illitos.* Vertere debebat: *in tabernis vnguentariis verfantes.* Nam *ἐν τῷ μύρῳ* Attice hic dictum, pro, *ἐν τῷ μυροπωλείῳ b*); vt ap. Noftrum Vesp. 785. *ἐν τοῖς ἰχθῦσι* pro *ἐν τῷ ἰχθυοπωλείῳ,* i. e *in foro pifcario.* Plura huius generis exempla collegit Graeuius Lect. Hefiod. c. 19. ad v. 512. et Nos ipfi ad Suid. V. *Δεῖγμα. Kuft.*

1387. *στωμυλεῖται.* In Ran. 1097. *τῶν μειρακίων στωμυλλομένων. Bergl.*

1388. (1377. Br.) Vulgo fic legitur hic verfus: *σοφός γ' ὁ Φαίαξ, δεξιῶς τ' οὐκ ἀπέθανε c*). Quae lectio vitii fufpecta eft, ne manifeftam dicam. Ei praeter

---

y) Probabilius tamen h. l. eft, concionari, verba in concione facere, vt et Vuil. interpretatus eft.

z) Proprie enim *ἀγένειος* eft imberbis, *μειράκιον* Zon. I. p. 22.

a) Iftos duos, quos hic dicit imberbes fuiffe, etiam coniungit in Ach. 118. fqq. vbi eos dicit fibi ipfis barbas alienas aptaffe. Perftringit autem ambos tanquam molles et effeminatos, et quod locutuleji fint aut ftudeant effe. *Bergl.*

b) Nota Attica phrafis *ἐν μύρῳ* pro *ἐν μυροπωλείῳ,* i. e. qui ibi folent dies agere, vbi res aptae mollibus venduntur, fcil. *vnguenta. Cas.*

c) Retinuit Inv. auctoritate fui libri.

Suidam, apud quem etiam aliqua varietas eſt, nullus antiquus ſuffragatur liber. In B. ſcriptum eſt: δεξιὸς ὁ Φαίαξ καὶ σοφῶς οὐκ ἀπέθανεν. In C. δεξιός γ' ὁ Φαίαξ σοφῶς τ' οὐκ ἀπέθανε. Importune et inſulſe in hoc adoleſcentium ſermone, quem Demus refert, iniicitur mentio capitalis iudicii, quod effugerit Phaeax: commentum hoc eſſe videtur Graeculorum, qui, ne nihil ad mendoſam lectionem adferrent, hiſtoriolam illam excogitauerunt. Nihil tale in membr., quarum longe diverſa eſt lectio: σοφός γ' ὁ Φαίαξ δεξιῶς ἐμάνθανε. Vnde meliorem et, ni fallor, veram reconcinnaui: δεξιὸς ὁ Φαίαξ καὶ σοφῶς ἐμάνθανε. Quae ſequuntur, ſunt pleraque ambiguae ſignificationis et ad obſcoenum ſenſum auditorum mentem deflectebant. *Brunck.* Suidae lectio [V. Φαίαξ] σοφός γ' ὁ Φαίαξ δεξιός τ' οὐκ ἀπέθανε verior atque elegantior [vulgata]. *Phaeax homo ſapiens et ingenioſus mortem effugit.* De Phaeace autem iſto, quem δεινὸν ῥήτορα vocat Schol., conſulendus Taylor. in Lect. Lys. c. 6. *Toup.* Emm. in Suid. II. p. 336.

ὁ Φαίαξ d). Eſt verisſimum, quod ille ait [Propert. El. II, 1, 43.]

Nauita de ventis, de tauris narrat arator.

Et fere hominum ſermones ſpecimen morum habent: λόγος γὰρ ψυχῆς εἰκών. Iure igitur poëta, vt mollitiem iſtorum notet, tribuit illis familiares ſermones molles et turpes. Fingit eos loqui de Phaeace quodam. Apud veteres Graecos et Latinos Phaeax ponitur pro homine voluptuario, quia tales deſcribit Homerus in Odyss. [VII, 98. ſs. etc.]. Iſti vero adoleſcentes multis epithetis laudant Phaeacem, quae omnia eiusmodi ſunt, vt exponi honeſte quodammodo posſint: vt συνερκτικὸς Schol. deducit a συνείρειν, quod eſt *orationem continuare;* ſed poteſt accipi etiam et verti, qui habet vim conſtringendi, vt ſit alluſio ad illecebras amantium. Sic περαντικὸς a περαίνω, quod eſt, *rem perficio.* Sed idem verbum pasſim apud Graecos obſcoenam notionem habet. Item in caeteris obſcoeni aliquid latere, intelligere eſt. *Cas.* Phaeacis, de quo hic agitur, meminit Plutarchus in Alcibiadis vita p. 16. De eo Eupolis Co-

---

d) Rhetor aliquis, vt ait Scholiaſtes. *Bergl.*

micus dixerat: *λαλεῖν ἄριστος, ἀδυνατώτατος λέγειν.* In seq v. *ξυνερκτικὸς* exhibent tres codd. quod ni verum eſt, ſaltem ad verum proxime accedit. Legendum enim cenſeo. *ξυνειρκτικὸς,* a *ξυνείρω.* Quod vero Suidas habet *συνεριστικὸς,* id nauci non eſt. *Brunck.* in Add. T. III. p. 117.

1389. (1375. K.) Vel ſcribendum eſt *συνειρκτικὸς* a *συνείρω, connecto.* (vnde Schol. vocem hanc deducit), vel *συνεριστικὸς,* vt habet Suidas V. *Φαίαξ e).* Deinde *περαντικὸς,* quod ſtatim ſequitur, idem eſt quod *συλλογιστικός. Περαίνειν* enim et *συμπεραίνειν* apud Graecos ſignificat, argumentis in ſyllogismi formam redactis aliquid concludere vel demonſtrare. Poteſt autem et ſenſus obſcoenus hic latere, quoniam *περαίνειν* de re Venerea etiam dici conſtat. *Kuſt.*

1390. *κρουστικὸς* etc. Ad dicendi artem referuntur *κροῦσις καὶ κατάληψις* in Nubb. 317. *Bergl.* De voc. *γνωμοτυπικὸς* (ſententias cudens) v. ad Ran 903. *θορυβητικὸν* interpretantur, tumultuantes (multitudinem in concione tumultuantem). Sed proprie eſt, quidquid ad tumultum excitandum facit.

1392. (1378. K. 1381. Br.) Eſt verſus obſcurus *f).* Non ſatis enim apparet, a quo et cui dicatur, nec quo-

---

e) Nihil mutauit Brunck. niſi quod Atticam formam *ξυνερκτικὸς* repoſuit. Neque mutandum quidquam eſt. In ipſa forma horum et quae ſequuntur, vocabulorum alluſio videtur eſſe aut ad formam orationis, qua Phaeax vſus eſt, aut ad verba iuuenum ineptorum, eum laudantium. Nam loquax potius fuit quam diſertus (*λαλεῖν ἄριστος, ἀδυνατώτατος λέγειν,* vt Eupolis ait). Redduntur haec: auditorem oratione conſtrictum tenet et quodlibet adſequitur. Vuil. ſic vertit:

er iſt concinn, präcis,
Sententiös und klar, voll Energie
und Meiſter in der Kunſt die Lärmer im
Reſpect zu halten.

Idem recte animaduertit, affectata illa vocabula redolere ſcholam rhetoricam quandam.

f) Haec verba veteribus peperere difficultatem. Verba quidem ſunt facilia, ſed mens videtur nulla. Non nouum in comoediis quaedam temere effutire. *Δακτυλίζειν* eſt, digito oſtendere, quod in bonam partem accipitur. Nam, vt

modo cum praecedentibus cohaereat, vt Schol. etiam monet. Quare alii hìc lampadem trado. Illud tantum dicam, *καταδακτυλίζειν* eſſe verbum nequam: vt diſcimus ex Heſych. V. *Σιφνιάζειν* et V. *Σκιμαλίσαι*. *Kuſt.* Scholia: *ἀντὶ τοῦ συνουσιαστικὸς κατὰ τοῦ δακτυλίου τοῦ πρωκτοῦ· λαλητικοῦ δὲ, τῶν λαλούντων ταῦτα.* Quae verba interpretationem non merentur. In Gloſſis *δακτύλιος ἕδρας* eſt *anus*. *Τὸ λαλητικὸν* accipit pro ipſis *garrientibus*. Vult autem iſtos tamquam cinaedos perſtringere, vt ſaepe ſolet rhetores. Caeterum chorus ſine dubio praecedentem verſum iſto riſit, vt recte putat Caſaubonus. *Bergl.* *Καταδακτυλίζειν* verbum eſt nequam. Heſych. *Σιφνιάζειν, καταδακτυλίζειν. διαβέβληνται γὰρ οἱ Σίφνιοι, ὡς παιδικοῖς χρώμενοι. σιφνιάσαι οὖν το σκιμαλίσαι.* Idem: *Σκιμαλίσαι, καταδακτυλίσαι g*). Suidas *καταδακτυλικὸς, συνουσιαστικὸς κατὰ τὸν δακτύλιον τοῦ πρωκτοῦ.* Hic verſus perperam vulgo choro tribuitur *h*), vt et praecedentes omnes a 1375. (1386.) Agoracrito male continuantur. *Brunck.*

1393. (1379. K.) In parte futurae felicitatis ponit *i*), quod venationi operam dare licebit. Plurimum ſe hac oblectare ſoliti Graeci veteres. Non ita apud Romanos in pretio fuit venatio. Nam ante Traiani et Hadriani tempora non videas inter aſſueta nobilium exercitia fuiſſe venationem. *Cas.*

---

ille ait [Pers. Sat. I, 28.] *At pulchrum eſt digito monſtrari et dicier: Hic eſt.* Sed hìc vox illa propter praepoſit. *κατὰ* in malam partem accipitur. Eſt enim *καταδακτυλίζειν* digito denotare, ignominiae cauſa: inde *καταδακτυλικὸς*, vel, quod magis *ἀνάλογον* ſit, *καταδακτυλιστικὸς*, qui alium libenter digito denotat. *Λαλητικὸς* vero hominem *locutulejum* ſignificat. Chorus ſine dubio praecedentem verſum iſto riſit. *Cas.*

g) Add. Photius in vtroque verbo p. 381. et 384. et Zonar. in *Σκιμαλίσαι* T. II. p. 1657.

h) Male etiam vulgo fuit: *Οὐκοῦν* — Emendauit haec cum Br. Inuern., codice tamen non laudato.

i) Imo iſtos iuniores oratores vult Demus cogere, venationi operam dare et a concionibus abſtinere. Fortaſſis et verbo *κυνηγετεῖν* obſcoenus ſenſus ſubeſt.

1395. (1581. K.) *k*) Homo aut camelus, cum ſe ingeniculat, proprie ὀκλάζειν dicitur. Inde ὀκλαδίας ſella appellata eſt, reſtibus intenta eoque artificio compacta, vt intendi et laxari poſſet *l*). *Cas.*

1396. (1582. K.) Alludit ad morem Athenn., de quo Aelian. IV. V. H. 22. *Duck.* Teſte Schol. alluſum ad conſuetudinem Barbarorum, qui pro apophoretis ſaepe dare ſoliti eunuchos; quod et Romani quidam Impp. imitati. Nam Verus Marci frater, Commodus Marci filius, Caracalla et Heliogabalus idem feciſſe et vel eunuchos vel pueros dediſſe leguntur. Ne videretur autem barbaros imitari, dat iſte puerum ἐνόρχην, qui ſit futurus διφροφόρος. *Cas.* In membr. ἔνορχιν. v. ad Avv. 569. *Brunck.*

1397. (1586. Br.) ὀκλαδίαν ποίει. Quaſi dicat: *iube eum ingeniculare.* Latet aliquid obſcoeni, vt ait Schol. *Bergl.* *Iube eum flexis innixum genubus procumbere*, ita vt figuram referat, quam Lyſiſtrata his verbis deſcribit: οὐ στήσομαι λέαιν' ἐπὶ τυροκνηστίδος. *Brunck.*

1398. Dicit haec Demus, dum ſellam occupat: Beatus ſum qui iam in antiquam ſedem, conditionem, (vbi quieſcere et otioſus eſſe poteram) reſtituar. Vulg. τὰ 'ρχαῖα.

1399. (1585. K.) τριακοντούτιδας σπονδάς. Dicebant etiam Graeci τριακοντούτεις σπονδαί. v. Iungerm. ad Poll. I, 56. *Kuſt.* Scholiaſtes: *Meretrices introducit; hinc etiam dicit:* ἔξεστιν αὐτῶν κατατριακοντουτίσαι, i. e. *ad coitum accipere?* Sic et in Pac. 706. et 713. Oporam et Theoriam quaſi meretrices introducit *m*). *Bergl.*

---

k) Vulgo ἔχε νῦν — Tacite correxit Br. Dum haec dicit Iſiciarius, porrigit ſellam, atque puer etiam comitatus eum eſſe intelligitur, quem deinde exhibet Demo. ἐπὶ τούτοις eſt ***hac conditione***, vt iſta, quae promiſiſti, ſerues.

l) Photius p. 238. ὀκλαδίας, δίφρος ὃν οἱ ἀκόλουθοι τοῖς πλουσίοις εἰς ἀγορὰν ἠκολούθουν φέροντες. add. Zonar. II. 1438.

m) Impurorum olim, qui theatris praeerant, mos fuit, vt interea, dum doceretur fabula, vel ea peracta, ſcortum in theatrum induceretur; quod in hac fabula extrema facturus poëta inducit puellas quaſdam ornatas habitu Pacis eas-

1400. His dictis exiſtimandae ſunt pulcrae puellae, haud dubie hetaerae, quae perſonas Induciarum ſustinerent, in ſcenam prodiiſſe. *Vuil.*

1401. (1387 K.) *πολυτίμητε.* Pretioſum haec vox ſignificat, ſed et venerandum. *Τιμὴ* enim tam pretium quam honorem ſignificat. *Cas.*

1402 (1391. Br.) *κατατριακοντουτίσαι.* Facete fictum a Comico verbum, cuius ſenſum facile quiuis adſequitur. *Brunck.* Comicae licentiae vox eſt, de cognomine *σπονδῶν* fictum. Id ſignificat, quod diximus. *Cas.*

1403. (1392. Br.) *πῶς ἔλαβες αὐτὰς ἐτεόν;* Hanc ſcripturam flagitat et metrum et ſententia. Male in tribus codd. *ἔλαβες ταύτας,* contra metrum; in impreſſis *ἔλαβε ταύτας,* contra ſententiam. *Brunck.* *ἐτεόν.* Aduerbium Atticis proprium ſignificat *vere.* Sed accipi ſolet in idiotismo Atticae plebis pro eo, quod Latini *amabo* vel *obſecro. Cas.*

1404. (1390. K. 1393. Br.) *ἵνα μὴ σὺ λάβῃς* [vt vulg.] Metri gratia, transpoſitis tantum vocibus ſcribe: *ἵνα μὴ σὺ λάβῃς,* vt habet MS. Vatic. Palat. *Kuſt.* Soloece vulgo *λάβῃς n*). In membr. vltima ſyllaba ambiguo ſcripturae compendio notata. Sed foeda e prioribus edd. menda me imprudente hic remanſit [*μὴ σὺ*]. Medias voculas in ordinem repone: *ἵνα σὺ μὴ λάβοις.* Sic collocatae ſunt illae in B *σὺ μὴ* — Sic e Vat. cod. ſcribendum eſſe iam monuerat Kuſt. *Brunck.*

1407. Senſus poſtremorum verborum eſt: quo malo, qua poena, afficies Cleonem? Lepide eum vult adigere ad artem iſiciarii exercendam.

1409. (1398. Br.) *ἐπὶ ταῖσι* [vt Br. ed.] *πύλαις.*

---

que vocat tricennales Inducias, ſpem populo faciens, ſi conſilium ſuum ſequatur, firmae pacis aut certe longarum induciarum, quales fuere quae olim appellatae e re fuerant *τριακοντούτιδες.* Harum et Thucyd. [I, 115. II, 2.] et Diodorus Sic. [XII, 2.] et alii meminerunt. *Cas.*

n) Si dicere voluit: occultauit, ne tu acciperes, *λάβοις* legendum; ſin: abſcondit ne tu (nunc) accipias, *λάβῃς* ſeruandum. More ſuo aduerſatur Inuern.

Vulgo *ταῖς*. Illud modulatius. *Brunck.* Supra 1242. (1234.) *Bergl. μόνον* in fine verfus legi iubet *Reisk.*

1410. (1396. K.) *o*) Senfus huius verfus eft: pro fupplicio Cleoni haec poena imponetur, vt in fumma vilitate artem exerceat, quam ego prius; atque ille, vt eft fceleratus, bonas malasque carnes *p*) ad ificia adhibebit, propterea meminit caninae et afininae. Quamquam fciendum eft, veteres efitaffe et afini et canis carnes, quarum etiam Medici mentionem faciunt. Quin et Hippocrates paffim catulinam carnem commendat. *Cas.*

1411. *λοιδορήσεται*. Medium h. l. Coray Schol. ad Ifocr. II. p. 75. interpretatur fic, vt fit i. q. *ἀντιλοιδορεῖσθαι*, vicisfim conuitia dicere.

1412. (1398. K. 1401. Br.) *λοῦτρον* [vt ol. fcriptum] *πίεται*. Erat moris, vt balineas frequentarent mendici, quibus aliquid erogabant, qui balneas adibant et inde exibant. Saepe tamen foliti diuites illudere mendicis, et inter caetera contumeliae genera aquam e folio balnearum petitam illis propinabant, tanquam puram. Quod cum teterrimae impuritatis fit, de extrema infelicitate et paupertate dicebant: ille bibit *τὸ λοῦτρον*, i. e. aquam e balnearum foliis. Sic ap. Plaut. in Afinar. *fullonicam bibere q*) et in Pfeud. *r*) *fluctum fullonium. Cas.* Suidas V. *λοῦτρον* et Euftath. in Il. *O.* p. 1037. *λοῦτρον* exponunt *ἀπόλουμα*, laudato h. l. Comici. Kufterus ad Suid. fcribit. hoc etiam vocari *λουτρεῖον*, idque probat auctoritate Hefych. apud quem pro *λούτριον, τὸ ῥυπαρὸν ὕδωρ* cet. vult legi *λουτρεῖον* e Polluce VII 167. *καὶ τὸ ὕδωρ τοῦ λουτροῦ, λουτρεῖον, ὡς Ἀριστοφάνης ἐν Ἥρωσι.* Sed Iungermann. ibi e MS. magis

o) Tacite Br. pro vulg. *πράγμασιν* dedit *πράγμασι.*

p) Nam pro *carnibus* praeter exfpectationem dixit *πράγμασιν*, vt fimul ad *impudentiam* et *ftultitiam* eius in rebus gerendis alluderet. Nefcio quid Berglerum permouerit, vt verteret: canina *ftercora* mifcens afininis.

q) Imo *nauteam* (h. e. aquam de fentina) *bibere* ibi legitur V, 2, 44. f. fed *fullonicam difcere* paulo poft v. 57. occurrit.

r) *Fluctus fullonius potandus* legitur Pfeud. III, 1, 16.

probat *λούτριον*, cum praesertim ipse Pollux X, 78. dicat *λούτριον ὕδωρ*. Et ita quoque legitur apud Lucian. Lexiph. p. 824. [T. II. p. 326. Reiz.] *καὶ δέος μὴ ἐν λουτρίῳ ἀπολουσώμεθα*. *Duck.* *λουτρὸν* [vt Br. ed.], seu, vt alii ad significationis differentiam scribunt, *λοῦτρον* aquam sordidam a lauatione significat, quae etiam *λούτριον* appellatur *s*). vid Heroum fragm. XI. Hesych.: *λούτριον, τὸ ῥυπαρὸν ὕδωρ καὶ λελουμένον, ἤγουν ἀπόνιμμα. λοῦτρον, τὸ αὐτό.* In A. B. scriptum *λοῦτρον*. *Brunck.*

1414. (1400. K.) *πόρναισι καὶ βαλανεῦσι διακεκραγέναι.* Nescio quid sibi voluerit Frischlinus, dum sic vertit: *Vt cum scortis et balneatorum grege explodatur.* Sensus est: *vt cum scortis et balneatoribus clamando* (i. e. maledicendo et conuitiando) *certet.* (Vel, *vt scortis et balneatoribus conuicia et maledicta cum magno clamore identidem ingerat*). Hanc enim praepositio *διὰ* in compositione aliquando vim habet. Sic in Epigramm. Hedyli ap. Athen. XI. c. 11. p. 488. *διαπινομένη ἀνδράσι* est, *bibendo certans cum viris:* vt recte vocem illam ibi exponit summus Casaubonus. Ap. Comicum nostrum quoque in Vesp. 1490. *διορχεῖσθαί τινι* significat, *de saltandi peritia cum aliquo contendere. Kust.*

1416. *ὁ φαρμακός.* v. in Ran. 740. *Bergl.*

1417. (1403. K.) *τὴν βατραχίδα.* Consuetudinis fuit Graecorum et Latinorum, vestes suas nominare non de materia, sed de colore, licet iure materiae color cedere debeat. Sed ita passim multa graeca latinaque vocabula reperies, quae vestem denotent a colore, quo plurimum ea vestis condiri solita. Sic igitur *molochinam* appellarunt vestem coloris maluacei, *κροκωτὸν* Graeci coloris crocei vestem. Sic *βατραχὶς* h. l. vestis a colore ranarum sic dicta. Ille color medius est inter *φαιὸν* s. pullum et viridem. Apparet autem ex h. l. vestem hanc tricliniarem fuisse, qua vterentur qui in Prytaneo epulabantur. *Cas.* Schol. *εἶδος ἐσθῆτος ἀνθινῆς, ὅμοιον τῷ ὀνόματι ἐχούσης χρῶμα. Brunck.* Cf. supra 523.

---

s) Cf. Zonar. in *λουτρά* T. II. p. 1318.

1418. (1404. K.) *ὡς ἐπί.* Solet *ὡς* cum praepofitt. quibusdam coniungi. In Avv. 1567. *ὡς ἐπὶ δεξιά.* Soph. Philoct. 58. *πλεῖν ὡς πρὸς οἶκον domum nauigare*, et cum aduerbiis. vt *ὡς ἀληθῶς*. *Bergl.* Perperam *οἷς ἐλωβᾶθ'* pro vulg. *οὓς* e Rav. pofitum. Nam cum Accus. *λωβᾶσθαι* conftruitur.

COMMENTARII

IN

ARISTOPHANIS PACEM a).

Argum. gr. p. 5. l. 2. *κεκμηκότας* ed. Kuſt. vt Ald.

L. 5. poſt *ἰδὼν* et *χρόνος* cola perperam ponuntur; verba *ἰκ.* — *χρ.* ſunt in parentheſi poſita, et *ἰδὼν συνέγραψε* cohaerent. Ibid. recte legitur in Ald. etc. *K. διϊππεύκει* (quaſi, perequitauerat h. e. elapſum erat).

L. 6. Ald. K. *τὴν πρὸς ἀλλήλους φιλονεικίαν*. Debebat certe in Lips ſcribi: *τ. πρὸς αὐτὰς φ.*

L. 7. Ald. K. *τῆς προτέρας ἔχθρας*, perpetua mutatione.

L. 8. Poſt *γεωργὸν* in Ald. K. recte additur *τινα*. Tum in iisdem veriſſime: *μάλιστα τῆς εἰρήνης ἀντιποιούμενον* (h. e. maxime appetentem pacem, pacis ſtudioſum). Aut librarius aut qui codicem contulit, *ἀντὶ* propter ſcripturae modum non recte legit.

L. 11. Sine ſenſu legitur *ἐκτρέχει* (vt in Ald.). Reſtituendum e K. *ἐκτρύχει* (cur res Graecorum adeo affligeret). Poſt *πράγματα* comma eſt ponendum. Recte autem *ποιήσας* e cod. editum pro vulg. *ποιήσαντα*. Nam non cum *Δία* ſed cum *ἐκτρύχει* cohaeret hoc partic.

L. 14. *ποιήσοι* Ald. K. Sed recte *ποιήσει* nunc legitur.

a) In ed. Kuſt. vt in Ald. haec fabula legitur poſt Veſpas, ante Aues, in Bergl. inter Aues et Eccleſiazuſas, in Brunck. poſtremum occupat locum.

L. 21. Praemittitur in K. *Ἄλλως.* Poſt *διδασκαλίαις* ita pergit ed. K. cum Ald. *ὅτι καὶ ἑτέραν ἐδίδαξε. ὁμοίως Ἀριστοφάνης Εἰρήνην. ἄδηλον* etc. nec *ἑτέραν* abeſſe poteſt.

L. 23. Recte A. K. *ἀνεδίδαξεν* (iterum edidit). Nihili eſt *ἀνεδείδαξεν.* Poſt *ἀνεδ.* comma ponendum et deinde *ἥτις* cum K. ſcribendum.

L. 25. K. *δύο εἶπε δρ.* Melius eſt *οἶδεν.*

L. 26. K. *ἐπὶ τοῖς Ἀχ.* Tum poſt *Βαβυλ.* comma reponendum et *Εἰρήνη* (maiuscula litera) ſcribendum, poſt hoc vocabulum autem plene eſt interpungendum. Nam ſequentia nouam continent ſententiam, occurrere paſſim verſus quosdam e Pace Ariſt. laudatos, qui in ea, quae nunc legitur, fabula non reperiantur, vnde eam bis editam et diuerſimode eſſe colligitur.

Sequitur in ed. Kuſt.

Ἄ λ λ ω ς.

Τρυγαῖος, ἄγροικος πρεσβύτης Ἀθήνησιν, ὀχούμενος ἐπὶ τοῦ κανθάρου ὑπὲρ τῆς Ἑλλάδος b) *εἰς τὸν οὐρανὸν ἀναφέρεται. γενόμενος δὲ κατὰ τὴν τοῦ Διὸς οἰκίαν ἐντυγχάνει τῷ Ἑρμῇ, καὶ ἀκούει, ὅτι μετοικησαμένων τῶν θεῶν εἰς τὰ τοῦ οὐρανοῦ ἀνώτατα διὰ τὴν τῶν Ἑλλήνων ἀλληλοκτονίαν* c), *ἐνοικίσας ὁ Πόλεμος εἰς ἄντρον τι τὴν Εἰρήνην καὶ καθείρξας λίθοις ἐπεφόρησε* d) *καὶ νῦν μέλλει τὰς πόλεις ἐμβαλὼν* e) *τρίβειν. Μέχρι μὲν οὖν τινος ἐπὶ ξυροῦ, φασίν, ἀκμῆς* f) *τὰ τῶν Ἑλλήνων ἐκινδύνευσε πράγματα. ἔπειτα μεταπεμπομένου παρ' Ἀθηναίων τοῦ Πολέμου δοίδυκα καὶ παρὰ Λακεδαιμονίων* g), *κἀκείνων μὲν τὸν Κλέω-*

---

b) I. e. *ſalutis Graeciae cauſa.*

c) *mutuam caedem.* *Πόλεμος* et *Εἰρήνη* in perſonas mutantur. *ἐνοικίζειν* eſt, in domum, ſedem quandam, coniicere, h. l. in antrum, tanquam domicilium, redigere.

d) Saxa ingeſſit ſcil. ad claudendum antrum, ne Pax prodire inde poſſet.

e) Scil. *τῇ θυείᾳ,* mortario.

f) Propr. in acie nouaculae, prouerb. (vnde *φασὶν* additur) de maximo periculo. V. Hom. Iliad. X, 173. et intpp. Interdum breuius dicitur *ἐπὶ ξυροῦ.* Zonar. I. 794.

g) Ab Athenn. et Lacedd. arceſſiuit, h. e. afferri ſibi iuſſit piſtillum.

να, τῶν δὲ Λακεδαιμονίων ἐν Θρᾴκῃ τὸν Βρασίδαν ἀπολωλέναι φασκόντων, οὓς ὁ ποιητής, ὡς κυκῶντας τὴν Ἑλλάδα, δοίδυξιν εἴκασεν, οὗτος μὲν εἰσέρχεται δοίδυκα ποιήσων αὐτοχειρί h). Ἐν τοσούτῳ δὲ μηχαναῖς τῶν περὶ Τρυγαῖον γεωργῶν τὴν Εἰρήνην ἀνελκυσάντων, οὐκ ἄνευ τῆς Ἑρμοῦ συνεργείας, τῶν χειροτεχνῶν ὅσοι μὲν ἢ λόφους ἢ ἀσπίδας ἢ ἄλλο τι τῶν κατὰ πόλεμον χρησίμων κατασκευάζοντες διέζων, κατηφείᾳ συνείχοντο, τῶν ὅπλων ἤδη διὰ τὴν Εἰρήνην γενομένων ἀχρείων i). ὅσοι δὲ βίον εἶχον ἐκ τῶν εἰρηνικῶς ἀσκουμένων ἐπιτηδευμάτων, οἷον εἰπεῖν δρεπανουργοὺς καὶ χαλκεῖς σμινυῶν καὶ ὅλως γεωργούς, Τρυγαίῳ συγχαιρήσοντες παραγίνονται· μεθ᾽ οὗ κρεωσφαγήσαντες k) ὡς ἐπὶ δεῖπνον καὶ γάμον κωμάζουσιν.

Φλωρ. Χριστιανοῦ Ὑπόθεσις δι᾽ ἰάμβων.

Κλέων Ἀθηναῖός τε καὶ Βρασίδας Λάκων,
Κυκῶντε πᾶσαν διὰ χρόνου τὴν Ἑλλάδα,
Πόλεμον ἐνῶρσαν· δεινὰ δ᾽ οὖν πεπονθότων
Δήμων, Τρυγαῖος ἀμπελουργὸς Ἀθμονεὺς
Ὤικτειρεν αὐτούς, καὶ λαβὼν τὸν κάνθαρον
Ἱππηδὸν ἐς τοὺς τοῦ Διὸς βαίνει δόμους,
Ζητῶν πρόσωπον κωφὸν Εἰρήνης θεᾶς,
Τὴν Πόλεμος ἄντρων ἐν μυχοῖς ἐκρύψατο.
Ἑρμῇ πυλωρῷ δ᾽ ἐντυχὼν ἕλκει θεάν,
Λαῷ ξυνεργῷ τῶν ἀγροίκων χρώμενος
Ἁρμοῖ θανόντων Ἑλλάδος ταρακτόρων,
Κλέωνε l) καὶ Βρασίδα ὑπ᾽ ἀλλήλων φόνῳ.
Μόλις δ᾽ Ἀθήνας τήνδ᾽ ἄγων κατήλυθε
Γάμον εὐτρεπίζων, ἐς δὲ τὴν εὐωχίαν
Ἀγρόται καλοῦνται πάντες εἰρήνης φίλοι·
Ὅπλων κάπηλος δ᾽ ἐκποδὼν μεθίσταται.

---

h) Manu ſua loco piſtilli vſurus erat.

i) Ald. habet ἀξίων.

k) i. e. victimis mactatis. Fortasſis tamen κρεωφαγήσαντες ſcriptum fuit. In Ald. κρεοσφαγήσαντες. Mox Ald. ὡς ἐπεὶ —

l) Κλέωνος poni debuerat.

Id eſt: Cleon Athenienſis et Braſidas Laco
Turbas per omnem diu cientes Graeciam
Bellum excitarant, ſors premebat Atticum
Acerba populum, quem Athenienſis vinitor
Miſerans Trygaeus cantharo ingenti vehens
Equi inſtar altas pergit ad Iouis domos,
Vultum tacentem quaeritans Pacis Deae,
Quam Bellum in alta habebat abſconſam ſpecu.
Mox cum ſtatore verba Mercurio ſerens
Turba adiuuante ruſtica Diuam extrahit,
(Occiſione mutua occiſis prius
Braſida et Cleone Graeciam turbantibus)
Tandemque Athenas ducit et demittitur
Paratque nuptias; ſtatim ad conuiuium
Veniunt amici Pacis agreſtes ſimul:
At omnis armorum propola eliminat.

Fabula Irene quando acta.

Ex Sam. Petiti Miſcell. lib. I. c. 8. [p. 33. ſs.]

Exſtat hoc drama actumque eſt, vt eſt noſtra coniectura, Alcaeo Athenis praetore, anno tertio Olymp. LXXXIX. *m*). Nam poſt mortem Braſidae et Cleonis hoc drama produxit, cum iam agitarentur de pace ineunda conſilia. — *τὸ δεῖνα γὰρ ἀπόλωλ' — ὁ βυρσοπώλης κ. τ. λ.* [269. ſ.]. Cleonem enim deſignat, vt notant Scholia, quemadmodum et Braſidam his verbis [251. ſ.] *ἀπόλωλε γὰρ καὶ τοῖς Λακεδαιμονίοισι κακὸς ἀλετρίβανος.* Atque eodem dramate inuehenti in Cleonem Mercurio reſpondet Trygaeus [649. ſ.]: *παῦε — ἀλλ' ἔα τὸν ἄνδρ' ἐκεῖνον, οὗ πέρ ἐστ', εἶναι κάτω* etc. Scholia: *ἀποθανὼν γὰρ ἦν ὁ Κλέων καὶ οὐκ ἐξῆν τεθνηκότας κωμῳδεῖν.* Interfecti autem ſunt Cleon et Braſidas in Thracia, Alcaeo archonte, anno 3. Olymp. 89. (vt narrant Thucyd. Lib. V. [c. 10.] Diodorus Sic. Bibl. Lib. XII. [c. 74.] Anonymus in deſcript. Olympiadum), a bello Peloponneſiaco anno decimo vertente. Teſtis locupletisſimus eſt Interpres graecus ad haec Comici verba [354. ſs.] *καὶ γὰρ ἱκανὸν χρόνον — ἀσπίδι τε: ιγ' γὰρ εἶχον ἔτη πολεμοῦντες. πολλήν, φησί, θλίψιν ὑπεμείναμεν εἰς τὸ Λύκειον εἰσιόντες καὶ συναγόμενοι, καὶ πάλιν ἐξιόντες ἐκ τοῦ Λυκείου καὶ ἀπιόντες εἰς τὴν πόλιν. Τὸ Λύκειον δὲ γυμνάσιον Ἀθήνησι, ὅπου πρὸ τοῦ πολέμου ἐδόκουν*

---

m) H. e. anno 421. a. C. vid. Dodwell. Ann. Thuc. p. 674. ſs. T. II. ed. Lips.

γυμνάζεσθαι. Locus corruptus eſt in notis numeralibus; reſtituendus itaque annorum decem numerus et reſcribendum eſt: *ι γὰρ εἶχον ἔτη πολεμοῦντες.* Nam littera *γ'* irrepſerat e voce *γὰρ*, et adhaeſerat, maximo cum historiae veritatisque damno, numerali litterae *ι.* Ac certe decem tantum annos continuos pugnatum eſt, poſtea induciae factae ſunt. Id ita eſſe, vt ſentio, vel hinc patet, quod *μετὰ τὴν εἰρημένην μάχην*, inquit Diod. Sic. [XII, 74. extr.] *ἔδοξαν οἱ Ἀθηναῖοι τοῖς Λακεδαιμονίοις συνθέσθαι σπονδὰς πεντηκονταετεῖς — ὁ μὲν οὖν Πελοποννησιακὸς πόλεμος διαμείνας μέχρι τῶν ὑποκειμένων καιρῶν ἔτη δέκα τὸν εἰρημένον τρόπον κατελύθη.* Ictum eſt foedus annorum quinquaginta inter Athenienſes et Lacedaemonios. Idem etiam teſtatur Philochorus, ſed mendoſo praetoris nomine: *ἐπὶ τοῦ Ἀλκμαίωνος* (reſcribo *Ἀλκαίου* *n*)) *σπονδὰς γεγενῆσθαι πεντηκονταετεῖς Ἀθηναίοις καὶ Λακεδαιμονίοις καὶ τοῖς συμμάχοις, πλὴν Βοιωτῶν καὶ Κορινθίων καὶ Ἠλείων.* Erat autem hic annus decimus a bello Peloponneſiaco, qui incidit in annum tertium Olymp. 89., praetore Athenis Alcaeo. Nam anno ſecundo Olymp. 87., archonte Euthydemo *μετὰ Πυθόδωρον*, aſſignantur ab Hiſtoricis initia belli Peloponnes. *o*). Ergo annus decimus ab eo vertens eſt annus tertius Olymp. 89. qui praetorem habet in faſtis Atticis Alcaeum, *ἐφ' οὗ* actum eſt hoc drama, inclinantibus ad pacem Graecorum mentibus. Sed obſtat, quod annus, quo fabula haec producta eſt, numeratur Ariſtophani decimus tertius a bello ſive potius decimus quartus vertens [987. ſ.]: *οἵ σου τρυχόμεθ' ἤδη τρία καὶ δέκ' ἔτη.* Non igitur Alcaeo praetore docuit hoc drama *p*). Verum aliud principium bello aſſignant Hiſtorici, aliud Ariſtophanes. Illi volunt anno ſecundo Olymp. 87., vt iam ante diximus, praetore Athenis Euthydemo, coortum eſſe bellum, quod Peloponneſiacum vocatur, Noſter vero Comicus eius cauſas altius repetit, ab ipſo ſcilicet pſephiſmate Athenienſium in Megarenſes, auctore Pericle, de quo Pericle Ariſtophanes [Pac. 610.]: *ἐμβαλὼν σπινθῆρα μικρὸν Μεγαρικοῦ ψηφίσματος.* Schol. *ἐπεὶ ψήφισμα περὶ τῶν Μεγαρέων ὁ Περικλῆς ἔγραψε, μήτε γῆς μήτε λιμένων Ἀττικῶν αὐτοὺς ἐπιβαίνειν· εἰ δὲ μὴ, τὸν ληφθέντα ἀγώγιμον εἶναι.* Comicus Acharn. [531. ſs.]:

Ἐντεῦθεν ὀργῇ Περικλέης Ὀλύμπιος
Ἤστραπτεν, ἐβρόντα, ξυνεκύκα τὴν Ἑλλάδα,
Ἐτίθει νόμους ὥσπερ σκολιὰ γεγραμμένους,
Ὡς χρὴ Μεγαρέας μήτ' ἐν γῇ, μήτ' ἐν ἀγορᾷ
Μήτ' ἐν θαλάττῃ, μήτ' ἐν ἠπείρῳ μένειν.

---

n) Siebelis ad Philoch. fragm. p. 60. et Corſin. Faſt. Att. III, 242.

o) Coepiſſe iam Pythodoro archonte et quidem extremis eius annis ostendit Dodwell. Apparat. ad Ann. §. 12—17. et Annal. Thucyd. p. 652. Add. Corſin. Faſt. Att. I, p. 228.

p) Hinc a. 1. Olymp. XC. archonte Aſtyphilo actam cenſet Brunck. Recte.

Decretum autem hoc in Megarenſes factum nobis videtur anno ſecundo Olympiadis octogeſimae ſextae *q*), Antilochida Athenis praetore. Nam in Pericle Plutarchus narrat [c. 29.] Corinthios, poſtquam fracti ſunt bello, quod gerebant contra Corcyraeos, quibuscum ſocia arma iunxerant Athenienſes, omnia ſua commouiſſe ſacra, vt Athenienſibus turbas darent. Victi autem ſunt a Corcyraeis et foederatis Athenienſibus Corinthii nauali praelio Olymp. LXXXVI. anno primo, archonte ſiue Nauſimacho ſiue Lyſimacho *r*). Anno vero ſequenti, qui erat ſecundus einsdem Olymp. LXXXVI., archonte Antilochida, vt ſcribit Diodorus [XII, 54.] irati Corinthii Athenienſium ſocios *καὶ ὑπηκόους ἀπέστησαν ἀπ᾽ αὐτῶν s*): inter caeteros Megarenſes, quos Athenienſibus infenſos maxime ſciebant. Nam tunc *ἔγραψε ψήφισμα κατὰ Μεγαρέων Χαρῖνος*, incentore Pericle, *ἄσπονδον μὲν εἶναι καὶ ἀκήρυκτον ἔχθραν· ὃς δ᾽ ἂν ἐπιβῇ τῆς Ἀττικῆς Μεγαρέων, θανάτῳ ζημιοῦσθαι· τοὺς δὲ στρατηγοὺς, ὅταν ὀμνύωσι τὸν πατρικὸν ὅρκον, ἐπομνύειν, ὅτι καὶ δὶς ἀνὰ πᾶν ἔτος εἰς τὴν Μεγαρικὴν ἐμβαλοῦσι* [Plut. Per. 30. I. p. 650. ſ. Reisk.]. Itaque Megarenſes vltro in ſocietatem belli venerunt: *χαλεπαίνουσι δὲ τοῖς Κορινθίοις καὶ κατηγοροῦσι τῶν Ἀθηναίων ἐν Λακεδαίμονι προσεγένοντο Μεγαρεῖς, αἰτιώμενοι, πάσης μὲν ἀγορᾶς, πάντων δὲ λιμένων, ὧν Ἀθηναῖοι κρατοῦσιν, εἴργεσθαι καὶ ἀπελαύνεσθαι, παρὰ τὰ κοινὰ δίκαια καὶ τοὺς κοινοὺς ὅρκους τοῖς Ἕλλησιν* [Plut. Per. 29. p. 648.]. Hinc Graecis omnibus prima mali labes:

κἀντεῦθεν ἤδη πάταγος ἦν τῶν ἀσπίδων
κἀντεῦθεν ἀρχὴ τοῦ πολέμου κατεῤῥάγη
Ἕλλησι πᾶσιν. [Ex Acharn. 553. ſ. 544.]

Interpres Comici graecus: *ἐπὶ τούτῳ τῷ ψηφίσματι κινηθεῖσα πᾶσα Ἑλλὰς τὸν πόλεμον ἐποίησε.* Hoc igitur belli principium ſtatuit Comicus atque ab eo principio ad Alcaeum praetorem anni ſunt lapſi tredecim et vertit quartus decimus. Nam Antilochidas, quo faſtos ſignante plebiſcitum factum eſt aduerſus Megarenſes, praefuit Athenn. reipublicae anno ſecundo Olymp. LXXXVI.: Alcaeus vero archon fuit anno tertio Olymp. LXXXIX. Ergo vertebat annus quartus decimus ab Antilochida, incluſo vtroque termino: et *ἐπὶ Ἄρχοντος Ἀλκαίου ἐδιδάχθη τὸ δρᾶμα Εἰρήνη*, idque Dionyſiis *κατ᾽ ἄστυ*, vt coniicere licet ex his Comici verbis [296. ſs.]: *ἀλλ᾽ ὦ γεωργοὶ κἄμποροι κ. τ. λ.* His quippe omnes ſpectatores alloquitur, qui in thea-

q) In annum 3. Olymp. 86. confert Dodwell. Ann. Thuc. p. 650. Cf. Thuc. 1, 67. et Intpp.

r) Nempe ex chronologia Diod. S. Nam ad Olymp. 86. a. 4. ex Thucyd. ſententia refert Dodwell. Ann. p. 650. et ſtatim poſt praelium nauale detectam eſſe Potidacae defectionem ostendit. add. Corſin. Faſt. Att. p. 224. et 227.

s) Ibi de Potidaea ad defectionem a Corinthiis permota dicitur. add. Thuc. 1, 56. ſs. Sed Megarenſes non ad defectionem erant ſollicitandi, iam ab Athenn. hoſtiliter tractati.

strum ludorum caufa conuenerant, inter quos aderant hofpites et infulares et peregrini. Dionyfia ergo κατ᾽ ἄστυ celebrabantur, per quae focii tributum Athenas importabant: ἡ τῶν Διονυσίων ἑορτὴ ἐν τῷ ἔαρι ἐπιτελεῖται, ἐν ᾧ ἔφερον τοὺς φόρους οἱ σύμμαχοι, καὶ αἱ πόλεις, vt cum Eupoli ἐν ταῖς Πόλεσι dicam, Ἀθήναζε κομίζουσι τοὺς φόρους εἰς τὰ Διονύσια. Itaque multi etiam fpectabant peregrini, quos, vt et ciues, hac oratione compellat: praeterea, quemadmodum ἀκμάζοντος σίτου, vt loquitur Thucydides [II, 19. III, 1.], quando ἐκστρατεύουσι καὶ ἐξέρχονται Athenienfes, πολεμικῷ κηρύγματι iubebantur milites, exempli gratia, effe in armis καὶ ἔχοντες ἥκειν σιτί' ἡμερῶν τριῶν: ita per contrariam imaginem verno tempore, quo celebrabantur Dionyfia, quibus productum eft hoc drama, iubentur coloni agros petere et opus ruri facere [554. fs.]: Ἀκούετε λεῴ· τοὺς γεωργοὺς ἀπιέναι κ. τ. λ. Quin etiam Pacem, quam hoc dramate fuis it conciliatum, docet Dionyfiis, quia tunc peragebantur, maxime delectari. Pax namque redolet ὑποδοχῆς Διονυσίων [535.]. Dionyfiis igitur τοῖς κατ᾽ ἄστυ fabulam hanc docuit Aristophanes. Quo nomine etiam alteram infcripfit: Φέρεται ἐν ταῖς διδασκαλίαις, ὅτι καὶ ἑτέραν δεδίδαχεν ὁμοίως Ἀριστοφάνης Εἰρήνην.

De qua ambigitur, an fit prioris διασκευὴ atque recentatio tantum, an vero prorfus noua: ἄδηλον οὖν φησιν Ἐρατοσθένης κ. τ. λ. Crates tamen Criticus aliam omnino a priori effe vult t)

Ex Jacobi Palmerii Exercitatt. p. 742. f.

Ad fabulam Εἰρήνην.

Acta anno 13. belli Peloponnefiaci Aftyphilo archonte Olympiade 90.

in Dionyfiis ταῖς κατ᾽ ἄστυ.

De tempore, quo prodiit drama Εἰρήνη, nihil dixerunt, qui argumenta fabulae praetexuerunt, nec ipfi Scholiaftae. Nihil igitur de ea inuenerunt in antiquis didafcaliis. Reftat igitur, vt ex iis, quae in ipfa fabula reperiuntur, eruamus probationes, quibus noftra de huius fabulae didafcalia fententia firmetur, quod fiet infra in noftrarum notarum progreffu; et hucusque a Sam. Petiti calculo non recesfimus, imo ad eius probationes alias adiecimus: in hac vero fabula non posfumus eius fententiae adftipulari. Noftras coniecturas prius vno tenore

---

t) Verba Grammatici graeci in edit. Inv. legenda repeti nolui.

proponemus, postea vero in fine huius capituli, antequam ad aliam fabulam tractandam accedamus, coniecturas eiusdem Petiti accurato examine explorabimus et caussam dissensus nostri adducemus *v*).

Ex Brumoei Theatr. Gr. XII, p. 1. s. vbi tum excerpta ex hac fabula leguntur p. 3 — 56. tum integra est versa p. 57 — 138.

Non audiendus est Sam. Petitus, qui contendit Aristophanem aliam, quam Thucydidem, secutum esse belli Pelop. computandi rationem. Plura, quae Noster memorat aut ad quae alludit, in idem tempus incidunt, quod historiarum scriptor indicauit. Acta igitur est fabula anno XIII. belli Pelop., quem annum poëta ipse designauit, anno primo Olymp. XC. (qua Olympiade non aliam fabulam, quantum scimus, poëta docuit, Dionysiis vrbanis veris initio celebratis (nam peregrinos spectaculo interfuisse patet) archonte Astyphilo. Eo tempore Athenienses, cladibus nonnullis acceptis, erant admodum afflicti. Poëtae igitur propositum hac fabula edenda fuit *x*), vt a bello persequendo populares abstraheret et ad pacem redderet magis propensos, quae et victoribus et victis aeque erat necessaria. Etsi enim postquam Brasidas et Cleon, qui pacem impediuerant, in Thracia prope Amphipolin anno X. belli Pelop. perierant, Athenienses cum Lacedaemoniis inducias 50. annorum inierant: bellum tamen Peloponnesium ipsum nondum erat finitum, imo acrius exarserat.

Summarium fabulae.

Duo serui vinitoris cuiusdam Trygaei inter se primum colloquuntur de alimentis quae scarabaeo stercorario parare et praebere coguntur, quique intus ianua paululum aperta conspici-

---

v) Docet igitur Palm. pluribus locis et argumentis fabulam actam esse anno XIII. b. Pelop., sed aut oblitus est, aut noluit in fine capitis, quo de Aristoph. fabulis agit, vel notarum in hanc fab. Petiti rationes examinare. In prooemio autem huius comment. p. 718. laudat Petitum, sed eum tamen non raro a vero aberrasse monet, atque „tali, inquit, ordine, meo quidem indicio, debent locari Arist. comoediae: 1. *Ἀχαρνῆς*, 2. *Ἱππεῖς*, 3. *Νεφέλαι*, 4. *Σφῆκες*, 5. *Εἰρήνη*, 6. *Ὄρνιθες*, 7. *Θεσμοφοριάζουσαι*, 8. *Λυσιστράτη*, 9. *Βάτραχοι*, 10. *Ἐκκλησιάζουσαι*, 11. *Πλοῦτος*.“

x) De eo consilio cf. etiam Animaduersiones subiectas Tomo XII. Theatri Gr. p. 580. s. Itaque ad politicas fabulas refert Mansonus (Addit. ad Sulzeri Theor. Art. VII, 1, 129.).

tur (v. 30.), ad Cleonem autem alludi, qui omnia deuorauerat, ostenditur (47.). Interea dum alter feruus intrat domum (—49.) vt bibendum det fcarabaeo, alter docet fpectatores, herum fuum infanire et quotidie conqueri de Ioue, qui Graeciam perdat (—59.) *y*). Herus ipfe e longinquo auditur querelas illas repetens, vnde feruus fpectatores pergit monere de infania heri, qui vt ad Iouem perueniret, ingentem iftum fcarabaeum comparasse dicitur, quo veluti Pegafo ad Iouem vehatur (—81.) *z*). Iam confpicitur Trygaeus fcarabaeo (haud dubie machina quadam in eius fpeciem formata) euolans in commodum omnium Graecorum ad Iouem, fruftra dehortante feruo (— 110.) *a*), qui propterea filias Trygaei aduocat, vt patrem precibus a temerario conatu auocent, fed ille fuum confilium lepide nec fine allufione ad Bellerophontem Euripidis defendit, atque ita, fpectatores et fcarabaeum et machinarum conftructorem hortatus, euehitur ad Iouis palatium, cuius fores aperiri fibi iubet (— 179.) *b*). Adeft, tanquam ianitor, Mercurius, qui Trygaeum de nomine, patria, et confilio interrogat et demonftrat, deos, iratos Graeciae, fede fua Bello relicta emigraffe, feque folum ad cuftodiendam fupellectilem remanfiffe, Bellum autem conieciffe Pacem in antrum, ita vt Athenienfes et Lacedaemonii, qui hactenus ab ea alienisfimi fuerint, nunquam eam reuifuri fint, et conftituiffe vrbes Graeciae in mortario contundere. Quum autem intus audiatur magnus ftrepitus, Mercurius intrat (—235.) *c*). Prodit Bellum (Polemos) cum ingenti mortario, minaturque Prafiis, Megaris, etiam Siciliae interitum, interloquente, quem tamen non confpexit, Trygaeo (—254.) *d*), et deinde arcesfit feruum fuum, Tumultum (*Κύδοιμος e*)) eumque iubet piftillum, quo ad contundendas vrbes in mortario vtatur, Athenis afferre, et quum ille docuerit, Athenis piftillum interiiffe (Cleonem), Lacedaemone peti vult, fed et ibi non effe (mortuo Brafida) edoctus Polemos, rurfus fe recipit cum feruo in interiora, piftillum confecturus (—288.) *f*). Trygaeus, qui fpectatoribus adhuc metum fuum pluribus vocibus declarauerat, nunc laetitiam exprimit cohortaturque ciues et peregrinos, vt Pacem e carcere protrahant priusquam nouum piftillum conficiatur (—300.) *g*).

---

y) Ap. Francog. interpr. Actus 1. fcena 2.

z) Apud eundem Act. 1. fcena 3.

a) Act. I. fc. 4. ap. Francog.

b) Scena 5. act. I. ap. Francog.

c) Scena 6. act. I. ap. eumd.

d) Scena 7. ibid.

e) *Tintamare* reddidit Francog. interpres.

f) Scena 8. Act. I. ap. Francog.

g) Scena 9. ibid.

Adeſt igitur chorus Athenienſium agricolarum, et ſe paratum eſſe ad deam quouis modo protrahendam ostendit et, quamquam admonitus a Trygaeo ne turbas excitet, vociferari et ſaltare non deſinit. Dum autem Trygaeus ſaxum antro obiectum amoliri conatur (— 562.) *h*), redit Mercurius et acriter in miſerum et vitae ſuae metuentem hominem inuehitur, ſed Trygaei et chori precibus et promiſsis exorari ſe patitur, vt ipſe conſilia eorum adiuuet; itaque feliciter omnes nunc viribus coniunctis in liberanda Pace elaborant, ſed, abire iusſis peregrinis res tandem Athenienſibus feliciter cedit (— 522.) *i*). Quo facto, quum extractae prodeant Pax, Opora et Theoria, eas ſalutant et Trygaeus cohortatur ſpectatores, vt et ipſi Pacem venerentur eiusque bonis fruantur (— 583.), id quod chorus hymno decantando facit (— 601.). Sed idem iubet ſe a Mercurio doceri, cur tam diu dea abfuerit. Is igitur cauſas belli Peloponnes. et ſuscepti et continuati exponit, non ſine inuidioſis in Athenn. duces dictis, ſed Trygaeus eum abstinere iubet a dicteriis in Cleonem mortuum, ipſe paucis complexus grauisſima in eum conuicia (— 657.). Quum Trygaeus quaeſiuiſſet, cur dea nihil ipſa diceret, Mercurius docet, eam Athenienſibus iratam eſſe et eius nomine varias Trygaeo proponit quaeſtiones, quae tum ad demagogos tum ad poëtas eius aetatis tragicos comicosue ſpectant, vt eorum notandorum ſit opportunitas (— 706.). Tum Mercurius Trygaeo Oporam dat vxorem, ſed Theoriam ad Senatum Athen. abduci iubet. Itaque ille, quamquam ſcarabaeus interea abiit, deſcendit in terram, puellis comitantibus (— 729.), choro valere eum iubente *k*), qui pedisſequis (neſcio quibus) tradit ſupellectilem asſeruandam, ne fures, qui multi ſoleant circa ſcenas verſari, quid ſurripiant (— 735.). Sequuntur Parabaſis, qua chorus laudat Ariſtophanem et commendat ſpectatoribus (— 775.), et chorica carmina ad Muſam (— 813), in quibus et ipſis comicae inſunt alluſiones. Redit *l*) nunc ex coelo in terram Trygaeus et cum ſeruo, qui adeſt, de dithyrambicis poëtis quos in aëre viderit aliisque rebus collocutus, iubet ſeruum Oporam ſuam introducere domum, abluere, et genialem lectum ei ſternere (— 850.) *m*). Chorus cum Trygaeo de ipſius felicitate colloquitur (— 857) *n*). Seruus reuerſus nunciat, Oporam bene lotam eſſe; Trygaeus Theoriam prytanibus tradit (— 905.) laudaturque ob inſignia merita a choro (— 919.). Tum ab iis

h) Scena 10. ibid.

i) Scena 11. ibid.

k) Haec ſcenam 12. act. I. conſtituunt ap. Francog. int. Sequentibus idem praefixit: *Intermede*. Le choeur partagé en deux bandes.

l) Hic actus ſecundi ſcena 1. conſtituitur a Francog. int.

m) Hic ſcena prima ap. Francog. finitur.

n) Actus II. ſcena 2. ap. Francog.

paratur ſacrificium Paci faciendum (— 970.) et hymno precibusque ea colitur (— 1014.), in quibus quidem omnibus ad neceſſitates, euenta, mores illius temporis ſaepius alluditur et riſus ſpectatorum iocis plurimis excitatur. Sed, quoniam ara Pacis non eſt ſanguine inficienda, victima intus mactanda auſertur (— 1020.) *o*). Trygaeus, qui interea ignifpicis munere fungi vult, rurſus a choro laudatur (— 1035.) *p*). Quum ſeruus cum femoribus victimae, igni imponendis et aſſandis, rediiſſet (— 1049.) *q*), adfuit, non vocatus neque exſpectatus Hierocles vates, qui primum impedire Pacis cultum ſtudet, ex oraculis demonſtraturus, nondum a bello deſiſtendum eſſe, tum extorum partem poſtulat, tandem verberibus expellitur (— 1125.) *r*). Chorus Pacis bona celebrat, bellum exſecratur, eosque grauiter notat, qui bellare cogant ciues, ipſi aut fugiant in praeliis aut militiae ſe ſubtrahant (— 1188.). Iam inſignis opificum et aliorum hominum multitudo aduenit ad epulas nuptiales Trygaei, quam hic miratur (— 1194.) *s*). Primum falcium fabricator gratias agit Trygaeo, quod iam falcium vendendarum copia ſit, et ad coenam inuitatur (— 1027.) *t*); ſed criſtarum (— 1211.) *v*), loricarum (— 1237.) *x*) tubarum (— 1247.) *y*), galearum (— 1250.) *z*), haſtarum (— 1262.) *a*) fabricatores et venditores ſuam deplorant ſortem, quod victu priuati ſint, nec ſine contumelia dimittuntur. Duo conuiuarum pueri exeunt aliquid cantaturi, quorum cum prior, Lamachi filius, non niſi bella et praelia, quamquam de meliori argumento admonitus, cantet, in malam rem abire iubetur (— 1291.) *b*). Sed alter, Cleonymi filius, de clypeo amiſſo canit ita, vt Trygaeus auguretur, patre ipſum non fore indignum (— 1301.). Trygaeus autem cohortatur eos, qui in ſcena remanent, ad cibos capiendos, et chorus fauſtis

---

o) Haec ſcenam tertiam act. 2. ap. Francog. conſtituunt.

p) Scena 4. act 2. ap. Fr.

q) Scena 5. act. 2. ib.

r) Scena 6.

s) Scena 1. actus noui, quem neſcio quomodo *quintum* dicat Francog. int. nam adhuc duo actus numerauerat; ſed omnis illa deſcriptio laborat. Brumoeus actus ſecundi initium conſtituerat v. 309. tertii 523., quarti 814., quinti 1190.

t) Scena 2.

v) Scena 3.

x) Scena 4.

y) Scena 5.

z) Scena 6. ap. Francog.

a) Scena 7. ib.

b) Scena 8. ibid.

precibus et hymenaeo, accinente Trygaeo, fabulae finem imponit (— 1356.) *c*).

Fabula 1. simplicitate argumenti insignis est, vnde fieri non potuit, quin, vt diduceretur, tum insererentur nonnulla ab eo aliena et inepta, tum repeterentur plura, vt laudes Trygaei, commoda Pacis; 2. personarum, quae inducuntur, multitudine, nam praeter eas, quae nominantur, plures adfuerunt mutae; 3. apparatus scenici varietate; omnis quidem scenae ratio et mutatio, machinarumque institutio et moderatio non satis clara est; illud tamen intelligitur, non esse scenam in loco quodam publico Athenis, sed sub dio ante domum vinitoris. Primaria est Trygaei persona, cuius rustici hominis ingenium etiam plebeiis iocis et obscoene dictis, quibus fabula abundat, expressum est. Secunda ab eo est Mercurii persona, cuius mores congruunt cum iis, quae de hoc deo vulgo tradebantur. Tertius est chori character, agricolarum ingenio conueniens. In reliquorum moribus effingendis non multum poëta laborasse videtur. Pax, Opora (fructuum autumnalium Abundantia) et Theoria (non Pulcritudo, vt Brumoeus interpretatus est, sed Festorum celebratio) sub puellarum specie exhibebantur, vnde turpes ioci possunt intelligi. Copia istorum iocorum et dicteriorum et fabulae argumento magis, quam omni eius compositione, placere poëta voluisse videtur.

Nomina personarum ante Brunck. in edd. ita exhibebantur:

Οἰκέτης.
Ἕτερος οἰκέτης.
Τρύγαιος.
Παῖδες Τρυγαίου.
Ἑρμῆς.
Πόλεμος.
Κύδοιμος.
Χορὸς γεωργῶν Ἀθμονέων.
Θεράπων Τρυγαίου. (Sed is non diuersus a seruis supra memoratis.)
Ἱεροκλῆς.
Δρεπανουργός.
Λοφοποιός.
Θωρακοπώλης.
Σαλπιγγοποιός.
Κρανοποιός.
Δορύξοος.
Παῖς Λαμάχου.
Παῖς Κλεωνύμου.

---

c) Scena 9. ap. Francog. int.

Collata fuit haec fabula ad Mss. codices duos, quorum praemiſſus ſyllabus notis in Veſpas. Argumentum in neutro exſtat. *Brunck.*

1. Duo ſerui occupati ſunt in ſaginando ſcarabaeo, quorum alter ei praebet cibum, alter praeparat. *Bergl.* Duos inducit famulos vel potius vernas, quorum alter ſcarabaeo praebet, alter praeparat *τὰς ὀνίδας* pro cibo: proprius enim huic animalculo cibus ſtercus eſt aſininum, et inde nomen indeptum eſt *a)*, *παρὰ τὸν κάνθωνα,* qui aſinus, et *ὀρὸν* vel *θορὸν,* quod eſt *σπέρμα,* vnde *θορίζειν* ſeminare vel generare, quod Aeſchylus Amymone dixit *θρώσκειν b).* Nam et naſcitur et viuit e ſtercore, vt merito *κοπριῶνα* vocauerit Hippocrates *c*). Eſt autem inſecti genus non grandius tipulla, quam *τίφην* vel *σίλφην* faciunt. Dixit *αἴρειν* pro *προσφέρειν,* vt et inferius. Nam alias contrarium habet ſenſum et eſt *ἀφαιρεῖσθαι.* Caeterum qui verſum hunc inter prouerbia recenſuerunt *d)*, nae illi prouerbiorum nomine verba omnia et ſententias comprehendunt. Pinſere ſolent farinas, quod *μάττειν* et *φυρᾶσαι* vocant, vnde *μάζα,* quae proprie offa eſt vel cibus ex lacte et frugibus, vt offa illa, quae apud Maronem [Aen. VI, 420.] Cerbero paratur. Heſychius farinam vult eſſe mixtam et ſub-

a) *κάνθαρος.* Sed de hac vocab. etymologia dubitat Lennep. Etym. L. gr. p. 290. De cantharis autem, ſcarabaeis, cf. Camus ad Ariſtot. H. A. T. II. p. 748. Schneider. ad eumd. III. p. 353. et de *pilulariis,* qualis h. l. intelligitur, ſingulatim Beckmann. ad Ariſtot. de mirab. auſc. p. 268.

b) In fragm. Amymones ap. Heſych. V. *Θρώσκοντα.* Cf. Eumen. 663. ibique Stanl.

c) Quamquam dubitatur de hac ſignificatione in Hippocr. de ſuperfoet. c. 10.

d) Ita Eraſm. de Adag. p. m. 85.

actam aqua et oleo e). Galenus in *de Alimentis* [Lib. 1. c. 19. p. 311. T. IV. Basil.] postponit μᾶζαν pani hordeaceo eamque multum habere πιτυρῶδες et κοπρῶδες significat et ab Athenn. dictam esse τριπτὴν, quomodo vocauit Praxagoras, Philotimi praeceptor f). *Turundam* vertendum putaui, quae a terendo dicta, et qua ratione olim *merendam* et *praebendam* dicebant, quod ita etiam visum esse magno Scaligero in not. ad Varr. de re rust. [III, 9, 20.] magnopere gaudeo. Sed quod apud Varronem Turnebus *rutundam* legebat g), hic locum fortassis habeat, quia rutundae istae turundae. Abusiue autem vocat μᾶζαν τὸ ἀποπάτημα. Pinsi enim stercus credibile non est. *Flor. Christian.*

3. Iussus alter ab altero vernula stercus adferre scarabaeo, quod ille μάζαν h) facete appellat, officium istud hic exsecratus priori ait: *vtinam tu nunquam suauiorem hac mazam comedas.* Perierat lepos omnis praua scriptura φάγοι pro φάγοις i). Frequentissimus hic librariorum error est, maxime in versuum fine. *Brunck.*

4. Proprie μᾶζα est offa ex farina et oleo vel etiam lacte, et dicitur a μάττειν, vnde etiam coniunctim dicitur μᾶζαν μάττειν, vt in Eqq. 55. ἐμοῦ μᾶζαν μεμαχότος, et 1100. μαζίσκας διαμεμαγμένας, 1163. μαζίσκην ἐξ ὀλῶν μεμαγμένην. Hic autem improprie et ridiculi causa μᾶζα accipitur pro turunda stercorea. Quemadmodum etiam verbum μάττειν improprie de pinsendo stercore vsurpat Plut. 304. ἔπεισεν — μεμαγμένον σκῶρ ἐσθίειν, αὐτὴ δ' ἔματτεν αὐτοῖς. *Bergl.* Suidas: ὀνίδες, τὰ τῶν ὄνων ἀποπατήματα. *Brunck.*

---

e) Cf. Etym. M. p. 573. et ad Plut. 192. Eqq. 55.

f) Cf. Foës. Oecon. Hippocr. p. 343. f.

g) Siue *rotundam.* V. eum ad Caton. de R. Rust. 157, 14. in ed. Gesn.

h) Ita Brunck. edidit, non, μᾶζαν.

i) Itaque φάγοις recepit Br. Sed codd. non addicunt. Quare recte φάγοι restituit Inu. Respondet comice κάκιστ' ἀπολουμένῳ.

5. ἣν νῦν δ' ἤφερες [ol. vulg. k)]. Attico interrogandi more νῦν dixit pro ἀρτίως. Καταφαγεῖν autem eſt, heluonum more deuorare (vnde καταφαγᾶς *heluo*), non ſimpliciter ἐσθίειν, ſed ἀθρόως et confertim: vt indicet, voracisſimum eſſe animalculum. Sed quod ſequitur ἐνεκάψε videtur eſſe, ita auide vorare, vt ſorbere videaris. Vſus eſt Alexis Comicus in Lebete: ὁ δ' ἐγκάψας τὸ κέρμ' εἰς τὴν γνάθον. Sane κάπτειν antiquis eſt edere, et κάπη dictum praeſepe, quia inde cibum ſumant iumenta l). Hinc βουκάπαι, boum praeſepia et καπετὰ, κτηνῶν τροφή: ne putemus κάπηλον dictum a vino, ſed a cibo. Teleclides etiam dixit: ὦ δέσποθ' Ἑρμῆ, κάπτε τῶν θυλημάτων. Quid ſi inde *capere* noſtrum? Inde vero compoſitum ἐγκάπτειν, i. e. exedere, vt dictum de moreto [Terent. Phorm. 2, 2, 4.] *tute hoc intriſti, tibi eſt exedendum*. Ab ea mente ἔγκαφος eſt ἐλάχιστον ψωμίον, quaſi quod plene edendo non ſufficiat. Fortasſis autem κάπτειν dictum per contractionem τοῦ καταφαγεῖν. Sed miror, quod Suidas ἐνέκαμψα [ἐνέκαψα] exponit ἐνέπτυσα m) niſi legis ἐξέπνευσα. Nam Heſychium τὸ ἐγκάπτειν ſcribentem eſſe ἐκπνεῖν potius audio, cum κάπος ſit eodem auctore πνεῦμα, et in ſorbendo flatu opus ſit. Videndum etiam apud Athenaeum lib. IX. doctorum Conuiuarum, cum Porphyrionem ait σκάπτοντα πίνειν, num κάπτοντα potius legendum n). Nam Plinius ſcripſit, ſolum eum morſu bibere: neque enim audio Geſnerum, qui legit δάκνοντα. *Fl. Chriſt.* ἣν νῦν γ' ἤφερες. [vt Br.] Sic A. Vulgo νῦν δ' — Eſt autem ἤφερες pro ἔφερες o), vt ἤμελλον, ἠδυνάμην aliaque

k) Ita omnes. Debebat νῦν δὴ 'φερες. *Bergl.* δὴ 'φέρες ſcribi voluit *Reisk.*

l) Vid. Etym. M. p. 489, 40. et Zonar. II. 1154.

m) Sed etiam Zonar. I. 745. hoc habet. Nimirum iam Toup. Emm. in Suid. I. 174. ſ. aliique monuerunt, reſpici ad Ariſt. Vesp. 790. ſ.

n) κάπτων δὲ πίνει legitur in ed. Schweigh. III. p. 435. et iam in ed. Caſaub. p. 388. D. Cf. Schweighäus. Anim. V. p. 139. qui Hemſterhus. ad Plut. p. 314. ſs. et Toup. Cur. nov. in Suid. laudauit.

o) Sed recte monuit Matthiae Gr. gr. p. 192. eſſe hoc admodum dubium.

ſimilia. Berglero ſcribendum videbatur: νῦν δὴ ῎φερες, quod aeque bonum ſit, ni melius. *Brunck.* Lectio [νῦν γ᾽ ἤφερες] eſt mendoſisſima: quod vt illam approbarem dixi, ἄῤῥητον ἄμεινον. Vnice vera eſt Bergleri emendatio, quam recipere debebam. Eodem librarii errore ſcriptum fuit δ᾽ ἤφερες, ac toties apud alios poëtas et apud Noſtrum etiam, Vesp. 665. δ᾽ ἤπειτα pro δὴ ῎πειτα. Ad eum modum hic ſcribi debuit δὴ ῎φερες, vt Acharn. 157. μὴ ῎φερες. Vesp. 86. εἰ δὴ ᾽πιθυμεῖτ᾽ εἰδέναι. Similia exempla pasſim obuia, quorum nullius mihi tum in mentem veniſſe nunc miror. Valet autem νῦν δὴ, quod modo monui ad Nub. 786., idem quod ἀρτίως. Suidas: νῦν δὴ, ἀρτίως ἢ μικρὸν ἔμπροσθεν. Vide Graeuium ad Lucian. Soloec. p. 125. *Idem* in Supplem.

7. ἐνέκαψα in Vesp. 797. et ἐπέγκαψον in Eqq. 490. ἀνακάψαι Avv. 580. Ibid. ſimplex κάπτω v. 246. et in Eccles. 685. vbi κάπτειν ἄλφιτα. Hinc πανσικάπη, de qua mox ad v. 14. *Bergl.* περικυλίσας. Sic ſcribi debuit. In B. περικυκλίσας, in A. περικυκλίσσας. Vulgo περικυκλήσας. *Brunck.*

9. κοπρολόγοι. Videtur, inquit gloſſographus graecus, haec oratio reſpicere rhetores, quos vt ſordidos et ſpurcidicos notat, aut cooperarios conſeruos aduocare in auxilium. Nam cum manu altera nares premat, altera intritum illud non alliatum faciat, quaerit eos, qui ſtercoribus conſueti ſunt olfaciendis. *Fl. Chr.*

10. εἰ μή με βούλεσθ᾽ κ. τ. λ. In Eccl. 370. ὦ πότνι᾽ Εἰλείθυια, μή με περιΐδῃς διαῤῥαγέντα. Ibid. 1045. μηδαμῶς με περιΐδῃς ἑλκόμενον ὑπὸ τῆσδ᾽, ἀντιβολῶ. Vid. ibid. 1065. Idem ſignificat περιορᾷν p). In Vesp. 437. περιορᾷς μ᾽ οὕτω ὑπ᾽ ἀνδρῶν βαρβάρων χειρούμενον; In futuro autem vtuntur verbo περιόψεσθαι. Acharn. 55. ὦ Τριπτόλεμε καὶ Κελεὲ, περιόψεσθέ με; In Thesm. 705. ἀλλὰ τοῦ μόνου τέκνου με περιόψεσθ᾽ ἀποστερουμένην; In Nubb. 124. ἀλλ᾽ οὐ περιόψεταί μ᾽ ὁ θεῖος Μεγακλέης ἄνιππον· et alibi. *Bergl.*

p) Scilicet his verbis deſpiciendi, negligendi, non curandi, notio ineſt. De περιϊδεῖν cf. Dawes. M. Cr. p. 265.

11. Vt latine *alter* de duobus, ſic *ἕτερος* Graecis vulgo dicitur. Hic tamen de pluribus Attico more, neque obſeruata communi differentia. Quod autem ait *ἠταιρηκότος q)*, non eſt conſulendus Apollo Pythius ſuper vocis huius interpretatione, quae *ἐπὶ πορνείας* fere ſemper vſurpatur, vnde *ἑταῖραι*. Latini vero conſuetos vel flagitatos vocant *τὰ παιδικά*. Sic poſtea Ganymedis oletum vocat *ambroſiam*. Videtur autem poëta noſter inſimulare Athenienſes huius nefandae libidinis, quam ſoleant et patrare et pati. Imo arbitror ruſticatim hic tangi quemdam (Cleonem puta) quem ſcarabaei ſimilem faciat Ariſtophanes, et qui ſtercoris triti conſuetudine fructum, vt ait ille, fullonium incitet. Nam canthari pedibus conuoluentes *τὰς ὀνίδας ἀποσπερματίζουσι*. *Fl. Chriſt.*

14. Solebant enim ſerui inter pinſendum vorare. Scholia: *εἰώθασι γὰρ ἅμα τῷ μάττειν ἐσθίειν.* Hinc iis collare quoddam ligneum latum circumponebatur collo ne manus ori admouere poſſent, quod dicebatur *παυσικάπη*, a *παύειν prohibere* et *κάπτειν vorare* dictum; de quo Iul. Pollux VII, 20. *τό γε μὲν τοῖς οἰκέταις τοῖς ἔνδον ἐργαζομένοις ὑπὲρ τοῦ μὴ κάπτειν τῶν ἀλφίτων περιτιθέμενον παυσικάπη ὀνομάζεται, τροχοειδὲς μηχάνημα ὂν* (inſtrumentum in forma rotae), *τῷ τραχήλῳ περιαρμοζόμενον, ὡς ἀδυνατεῖν τῷ στόματι τὰς χεῖρας προσάγειν. Bergl.*

15. *χ' ἀτέραν.* Poſt *ἄλλην* dixit *καὶ ἑτέραν* pro, *καὶ ἄλλην*, quod, vt diximus, Atticum eſt. Notandum eſt autem, antiquos tres tantum numeros praecipuos habuiſſe, *ἕν, δύο, τρία*, poſtea dixiſſe *χ' ἄτερον* pro *καὶ ἕτερον*, vnde Latinum quatuor, et quinque, *καὶ ἓν κε*. Haec ego iam dudum didici a magno dictatore, Iulio Caeſare [Scaligero] ex eius libris *de cauſſis linguae Latinae*, et mihi viſus eſt dixiſſe nobiliſſimus ſenex: *I puer atque tuo citus haec ſubſcribe libello r)*. Sed et hoc ad-

---

q) *V.* g. Ganymedis; infra 724. *τὴν Γανυμήδους ἀμβροσίαν σιτήσεται. Bergl.* Subint. *μᾶζαν* ſcil. excrementorum pueri cinaedi. *φησὶν ἐπιθυμεῖν* ſcil. ſcarabaeus; ſignificat ſe appetere.

r) Haec quae ſequuntur in meo exemplo Comm. Flor. Chriſt. non leguntur, habet ed. Kuſt.

dam, vocem latinam *caetera* detortam videri a graeco *καὶ ἕτερα. Flor. Chr.*

17. Anthiam nunc vocat mactram illam, in qua pinſebat ſtercus, propter tetrum odorem, per metaphoram ab antliis nauium, quibus ſentina exhauritur, quarum odor eſt teterrimus; nam aqua diu conſiſtens in fundo nauium pesſime olet. Schol. ad Eqq. 452. *ἰστέον δὲ, ὅτι ἱστάμενον καὶ χρονίζον τὸ ὕδωρ κάκιστον ὀδώδει,* vnde antlias etiam *δυςώδεις, graueolentes,* dicit Piſides apud Schol.: *ἐκ τῶν ἐχόντων τὰς δυςώδεις ἀντλίας.* Eſt autem proprie: *οὐχ οἷός τ' εἰμ' ὑπερέχειν τῆς ἀντλίας* s), *non poſſum ſuperare laborem in haurienda ſentina,* nimis *vbertim affluente*, i. e. vincor labore, *οὐ δύναμαι ἀντέχειν καὶ ὑπεργίνεσθαι τοῦ πράγματος,* vt, hunc locum citans, dicit Schol. ad Eqq. 452. Sed ſeruus iſte apud Ariſtoph. metaphorice loquitur et vult dicere, ſe odorem mactrae ferre non poſſe, vnde Scholia: *ὑπερέχειν· ἀντὶ τοῦ ἀντέχειν καὶ περιγίνεσθαι τῆς ὀσμῆς.* Scholiaſtes Eurip. Hipp. 767. vbi *χαλεπᾷ δ' ὑπέραντλος οὖσα συμφορᾷ,* fere Comici noſtri verbis vtitur, cum *ἀπὸ μεταφορᾶς,* inquit, *τῶν ἐν νηῒ μηκέτι τῆς ἀντλίας ὑπερέχειν δυναμένων. Bergl.* Iſta ſic interpretatur Hemſterhuſius ad Lucian. I. p. 109. *Ego enim tantum offarum ſubigendo non valeo, quantum ad iſtum ſcarabaeum implendum ſit ſatis*; ratus ſcilicet nomine *ἀντλίαν* ipſum ſcarabaeum ſignificari. Sed quis vnquam laborauit, vt ſentinam impleret? ſolent nauigantes eam exhaurire. Non iſta mihi videtur metaphorae ratio: melius, meo iudicio, Scholiaſtes: *οὐ δύναμαι ἀντέχειν* etc. — *καὶ ἀντλίαν τὸ ἀγγεῖον λέγει, ἐν ᾧ ἔφυρα. Brunck.*

18. Vulgo legitur: *αὐτὴν ἄρ' οἴσω.* In B. *αὐτὴν γὰρ οἴσω*, vnde dedi *αὐτήν γ' ἄρ'* — Nunc vero legendum eſſe video: *αὐτόν γ' ἄρ'* hoc ſenſu: *ipſum itaque ſcarabaeum vna cum ſentina abreptum intro feram.* Nam

---

s) Ferre, inquit nequeo odorem; translatione a nauigiis pondere aquarum gementibus ſumta et eorum ſentina, quae dici *hauſtrum* poteſt. Sic enim vas illud vocat, in quo terit pinſitque *τὸ ἀποπάτημα.* Sunt autem graueolentes *ἀντλίαι,* vel ex Piſida, *ἐκ τῶν ἐχόντων τὰς δυςώδεις ἀντλίας,* citante Suda [Suida]. *Fl. Chr.*

compoſito *προςλαβὼν t)* indicat duas res intro ferendas ſe ſumturum, tametſi vnicae in vulgata lectione mentio. *αὐτὴν* librarius ſcripſit pro *αὐτὸν*, quia ad *ἀντλίαν* referri pronomen credidit. Iſtud autem *αὐτὸν* ostendit, cur poëta *γ' ἄρ'*, non *ἄρ'*, ſcripſerit. Haec dicens famulus ſcarabaeum et vas ſtercore aſinino plenum e ſcena domum infert, poſtea reuerſus cum conſeruo fabulatur. *Brunck.*

19. *ἐς κόρακας* ſc. *φέρε αὐτὴν*. Senſus: abi cum tua antlia in malam rem.

20. *τετρημένην* perforatas nares ſcil. ne foetore offendantur.

24. *ὥς περ* diuiſim ſcribendum puto, *quando* quidem.

25. *φαύλως ἐρείδει*. Id eſt, *φαύλως ἐσθίει*, vt loquitur in Eqq. 1286. Infra 31. *ἔρειδε, μὴ παύσαιο, μήποτ' ἐσθίων*. *φαύλως* pro *facile v)* ſaepe occurrit apud Co-

---

t) Si haec vulg. lectio retinetur, ſane neceſſarium eſt, vt *αὐτὸν* reſcribatur. Et poſtea in domo eſt ſcarabaeus (30, 49.). Sed vtrum antea in ſcena fuerit nutritus, dubitare licet; et improbabile eſt. Nam, ſi iam antea in ſcena fuiſſet viſus ſcarabaeus, non potuiſſet ſeruus 73. ſ. de eo, tanquam re noua, dicere, et cenſendus eſſet ſeruus mox intraſſe et rediiſſe et rurſus vidiſſe quid ſcarabaeus ageret, nec *οἴσω* per ſe eſt, intro feram, ſed, *auferam*. Praeferendum igitur *συλλαβὼν* e Rav. et *αὐτὴν* retinendum puto, hoc ſenſu: ipſam igitur ſentinam ſ. mactram (cum alimentis iam paratis ſcarabaeo) correptam auferam.

v) Quod Latini *miſere*, i. e. *valde*, *φαύλως* dixit. Schol. graecus exponit *συντόμως*. Sed ſi vehementiam vox illa indicat, *συντόνως* potius legerem apud illum Schol. Nam et ſic puto Euripidem de Polyphemo Cyclope dixiſſe [Cycl. 397.] *φαγεῖν ῥυθμῷ τινι*. Neque Sudas [Suidas] id negare videtur, qui ait *ἐρείδειν* apud Atticos dici, cum aliquid magno niſu et vehementia fit. Alias *φαῦλον* ap. Graecos multa ſignificat. Nam et rude et impolitum ſaepe et *μοχθηρὸν* et magnum, vt Sophocles in Captiueis [*Αἰχμαλωτίσιν*, v. Brunck. T. III. Soph. ed. poſtremae Argent. p. 532.]: *Εἰ μικρὸς ὢν τὰ φαῦλα νικήσας ἔχω*. Quin contra pro *paruo*, *vili* et *abiecto*. Demoſth. contra Cononem [T. II. p. 1261. Reisk.] *φαύλας πληγὰς* dixit. Eſt etiam *ῥᾴδιον*, *εὔκολον* et *εὐχερὲς*, qua notione hic accipi poteſt: vt et idem Comicus dixit [Eqq. 404.] *εἴθε φαύλως ἐκβάλοις τὴν ἔνθεσιν*. Id eſt, facile, et ſine niſu aut labore. Eſt igitur hic *φαύλως ἔρειδε*,

micum. *Ἐρείδειν* autem eſt, *magno niſu* aliquid facere, h. l. edere. Metaphora a remigantibus, vt dicit Schol., qui *adnixi torquent ſpumas*, vt loquitur Virg. [Aen. III, 208.]. *Bergl. Il l' avale ſans façons. φαύλως* ſignificat *facile*, vt Lys. 566. Thesm. 711. et alibi ap. Comicum ſaepe. *φαύλως φέρειν leuiter ferre, parvi facere. φαῦλον πρᾶγμα, leuis momenti negotium, res nihili*, Lys. 14. Mimnermus ap. Stob. p. 423. Floril. Grotii:

ὁποῖοι δὴ φιλοῦσιν ἰατροὶ λέγειν
τὰ φαῦλα μείζω, καὶ τὰ δείν᾽ ὑπέρφοβα,
πυργοῦντες αὐτούς.

ἐρείδειν autem, vt *παίειν* Acharn. 835. valet *συντόνως ἐσθίειν*. Porro *φαύλως ἐρείδοντι* opponitur ſcarabaeus *βρενθυόμενος* i. e. *θρυπτόμενος, delicias faciens, male tangens dente ſuperbo. Brunck.* Pro *τοῦτο* legendum putabam *οὗτος* x) *ὑπὸ*, vt ad ſcarabaeum referatur. Quod autem ait *βρενθύεται*, intolerandam ſuperbiam et arrogantiam Cleonis notat: quem praeterea ſcarabaeum facit et *παιδεραστήν*. Sic in Nubb. [362.] hoc verbi vſurpat de Socrate: *βρενθύεσθαι ἐν ταῖς ὁδοῖς:* quod citatur etiam a Laërtio. *Fl. Chr.*

26. In Lys. 889. *δυςκολαίνει πρὸς ἐμὲ καὶ βρενθύεται. Bergl.* Redditur: *faſtidit.* (fait le dedeigneux, Francog.).

28. *γογγύλην μεμ.* Mulieres enim, ne videantur eda-

---

quod aliter dixerimus *ἁπλῶς καὶ περιέργως μασᾶται.* Eſt autem metaphora a remigantibus, qui remis innituntur. Itaque ſiue *συντόμως* ſiue *συντόνως* exponas *τὸ φαύλως*, nihil intereſt. Nam vel ſtatim et facile erit, vel *σφόδρα* et *πάνυ*. Heſychius emendandus: *Ἔρειδε, συντόμως ἐσθίεις·* lege *ἔσθιε.* Neque dubito, quin reſpexerit ille Grammaticus ad ea quae ſequuntur (31.) *ἔρειδε, μὴ παύσαιο.* Sed et Sudas [Suidas] ipſum *ἐρέσσειν* dicit eſſe *συντόνως ἐσθίειν.* [Sed Kuſter. I. p. 852. *Ἐρείδειν* coniicit. *Ἐρέσσειν* tamen et Photius p. 16.]. Suſpicor ergo alludere Ariſtophanem per verbum *ἐρείδειν*, quod etiam eſt *συνουσιάζειν* [v. Zonar. I. p. 873.], ad nefandam libidinem et notari inceſtos mores Cleonis; de quo inferius plura. *Fl. Chr.* Photius p. 16. *Ἐρείδειν, τὸ ἐσθίειν σφοδρῶς ἢ ἄλλο τι ἐνεργεῖν συντόνως.*

x) Nihil mutandum. *τοῦτο* cum indignatione ponitur: iſtud ſc. monſtrum. *δ'* abeſſe nequit.

ciores, turundas rotundas faciunt inſtar raparum, quae quia rotundae, *γογγύλαι* et *στρογγύλαι* dicuntur, vnde *γογγυλίδες* Theophraſto [Hiſt. Plant. VII, 4.], et verbum *γογγυλίζειν*, quod eſt *μεταστρέφειν*, vt in Theſmoph. [67.] *γογγυλίσας καὶ συστρέψας τουτὶ τὸ πέος*. Apud Heſychium, in multis optimum Grammaticum, vſurpatur pro *γογγρύζειν* et *γρυλίζειν*, i. e. *grunnire*, niſi codices ſunt mendoſi. Nam putem legendum *γογγρυλίζειν* y) pro *γογγυλίζειν*. Quorſum enim rotunditas ad grunnitum? *Fl. Chr.* Apparet mulieres eſitare ſolitas offas rotundas, vt etiam Schol. dicit. *Bergl.*

50. *παροίξας τῆς θύρας*. Modice aperire ianuam, vt ſit ſemiadaperta. Euripides aliter Iph. Aul. 857. *τίς ὅ καλῶν πύλας παροίξας;* (quis me vocans portas aperuit?). *Bergl.*

51. ſ. *μὴ παύσαιο — ἐσθίων — λάθῃς*. Phoenicides Comicus ap. Athen. X. p. 415. — *οὗτος, ὥσπερ οἶδας, ἐσθίει, Μέχρις ἂν διδῷ τις, ἢ λάθῃ διαῤῥαγείς* (iſte, vt noſti, comeſt, quamdiu cibum dederit aliquis, aut quoad imprudens disrumpatur). Ibid. p. 416. Anaxilaus Comicus: *Διαῤῥαγήτω ἅτερος δειπνῶν τις εὖ, μὴ Κτησίας μόνος*. *Bergl.* *ἕως* [omiſſo *τέως*] *σεαυτὸν ἂν λάθῃς διαῤῥαγείς*. Sic optime Daweſius z). Vulgo foeda cum ſcabie: *τέως, ἕως σαυτὸν λάθῃς διαῤῥαγείς* a). Nusquam apud Comicum occurrit *ἕως* cum Subiunctiuo ſine *ἄν*. Parum me mouet Priſcianus, apud quem in ed. H. Putſch. p. 1206. leguntur iſta: „Attici *τέως, ἕως*, quomodo et noſtri *interea dum*. Ariſtophanes *Εἰρήνῃ*:

---

y) Vid. Not. ad Heſych. p. 845. ed. Alb.

z) Miſcell. Crit. p. 274., vbi haec eius ſunt verba: „Vtrumque *τέως* et *ἕως* nusquam alias apud poëtas Atticos in eadem ſententia legitur: ſed neque *ἕως* cum forma ſubiunctiua absque *ἂν* coniungitur. — Repono eliminato *τέως*, reuocato iamdudum exule *ἂν*: *ἕως σεαυτὸν ἂν λάθῃς δ.* Fecerat opinor librariorum incuria, vt vocula *ἂν* poſt cognatam ſyllabam deſideraretur. Deinde autem imperitus neſcio quis corrector lectionem hodie obtinentem commentus eſt.“

a) Foedius corrupit Inv., qui e Rav. recepit, *τέως, ἕως αὐτὸν ἂν λάθῃς δ.*, nec vidit *ἕως* tum in vnam ſyllabam coaleſcere et ſenarium perdere, ne quid de pron. *αὐτὸν* dicam. Idem antea pro *μήποτ'* repoſuit *μηδέποτ'*, quod hic locum non habet.

μὴ παύσαιο μήποτ᾽ ἐσθίων
τέως ἕως σαυτὸν λάθῃς διαῤῥαγείς.

Virgilius in III. Georg. Sed fugit interea, fugit irreparabile tempus, ſingula dum capti circumuectamur amore.“ Quid enim inde colligas, niſi mendam inueteratam eſſe et iam ante Priſcianum natam? Tum libri ſuſpecta eſt fides: namque in Aldina edit. fol. 241. recto elumbis ille verſus non legitur, immo ne mentio quidem vlla eſt particularum τέως ἕως. *Brunck.*

33. Haec dicit, dum introſpicit conuerſus ad alterum ſeruum.

34. παραβαλὼν τοὺς γομφίους. *Laxans anteriores dentes.* Non vulgare eſt in hoc ſignificatu hoc verbum. Sed ex vett. Grammaticis docemur, παραβάλλεσθαι eſſe παύσασθαι, translatumque eſſe a remis *b*). Ait enim Sudas [Suidas] παραβαλεῖν eſſe remum laxare. Paulo poſt, ne discederet a metaphora, dixit συμβάλλοντες et προςβολή, vbi συμβάλλειν eſt connectere et qui funes illos nectebant, dicti ſunt σχοινιοσύμβολοι. Omnino innuit corporis incuruationem, quam pandiculationem poſſumus vocare. Sic συμβαλεῖν ἔπη κακὰ dixit Sophocles [Ai. 1332. ſ. 1310. Lob.] pro λοιδορεῖν, quia verba conferuntur, imo disferuntur et mutantur. At vero προςβολὴν [v. 39.] dixit pro poena vel dira dearum ira et vere ζημία. Nam et antiquum prouerbium habemus (puta ὀνειροκριτικὸν), quod ſic habet: Κόπρῳ καθεσθεὶς ζημίας ἕξεις τρόπους. Sane mihi videtur reſpexiſſe ad illud παλαιστὴς παραβαλών. Eſt enim προςβολὴ athletarum iunctura et cohaeſio. *Fl. Chr.*

36. ſ. Citat Schol. Eurip. ad Oreſt. 322. Sunt autem iſti σχοινιοσυμβολεῖς *reſtiones. Bergl* Senſus: ita caput et manus (pro pedibus, quibus pilulas ſtercoreas voluit) manducando ſcarabaeus circumagit, vt, qui craſſos funes in vſum nauium onerariarum contorquent. χρῆμα mox ſcarabaeus iſte dicitur, vt Lat. res.

39. Duplex ineſt his ſenſus; primo: cuius dei attributum eſt haec auis *c*)? ſiue, cui deorum eſt pro-

---

b) Cf. Photius in παραβαλέσθαι p. 277.

c) Scil. ex vulg. olim diſtinctione, quae ita habet: — προς-

pria? quia ſingulis diis aliquae aues attribuuntur, vt Iunoni pauo, Mineruae noctua etc. Deinde: *cuius peſtis et ira Deum?* vt loquitur Virgilius [Aen. III, 215.]. Vox enim *προςβολὴ* etiam *poenam* ſignificat. Schol. *προςβολή· ἡ ζημία, ἡ τῶν δαιμόνων ὀργή.* Syneſius epiſt. 57. *εἰ δαιμόνων εἰσὶ προςβολαὶ τὰ γινόμενα δι' Ἀνδρονίκου* (ſi illa, quae per Andronicum fiunt, afflictiones ſunt a daemonibus proficiſcentes). Antipho Tetralogia II. Orat. 3. [*Ἐκκατηγ. φόνου* p. 674. T. VII. Orr. Gr. Reisk. *τὰς θείας προςβολάς*]. *Bergl.* Male haec distincta ſunt. Illud enim *οὐκ οἶδα,* quod ſequitur, distinguendum *ὑποστιγμῇ* et ad priora referendum, vt dicat: *neque ſcio, quis deorum nobis hoc monſtrum invexerit; neque enim Veneris eſt aut Gratiarum.* Itaque verba haec adhuc ſunt alterius famuli, quae continuanda etiam videntur ad illa vsque: *ἐγὼ δὲ τὸν λόγον* [50.]. *Fl. Chr.*

40. Distinctae perſonae ad fidem codd. Vulgo, poſito interrogandi ſigno in fine praeced. verſus hic et ſeqq. duo alteri famulo continuantur. Notum eſt ſingulis deis ſingula animalia a veteribus attributa fuiſſe, quae eorum *ἀγάλματα* vocabantur. Hoc deſignare videtur vernula nomine *προςβολὴ d*), quia animal deo *προςβάλλεται,* vel, vt eſt in Avv. 565. *προςνέμεται· προςνείμασθαι δὲ πρεπόντως Τοῖσι θεοῖσιν τῶν ὀρνίθων, ὃς ἂν ἁρμόζῃ καθ' ἕκαστον.* Scarabaeum autem dicit Iouis Fulgeratoris eſſe *ἄγαλμα* ſ. *προςβολήν,* quia, vt fulmine nihil nocentius, ita hoc animali, cui ſpurciſſimum pabulum praebere cogitur, nihil nouit intolerabilius. Aliter hunc locum interpretatur P. Burmannus in Disſert. de Ioue Fulgeratore [ed. ſec. L. B. 1734.] c. VI. *e*). *Brunck.* Non videtur Veneris attributum eſſe, *ἐπεὶ αὔ-*

βολή; Οἰκ. Οὐκ οἶδ' — καταιβάτου (quae eidem ſeruo omnia tribuuntur).

d) Hinc Brunck. vertit: nec cuiusnam deorum ſit hoc *peculium,* ſcio.

e) P. 266. ſſ. nempe poſtrema ita reddit: *tale mirum ni ſit Monſtrum expiandum Iouis Kataebatae.* Tum addit: „Quibus verbis egregie poëta inſignem et immanem huius animalculi voracitatem exprimit, quod eſſet *τέρας Διὸς Κα-*

τῃ (Venus) μὲν μύροις χαίρει, ὁ δὲ (ſcarabaeus) δυςώδης ἐστί (male olet), vt inquit Scholiaſtes. *Bergl.*

41. *Οὐ μὴν Χαρίτων.* Quia non eſt animal χάριεν nec ἀστεῖον. *Bergl.* τοῦ γάρ ἐστὶ eſt interrogatio τοῦ ἑτέρου, ſecundi ſerui; ſequentia ſunt rurſus τοῦ οἰκέτου, primi ſerui. *Reisk.*

42. Iupiter καταιβάτης et deſcenſor indigitabatur, ſiue quia fulmina de caelo in terram mittat, ſiue quia deſcendat in amores mulierum. Fuit autem ara dicata Ioui καταιβάτῃ, teſte Pauſania in Eliacis prior. [V, 8. p. 64. T. II. Fac.]. Romulus Amazaeus *Elicium* vertit. Sane ludit poëta in voce *Καταιβάτου,* propter ſcarabaeum, qui infimis ficis et ſpurcis oletis veſcitur. *Fl. Chr.* Quaſi dicat: *Iouis in fulmine deſcendentis*; vt Virgil. de pluuia [Ecl. VII, 60.] *Iupiter et laeto deſcendit plurimus imbri.* Iulius Pollux IX, 41. καὶ κατελθεῖν ἔλεγον τὸ βέλος καὶ τὸν Δία τὸν ἐπ᾽ αὐτῷ Καταιβάτην. Latine dici poſſe videtur viris doctis *Iupiter Elicius.* Etiam ipſum fulmen ita dicitur ap. Aeſch. Prom. 359. ἀλλ᾽ ἦλθεν αὐτῷ Ζηνὸς ἄγρυπνον βέλος Καταιβάτης κεραυνὸς (fulmen caducum) ἐκπνέων φλόγα. *Bergl.*

43. Hic habes Protaſin. Nam accingit ſe ad narrationem, ſed interim notat Athenienſes tanquam auaros, litigioſos et deriſores, et occurrit obiectioni, quam fingit fieri a ſpectatoribus, inter quos iuuenes inſimulat arrogantiae et δοκησισοφίας. Eo tamen properat ſemper, vt Cleonem, quem Attico melle (quod eſt λοιδορεῖν) perlinit, non a ſe ſed a quibusuis potius oſtendat vituperari. Profecto mira eſt huius Comici in fabulis ſuis oeconomia. *Fl. Chr.* εἴδη [vt in ed. Kuſt. legitur, et praefixum quoque eſt praecedenti animaduerſioni Chriſt.

ταιβάτου, i. e. quod eſſet *fulmen:* nam, vt Iouis fulmen ſolet omnia conſumere et deuorare, in quae incidit, ita hoc animal omnia obiecta auide ingurgitabat et plura ſemper expetebat. — τέρας Διὸς proprie *fulmen;* deinde fulmen ſ. κεραυνὸς metaphor. praeſertim a Comicis pro voraciſſimo homine. Non autem ſimplicem voracitatem, ſed et impetum notat, quo celerrime omnia conſiceret. — Schol. et Chriſtiani explicationem repudiat.

in ed. Paris. *f*)]. Scribendum omnino ἤδη, vt habet editio Farrei *g*). *Bergl.*

44. τόδε πρᾶγμα τί; *quid hoc rei est?* Perperam vulgo τὸ δὲ — *Brunck.* δοκησίσοφος dicitur, qui sibi videtur sapere. Cf. Hesych. Suid. Zon. I. 558.

46. Ionicum dixit non pro Graeco solum, sed Atheniensi, qualis erat Cleon. Sic apud Thucydidem (principem historicum in orationis structura, qui bellum hoc Peloponnesiacum vere, vt puto, depinxit, demegorias fortassis finxit) lib. 5. ait Brasidas, Graecorum ille alter pistillus, ad Lacedaemonios [c. 9.]: καὶ ὅτι Δωριεῖς μέλλετε Ἴωσι μάχεσθαι i. e. Ἀθηναίοις *h*). *Fl. Chr.* Ex h. l. inducor vt credam, Dionysiis τοῖς κατ᾽ ἄστυ vernis prodiisse hanc fabulam. Nam Lenaeis Liberalibus aderant soli Athenienses eo, quod hieme celebrabantur, quod dixit Aristoph. in Acharn. [507. ss.] Οὐ γὰρ — — οὑπὶ Ληναίῳ τ᾽ ἀγών. Id est: *Non enim me nunc calumniabitur Cleon, quod Extraneis praesentibus de vrbe male loquor; Soli enim sumus et in Lenaeo fit certamen.* Cum igitur hic dicat, Ionem quendam adstare, verisimile est, Liberalibus vernis eam fabulam actam fuisse, quando iam mari aperto nauigabant Iones Athenas. Nam, vt ait Schol. ad fabulam Aues: τῷ ἔαρι ἐν ἄστει τελοῦσι τὰ Διονύσια i. e. *vere in vrbe celebrabant Liberalia. Palmer.*

47. δοκέω. Hoc Ionicum est pro δοκῶ *i*)· fingit autem, Ionicum hominem haec dicere, et est Mimesis. ἐς Κλέωνα. Qui erat coriarius. Male autem olent coria non minus ac scarabaeus iste aut eius esca. Hinc ad Cleonem in Eqq. 887. οὐκ ἐς κόρακας ἀποφθερεῖ βύρσης κάκιστον ὄζων; *Bergl.*

---

f) In textis eius edit. legitur ἤδη, sed in marg. γρ. εἴδη.

g) Aut εἰς δὴ aut ἤδη, vt in ed. Brubach. *Reisk.* Pro ἤδη in Kust. edit. excusum fuit εἴδη, operarum errore. *Brunck.* Imo error ex ed. Genev. 1607. repetitus est.

h) Sed h. l. Ἰωνικὸς proprie est accipiendum, vt vel sequentis verba, Ionica dialecto pronunciata, docent.

i) Etiam κεῖνος pro ἐκεῖνος Ionicum est.

48. *τὴν σπατίλην ἐσθίει k*). Putat Scholiastes *ἐσθίει* dictum pro *ἤσθιεν*, quia tunc, cum haec scriberet Aristophanes, mortuus erat Cleon, vt apparet ex sequentibus. Neque sane noua est haec temporis mutatio apud poëtas, praesertim quum saepe, vt et apud Aeschylum, videas *ἀναχρονισμούς*, quae non sunt errata memoriae, sed praecepta oeconomiae. At *σπατίλην* dixit, quia Cleon *βυρσοδέψης* et *σκατοφάγος*. Nam coria et pelles apparabantur non sine humano stercore, estque *σπατίλη* id ipsum, *σπέλεθος* vel *βόλιτος*, sordes et ablecta coriorum, dicta *ἀπὸ τοῦ σπᾶσθαι*, quia trahantur et eradantur. Hesych. recte exponit *σπάθος* corium, *δέρμα* et *σκῦτος*, vt ab eadem mente *σπαθητὰς ἐσθῆτας pauperatas vestes* dictas existimem idemque etymon. Interim emendandum puto Scholiasten graecum, qui *σπατίλην* ait esse *τὸ ἀπόξυσμα τῶν βυρσῶν τὸ μικρὸν, ὃ ἐκβάλλεται.* Etiam apud Sudam [Suid.] pro *μικρὰ δέρματα* reponendum fortean *μιαρά:* etsi scio posse excusari lectionem *τῶν μικρῶν.* Dico tamen, quod sentio, neque me adhuc sententiae poenitet. *Fl. Chr.* Haec de Cleone, qui mortuus erat, quando exhibita fuit haec fabula, Ionicus homo dicere non potest. Legendum videtur *ἤσθιεν.* Suidas: *σπατίλη· ἡ τῶν ἀνθρώπων κόπρος· καὶ τὰ μικρὰ δέρματα, τὰ ἐκβαλλόμενα ὑπὸ τῶν σκυτέων. σπατίλη γὰρ τὸ δέρμα, παρὰ τὸ σπᾶσθαι. σκατοφάγος δὲ ὁ Κλέων, ἐπεὶ βυρσοδέψης ἦν καὶ μετὰ κόπρου τὰς βύρσας εἰργάζοντο. Brunck.*

52. *παὶ τοῖς ὑπερτάτοισιν* [vt Br. ed.] *ἀνδράσιν φρ.* Sic optime A. Vulgo *ὑπὲρ τούτοισιν ἀ.* Ad loquendi normam oportuisset *ὑπὲρ τούτους.* In *ἀνδράσι* vltima brevis sequente tenui cum liquida numeros innumeros reddit. *Brunck.*

---

k) Scribe *ἔσθιεν*, augmento Ionice sublato. Ionem enim introducit haec dicentem; praesens tempus autem, *ἐσθίει*, non conuenit, Cleone pridem mortuo, vt ex pluribus fabulae locis colligitur. *Palmer.* Restituas Ionicam formam *ἀναιδέως* ex Rav. Caet. pro vulg. *ἐσθίει* neque *ἤσθιεν* reponere cum Brunck. neque *ἔσθιεν* cum Palmer. sustinuerim. Fefellit bonos viros, quod haec de Cleone intelligerent, cum de scarabaeo sint accipienda. Cleonem dicens perspicuitatis causa non *κεῖνος*, sed vsurpasset *οὗτος* Comicus. *Hotib.*

55. ὑπερηνορέουσιν pro ὑπερακμάζουσι dictum puto, i. e. aetate prouectioribus: alias valet ſuperbis et ſupra hominem ſapientibus *l*). *Fl. Chr.*

55. οὐχ ὅνπερ ἡμεῖς *m*). Legerem ὑμεῖς, et notat Athenienſes, tanquam litigioſos fori tricones et qui iudicandi inſania laborant, vt ille in Veſpis Philocleon. *Fl. Chr.*

56. δι' ἡμέρας. Supra v. 27. δι' ὅλης ἡμέρας. Vide ad Ran. 261. In Avv. 265. καίτοι κέχηνά γ' ἐς τὸν οὐρανὸν βλέπων. *Bergl.*

59. τὸ κόρημα. Translatio ab euerriculis vel ſcopis, quibus veſtimentorum vel aedium ſordes purgantur. Scribendum autem puto μὴ 'κκόρει *n*), geminato κ, vt ſit pro μὴ ἐκκόρει, et ſic videtur legiſſe Sudas. Nam ſi ſimpliciter κόρει dixiſſet, ambigua eſſet ſignificatio, quia κορεῖν etiam eſt ἐπιμελεῖσθαι, vnde κόροι et κόραι, pueri et puellae, quod magna cura et ſtudio indigent: et νεωκόροι dicti non, qui templa vel aedes verrunt et purgant, ſed, qui tuentur et cuſtodiunt, fortasſis ἀπὸ τῆς ὥρας, i. e. cura, interpoſito κ. Quamquam non me latet, κόρην deriuari ſecundum Grammaticos vel ἀπὸ τοῦ καθαίρειν *o*), et pupillam ſic vocari quaſi χόρην, vt per quam fluat facultas videndi. Sed h. l. ἐκκορεῖν dixit pro, vacuefacere et deſolare vel funditus perdere, vt dixit Menander ἐκκορηθείης [ap. Suid. h. v.] i. e. ἄρδην ἀπολεσθείης. Aliquando eſt abigere, vt in illo: ἐκκόρει κόρη κορώνην, quod in nuptiis olim accini ſolitum teſtatur Orus Apollo *p*). Videtur aliud eſſe κόρημα aliud σά-

---

l) Verbum eſt Homericum, quod admodum robuſtos et viriles, aut nimis ſuperbos indicat. cf. Intpp. Hom. Il. IV, 176. et Zonar. II. 1782.

m) Ita in Not. Fl. Chr. ſed in textis eſt ὑμεῖς et vertitur ab eo: *non more veſtro* —

n) κόρει. Sic quidem libri noſtri, ſed mendoſe. Scriptum oportuit μὴ 'κκόρει. Vide Euſtath. locum quem protulimus ad Nub. 44. *Brunck.* Hoc recipi debuerat e Rav.

o) Videtur hic aliquid deeſſe, forte vel ἀπὸ τοῦ χεῖν (aut χωρεῖν). v. Etym. M. p. 529. et Zonar. II. 1237.

p) Horapoll. I, 8. p. 14. vbi tamen aliter nunc legitur, et Pauw p. 281. ſcribi vult ἐκκόρει κόρε κορώνην.

ρον, etſi a Grammaticis confunduntur ſaepe. Nam illud *verriculum* eſt, quod nos vocamus *Balay*, hoc autem (*σάρον* puta) ſcopae, i. e. virgulae purgatoriae; Byzantii vocabant *κάλλυντρον*. Apud Heſych. neſcio quid ſit *ἀκίσαρον*, et redeo ad imperitorum querelam: *corruptus eſt locus*. Ait enim Heſych., Ionem Argiuis dixiſſe, *ὡς παλαιὸν ἀκίσαρον*· fortaſſe ſcripſerat *ὡς παλαιὸν ἄκικυς σάρον*, i. e. infirmus vt veteres et disſolutae ſcopae, ſcilicet ſenium debile ſignificans. *Fl. Chr.*

60. *ἔα, ἔα.* Haec ſeparatim legenda, neque verſum adiuuant; parepigraphe vocatur, vt apud Auſonium *Hui* et ſaepe apud Tragicos. Nos plura ad Aeſchyli Prometheum. *Fl. Chr.* Has voces, quae vulgo famulo continuantur, Trygaeo tribuo. *Brunck.*

62. (61. K.) Incipit loqui Trygaeus, vinitori conveniens nomen. Eſt enim *τρυγητὸς vindemia*; *βουλεύει* autem Attice pro *βουλεύῃ*, vt in Rann. [469.] *ἔχει μέσος* pro *ἔχῃ*, et *μάχει* pro *μάχῃ*. Et alibi ſic ſaepe. *Fl. Chr.* Sophocl. in Ai. 586 *ὦ δέσποτ' Αἴας, τί ποτε δρασείεις φρενί*; (*quid agis? quid moliris?*) vbi Scholia: *ἐπιθυμεῖς δρᾶσαι* q). Sic *ἐργασείεις quid facere paras?* ap. eumd. in Philoct. 1259. Sic *πολεμησείειν, παραδωσείειν, ἀπαλλαξείεις*, omnia ap. Thucydidem: et in gloſſis *δειπνησείω, coenaturio*. *Bergl.*

63. (62. K.) *ἐκκοκκίσας* pro *ἐρημώσας* dictum, translatumque a granis mali Punici r): *exacinare* dicerem vel potius *exciccare* s): nam *κόκκος ciccus*, mutato *o* paruo in *i*. Nos Franci proprie, *egrainer*. *Fl. Chr.* *λήσεις σεαυτὸν τὰς πόλεις ἐκκ.* Sic bene duo Codd. t). Solius B. in margine adſcripta impreſſorum mendoſa

q) *Patraturire* reddit Dawes. M. Crit. p. 260. et plura huius verbi affert exempla.

r) Scholia: *ἐρημώσας* etc. i. e. *vaſtans, metaphora a malis Punicis quae a granis purgantur.* Occurrit et in Lyſiſtr. 364. *Bergl.*

s) Vertit Chr.: vrbesne falles ipſus exciccans tuas. Rectius Brunck. (ex emend. lect.): non animaduertis te vrbes noſtras exhaurire? Eadem cum Schol. habet Zonaras I, 670.

t) Occupauerat hoc coniiciendo *Reisk.*

lectio σεαυτοῦ. Supra 52. ἕως σεαυτὸν ἂν λάθῃς διαῤῥαγείς. Nub. 242. πόθεν δ' ὑπόχρεως σαυτὸν ἔλαθες γενόμενος; Notiſſima phraſis nec aliud quid magis obuium, vt mirer editores mendam non deprehendiſſe. σεαυτοῦ cum πόλεις coniunxit Bergl.: *euertes imprudens vrbes tuas.* *Brunck.*

64. Pro vitioſo ἔττι (quod e Brunck. manſit) in textis ἔστι reponendum. Pleonasmus qui ineſſe videbatur in verbis τοῦτ' ἐστὶ τουτὶ τὸ κ. αὔθ' (vt e Rav. editum) efficere potuit vt ſubſtitueretur τ. ἐ. δῆτα τὸ κ. α.

65. (64. K.) τῶν μανιῶν. Pro ſingulari, τῆς μανίας, ſed ſaepe plurali numero vtuntur Attici. Mox vbi legitur πρὸς αὐτὸν, malim αὑτὸν, ſpiritu denſo. *Fl. Chr.*

66. (65. K.) ἡ χολή. Hinc χολᾷν *inſanire* Nub. 833. *Bergl.*

67. πρὸς αὐτόν. Sic bene A. Vulgo πρὸς αὑτόν. *Brunck.*

70. (69. K.) Pedibus et manibus reptare per parietes vocat ἀναῤῥιχᾶσθαι vel ab araneis quaſi ἀραχνιᾷν: nam ἀραχνιῶ per ὑπερβιβασμὸν aut literarum transpoſitionem ἀναῤῥιχῶ, vel translatum a genere illo cophinorum, qui ἄῤῥιχοι dicuntur, quique funibus trahi et duci ſolent: ſunt autem vaſa viminea *v*). *Fl. Chr.*

71. (70. K.) ξυνετρίβη τῆς κεφαλῆς. Etiam Atticam phraſin accipiunt genitiuum ſic poſitum, et ſic Sudas [Suid.]; ſed non male iungatur cum καταῤῥυείς. *Fl. Chr.* Berglerus vertit: donec confregit capitis partem delapſus. Brunck.: donec praecipiti caſu ceruices defregit ſibi.

72. (71. K.) Abire cum infortunio eſt ἐκφθαρῆναι,

---

v) Plures verbi deriuationes perſequuntur Etym. h. v. Zonar. I. 206. et Euſtath. ad Il. p. 1533. — Thomas Mag. I. 61. ἀναριχᾶται, Ἀττικόν. δηλοῖ δὲ τὸ ταῖς χερσὶ καὶ τοῖς ποσὶν ἀντεχόμενον ἀναβαίνειν. γράφεται δὲ δι' ἑνὸς ρ'. (vbi vidd. Hemſt. Abreſch. et Oudend.). Add. Moeris p. 63. ſ. ibique Sallier. et Piers., vbi per duplex ρ ſcribitur explicaturque: προβαίνειν ἀνέρπων. Melius quam Bergl. vertit Brunck.: Deinde tenuibus ſcalulis fabricatis eas conſcendebat pedibusque et manibus nitens in coelum conabatur ſcandere —

et, vt ait Callimachus [h. in Apoll. 113.] ἵν' ὁ φθόρος, ἔνθα νέεσθαι, vel ἔῤῥειν, vt dictum in Ranis [1216. Lips.] de Oedipo; ait enim illic Schol. esse: μετὰ φθορᾶς ἐλθεῖν. Contra εἰςφθαρῆναι est intrare dierecta, vt loquitur Plautus *x*). Sic videtur Aeschylus in Septem Theb. [254.] dixisse: *Οὐκ ἐς φθόρον σιγῶσ' ἀνασχήσῃ τάδε;* Hic simpliciter est *egredi:* tamen videtur id verbi dixisse, quia in capite vulnus acceperat. *Fl. Chr.*

73. (72. K.) Aetna mons celsissimus. Itaque aut Aetnaeum pro grandi intelligit, vel cantharos *Aetnaeos* maximos fuisse verum est, proinde vt equos Aetnaeos, quos ad cursum pernices fuisse aiunt. Sic asinos Antronios magnos interpretor, Hesychium obiter emendans: *Ἀντρώνιος ὄγκος*, lege *ὄνος*. Nam vicem equi vtitur scarabaeo Trygaeus. Sane Sophocles *πῶλον Αἰτναίαν* dixit, i. e. *ὑπερμεγέθη*. Apud Oppian. habes I. de pisc [512.] inter pisces Cantharos et Aetnaeos. Nescio an illic praestet pro magnis accipere; nam, si pisces sunt Aetnaei, fortassis *ἐτναίους* scribendum esset. Quid sit *ἔτνος*, non obscurum est, vt docet Hesychius, qui *ἕψημα θηρῶδες* vocat, vbi lego *ἀθηρῶδες;* nam *ἀθὴρ* vel *ἀθάρα* genus pultis. Ego in re ignorata assensionem cohibeo. Sed illi canthari pisces et ab hoc magno cantharo sic dicti sunt *y*) et colore eodem sunt ad castaneum accedente ingratoque, vt ait Ovidius [Halieut. 103.], sunt succo. *Fl. Chr.* Praegrandem vult dicere *z*); nam *Αἰτναῖος* per se *magnum* significat. Sophocles Oed. Col. 304 *γυναῖχ' ὁρῶ στείχουσαν ἄσσον ἡμῶν, Αἰτναίας ἐπὶ πώλου βεβῶσαν* (quae grandi vectatur equo), vbi Scholia *ἀντὶ τῆς μεγάλης*. A monte Aetna. Plautus Mil. Glor. IV, 2, 73. *Aetna non aeque est alta. Bergl.*

74. *ἱπποκομεῖν* quod proprie est equum curare, equisonem esse (v. Sturz. Lex. Xenoph. h. v.), h. l. est curare simpliciter, sed vsus est poeta eo verbo, quia cantharus equi loco futurus erat.

75. (74. K.) Blanda manus attrectatione aliquem

x) Vid. intpp. ad Capt. 3, 4, 103.

y) Cf. Camus ad Aristot. H. An. II. p. 748. f.

z) Scholiastae verba tantum attulit *Brunck.*

mulcere et velut adulari vocabant *καταψᾶν* et *καταψῆσαι.* Vſus eſt Polybius [10, 18, 3. ed. Schweigh.] in pueris, quorum caput blande expanſa et aperta manu percurrimus, cum indolem laudamus aut indicium amoris facimus et beneuolentiae. Philoſtratus de equis dixit *καταψῆσαι ὦτα καὶ χαίτην.* Sic Virgilius [Geo. III, 186.]. *Et plauſae ſonitum ceruicis amare.* Quamquam *καταψᾶν* non eſt ille plauſus, ſed potius *χειρῶν ὁμάλισις*, quam plauſus ſequitur. Inde *ψήκτρα* ſtrigilis. Venuſte autem et facete Comicus Trygaeum inuehentem facit ſcarabaeo ceu equo, quem *ὑποκοριστικῶς* et pullum et Pegaſillum vocat, *πωλίον* et *Πηγάσιον.* Notus cum Pegaſo ſuo Bellerophontes coeli adfectator; tum ſine Pegaſi alis non luſtrat coelum et terram Aurora. Videtur autem imitatus hoc verſu Euripidis ex Belleroph. [Fragm. n. 3. Musgr.] verſum: *ἄγ' ὦ φίλον μοι Πηγάσου πτερόν.* Nam fabulam eo titulo docuit Euripides. Et ſane ad huius Tragici verſus ſaepius alludit Ariſtophanes quam caeterorum. *Fl. Chr.*

77. (76 K.) Ordo: *ὅπως λαβών με πετήσει εὐθὺ τοῦ Διός.* Deeſt autem *ὅρα*, vide, aut ſimile *a*), vt in Nubb. 1467. *νῦν οὖν, ὅπως, ὦ φίλτατε, τὸν Χαιρεφῶντα τὸν μιαρὸν καὶ Σωκράτη ἀπολεῖς μετ' ἐμοῦ. — εὐθὺ τοῦ Διός.* Infra 820. *ὡς χαλεπὸν ἦν ἄρ' ἐλθεῖν εὐθὺ τῶν θεῶν.* Aliter eadem ſententia infra 161. *ὀρθῶς χώρει Διὸς εἰς αὐλάς. Bergl.*

78. Vertit Brunck.: Sed quid agat, ſpectabo, ſic per clathros exſerens caput. At *τηδὶ* eſt hic, hoc loco, et *δεικτικῶς* ponitur, dum incipit capite inclinato introſpicere. Trygaeus enim nondum prodierat. Dum autem videt eum in altum tolli atque ita in ſcenam produci ſublimem exclamat: *οἴμοι* —

81. (80. K.) *ἱππηδόν.* Aeſchylus in Suppl. 438. Vide ad v. 491. *Bergl.*

82. (81. K.) Syſtema ſequitur anapaeſticis conſtans decem et nouem, quod clauditur catalectico, quae Coronis eſt anapaeſtica et *ἀπόθεσις παράγραφος.* Eſt autem

---

a) Deeſt *ὅρα* vel quid ſimile: et Attica eſt eiusmodi *ἔλλειψις* etiam in pedeſtri oratione. *Fl. Chr.*

Syſtema in choris comicis, quod Epodos in lyricis. Haec aliaque ſimilia qui certius et clarius intelligere volet, Hephaeſtionem, eruditisſimum *b*) Grammaticum, legat, vel potius Iulii Caeſaris Scaligeri libros de Poëtica. Sane enim maximi illius herois ingenium vetuſtatem aequat, poſteritatem et nouitatem omnem ſuperat: ſed, quod miſerum eſt, pauci ſunt adhuc, qui eius ſcripta aut legant aut intelligant. Eum ego quotidie miror et miror magis, imo erit ille mihi ſemper deus. Quidni enim hoc autumem de clarisſimo viro? cum philoſophus ille *σκοτεινὸς* de humili et obſcuro loco dixerit: *etiam hic ſunt dii. Fl. Chr.* *κάνθων c*). Scholia: *Proprie κάνθων eſt aſinus; nunc autem in forma deminutiua κάνθιον pro κάνθαρε.* Deriuatur autem vox *κάνθαρος* a *κάνθων, aſinus,* quia ſcarabaeus in fimo aſinino generatur eoque delectatur; hinc etiam ſupra v. 4. *ὀνίδας* dabat comedendas ſcarabaeo. *Bergl.* Exſtat in h. l. copioſa et ſubtilis disputatio *Iacobi Haſaei* in fratris eius Theod. Haſaei Muſeo Hiſtor. philol. theol. Vol. I. P. II. p. 266—281., in qua leporem totius loci et facetias octo, quas in eo ſibi deprehendiſſe viſus eſt, inprimis in voc. *κάνθων* et paronamaſia vocum *κάνθων* et *κάνθαρος* exponit, et de Pegaſo quoque agit. *σοβαρῶς* paulo poſt eſt, *ferociter*, *audacter*. Cf. Photius Lex. V. *Σοβαρός*.

84. (83. K.) *ῥώμῃ πίσυνος.* Thucydides L. II. [c. 89.] *τῇ δυνάμει τὸ πλέον πίσυνοι* (freti) *ἢ τῇ γνώμῃ ἐπέρχονται.* Idem valet *πεποιθότες.* Noſter Plut. 449. *ποίοισιν ὅπλοις ἢ δυνάμει πεποιθότες. Bergl.*

85. *ἰδίῃς.* Ran. 237. *χὼ πρωκτὸς ἰδίει πάλαι. Bergl.* *ἶδος* et *ἱδρώς* eadem; inde *ἰδίειν.* Noli, inquit, ſtatim te addere in ſpatia, ſed pedetentim incede. Tribuit ſcarabaeo virtutes generoſi equi, qui glorioſe mollia

---

b) De eius peritia rei metricae aliter nunc iudicari conſtat. Sed neque hoc nec, quod ſequitur, iudicium de I. C. Scaligero vel omitti vel mutari volui.

c) Sic ſcarabaeum appellat, nomine quod proprie *aſinum* ſignificat, vnde deductum *κάνθαρος*, quia ſcarabaeum ex aſinino ſtercore naſci naturae rerum imperitum vulgus credebat. *Brunck.*

crura reponit, vt ait Maro, quique poſt ſudorem et laborem incitatur ad curſum. Praecipue vero timet ſibi ab anhelitu. Nam odor in auras diditus vehementior eſt et graueolentior. Hoc autem ait propter σκατοφαγίαν, vt inde fortasſis hodieque in Graecia vulgus cantharum appellet σκαταρὸ, corrupta quidem voce, ſed olidi animalculi et σκατοφάγου moribus conuenienter. *Fl. Chr.* Verba ſignificant: priusquam ſudaueris et ſolueris artuum neruos alarum motu vehementi.

87. Alloquitur podicem ſuum. *Reisk.* πνεῖ κακὸν eſt, malum odorem ede.

90. (89. K.) Deorum titulus videtur fuiſſe ἄναξ *d*), ſed quo ſerui etiam heros quandoque inſignirent. Euripides Hipp. 88. ἄναξ· θεοὺς γὰρ δεσπότας καλεῖν χρεών. Forte ἄνακτα vocat eum, quia ſublimis volat propior diis: ita putat Scholiaſtes. *Bergl.* Anguſtiori appellatione herum ſuum iam ſublimem et volantem afficit famulus (ait Schol.) vocans ἄνακτα, quaſi diis iam ſit proximus. Sed ἄναξ dominus recte dicitur, vt Horatius [Od. I, 1, 6.] *terrarum dominos* i. reges, et Virgilius cum ait [Aen. VI, 397.] dominam ditis thalamo deducere etc. reginam notat. Quin recentior antiquitas latinum graece dixit δόμνα i. *regina. Fl. Chr.* παραπαίεις (deliras). In Plut. 508. ληρεῖν καὶ παραπαίειν *Bergl.*

92. μετεωροκοπεῖς. Translatio a remis ſumta, qui mare fruſtra et ſuspenſa manu ſecant. Sic ſecatur aër alarum remigio. *Fl. Chr.* Senſus: quorſum temere ſublimis volas?

94. παλαμᾶσθαι interprete Photio in Lex. eſt i. q. τεχνάζεσθαι. Senſus: audax facinus et inſolitum machinatus.

96. φλαῦρον eſt i. q. κακὸν, infauſtum, malum; et conſulto vtitur v. γρύζειν (mutire, hiſcere, v. Ran. 940. et Zonar. I. 456.), quia vel vna voce vel tenui poterat ſiniſtrum edi omen.

---

d) Vid. omnino *Clem. Biagi* diss. de voc. ἄναξ. in eius Monumentis graecis e Muſeo Nanio (1785. 4.) p. 159. ſs.

97. (96. K.) *ὀλολύζειν* eſt iubilare et cum acclamatione precari. Hoc ſolent feminae fana celebrantes. Recte autem iungit cum *εὐφημεῖν,* hoc enim ipſum eſt. Et Aeſchylus Agamemn. [v. 28.] dixit *δόμοις ὀλολυγμὸν εὐφημοῦντα τῇδε λαμπάδι ἐποϱθιάζειν,* i. e. *vitulante tecta repleat fauentia e).* Etiam pro eodem dicebant *παιανίζειν,* quamquam ſcio differre. Nam bellatrici Mineruae *ὀλολύζουσι,* caeteris diis *παιανίζουσι,* quod eſt proprie, vocem intendere et remittere. *Fl. Chr.*

99. (98. K.) Anguſti receſſus ad ſordes ablegandas et retrimenta egerenda vocantur *λαῦϱαι,* quaſi *δι' ὧν λαοὶ ῥέουσι f).* Vult ergo Trygaeus *λαύϱας* claudi et muniri, ne odor diſſlatus cantharum eliciat. Sed ſic tangit ciuium ſuorum mores ſordidos et vrbem foedam, de qua dici poſſit quod de Corcyra:

ἐλευθέϱα Κέϱκυϱα, χέζ' ὅπου θέλεις

i. *in ciuitate libera es, caca vbi voles. Fl. Chr.*

100. (99. K.) *ἀνοικοδομεῖν* eſt, *obſtruere aedificando,* verbauen. *Reisk.* Hanc ſignificationem velim idoneis exemplis demonſtratam eſſe. Imo ſenſus eſt: recentibus lateribus inſtaurare cloacas (ne foetore nares laedant).

101. Infra 150. *μὴ βδεῖτε, μηδὲ χέζεθ' ἡμεϱῶν τϱιῶν· ὡς εἰ* etc. *Bergl.*

102. (101. K.) *οὐκ ἔσθ' ὅπως σιγήσομαι.* Ita et in Plut. v. 18. Euripides Hipp. 604. *οὐκ ἔστ', ἀκούσας δείν' ὅπως σιγήσομαι* (non poteſt fieri vt taceam). *Bergl.*

106. Supra 58. *ὦ Ζεῦ, τί ποτε βουλεύει ποιεῖν. Bergl.*

107. (106. K.) Deeſt *σοι* in edd. priſtinis. Illo ver-

---

e) *Bergl.* qui haec e *Fl. Chr.* repetiit, pro his poſuit: „i. e. interprete Stanleio: *orationem bene auſpicantem alacriter accinere.*" Tum addidit: „Ibidem [Aeſch. Agam.] 604. *ὀλολυγμὸν ἄλλος ἄλλοθεν κατὰ πτόλιν ἔλασκον εὐφημοῦντες clamorem festiuum hinc inde per vrbem ſuſtulerunt benedicentes.*"

f) Proprie *λαῦϱα* eſt *πλατεῖα ῥύμη, δι' ἧς ὁ λαὸς παϱέϱχεται,* Zonar. II. 1286. Phot. p. 153. H. l. vertitur *cloacae,* vt *κοπϱῶνες* ſunt *ſimeta.*

ſus innatur *g*). *Bergl.* *Γράψομαι κ. τ. λ.* Minatur inſcripturum dicam ipſi Ioui *h*), quod Graeciam Medis prodiderit. Quod ideo dicit, quia bello Peloponneſiaco Perſae in auxilium Lacedaemoniis venerant *i*). Interim et Athenienſes notat, vt *φιλοδίκους*, quique vel Iouis ſecuri ſunt, et Graecos in genere admonet, qui (quod de Athenienſibus olim dictum eſt) ſciunt, quae recta ſunt, ſed facere nolunt; admonet, inquam, vt caueant ſibi ab illis barbaris, qui, dum auxiliantur partibus, ſpeculatores agunt et inſidiantur libertati publicae Graecorum. Profecto *k*) hodie vniuerſam Galliam, vt olim Graeciam, Nemeſis punit et facit ludos. Nam et nos Gallo-Franci omnem his temporibus mouemus lapidem, vt externum et barbarum ferrum in inteſtina noſtra condamus. Adeo nobis mens laeua eſt, niſi potius *φρένας ἐξέλετο Ζεύς.* Bella quaerimus non neceſſaria, dum Gallici nominis hoſtes aut aemulos arceſſimus ad perdendos ciues. O dira tempora et fatis obnoxia. Ecquis erit nunc ciuicarum coronarum vſus, ſi ciuem perdere vincere eſt? Sed vrgent nos fata et ſane appetit tempus, quum luenda ſunt maiorum delicta; neque immerito: nam templa deſtruximus, quae triduano ſpatio refici nequeunt. Itaque *πάξ.* *Fl. Chr.*

108. (107.) *Μήδοισι — προδιδόναι.* Infra 405. dicit Solem et Lunam id facere: *ἡ Σελήνη χὠ πανοῦργος Ἥλιος — τοῖς βαρβάροις προδίδοτον τὴν Ἑλλάδα.* *Bergl.*

110. *οὐκ ἔστι παρὰ ταῦτ' ἄλλα.* In Nubb. 698. idem. *Bergl.*

112. *ἡμᾶς* [vt ed. Fl. Chr.] *ἐρήμους.* Puto melius

---

g) Senſus: ſi vero id tibi non declarauerit?

h) Notantur Athenienſes, vt *φιλόδικοι*, ſi nec Iupiter eſt ſecurus. *Bergl.*

i) Ad haec ſic Scholiaſtes: *Hoc dicit eo quod Perſae auxiliabantur Lacedaemoniis in bello Pelop.* Neſcio quid dicat hic Scholiaſtes *πονηροῦ κόμματος.* Nam anno tantum vigeſimo eius belli prima foedera icta ſunt inter regem et Lacedaemonios, vt narrat Thucydides lib. VIII. [c. 37.] *Palmer.*

k) Haec etſi ad Ariſtoph. non faciunt, omittere tamen nolui, noſtrorum temporum cauſa.

legi *ὑμᾶς*, vt ad puellulas referatur; neque vero te turbet generis enallage. Nam Attica eſt. Sic Pindarus [Ol. I, 10.] *ἐρήμας αἰθέρος*. Tamen ſi quis pertendat *ἡμᾶς* retinendum, non habebit me *ἀντιτείνοντα*. *Fl. Chr.*

114. (113. K.) *l*) Alterum ſyſtema disſimilium partium, diuiſum in duas periodos: prior quinque verſibus conſtat, quatuor tetrametris dactylicis et vno epico, quae eſt *ἔκθεσις;* altera quinque ſimilibus epicis. Haec vero vocantur *παραχωρήματα*. Nam puellae iſtae inducuntur hoc tantum loco patremque vocant, poſtea in tota fabula non parent. Primo verſu legitur [in ed. Chr.] *ἔτυμός γε ἆρ'*, ſed legendum cenſui (ſi cenſendi mihi ius eſt) *ἆρ' ἔτυμός γε*, vt dactylicus ſit tetrameter cum tribus ſequentibus. *Fl. Chr.* *ἔτυμος - φάτις*. Euripides Iphig. Aul. 795. *εἰ δὴ φάτις ἔτυμος* (ſi modo vera eſt fama). Idem in Electr. 818. *δεῖξόν τε φήμην ἔτυμον ἀμφὶ Θεσσαλῶν*. Virg. VI. Aen. 450. *Bergl.*

115. *δώμασιν—φάτις ἥκει*. Aeſch. Agam. 876. *ὡς πρὸς οἶκον ὠχετεύετο φάτις* (afferebatur rumor). *Bergl.*

117. (116. K.) *ἐς κόρακας*. Atqui ſeruus clamabat: *εἰς τὸν οὐρανόν*. Sed eodem res redit; qui enim in aëre volitat, ille iam in auium regione eſt. Per coruos enim hic ſynecdochice intelliguntur quaeuis genera auium, vt Avv. 26. ille qui ad vpupam et reliquas aues tendebat: *οὐ δεινὸν δῆτ' ἐστιν ἡμᾶς δεομένους ἐς κόρακας ἐλθεῖν* etc. *m*). *Bergl.* *μεταμώνιος*. Num *μεταμώλιος* a *μολεῖν*, ω pro ο poſito? *Reisk.* Scilicet vtraque forma vocabuli (quod id. eſt quod *μάταιος*) vſitata fuit, antiquior tamen ſcriptura *μεταμώνιος*. v. Heyn. ad Hom. Il. IV, 363. Tittmann. ad Zon. II, 1349.

118. *εἴ τι φιλεῖς με*. Sic optime in B., vt legendum eſſe monuerat Daweſius *n*). Vulgo *ὅττι φ. μ.* ſine

---

l) Verſus ſunt dactylici. *Brunck.* Praemiſſum his in edd. *Σύστημα ἕτερον ἀνομοιομερές.*

m) Sed et hic *ἐς κόρακας* comice dixit, quia hoc eſt: in malam rem.

n) Miſc. Crit. p. 275. : qui hanc loquendi formam multis exemplis illuſtrat, et *εἴ τις* atque *ὅς τις* ſaepe permutata eſſe docet. *εἴ τι φ.* etiam *Reisk.* coniecerat.

ſenſu. *Brunck.* [Nec ὅ τι melius fore docet idem Dawes.] εἴ τι φιλεῖς με. Certisſimam lectionem, codicis fide nixam, Daweſius multis exemplis confirmauit. Hinc adſtrui posſit eiusdem acutisſimi viri emendatio in Eqq. 1275. quam, vt minus neceſſariam, admittendam non duxi. Sed e memoria citaſſe videtur verſum in Thesm. 936. quem ad eumdem modum corrigit, non habita ratione eorum, quae ſequuntur, quorumque ſenſus ab illo verſu pendet:

ὦ Πρύτανι, πρὸς τῆς δεξιᾶς, ἥνπερ φιλεῖς
κοίλην προτείνειν, ἀργύριον ἤν τις διδῷ,
χάρισαι βραχύ τί μοι.

Ineptum eſſet ibi legere εἴπερ φιλεῖς, qua ratione tota corrumperetur ſententia. Ceterum ὅςτις et εἴτις, ὅ τι et εἴ τι, ſaepe ab imperitis librariis commutata fuere. In Lyſiae Or. c. Eratoſth. p. 398. vbi mendoſe legitur: ἀνάβηθι οὖν μοι καὶ ἀπόκριναι, εἴ τι ἄν σε ἐρωτῶ o)· videt quicunque graeci ſermonis vſum habet, oratorem ſcripſiſſe, ὅ τι ἄν σε ἐρωτῶ. *Brunck.* in Add. p. 162.

119. *p)* ἡμῖν *q)*. Potius legerem ὑμεῖς, distingueremque poſt ἄχθομαι. Senſus eſt: non absque ratione ſuſpicamini de disceſſu ad Iouem meo. Reuera enim triſtitia vehementi angor, quoties petitis a me patre veſtro panem et nulla interim eſt argenti gutta domi noſtrae. Quodſi rebus bene geſtis reuertero, habebitis in tempore panem quoque grandem et inſuper colaphum pro opſonio. Ludit autem ad vulgarium dictum: εἰ δ' οἶνον αἰτεῖ, κόνδυλον αὐτῷ δός, ſcilicet, vt ne asſueſcant pueri ſuperfluis petendis. Sic miſerias, quas bellum inuehit, ſatis oſtendit. Quid enim miſerius, quam carere pane et argento? ψακὰς vel ψαικὰς vel ψεκὰς *r)* ſtilla eſt e gutta, ῥανὶς et σταγών. *Fl. Chr.*

120. πάππαν. Sic duo Codd. *s)*. Male vulgo πά-

o) Etiam in edit. Auger. T. I. p. 256.

p) δοξάσαι ἐστι putare licet, eſt; recte.

q) Ita in Not. In ed. tamen Fl. Chr. eſt: ἄχθ. ὑμῖν.

r) Forma ψακὰς (quae h. l. occurrit) etiam ap. Zonar. II. 1868. ψεκὰς ibid. p. 1871.

s) Cf. Zonar. Lex. II. p. 1498.

παν. Eadem menda erat in Conc. 645. t) et alibi, ſi bene memini. *Brunck.*

121. v) ἀργυρίου μηδὲ ψακάς. *Argenti ne ramenta quidem, ne puluisculus quidem.* ψεκὰς minutiſſimum quoduis ſignificat. Incertus auctor Epigr. (Anal. T. III. p. 158.):

ἶσον ἐπὶ ψαφαρὴν ἀντλεῖν ἅλα κἀπὸ Λιβύσσης
ψάμμου ἀριθμητὴν ἀρτιάσαι ψεκάδα,
ἶσον καὶ παίδων στέργειν πόθον.

Brunck.

123. (122. K.) κολλύραν. Plautus in Perſa Act. I. ſc. 3. v. 12. *Bergl.* Collyra genus panis eſt, quod pueris praebebatur. Apud Athenaeum [III. p. 111. Cas. ſ. p. 431. T. I. Schw.] habes hunc verſum: καὶ κολυραν μεγάλην, vnico λ. x). Ex hac fabula etiam Ariſtophanem citat in Ὁλκάσι [Fragm. 2. Brunck.] qui κολλύρας meminit. Sed non diſſimulabo legi etiam ap. eumdem Athen. καὶ κάνδυλον, non autem κόνδυλον y). Eſt autem κάνδυλος cibus ex lacte et melle z), quibus addunt quidam oleum et caſeum: velut ἀβυρτάκη quod eſt intritum barbaricum e porro, naſturtio et Punici granis, vt Theopompus Theſeo et Menander Κεκρυφάλῳ [p. 102. Cler.] meminere; corrigendusque Sudas (Suid.) V. Ἀκρόδρυα et Σκοτιαῖος. Ait enim: ἐπέῤῥιπτον δὲ αὐτοῖς οἱ μὲν κάνδυν, οἱ δὲ ἀκρόδρυα· lege κάνδυλον meo periculo a). Tum in ipſa voce Κάνδυλος habes apud eumdem Grammaticum: ὡς ἀβυρτάκη ἐρύκων βρῶμα. Putaui pro ἐρύκων legendum βαρβαρικὸν, niſi melius ἐρει-

t) Hunc locum Eccles. 641. εἰ δὲ προσελθὼν — πάπαν με καλεῖ, δεινὸν τοῦτ' ἀκοῦσαι, laudat etiam *Bergl.*

v) Αἰτίζειν pro αἰτεῖν etiam Hom. Il. XVII, 222. legitur. Mox ἐν ὥρᾳ eſt mature, iuſto tempore.

x) Sed legitur nunc recte: *Κολλύραν μεγάλην* —

y) Sed hoc quoque in recentiss. ed. emendatum eſt. Nam non niſi Dalechamp. e ſua coniectura κάνδυλον dederat. v. Schweighäus. Not. I. p. 274.

z) Sunt tamen Grammatici qui κόνδυλον (pugnum) et κάνδυλον idem eſſe putent. v. Etym. M. p. 523. Zon. II, 1231. ſ.

a) Aduerſatus eſt Kuſter. ad Suid. I. p. 93.

κτῶν *b*), i. e. leguminibus fresis. Sed βαρβαρικὸν malo *c*). Miror autem, etiam a Dalechampio varietatem lectionis non notari, cum in vulgaribus edd. Athen. habeamus κονδύλον, quae lectio videtur alteri praeferenda, vel ex Eustathio qui versum hunc laudat [ad Iliad. ψ, p. 1444. ed. Bas.] δὸς ἄρτον πτωχῷ [ap. Eust. τυχὸν] καὶ κόνδυλον ὄψον ἐπ' αὐτῷ. Quae obseruationes leues sunt, sed faciunt tamen caput integrum in variis lectionibus disertissimi Mureti, cuius scrinia non compilo; haberem enim acerrimum reposconem. *Fl. Chr.*

125. ναυσθλοῦν pro ναυστολεῖν (nauigare, Phot. Lex. p. 212.) dicebatur.

127. ὦ παπία. Haec vox ὑποκόρισμα est φιλοφρονητικῶν, qua etiam vsus est Philippus Comicus in Philyra: παπία, βούλει δραμὼν εἰς τὴν ἀγορὰν καταγοράσαι μοι; φράζε τί; [Athen. VIII, p. 358. f. ed. Cas.]. Antea dixit πάπα, quae vox omnium fere gentium infantibus familiaris et proprie natiua est, vt quae constet elementis labialibus sine dentium adminiculo prolatu facilibus. Ἄππα inuersum est, quo vtitur apud Callimachum [h. in Dian. 6.] Diana infantula patrem Iouem compellans: postea ἄββα, et nunc *abbas*. *Fl. Chr.* In Vespis 128. *Bergl.*

ζεύξαντ' ἐλαύνειν. Verbum *iungendi* non hic est, quod putant Virgilii interpretes, qui *iungere vulpes* [Ecl. 3, 91.] exponunt, ad aratrum cogere. Est enim hic tantum sternere et inuehere *d*). Sane apud poëtam nihil vetat, quo minus hoc significatu accipiamus. Iudicent eruditi. Sic postea [135.] Πηγάσου ζεῦξαι πτερόν. *Fl. Chr.*

129. In Vesp. 1431. Αἴσωπον οἱ Δελφοί ποτε φιάλην ἐπῃτιῶντο κλέψαι τοῦ θεοῦ· ὁ δ' ἔλεξεν αὐτοῖς ὡς ὁ κάνθαρος — vbi vid. Not. *Bergl.*

---

b) Hoc placet Kustero ad Suid. II, p. 237. qui monet, Arist. h. l. cum dicere debuisset κάνδυλον, praeter exspectationem dixisse κόνδυλον.

c) Cf. Zonar. I. p. 8.

d) Nimirum ζεῦξαι est, equum currui iungere proprie, et ἐλαύνειν agitare vel equum vel currum; hinc, eo vehi.

131. *ἄπιστον εἶπας μῦθον.* Euripides Iph. Taur. 1293. eadem iisdem literis. Aeſchylus Suppl. 285. *ἄπιστα μυθεῖσθ', ὦ ξέναι, κλύειν ἐμοὶ, Ὅπως τόδ' ὑμῖν ἐστιν Ἀργεῖον γένος. Bergl.*

132. *κατ' ἔχθραν αἰετοῦ.* De hoc apologo ſatis multa Erasmus in: *Scarabaeus aquilam quaerit* [p. m. 718. f.]. *Bergl.* *ἀετοῦ* [vt Br. ed.] Atticum. Vulgo *αἰετοῦ. Brunck.*

134. *ὠᾴ 'κκυλίνδων* [vt Br. ed. recte] Vulgo *ὦ 'κκυλίνδων. Brunck.* *κυλινδεῖν* verbum proprium erat de ſcarabaeis. V. Lucian. Pſeudolog. 3. ibique Gesner. III. p. 164.

136. *ὅπως ἐφαίνου.* Attica et Ariſtophanica temporis enallage *e*), pro *ὡς ἂν φανείης.* Quod autem ait *τραγικώτερος*, facit ſuo more, vt verbum quod non exſpectant ſpectatores, vſurpet pro altero, vt hic pro *ἀξιοπιστότερος.* Tamen rei veritatem ſecutus eſt. Quid enim eſt *τραγικώτερον*, quam equitare in alite? Hoc eſt, vt ait Horatius [Art. poët. init.]: *Humano capiti* etc. *Fl. Chr.* Tragoediis enim materia fuit Pegaſus, quo vecti ſunt *Perſeus*, de quo Euripides in Andromeda dixerat, et *Bellerophontes*, de quo in cognomini dramate, quo hic praecipue reſpicit. *Bergl.* Caet. vbicumque in his (inde ab 114.) praefixum eſt nomen *Κόρη*, olim legebatur *Παῖδες.*

137. Vulgo legitur: *ἀλλ', ὦ μελέα, μοι σιτίων διπλῶν ἔδει.* Vertit Berglerus: *at, o miſellae, duplici cibo mihi opus fuiſſet.* Bene quidem ex vi ſententiae. Sed non ita ſonant graeca: in illis eſt: *duplici cibo mihi opus erat.* Quis, niſi *κολοκύνταις λημῶν*, non videt particulam *ἂν* hic requiri, quam vtique repoſuiſſem, etiamſi nullus adſtipulatus fuiſſet codex? Sed medicina mea non indiget Comicus. In vtroque Regio liquido ſcriptum: *ὦ μέλε' ἄν μοι* — vnde edidi: *ἀλλ', ὦ μέλε, ἄν μοι σιτίων διπλῶν ἔδει.* Scribi debuit *ὦ μέλε.* Vid. not.

---

e) Minime ſed, „indicatiuus praeteriti neceſſario adhibetur, quum conſilium indicatur, quod quis habuit, nec tamen effectum reddidit" quae ſunt verba Hermann. ad Viger. p. 791. vbi hunc ipſum locum laudat.

ad Lys. 56. et Bentlei. ad Menandri Fragm. p. 59. Vnam e filiabus, eam quae cum eo fermonem mifcet, adloquitur Trygaeus. *Brunck.* Confirmat Rav.

139. *τούτοισι* — Nam fcarabaeus eft *σκατοφάγος.* *Bergl.*

140. *ὑγρὸν πόντιον βάθος.* Haec haud dubie e Tragico petita funt. E Bellerophonte fumtum putat Porfon. ad Eurip. Hec. 1018. vbi formulam *πεσεῖν εἰς,* pro *ἐμπεσεῖν* illuftrat.

141. (140. K.) *πῶς ἐξολισθεῖν* — *quomodo enare poterunt* [poterit]? Hoc inquit, quia magna pars auium fi in aquas ceciderit, nare nequeunt. Tangit autem, quae de Icari fabula a Tragicis dici folent. *Fl. Chr.* ex Scholiis, vt addidit *Bergl.*

142. *πηδάλιον.* Schol. *τὸ αἰδοῖον δείκνυσι παίζων.* *Brunck.*

143. (142. K.) *Ναξιουργής.* Perftat in metaphora. Nam et naues Naxi fabricatae *canthari* vocantur, vt et *σίλφαι* dicebantur nauiculae. Sic et Cnidiae et Pariae et Corcyraeae, eftque genus nauigii *cantharus f*). Cratinus auctor eft, aliquando Naxios maris dominos vfos effe his cantharis, eftque lembus *Ναξιουργής.* Hic pro feruaculo et clauo, quo fe vfurum dixit, non dubium eft, quin innuat *κέντρον* illud, quod *ὠθεῖται εἰς τρυμαλιαν,* vt dicebat Sotades. Athenaeus lib. II. Dipnofoph. hunc Comici verfum laudat. Notandum autem eft, etiam cantharum vafis potorii genus effe *g*), quin racemum fic vocari, vt merito vinitor Trygaeus inuehat animali *ὁμωνύμῳ.* *Fl. Chr.* Jocus in ambiguitate fignificationis. Schol. *πλοῖα ἦν οὕτω λεγόμενα, κάνθαροι, ἐν Νάξῳ γινόμεναι, τῇ νήσῳ.* Athenaeus p. 473. [L. XI. p. 251. T. IV. Schweigh.] *κάνθαρος. ὅτι μὲν πλοίου ὄνομα κοινόν. ὅτι δὲ καὶ ποτήριόν τι οὕτω καλεῖται.* Poft plurima alia harum fignificationum exempla verfus e Menandri Nauclero [p. 255. Schw.] profert in hunc modum a Bentleio emendatos;

---

f) Scholia: *erant naues ita dictae in Naxo infula fabricatae.* *Bergl.* Cum voc. *Ναξιουργής* comparat *Κορινθιουργής* *Porfon.* Advers. p. 129.

g) v. Phot. Lex. 98.

ἥκει λιπὼν Αἰγαῖον ἁλμυρὸν βάθος
Θεόφιλος ἡμῖν, ὦ Στράτων. ὡς ἐς καλὸν
τὸν υἱὸν εὐτυχοῦντα, καὶ σεσωσμένον
πρῶτος λέγω σοι, τόν τε χρυσοῦν κάνθαρον.
Στρ. ποῖον; Οἰ. τὸ πλοῖον· οὐδέ γ' οἶσθας, ἄθλιε;
Στρ. τὴν ναῦν σεσῶσθαί μοι λέγεις; Οἰ. ἔγωγε μήν·
τὴν ναῦν ἐκείνην, ἣν ἐποίησ' ὁ Καλλικλῆς,
καλούμενος, Εὐφράνωρ δ' ἐκυβέρνα Θούριος.

Turpi vitio laborabat hic verſus [Ariſt.], quod miror a nemine correctum fuiſſe; adeo procliue erat reponere: *τὸ δὲ πλοῖον ἔσται*, pro *τὸ πλοῖον δ' ἔσται*. *Brunck.* Correxerat iam *Reisk.*

145. In Piraeeo tres ſunt portus inſignes, vel teſte Pauſania [I, 1, 2.], quorum vnus *Cantharus* dictus, ab heroë Cantharo. Ibi nauale eſt Venerisque templum et quinque circum porticus. Apud Plutarchum in vita Phocion. [c. 28. p. 343. T. IV. Reisk.] videndum, num pro *καθαρὸς λιμὴν* rectius legatur *Κάνθαρος h*). Quid eſt enim *καθαρὸς λιμὴν* niſi portus ſine nauibus? ergo non portus, ne ſtatio quidem, vt *καθαρὸς λειμὼν* apud Theocr. pratum eſt ſine arboribus. *Fl. Chr.* Erant in Piraeeo tres portus, quorum vnus a Cantharo heroë appellatus. v. Meurſii Piraeeum c. 3. *Brunck.*

147. Saepe Comicus ridet Euripidem, quod claudos introduxerit multos; hinc etiam *χωλοποιὸν* eum vocat Ran. 864. Sed hic ad eius Bellerophontem reſpicit, qui de Pegaſo cadens factus eſt claudus. De illo et in Acharn. 425. *ἀλλ' ἢ τὰ δυςπινῆ θέλεις πεπλώματα, ἃ Βελλεροφόντης εἶχ' ὁ χωλὸς οὑτοσί; Bergl.* v. not. ad Acharn. 411. *i*). *Brunck.*

148. *λόγον παράσχῃς.* *Et fabula fias*, vt ait Flaccus [Epp. I, 13, 9.]. *λόγος* hic eſt *ὑπόθεσις* aut certe oratio eſt, et voluit fortasſis innuere, Euripideum characterem oratoribus et foro magis proprium eſſe, quod videtur ſenſisſe Fabius Quinctilianus *k*). Quod vero

h) Reisk. et Hutten. retinuerunt ſcripturam *ἐν καθαρῷ λιμένι*, etſi coniecturam probant.

i) *σφαλεὶς καταῤῥυῇς* eſt; *vbi impegeris, inde delabaris.* Phot. Lex. p. 106. *καταῤῥυῆναι· καταπεσεῖν.*

k) Senſus: fabulam h. e. argumentum tragoediae exhibeas.

claudum ait, pertinet hoc ad ipſum Euripidem, qui in Bellerophonte fabula ipſum induxit claudicantem, quod lapſus ſit de Pegaſo. *Fl. Chr.*

149. His dictis dimittit pater filias, quae e ſcena abeunt. Tum Trygaeus ad ſpectatores ſe conuertit eosque iubet, non linguis, ſed alia corporis parte fauere.

150. *μὴ βδεῖτε.* Propter ſcarabaeum hoc dicit, ne ſtercoris odor eum ex alto eliciat *l*). *βδεῖν* aliud eſt quam *πέρδειν.* Eſt enim hoc *pedere*, illud *viſire* vel *visſire*, vnde gallicum noſtrum *vesſir* (honor ſit auribus nec odor in naribus). Inde veſicam dictam credibile eſt ex analogia; *βδόλον* et *βδέσμα* Graeci dicunt. Vetus gloſſarium *visſium* et *viſionem* interpretatur. Neque aliorſum accipiendum Cacaephaton illud, quod eſt in erudita Ciceronis ad Paetum epiſtola [IX, 22. p. 60. ſ. T. II. Graev. qui cfr.] vbi cum ait, *Intercapedo* et *Diviſio* habere aliquid obſcenum, non dubito, quin ſit propter finales ſyllabas *pedo* et *viſio*, quibus ſignificatur *πορδὴ* et *βδέσμα.* Quae etiam animaduerſa a magni dictatoris magno filio, Scaligerum dico. *Fl. Chr.*

153. (152. K.) *κατωκάρα βουκολήσεται.* *Prono praecipitem agi decurſu*, vt ait Catullus [LXV, 23.]. Attici *κατωκάρα* dicebant *m*). *βουκολεῖν* autem eſt decipere cum aliqua decipientis voluptate, vt dixit Horat. [Od. II, 13, 38.] *dulci laborem n*) *decipitur ſono.* Itaque *βουκόλημα* eſt *allicium* et *θέλγητρον o*). Citat Schol. exemplum, nec auctorem nominat, quem ego ſuſpicor eſſe Babrium vel Babriam, qui duos libros Choliambων vel Mimiambων *p*) ſcripſit ex Aeſopicis apologis. Sunt enim duo verſus choliambici quos emendatiores dabo:

---

l) Supra v. 100. *καὶ τοὺς πρωκτοὺς ἐπικλείειν.* Dicit autem hoc, quia timet, ne ſcarabaeus olfaciens ſubito ad eſcam ſibi gratam deorſum feratur. *Bergl.*

m) Phot. Lex. p. 112. *κατωκάρα· κάτω τὴν κεφαλὴν ἔχοντα.*

n) Ita Bentl. Nam vulg. eſt *laborum.*

o) *θέλγιστρον* Zonar. I. p. 402.

p) Prius recte dicitur, non poſterius. v. Tyrwhitt. Diss. de Babrio et de Furia Prolegg. ad Aeſopp. Fab. p. XXIII.

χ' ὅπως ἔχῃ τι βουκόλημα τῆς λύπης;
Ἀνέθηκε q) τοίχοις ποικίλας γραφὰς ζώων.

Apud Sudam [Suid. cf. Tyrwhitt. diss. de Babr. p. 50.] voce *Αἰώρα* similes habes versus, quos etiam Babrii puto, inter quos iste: *παρῆλθεν οὕτω βουκολοῦσα τὴν λύπην.* Caeterum hic sequuntur anapaesti. Nam nota illa, quae vocatur *διπλῆ νενευκυῖα*, est *εἴσθεσις* anapaestica vel *ἔκθεσις* iambica, quae cum gemina est, coronis dicitur et catalecticum versum arguit. *Fl. Chr.*

154. *χρυσοχάλινον.* Malim *χρυσοχαλίνων.* Sed cum ait *φαιδροῖς*, puto verba Scholiastae non carere mendo. Ait enim *πραέσι, μὴ ὀρθοῖς·* mutarem *ὀρθοῖς, μὴ πραέσι.* Nam arrigunt aures equi, cum ad currendum incitantur. *Fl. Chr.* Mallem cum Florente *χρυσοχαλίνων. Bergl.* Sed vulgatum magis poeticum est.

158. Post *μυκτῆρας* collocandum signum interrogationis. *Reisk.*

159. Articulus *τῆς* perperam ante *γῆς* additus est e Rav. Anapaesticum enim versum corrumpit.

162. (161. K.) Antiqui *κάκκην* vocabant stercus omne r) et olidam immunditiam; inde Latinum *cacare.* Quin perdices dicuntur *cacabare*, quia *πέρδουσι*, et inde perdices dictae. *Fl. Chr.*

163. Perperam libri, iugulato metro, *σιτίων.* Peius adhuc in B. *σιτίων ἁπάντων. Brunck.*

165. (164. K.) *ἐν Πειραιεῖ.* Sic recte A. Vulgo *Πειραεῖ. Brunck. παρὰ ταῖς πόρναις.* Nam in Piraeeo fornix erat propter emporium et portus celebritatem, et frequentes erant cum nautis meretrices. Sic et apud Horatium in Satyris [I, 5, 3. s.] forum Appii differtum erat nautis cauponibusque, vbi et plures amicae vel *ἑταῖραι. Fl. Chr.* Abruptius alloquitur Trygaeus aliquem, quem fingit id facere, quod antea significauerat non faciendum esse (151.), ne scarabaeus stercoris odore deduceretur.

166. *ἀπολεῖς.* Puto geminandum verbum *ἀπολεῖς*, vt sit dimeter anapaesticus. *Fl. Chr.* [apud quem semel

q) *'Ενέθηκε* ap. Tyrwhitt. diss. de Babrio p. 55.
r) *τὸν ἀπόπατον κάκκην καλοῦσι* Phot. Lex. p. 94.

tantum positum legebatur.] *ἀπολεῖς μ᾽, ἀπολεῖς· οὐ κατορύξεις.* Sic bini codd. At edd. omnes antiquae habent: *οὐ κατορύξεις·* semel tantum posito verbo, quod geminandum esse vidit Florens. Ab eo monitus Kusterus feliciter hunc locum restituit. *Brunck.*

167. *κἀπιφορήσεις.* Infra 225. *ὅσους ἄνωθεν ἐπεφόρησε τῶν λίθων. — τῆς γῆς πολλήν.* Sic *τῆς μαρίλης συχνὴν* Acharn. 349. *Bergl.*

168. *Ἕρπυλλον.* Serpyllum duplex est, hortense et syluestre. Illud repit tantum; hoc vero tollitur in stipitem. A serpendo dictum, quia, si qua eius particula terram attigerit, inibi radices agit, florem autem edit suaue olentem estque sampsucho simillimum, quem vocamus Mariolanam; crescit maxime secundum aquas *s*). *Fl. Chr.* Vt stercoris odor opprimatur ab huius herbae odore. Virgil. [Ecl. II, 11.] *Allia serpyllumque, herbas contundit olentes. Bergl.*

169. f. *ἢν — πάθω.* Per euphemismum: *si delapsus hinc, moriar.* Sic in isto Alexidis ap. Athen. VI. p. 244. vbi cum parasito suo quidam colloquitur: *Στράτιε, φιλεῖς δήπου με;* alter: *μᾶλλον τοῦ πατρός· ὁ μὲν γὰρ οὐ τρέφει με, σὺ δὲ λαμπρῶς τρέφεις·* Prior: *εὔχῃ τ᾽ ἀεί με ζῆν ἅπασι τοῖς θεοῖς;* Alter: *ἂν γὰρ πάθῃς τι, πῶς ἐγὼ βιώσομαι;* (si enim humanitus tibi quid accidat, quomodo ego viuam?) *Bergl.*

171. (170. K.) *ἡ πόλις ἡ Χίων.* Schol. dicit prouerbium quoddam esse: *Χῖος ἦν ὁ ἀποπατῶν·* *Chius erat qui cacabat.* Vide *Erasmum* [Adag. p. m. 113.]. Ad hoc ergo prouerbium alludit et per *Χίους* significantur *οἱ χέζοντες,* ad quam vocem simul videtur allusisse, vt etiam Florenti placet *t*). *Bergl.* Allusio ad prouer-

---

s) Serpyllum est Thymus Serpyllum L., *Quendel, wilder Thymian, Feldkümmel.* v. Voss. ad Virg. Ecl. T. I. p. 59.

t) Notat Chios et culi laxitatem iis obiicit, tanquam semper paratis ad aluum egerendam vel aliud quod dicere nolo. Obiter etiam Atheniensium mores tangit calumniantium et castigantium alias ciuitates ac velut prouerbium tollentium: Chius est qui cacat. De Chiorum autem spurca licentia notum illud, quod a Plutarcho refertur in Laconicis dictis [p. 867. T. VI. Reisk.]: *τοῖς Χίοις ἐφιᾶσιν ἀσελγαίνειν.* Fortas-

bium *Χῖος ἀποπατῶν*, cuius originem et vim explicant paroemiographi. *Κωμῳδεῖ δὲ Χίους, ὡς εὐρυπρώκτους ὄντας καὶ ἑτοίμους πρὸς τὸ ἀποπατεῖν.* *Brunck.*

174. *μηχανοποιέ.* Nempe ſcarabaeus ille, ſuper quo vehebatur, erat machina ſcenica cuius directorem nunc alloquitur v). *Bergl.* Nempe vere metuit, ne cum machina delabatur. Mox *ὡς ἐμὲ* Attice eſt *πρὸς ἐμέ*, vt ſaepe *ὡς* cum Accus. perſonae legitur. v. Viger. p. 566.

175. (174. K.) *ἤδη στροφεῖ* — Antiphanes apud Athen. III. p. 125. *ἐὰν δ᾽ ἄρα στρέφῃ με περὶ τὴν γαστέρα ἢ τὸν ὀμφαλόν* (ſi vero tormina mihi fecerit circa ventrem et vmbilicum). Vult autem dicere Trygaeus, ſe ita timere ne cadat, vt luctantibus in ventre flatibus pedere incipiat, vt illa in Plut. 693. *ὑπὸ τοῦ δέους βδέουσα,* et mox ſit cacaturus: ſolent enim, ſi venter turbetur, talia ſubſequi. Hoc ſibi volunt haec Damoxeni Comici verba [Athen. III. p. 102. D. ed. Cas.] *Στρόφοι καὶ πνευμάτια γινόμενα τὸν κεκλημένον Ἀσχημονεῖν ποιοῦσι* (Tormina ſuborientia et flatus faciunt, vt conuiua inhoneſte ſe gerat); et apud Noſtrum Thesm. 491. *στρόφος μ᾽ ἔχει τὴν γαστέρ᾽, ὦνερ, κὠδύνη· ἐς τὸν κοπρῶν᾽ οὖν ἔρχομαι.* Simul autem, quia de loco ſublimi deſpicit, vertigine corripitur; quod etiam ex metu fieri ſolet et *ἰλιγγιᾷν* dicitur Graecis. Noſter Acharn. 581. *ὑπὸ τοῦ δέους γὰρ τῶν ὅπλων ἰλιγγιῶ,* vbi Schol.: *ὅταν περὶ τὴν καρδίαν στρόφος γένηται, ἐπακολουθεῖ σκότος, καὶ τοῦτο τὸ πάθος καλοῦσιν ἴλιγγον.* Hinc etiam coniungit *ἰλίγγους* et *στρόφους* Diogenes Epiſt. 29. *ὑπερπιόντες καὶ ὑπερμεθυσθέντες, ὑπ᾽ ἰλίγγων* (vertigine) *καὶ στρόφων* (torminibus) *συνεχόμενοι.* *Bergl.*

176. Leg. *φυλάξει* in medio. *Reisk.* At non ſibi machinarum faber, ſed Trygaeo proſpicere et cauere debuit. Recte igitur ſe *φυλάξεις* habet.

ſis etiam per nomen Chium alludit ad *χέζοντας*, quod gallico idiomati pronum eſt et facile. *Fl. Chr.*

v) Machinis vtebantur antiqui in ſcenis et hoc genus *κράδη* vocabatur. Cum vero introducebatur numen, locus erat extraordinarius ſublimis, quem vocabant *θεολογεῖον*. *Fl. Chriſt.*

χορτάσω τὸν κάνθ. Id eſt, *cacabo;* per metonymiam conſequentis pro antecedente; ſcarabaeus enim veſcitur ſtercore. Supra 138. ἅττ' ἂν αὐτὸς καταφάγω τὰ σιτία, τούτοισι τοῖς αὐτοῖσι τοῦτον χορτάσω. Similiter ille, cui podex ardebat, in Thesm. 248. οἴμοι τάλας, ὕδωρ, ὕδωρ, ὦ γείτονες, πρὶν ἀντιλαβέσθαι πρωκτὸν τῆς φλογός. *Bergl.*

177. Peſſumdat metrum lectio cod. Rav. recepta: ἀτὰρ ἐγγὺς — reſtituendum vetus ἀλλ' ἐγγὺς —

179. Euripides Phoen. 1074. ὠή· τίς ἐν πύλαισιν δωμάτων κυρεῖ; ἀνοίγετε. Idem Bacch. 170. τίς ἐν πύλαισι; Κάδμον ἐκκάλει δόμων. Ita enim malo ibi ſcribere et diſtinguere. *Bergl.*

180. πόθεν βροτοῦ. Subaudiendum: vox vel odor, et eſt Attica ἔλλειψις *x*). Putem vero potius ὀσμὴν ſubintelligi. Nam et idem Mercurius in perſona Soſiae apud Plautum [Amphitr. I, I, 165.] *olet homo quidam.* Non mirum ſi deorum apud homines nuntius et interpres et animarum in inferos ductor, tam facile hominem odoretur. *Fl. Chr.* Subauditur ὀσμὴ vel φωνή *y*). *Brunck.* Cf. Schaefer. ad L. Bos. de Ell. p. 361. ſ. qui facilius τι ſubintelligi monet.

181. ἱπποκάνθαρος. Alludit ad Ἱπποκένταυρος. Sic κυκνοκάνθαρος de naue. Nicoſtratus Comicus ap. Athen. XI. p. 474. *Bergl.*

182. Quia μιαρὲ in ſequente verſu repetitur, quam ieiunam tautologiam dicit Fiorillo ad Herod. Att. Rel. p. 18., coniicit legendum: ὦ βδελυρὲ — ſed ea tautologia Noſtro non eſt inuſitata.

185. τί σοί ποτ' ἐστὶ τοὔνομ'; οὐκ ἐρεῖς; Μιαρώτατος. Iambicus ſeptenarius. Ravennas: τί σοί ποτ' ἐστὶν ὄνομ'; Ocius repone: τί σοί ποτ' ἔστ' ὄνομ'; οὐκ ἐρεῖς. *T.* Μιαρώτατος. *Hotib.*

---

x) Subauditur αἴσθησις aut ὀσμὴ aut φωνή, vt ait Schol. *Bergl.* Aut ὀδμὴ βροτοῦ, aut πόθεν βροτὸς legi vult *Reisk.*

y) Alterutrum etiam ſubintelligi iubet Abreſch. Anim. ad Aeſch. T. II. p. 89. vbi verbum προσβάλλειν et voc. προσβολὴ v. 39. lectum, de odore et foetore vſurpatum illuſtrat.

187. *ἐμοί; μιαρώτατος.* Sic bene distinctum eſt in vtroque cod., poſito poſt *ἐμοὶ* interrogationis ſigno z) [quod in vulgg. deerat]. *Brunck.* Nempe augetur ita vis loci comica: animus Trygaei perplexus et conſilii inops ita magis declaratur, quem iam repetitum *μιαρώτατος* prodebat.

188. Vulgo legitur: *οὔτοι, μὰ τὴν γῆν, ἔσεσθ' ὡς οὐκ ἀποθανεῖ. Poëtis Atticis verbo ne ἔσεται quidem, nedum ἔσσεται vti permiſſum eſt.* [Verba ſunt Daweſii a), optime reponentis *ἔσθ' ὅπως*, vt ſupra 102. *οὐκ ἔσθ' ὅπως σιγήσομ'.* Infra 306. Pl. 18. 51. 139. 871. Nub. 802. 1181. et paſſim. *Brunck.* Graphice admodum notat ruſticorum contumacem improbitatem, qui ſine malo, vt ait Terentianus Phaedria [Eun. IV, 4, 46.], nunquam ad petita reſpondebunt. Itaque paucis rem expedit et tam interrogata illa: *τί σοι ποτ' ἐστὶ τοὔνομα,* quam ad illa *ποδαπὸς τὸ γένος,* reſpondet *Τρυγαῖος Ἀθμονεύς,* brevi et ſimplici reſponſo, neque hoc ſolum ſed ſe bonum vinitorem profitetur et (quod in Athenienſes torquet) neque ſycophantam ſe neque *πολυπράγμονα.* Trygaei nomen vinitori proprium eſt a faecibus vini; Athmonenſis b) vero ab Athmone, qui *δῆμος* vel (vt cum A. Gellio loquar) populus eſt Cecropidos tribus. Sudas (Suidas) *Ἀθμωνιὰν* dixit per ω magnum, mendoſe c). Amaſaeus apud Pauſaniam in Atticis [I, 14. extr.] *δημότην Ἀθμονέα* vertit *curialem Athmonenſem*; malim: *popularem.* Nam *δῆμοι populi* interprete eodem Gellio d), optimo linguae latinae auctore et ſine adfectatione aut *περιεργίᾳ* antiquario. Notandum autem illud *δεξιός,* quia opponitur *τῷ συκοφάντῃ.* Legitur enim in Sudae [Suid.] collectaneis et indigeſta illa farragine,

z) Hoc reponendum eſſe iam *Reisk.* monuerat.

a) Miſc. Crit. p. 276. vbi et aliam hanc coniecturam proponit: *οὔτοι, μ. τ. γ. ἔστ' ἔθ' ὡς οὐκ ἀπ.* (h. e. *οὐκ ἐστὶ,*) non *ἔσται, ἔτι,* vt Soph. Ant. 761. *οὐκ ἔσθ' ὡς ἔτι ζῶσαν γαμεῖς.* Sed altera emendatio, a Br. recepta, confirmatur cod. Rav. auctoritate.

b) *Ἀθμονεὺς* a pago Atticae. *Bergl.*

c) Nec Kuſterus ibi correxit.

d) v. Gronov. ad Gell. Noct. Att. III, 13.

δεξιοὺς vocari functos militia viros et laude dignos, fugaces autem et desertores esse φιλοδίκους et συκοφάντας e). *Fl. Chr.*

192. ἥκεις — κατὰ τί; In Nubb. 238. ἦλθες δὲ κατὰ τί; vbi vid. Not. τὰ κρέα ταυτί σοι φ. Infra 378. (379.) ad eumdem idem ista: καὶ πρὸς τῶν κρεῶν ἃ 'γὼ προθύμως σοι φέρων ἀφικόμην. Nempe quia scit, Mercurium esse gulosum, scit se placaturum eius ferociam oblatione carnium, Mercurius in *Pluto* tanquam gulosus introducitur, vbi is cibi causa coelum relinquit et apud homines vult seruire, circa finem fabulae. *Bergl.*

193. ὦ δειλακρίων. Blanda miserentis compellatio. v. ad Av. 143. *Brunck.* Scholiastes a carnibus compositum verbum putat. Quod si ita est, non mirum si apud Sudam [Suidam *f*)] Mercurius lurco et rapo vocatur δειλακρίων. Tamen melius censeo accipi pro misero et infelice, quasi sit ἄκρως δειλὸς vel ἄθλιος, quemadmodum et in Avv. [143.] vsus est et in Pluto anum δειλάκραν [973. ed. Br.] dixit. *Fl. Chr.*

ὦ γλίσχρων. Male vulgo haec verba Mercurio continuantur, quae tum sententiae iussu, tum ex auctoritate Suidae in Trygaei partes transtuli *g*). Sic ille: Ἀριστοφάνης Εἰρήνῃ· ὦ γλίσχρων, ὁρᾷς ὡς οὐκέτ' εἶναί σοι δοκῶ μιαρώτατος· ἀντὶ τοῦ, ἐπιθυμητά· παρὰ τὸ γλίχεσθαι. *Brunck.*

195. ἰὴ acclamationem ait esse idem Scholiastes, cum risu et contemtu, qua longam deorum distantiam significat. Sed fortassis allusum est ad exclamationem illam, qua paeanes olim constituti. Cum enim Apollo, paruulus infans, Pythonem serpentem ferire vellet, acclamatum est a matre vel spectantibus, ἵει, ἵει, ἵει, i. e. mitte vel feri, vnde postea ἰὴ παῖαν. Quia autem erat ἑκηβόλος deus, fortassis illud ἵει non erat simpliciter mittere, sed longe mittere. Sic h. l. fortassis hoc innuit:

---

e) Δεξιὸς omnino ἀγαθὸν, ἐπιτήδειον indicat. v. Zonar. I. p. 476.

f) V. Δειλακρίων, vbi hic ipse locus laudatur et explicatur.

g) ὦ γλίσχρων est Trygaei, elogium quo Mercurium ornat: *o gulose, o minutis escis inhians. Reisk.*

quantumuis longe mittas, numquam deos attingas, qui propter vos longe secesserunt. Fl. Christ.

196. ὅτι οὐδὲ [vt Br. ed.]. Perperam vulgo ὅτ' οὐδὲ et εἶναι pro ἰέναι. *Brunck.* ἰέναι etiam Inv. recepit, sed multo magis ὅτι reponendum erat, quum haec particula elisionem non admittat. *Reisk.* legi iussit: ὅπου δὲ — *vbi vero poteris vicinus esse Ioui?* ἐξοικίζεσθαι se domo exire iubere, est, emigrare.

198. ἰδοὺ γῆς. Reprehendit eum, qui dixerat γῆς, cum esset in coelo. Sic Nub. 873. cum vnus dixisset κρέμαιο, alter reprehendens eum repetit eamdem vocem: ἰδοὺ κρέμαιό γ' ὡς ἠλίθιον ἐφθέγξατο. *Bergl.* ἀλλὰ ποῦ (pro vulg. ἀ. ποῖ) haud dubie e Rav. dedit Inv., quod h. l., quia ποῖ praecesserat, displicet. Nunc enim oportebat eum ποῖ simpliciter, omisso voc. γῆς, dicere.

199. κύτταρος proprie est *nucamentum.* Plinius *panniculam h*) vocat. Sed hic pro coeli penetralibus accipitur, translatiue, vt et Thesm. [516.] et recte. Cum enim κύτταροι sint σφηκῶν καὶ κηρίων κατατρήσεις et βαλάνων *i*) πυελίδες vel πώματα (male apud Sudam [Suid.] πόματα), id est, opercula, eleganter coeli alteram partem et intimam vocat κύτταρον. Miror autem, quod Hesychius (cuius glossas neque integras habemus neque semper fide dignas) ait κυττάρους non solum esse ἀγγεῖα τῶν βαλάνων sed etiam τῶν αἰδοίων τὰς βαλάνους. *Fl. Chr.* Metaphora ab apibus, quae in aluearia et foramina subeunt. *Bergl.* Scilicet dicuntur ita cellae in intimo alueari, quas intrant apes; etiam σφηκίαι vesparum nidi. H. l. abditissimus coeli recessus.

202. κάμφορείδια. Perperam vulgo κάμφορίδια. In vulgatis etiam libris ἀμφορείδια recte excusum legitur Conc. 1119. V. Dawes. Misc. Crit. p. 214. *k*). *Brunck.*

---

h) Siue potius *paniculam.* v. Gesner. Thes. L. Lat. III. p. 679. et Forcellini Lex. Lat. L. III. p. 513.

i) Hinc emendandum quod ap. Phot. Lex. p. 141. perperam legitur βασάνου, qui non est error typothetae, vt Schleusner. libell. Anim. ad Phot. p. 31. censet, sed apographi vel ipsius codicis. Ap. Phot. plura de hoc vocab. leguntur.

k) Add. idem p. 204. vbi κάμφορείδια h. l. legendum esse docuit.

205. *τὸν Πόλεμον.* Tanquam daemonem aliquem introducit Bellum In Acharn. 976. deſcribitur Bellum tanquam miles inſolens. *Bergl.* Ad *παραδόντες* ſubint. *αὐτῷ* conceſſerunt ei, vos pro arbitrio ſuo tractare. *ἀνοικίζεσθαι* eſt in ſuperiorem locum abire habitatum.

209. Perperam ante Brunck. fuit *Μὴ δ'* — Ad *ἀντιβολούντων* repetendum *ὑμῶν.*

210. *οὕνεχ'.* Perperam vulgo *εἵνεχ'.* Vide not. ad Plut. 329. *Brunck.*

214. *ναὶ τὼ σιώ.* Lacedaemoniorum dii Dioscuri ſunt; nam *σιοὺς* vocabant deos, vnde Sibyllae nomen. Dii vero Athenienſium Ceres, Perſephone, Minerua. Lego autem [v ſeq.] distincte *αὖ τι* et refero ad *ἀγαθόν,* ne quis *αὖθις* legat. *Fl. Chr.* Dorice pro *νὴ τὼ θεώ l*)· intelliguntur autem Caſtor et Pollux. Et ita iurant apud Lacedaemonios et viri et feminae; exemplum feminae iurantis in Lyſiſtr. 81. et 90.; viri ibid. 1110. Apud Athenn. autem non niſi feminae ſolent iurare *νὴ* aut *μὰ τὼ θεώ.* Vid. ad Acharn. 976. *Bergl.* Ne tirones quidem monendi videntur, iurandi particula *ναὶ* Dorienſes vti eadem poteſtate, qua ceteris Graecis eſt *νή.* Nec quia verſu abhinc quinto Mercurius ait Athenienſes dixiſſe *νὴ τὴν Ἀθηνᾶν,* ideo Lacones dicere debuerunt *νὴ τὼ σιώ.* Audiui Germanum quendam literatum *m*) *Henrici Hoogeveeni* opus *de particulis,* vilioribus commiſſum chartis, popularibus ſuis nuper propinaſſe. Si ſapuit, totam paragraphum 9. ſect. 1. c. 51. omiſerit *n*). Non enim hic *νὴ τὼ σιὼ* legendum, non magis quam Vesp. 1438. *νὴ τὰν κόραν,* aut Acharn. 730. *νὴ τὸν φίλιον* et 742. *νὴ τὸν Ἑρμᾶν,* ne alia memorem exempla, quae ſuppeditabit index; multoque minus, quia id plane contra vſum loquendi et particulae poteſtatem eſſet, *μὰ τὼ σιώ.* *Brunck.* in Suppl.

---

l) Cfrr. Intpp. Greg. Cor. de dial. p. 300. et 302. ed. Schaef.

m) Chriſtian. Godofr. Schützius V. C. intelligitur, in cuius Epitome libri Hoogev., ed. ſec. ea, quae Brunck. notat, non reprehenſa leguntur p. 407.

n) Zeunius in Additt. ad Vigeri lib. de Idiot. p. 424. ed. ſecund. Herm. male laudat correctionem Hoogeveeni legentis *νὴ τ. σ.,* non ab Hermanno caſtigatus.

241. *ὁ δεινὸς, ὁ ταλαύρινος* — Haec epitheta tribuit etiam militi Lamacho in Acharn. 965. *Bergl.* Maiorem ſibi ex viſu fidem facit. Itaque tribus epithetis magnitudinem mali depingit; *δεινὸν* vocat merito: nam *τὰ δεινὰ* etiam ap. Thucyd. bellum eſt [vt II, 65. init.] et *ταλαυρινὸν* r) quia ſtataria pugna patiens eſt et ſuſtinens. Sed quid eſt illud *ὁ κατὰ τοῖν σκελοῖν*? ingenue fateor, me neſcire, niſi *κατὰξ* legas, i. e. *κατεαγώς*· nam etiam latine *catax* dicitur claudus s). Neque hoc repugnat *ταλαυρινῷ*. Nam claudi ſunt *ὑπομονητικώτεροι* in pugna, vel teſte Tyrtaeo. Tamen ambigo et in eiusmodi rebus nihil perpetuo iure decido, arbitrario tantum iure ſtatuo. *Fl. Chr.* *ὁ κατὰ τοῖν σκελοῖν.* Supplendum videtur *ἑστὼς*, *βεβηκὼς*, vel ſimile quid. *Brunck.* Scilicet *ἱέμενος*, qui ad affligenda, confringenda crura tendit. *Reisk.*

242. Dicebat paulo ante Mercurius, Bellum ſiue Martem velle contundere vrbes in mortario. Eius rei nunc initium fit, ſed ridicule; nam materiam ad parandum moretum iniicit in mortarium. Eius materiae partes dicit eſſe vrbes illas, propter aliquam relationem. Primo itaque *porrum* iniicit, quod graece *πράσον* dicitur; hoc *πράσον* ait eſſe vrbem, *Πρασιαὶ* dictam, in Laconica t), vt ipſe indicat mox. *Bergl.* *Πρασιαὶ* vrbs Laconicae ditionis in Peloponneſo. Eius prae aliis meminit, quia alludit ad *πράσον*, quod in moretum immiſceri ſolebat. *Πόλεμος* autem hic moretum confecturus inducitur: ideo mortarium in ſcenam effert, quo

r) Siue *ταλαύρινον* i. e. *ὑπομονητικόν*. v. Intpp. Heſych. II. p. 1342. et Hom. Il. V, 289.

s) vid. Feſtus p. 70. ed. Dacer. Nonius Marc. 1, 100. et Iſidor. Gloss.

t) Praſiae vrbs Laconica in finibus Epidauriorum *τῶν Λιμηρῶν*, vaſtata et deſolata fuit ab Athenn. anno ſecundo belli Peloponneſiaci. Thucyd. II. [56.]. *Palmer.* Praſiae opidulum eſt in ora Laconiae maritima, quod ab Athenn. captum fuit, vaſtatum et dirutum, *ἔτεμον τῆς γῆς*, ait Thucyd., *καὶ πόλισμα εἷλον καὶ ἐπόρθησαν.* Hic vero alludit ad *πράσον* quod *porrum* eſt, quodque interea iniicit terendum in mortario. *Πρασιαὶ* olim etiam horti dicebantur [propr. areolae hortorum, v. intpp. Marci Ev. VI, 46.] et inde *pratorum ἔτυμον* eſſe ſuſpicor cum Ios. Scaligero. *Fl. Chr.*

ſimulans ſe aliquid iniicere, vrbes et regiones nominat. *Brunck.* Ad *πεντάκις* et *πολλοδεκ.* repetendum ex antecedd. *ἄθλιαι.*

244. *οὐδὲν ἡμῖν πρᾶγμα πω.* Tamen, teſte Stephano, *πρασιαὶ* erant etiam Athenis populus ex tribu Pandionide. *Fl. Chr.* [At hae intelligi non poterant.]

245. De vrbe, Praſiae, Thucyd. Lib. II. [c. 56. vbi v. intpp.] *ἀφίκοιτο ἐς Πρασιὰς, τῆς Λακωνικῆς πόλισμα ἐπιθαλάσσιον. Bergl.*

246. Allia iniiciens in mortarium Megara vocat: ea enim regio alliorum ferax *v*), vt ex Acharnn. liquet. Deinde Megarenſes Lacedaemoniorum in hoc bello fuerunt ſocii et commilitones, imo *ἀρχέκακοι.* Nam propter eos Pericles illud populi ſcitum rogationemque ſcripſit, vt inferius dicemus. *Fl. Chr.*

247. *καταμεμυττωμένα* [ſic in not. Fl. Chr.]. Vt iambicus impleatur, legerem *καὶ καταμ.* etc. Simile videtur deeſſe. Sed placet lectio illa, quam e ſcripto codice repraeſentauit amicus noſter Feder. Morellus, pereruditus iuuenis, qui profesſionem typographiamque regiam vna diligentia complexus eſt. Eſt autem *καταμεμυττωτευμένα.* Quod verbi formauit Comicus *φιλοπολυσυλλαβος* a moreto, qui *μυττωτὸς* vel *μυσωτὸς*, et dictum pro *κατατετριμμένα x*). *Fl. Chr.* Senſus eſt: vt ſtatim conteremini, omnia omnino in moretum intrita.

248. *Babae* admirantis eſt ſecundum Soſipatrum. Hic eſt *σχετλιαστικὸν* pro *φεῦ*, vt videatur Chariſius *Babae* et *Papae* idem feciſſe. Sed lacrymas poſuit pro alliis, quia flere faciunt allia, vt dicitur de ſinapi. Hoc facit *δριμύτης* et acrimonia, quam Virgilius in Moreto vocat fumum [v. 109.]. *Fl. Chr.*

249. Scholia: pro alliis dixit *fletus* (*κλαύματα*). quoniam comedentibus lacrymae ſuboriuntur propter

---

v) Nunc *allium* iniicit, cuius ferax eſt Megarica regio. Scholiaſtes: *ἡ γὰρ Μεγαρικὴ σκοροδοφόρος·* vt etiam patet ex Acharn. 761. *Bergl.*

x) In Veſp. 63. *αὖθις τὸν αὐτὸν ἄνδρα μυττωτεύσομεν.* Eqq. 767. *κατακνησθείην ἐν μυττωτῷ μετὰ τυροῦ. Bergl.*

241. ὁ δεινὸς, ὁ ταλαύρινος — Haec epitheta tribuit etiam militi Lamacho in Acharn. 963. *Bergl.* Maiorem ſibi ex viſu fidem facit. Itaque tribus epithetis magnitudinem mali depingit; δεινὸν vocat merito: nam τὰ δεινὰ etiam ap. Thucyd. bellum eſt [vt II, 65. init.] et ταλαυρινὸν r) quia ſtataria pugna patiens eſt et ſuſtinens. Sed quid eſt illud ὁ κατὰ τοῖν σκελοῖν? ingenue fateor, me neſcire, niſi κατὰξ legas, i. e. κατεαγώς· nam etiam latine *catax* dicitur claudus s). Neque hoc repugnat ταλαυρινῷ. Nam claudi ſunt ὑπομονητικώτεροι in pugna, vel teſte Tyrtaeo. Tamen ambigo et in eiusmodi rebus nihil perpetuo iure decido, arbitrario tantum iure ſtatuo. *Fl. Chr.* ὁ κατὰ τοῖν σκελοῖν. Supplendum videtur ἑστὼς, βεβηκὼς, vel ſimile quid. *Brunck.* Scilicet ἱέμενος, qui ad affligenda, confringenda crura tendit. *Reisk.*

242. Dicebat paulo ante Mercurius, Bellum ſiue Martem velle contundere vrbes in mortario. Eius rei nunc initium fit, ſed ridicule; nam materiam ad parandum moretum iniicit in mortarium. Eius materiae partes dicit eſſe vrbes illas, propter aliquam relationem. Primo itaque *porrum* iniicit, quod graece πράσον dicitur; hoc πράσον ait eſſe vrbem, Πρασιαὶ dictam, in Laconica t), vt ipſe indicat mox. *Bergl.* Πρασιαὶ vrbs Laconicae ditionis in Peloponneſo. Eius prae aliis meminit, quia alludit ad πράσον, quod in moretum immiſceri ſolebat. Πόλεμος autem hic moretum confecturus inducitur: ideo mortarium in ſcenam effert, quo

r) Siue ταλαύρινον i. e. ὑπομονητικόν. v. Intpp. Heſych. II. p. 1342. et Hom. Il. V, 289.

s) vid. Feſtus p. 70. ed. Dacer. Nonius Marc. 1, 100. et Iſidor. Gloss.

t) Praſiae vrbs Laconica in finibus Epidauriorum τῶν Λιμηρῶν, vaſtata et deſolata fuit ab Athenn. anno ſecundo belli Peloponneſiaci. Thucyd. II. [56.]. *Palmer.* Praſiae opidulum eſt in ora Laconiae maritima, quod ab Athenn. captum fuit, vaſtatum et dirutum, ἔτεμον τῆς γῆς, ait Thucyd., καὶ πόλισμα εἷλον καὶ ἐπόρθησαν. Hic vero alludit ad πράσον quod *porrum* eſt, quodque interea iniicit terendum in mortario. Πρασιαὶ olim etiam horti dicebantur [propr. areolae hortorum, v. intpp. Marci Ev. VI, 46.] et inde *pratorum* ἔτυμον eſſe ſuſpicor cum Ios. Scaligero. *Fl. Chr.*

ſimulans ſe aliquid iniicere, vrbes et regiones nominat. *Brunck.* Ad πεντάκις et πολλοδεκ. repetendum ex antecedd. ἄθλιαι.

244. οὐδὲν ἡμῖν πρᾶγμα πω. Tamen, teſte Stephano, πρασιαὶ erant etiam Athenis populus ex tribu Pandionide. *Fl. Chr.* [At hae intelligi non poterant.]

245. De vrbe, Praſiae, Thucyd. Lib. II. [c. 56. vbi v. intpp.] ἀφίκοιτο ἐς Πρασιὰς, τῆς Λακωνικῆς πόλισμα ἐπιθαλάσσιον. *Bergl.*

246. Allia iniiciens in mortarium Megara vocat: ea enim regio alliorum ferax v), vt ex Acharnn. liquet. Deinde Megarenſes Lacedaemoniorum in hoc bello fuerunt ſocii et commilitones, imo ἀρχέκακοι. Nam propter eos Pericles illud populi ſcitum rogationemque ſcripſit, vt inferius dicemus. *Fl. Chr.*

247. καταμεμυττωμένα [ſic in not. Fl. Chr.]. Vt iambicus impleatur, legerem καὶ καταμ. etc. Simile videtur deeſſe. Sed placet lectio illa, quam e ſcripto codice repraeſentauit amicus noſter Feder. Morellus, pereruditus iuuenis, qui profesſionem typographiamque regiam vna diligentia complexus eſt. Eſt autem καταμεμυττωτευμένα. Quod verbi formauit Comicus φιλοπολυσύλλαβος a moreto, qui μυττωτὸς vel μυσωτὸς, et dictum pro κατατετριμμένα x). *Fl. Chr.* Senſus eſt: vt ſtatim conteremini, omnia omnino in moretum intrita.

248. *Babae* admirantis eſt ſecundum Soſipatrum. Hic eſt σχετλιαστικὸν pro φεῦ, vt videatur Chariſius *Babae* et *Papae* idem feciſſe. Sed lacrymas poſuit pro alliis, quia flere faciunt allia, vt dicitur de ſinapi. Hoc facit δριμύτης et acrimonia, quam Virgilius in Moreto vocat fumum [v. 109.]. *Fl. Chr.*

249. Scholia: pro alliis dixit *fletus* (κλαύματα), quoniam comedentibus lacrymae ſuboriuntur propter

---

v) Nunc *allium* iniicit, cuius ferax eſt Megarica regio. Scholiaſtes: ἡ γὰρ Μεγαρικὴ σκοροδοφόρος· vt etiam patet ex Acharn. 761. *Bergl.*

x) In Veſp. 63. αὖθις τὸν αὐτὸν ἄνδρα μυττωτεύσομεν. Eqq. 767. καταχνησθείην ἐν μυττωτῷ μετὰ τυροῦ. *Bergl.*

acrimoniam. Sic ceparum odorem caufam fletus fibi effe aliquis dicit in Ran. 661. Cum enim interrogaretur: τί δῆτα κλάεις; refpondet κρομμύων ὀσφραίνομαι. *Bergl.*

250. Cafeum iniiciens meminit Siciliae, quia cafeus Siculus eft in pretio *y*). Vid. ad Vesp 892. *Bergl.* Haec intelligi debent de Leontinorum ciuitate, quae a Syracufanis male affecta eft, ad quam miferunt copias auxiliares Athenienfes anno V. eiusdem belli, quod ait Thucyd. lib. III. [c. 86.], ne quis poëtam loqui putet de clade ad Syracufas accepta multis poftea annis. *Palmer.*

251. Siciliam vocat πόλιν, cum fit infula multas habens πόλεις. Sic tamen et Euripides Euboeam infulam, in qua etiam plures funt πόλεις, vocat πόλιν in Ion. 294. Εὔβοι' Ἀθήναις ἐστί τις γείτων πόλις, ὅροις ὑγροῖσιν, ὥς λέγουσ', ὡρισμένη. *Bergl.*

251. διακναισθήσεται. Harpocratio hunc verfum citans in Κῖοι, fiue eum memoria fefellerit, fiue prauum codicem fecutus fuerit, habet διαλυμαίνεται. *Brunck.* διακναισθ. eft: *comminuetur.*

252. τἀττικόν [vulg. τ' Ἀττ.]. Quafi ad remedium alienarum miferiarum praefto fint Athenienfes, haec ait illis gratificans. Nam quanto praeftantius eft mel alliis

---

y) Sicilia πολύῤῥηνος eft, lactis et cafei abundans, vnde ille ex Theocrito [Virg. Ecl. II, 21.] Mille meae Siculis errant in montibus agnae. Pars autem erat Siciliae quaedam Athenienfibus inimica ftabatque a factione Lacedaemoniorum, vbi et magnam illi cladem acceperunt in tranfitu Asfinari fluminis [multo tamen ferius a. XIX. belli Pelop.]. Nam et aqua, vt ait Thucydides [VII, 84.], ftatim corrupta fuit, ea nihilominus potabatur luto quamuis et fanguine inquinata. Deinde magnus fuit numerus occifione occiforum Athenienfium maiorque fuiffet clades, nifi procul ab Athenis periiffet exercitus ille magis ex auxiliaribus copiis confcriptus, quam ex domefticis, vt ait Arrianus lib. I. Ἀναβασ. [c. 9. §. 2.]. Proprio autem et fignatiffimo verbo vfus eft διακναισθήσεται. Nam κναίειν et κνήθειν de cafeo proprie dicitur, vnde κνῆστις fcalpellum. Vfus eft Homerus [Il. XI, 638.] αἴγειον κνῆ τυρὸν, et alias [ib. 639.] κνῆστις χαλκείη. Hinc et ῥάχις vocatur ἄκνηστις, quia non facile fcalpatur. *Fl. Chr.*

et porris, tanto Atticum ſolum reliquis terris. Placentas autem antiqui melle ſaporabant, quod ex Archeſtrato etiam patet, cuius verſus luculentos lege ap. Athen. lib. III. Philoſophh. in conuiuiis [Deipnos. III. p. 101. E. ed. Caſaub. ſ. p. 395. T. I. Schweigh.]. *Fl. Chr.*

253. In binis codd. ſic ſcriptus eſt verſus: *οὗτος, παραινῶ σοι μέλιτι χρῆσθαι θατέρῳ.* Redundat ſyllaba. In impresſis pronomen *σοι* abeſt z). At locum hic habere non poteſt *θατέρῳ, altero*, tanquam ſi de duobus definitis ſermo eſſet: oportet *ἑτέρῳ*, abſolute, *alio*. Scribendum itaque: *οὗτος, παραινῶ σοι μέλιτι χρῆσθαι 'τέρῳ.* *Brunck.*

254. *τετρώβολον.* Scholia: *πολυτίμητον*, *carum, pretioſum*. *Bergl.*

255. Arcesſit ſeruum (fortasſis nunc demum in ſcenam progredientem) qui vocatur *Κυδοιμὸς* i. e. *θόρυβος, τάραχος* (Phot. Lex. p. 135. add. Etym. p. 543. Zonar. II. p. 1262.) quia is bellum comitari ſolet.

256. (255. K.) *οὑτοσί σοι γὰρ κόνδυλος* [ita ed. Fl. Chr. habet]. Delerem illud *σοι*· neque enim agnoſcere videtur Scholiaſtes, quamquam non nimis otioſum, et fortasſis hanc geminationem amauit, vt poſtea *οἴμοι, μοι*. *Fl. Chr.* a). Cydoemi ſunt *οὑτοσὶ γὰρ κόνδυλος*· *Je, das war wohl gar eine Kopfnuſs!* Tum interrogat Polemus: *μῶν δριμύς; eratne acer? That's weh?* Ni hoc admittatur, omnia ab *οὑτοσὶ γὰρ* ſunt Cydoemo attribuenda. *Reisk.* De voc. *κόνδυλος* v. Eqq. 412.

258. *τῶν σκορόδων.* Quae ſunt acria. Percuſſus hoc dicit. *Bergl.* In moretum allia immiſceri ſolebant. Pugno percuſſus famulus herum facete percontatur, num moreto deſtinata allia in pugnum indiderit. *Brunck.*

259. *ἀλετρίβανον.* Vox eſt Aſiatica: Attici *δοίδυκα* vocant, quae etiam *ἀλότριψ* dicitur, vt in epigrammate: *καὶ τοῦτον δικάρανον ἀλότριβα.* Qui aſpirant, etymon arceſſunt a ſale terendo. Alioquin eſt a molendo

z) Legebatur olim: *οὗτος, παραινῶ μέλιτι χρῆσθαι θατέρῳ.*

a) Paruit Kuſt. et *σοι* deleuit.

ſiue pinſendo, quod eſt *ἀλεῖν*. Inde etiam *piſtillus*. Nam ap. Callim. molitrix dicitur *ἀλετρὶς* h. in Del. [242. vbi v. Spanhem.]. Ait enim: *δυςτοκέες μογέουσιν ἀλετρίδες*, etſi non ſum neſcius, quosdam ibi legere *ἀλεκτρίδες*, i. e. *ὁμόλεκτροι*, *thori conſortes*; qua ratione dicitur *ἄκοιτις*. *Fl. Chr.* *τρέχων* eſt vertendum: *celeriter* (non: afferesne piſtillum curriculo? vt Br.). *εἰςῳκίσμεθα* eſt: huc venimus ſedemque hic fiximus, *wir ſind hier eingezogen*; itaque ſupellectile domeſtica, inprimisque piſtillo adhuc carebant.

261. *οὔκουν παρ' Ἀθηναίους σὺ μεταθρ. τ.;* [Br. ed.] Pronomen *σὺ*, quod in libris omnibus excidit, metri ratio prorſus flagitat. In B. ſcriptum *παρ' Ἀθηναίων* b). *Brunck*. Hoc poſtremum e Rav. recepit Inv. Sed num conſulto et codice iubente *σὺ* reliquerit, dubito. *μετατρέχειν* eſt, curſu aliquid petere.

263. Haec pro ſe, vel ad ſpectatores conuerſus, dicit Trygaeus.

266. *ταράξει*, quod vertunt *contundet*, eſt proprie *conturbabit*, habetque h. l. praegnantem vim.

267. *ἀλλ' ὦ Διόνυσ'.* Bene Bacchum inuocat tanquam Atticae peculiarem deum et vero praeſidem in theatris et ludis, qui in pace dari ſolent. *Fl. Chr.*

268. *τὸ δεῖνα γὰρ* ſcil. *ἐστὶν εἰπεῖν*, nempe *οἴμοι vae mihi*. cf. v. 280. *Reisk*. Imo *τὸ δεῖνα* cum ſeqq. *ἀλετρίβ. ὁ βυρσοπ.* iungendum: iſtud enim, piſtillum nempe, ſcilicet coriarius, Athenienſibus periit. Ita *τὸ δεῖνα* indefinite ſaepe ponitur.

269. ſ. Cleo intelligitur, vt Schol. indicat c); ſaepe autem Comicus eum ſic vocat, maxime in Eqq.

---

b) Putat Schol., hinc laudari et magnificari Athenienſes, quaſi *αὐτόχθονας*, apud quos antiqua omnia reperiantur, neque ſint alienae opis indigi. Ego contra cenſeo, eos ruſticatim tangi, tanquam apud eos belli cauſa facile inueniatur, vel propter Cleonem ſemper paratum ad perdendam Graeciam. *Fl. Chr.*

c) Cleonem inquit, cui a ſtrigmentis et pellium ſpurcitia invidiam parat, quique prima et praecipua iſtius belli fax fuit. *βυρσοδέψης* etiam dicitur; neque enim tantum pelles vende-

Hunc Cleonem hic allegorice dicit piſtillum, quo vrbes contunduntur. Similiter de eodem in Eqq. 976. εἰ μὴ γένοιτ' οὗτος ἐν τῇ πόλει μέγας, οὐκ ἂν ἤσιην σκεύη δύο χρησίμω, δοῖδυξ οὐδὲ τορύνη. Hic in Pac. 655. (655.) eum vocat κυκηθρον καὶ τάρακτρον. Dum autem dicit periiſſe Athenienſibus piſtillum illud et inſtrumentum belli, ſignificat Cleonem iam mortuum fuiſſe, quod infra in loco iam adducto clarius dicitur. Perierunt autem eodem tempore Cleo dux Athenienſis et Braſidas dux Lacedaemonius. *Bergl.*

270. Simile quiddam iocatur hic Eqq. 995. cf. infra 655. Verſus gratia leges Ἀθηναίοισιν, ſiquidem ſecunda ſyllaba vocis ἀλετρίβανος ſolet corripi, vid. 282. nam quod ibi Λακεδαιμονίοις ἀλετρίβανος praebet Rav. liber, mendoſum id eſt exiſtimandum. *Hotib.*

271. (270. K.) εὖ γ', ὦ πότνια δέσποιν' Ἀθηναία, ποιῶν. Sic recte collocatae voces in A., quae absque codicis ope facile in ordinem reponi poterant. Vulgo foedisſima cum metri labe [etiam in Rav.]: εὖ γ' ὦ δέσποινα πότνι' Ἀ. *Brunck.* In Plut. 864. νὴ Δία, καλῶς τοίνυν ποιῶν ἀπόλλυται. In Eccl. 798. cum vnus dixisſet: ἢν διαρραγῶ δὲ, τί; alter inquit: καλῶς ποιήσεις. *Bergl.* Vt Bacchus proprius Athenienſium deus cum quibusdam aliis: ſic etiam Minerua, quam *dominam* vocabant et *heram*, i. e. δέσποιναν. Sic apud Maronem [Aen. VI, 397.] Charon Proſerpinam vocat *dominam*, vt ſuperius dicebamus. Nam feminas et ἀστὰς et δεσποίνας vocari teſtis eſt Heſychius, apud quem mendoſum et male distinctum locum emendabo, qua potero. Ait ille Grammaticus: δεσποίνας γυναῖκας Θεσσαλοί· innuit enim feminas *dominas* vocari apud Theſſalos. Quae ſequuntur, ſic corrigo apud eumdem Grammaticum: δεσπότην κεκαρμένος, et δεσπότην maiuscula littera ſcribo, vt ſit principium vocis exponendae.

---

bat, ipſas etiam, apparabat et ſubigebat et molliebat, quod proprie eſt δεψεῖν, vnde *depſere* Latinum, translatum ad obſcoena, vſurpatum Catullo [74, 3. vbi cf. Intpp.]: *patria perdepſuit ipſam Vxorem;* vt vero repoſuit princeps Criticus. Imo huic rei tam proprium eſt verbum, vt βύρσα ſit etiam dicta δέψα apud Grammaticos. *Fl. Chr.*

Deinde pro gloſſa lege: ἔνιοι μὲν etc. Nam explicat dictum illud alicuius poëtae: Δεσπότην κεκαρμένοι. Mox vbi habes βελήντιον lege βέλτιον δέ d). Ait melius eſſe explicare πενθοῦντες, quia dominis mortuis tondebantur equi ad luctum ſignificandum. Sic apud Sudam [Suid. T. I. p. 527. Kuſt.] habet δεσπότου κεκαρμένου i. πενθοῦντος, et ap. Eurip. Oreſt. [452. Porſon.] κουρᾷ τε θυγατρὸς πενθίμῳ κεκαρμένος. *Fl. Chr.*

272. ἐν δέοντι. Eurip. Oreſt. 212. ὡς ἡδύ μοι προςῆλθες ἐν δέοντί γε (opportuno tempore). Sic εἰς δέον. Soph. Oed. Tyr. 1415. ἐς δέον πάρεσθ' ὅδε Κρέων. Vide in Avv. ad 1687. *Brunck.*

374. Vulg. οὐκοῦν ſine interrog. ſigno. μέτει eſt arceſſes, comma poſt hoc verbum delendum et ἀνύσας per aduerbium reddendum eſt. Ad ταῦτ' intelligitur ποιήσω aut tale quid.

275. ἧκε νῦν [ol. νυν vulg. eſt]. In Lyſiſtr. 925. ἧκε νῦν ταχέως πάνυ. *Bergl.*

277. ἐν Σαμοθράκῃ μεμυημένος. Vetus religio fuit, vt qui verſarentur in periculis et eſſent, vt ait poëta bucolicus [22, 6.] ἐπὶ ξυροῦ ἀκμῆς, Samothracios deos incalarent et cum Hecate Corybantes, vnde celebre illud antrum Cerynthium, vbi feſtos illi deae honores celebrabant libertatemque obtinebant. De quibus plura ap. Tacitum [Ann. II, 54. vbi vidd. Lips. et Gronov.] et Diogenem Laërtium, nec non de antro illo apud Sudam [Suid. I. p. 108. vbi hic locus laudatur et II. p. 10. ed. Kuſt. cf. Tzetz. ad Lycophr. 449.]. Erant autem illa myſteria Cabirorum e), quibus initiati cenſebantur iuſti et boni et ſi quem periculorum curſum decurrerent, ſalui et victores euadere ſolebant, vt recte ſcripſerit Varro [ap. Nonium Marc. III, 45.]: *et religiones et caſtus id poſſunt, vt ex periculo eripiant nos.* Quo loco *caſtus* ſunt ἁγνεῖαι. Nam *in caſtro Cereris eſſe* eſt ἁγνεύειν. Quod quia notatum eſt a diuino Coniectore [Scaligero] in libris quos doctisſimus Romanorum [Var-

---

d) Emendata ea omnia iam ſunt in ed. Albert. T. I. p. 920.

e) De his Cabiris primum in Aegypto tum in Samothracia cultis vid. Creuzeri Dionyſus Vol. I. p. 149. ſs.

ro] ſcripſit *de lingua latina*, ſuperſedeo plura notare. *Fl. Chr.* Herodotus in Euterpe [II, 51.] *ὅστις δὲ τὰ Καβείρων ὄργια μεμύηται, τὰ Σαμοθρήϊκες ἐπιτελέουσι f*). *Bergl.*

278. *νῦν ἐστὶν εὔξασθαι καλόν.* Schol. Apoll. Rhod. ad I, 918. *λέγονται γὰρ οἱ αὐτόθι μυηθέντες ἐπακούεσθαι εἰς ὃ ἂν εὔξωνται, ὡς Ἀριστοφάνης φησίν· ἀλλ' εἴ τις ὑμῶν ἐν Σαμοθράκῃ τυγχάνει μεμυημένος, νῦν ἐστὶν εὔξασθαι καλόν· δοκοῦσι γὰρ μᾶλλον σώζεσθαι οἱ τὰ μυστήρια εἰδότες.* Vid. Th. Gutberlethi diss. de myſteriis deorum Cabirorum cap. 10. *Brunck.*

279. *ἀποστραφῆναι.* Ait Schol. graecus dictum pro *διαστραφῆναι*, i. e. *disrumpi*, quo loco videtur poſt *κλασθῆναι* ſupplendum *τοὺς πόδας*. Ego in eius gloſſographi ſententiam pedibus non eo, qui, etſi perſuaſit mihi, vt interpretarer *rumpi*, tamen animi mei ſententia *δευτέρα* et *ἀμείνων* cenſet *ἀποστρέφειν* latine et *κατὰ πόδα* eſſe *auertere g*). Nam *ἀπὸ* eſſe noſtrum *ab* et *a*, non eſt cur anxie probemus. Eſſet autem *διαστρέφειν divortere* et *distorquere*, cuius paſſiuum non tam it *ἐς κόρακας*, quam *auertere*. Itaque veniam peto pudentem, ſi Scholiaſtam non ſequor. Mox pro *κατ' οἶμαι h*) mallem *κάρτ' οἴμοι*, vt dicat, *κάρτα μάλα, nimis valde*, quod Comicum eſt. *Fl. Chr* *Μετιέναι* eſt ire ad aliquid ferendum, arceſſere. Sic *μετελθεῖν* Eurip. Mede. 5. *οἳ τὸ πάγχρυσον δέρας Πελίᾳ μετῆλθον* (allatum iuerunt) et *μεταστείχειν* idem Hec. 509. *ἥκω μεταστείχων σε· πέμπουσι δέ με Δισσοί τ' Ἀτρεῖδαι καὶ λέως Ἀχαϊκός·* vbi altera perſona: *οἴμοι, τί λέξεις; οὐκ ἄρ' ὡς θανουμένους μετῆλθες ἡμᾶς; Bergl.* Caet. haec Trygaeus, cum ab-

---

f) De Samothraciis ſ. Cabirorum myſteriis copioſe et ſubtiliter diſputarunt Santacrucaeus (de Sainte Croix) in Lib. de myſteriis vett. (Verſuch über die alten Myſterien ex vernac. vers. Lenzii p. 41. ſs.) et Creuzerus (Symbolik und Mythologie der alten Völker II, 298. ſs.), etiam Mannertus Geogr. Gr. et Rom. VII, 248. ſs.

g) Reddiderunt tamen plerique intpp. *ἀποστραφῆναι distorqueri.* Nam ſi pedes distorquentur, a recto modo auertuntur.

h) Sic in Not., ſed in textis Fl. Chr. legitur *κἆτ' οἴμοι* —

iiſſet Cydoemus, pro ſe loquutus eſt; ſequentia hic reverſus re infecta.

281. Braſidam innuit, qui periit ad Amphipolin in eodem praelio quo Cleon occiſus fuit ann. 3. Olymp. LXXXIX. qui erat belli decimus. V. Thucyd. Lib. V. c. 10. *Brunck.*

283. ſ. *i*). Hiſtoriam hanc habes ampliter et luculenter ex profeſſo conſcriptam apud Thucyd. ξυγγραφὴν ε', qui graphice Braſidae et Cleonis mores depingit. Ait enim eos pacem auerſari ſolitos, illum quia ex bello felicitatem et gloriam reportabat, hunc vero (Cleonem puta), quia pacis tempore patere ſua ſcelera ſentiebat et calumnias ſuas minus fidem facere. Sed praeſtat graeca, quia elegantisſima ſunt et prudenti ſtructura compoſita, apponere [V. 16.]: *οἵπερ ἀμφοτέρωθεν ἠναντιοῦντο τῇ εἰρήνῃ, ὁ μὲν διὰ τὸ εὐτυχεῖν τε καὶ τιμᾶσθαι ἐκ τοῦ πολεμεῖν, ὁ δὲ γενομένης ἡσυχίας καταφανέστερος νομίζων ἂν εἶναι κακουργῶν καὶ ἀπιστότερος διαβάλλων.* Plutarchus in Nicia [c. 9.] eadem fere elogia de vtroque dedit. Mirum ni noſtra Francia Braſidas ſuos et Cleonas hodieque *k*) habeat, patriae, vt ait Aeſchylus, *ἀναστατῆρας καὶ ταράκτορας*, quantumuis pio ſe praetextu tuentes. Vel hi recentes motus, quo ſpectant? Dicam libere cum Ennio [Annal. I. Fragm. Heſſel. p. 22.]: *Omnis cura viris, vter hic ſiet induperator l*). Sed

---

i) Braſidae mortem innuit, qui periit ad Amphipolin anno X. belli Peloponn. Thucyd. L. V. Ad haec ita Scholiaſtes: *μονομαχήσαντες ὁ Κλέων καὶ Βρασίδας ἀλλήλους ἀνεῖλον.* Non tam honorifice de Cleone Thucydides: nam ſecundum eum periit Cleon fugiens peltaſtae cuiusdam Myrcinii manu; ſed iſte Scholiaſtes multam ignorantiam prodit. *Palmer.* Vt apud Athenienſes Cleon, ita apud Lacedaemonios Braſidas bellum fouebat. *Bergl.* (qui deinde laudat et vertit Thucyd. locum.)

k) Scripſit Flor. Chriſtianus haec fere a. LXXXVIII. turbulentisſimis Galliae temporibus, quum Sanctum Foedus et atrocius Foedus a Sedecim ambitioſis hominibus initum bellum ciuile trium Henricorum excitaſſet. Sed habuit Francogallia recentisſimis temporibus praeſides et duces Braſida et Cleone multo deteriores.

l) Ap. Ennium eſt: Omnis cura vireis, vter eſſet Endoperator.

opere deus orandus eſt maximo, vt regem noſtrum Henricum III. *m*), inſignem pietate et prudentia principem quam diutisſime viuum et videntem incolumemque nobis conſeruet, et ex *asſiduo* tandem *proletarium* faciat.

Στύλοι γὰρ οἴκων παῖδές εἰσιν ἄῤῥενες. Fl. Chr.

ἐς τἀπὶ Θρᾴκης χωρία (h. e. regionem Thraciae proximam, v. Gatterer. Comm. de Thracia p. 76. ſ. ex vers. Schlichthorſt.) miſſa eſſe ab Lacedd. auxilia etiam Thucyd. V, 12. narrat. *χρῆσαι* commodare h. l. eſt: mittere ducem ad opem ferendam.

286. Nec h. l. *ἴσως* habet dubitandi, ſed affirmandi vim: profecto bene hoc euenerit; quapropter bono eſtote animo, vos mortales.

287. *ἀπόφερε τὰ σκεύη.* Mendoſe in libris *ἀπόφυρε*, quod quid ſit vel ſignificare posſit, ego cum ignorantisſimis ſcio. Simplicis *φύρω* nulla ſignificatio hic locum habere posſit. Vertit Berglerus: *ablue haec vaſa.* Quod imprudens retinui. Nihil erat, quod ablui neceſſe eſſet. Moretum, quod miſcuerat *Πόλεμος*, quodque iam conterendum erat, ſane proiici nolebat. Mortarium itaque non poterat ablui. Iſte domum intro ferri iubet et ſeruari, donec piſtillum fecerit. Verti debuit: *cape rurſus haec vaſa eaque intro aufer.* Sic Simo initio Andriae: *Vos iſthaec intro auferte. Brunck.* Emendationem confirmauit cod. Rav. His dictis ſcena Polemos et Cydoemos exierunt, Trygaeus cum choro ſolus remanſit.

289. Dictum vulgarium Datidis Perſarum ducis ſub Dario *n*) cantionem vocat et Athenienſes id vſurpare ſalſe taciteque indicat, i. e. ſpurca facere. Nam illud *δεφόμενος* vnde noſtrum *depſere*, notat foeditatem, quam patrare ſolebat ſatrapes ille, cum diem diffinde-

m) Male ap. Kuſter. expreſſum eſt IV. Nam Henrico III. mortuo d. 1. Aug. MDLXXXIX. demum succesſit Henricus IV. Neque vero mirandum eſt, tertium ornari laude qua indignus fuit.

n) Dux fuit Perſarum tempore Darii Hyſtaspis; a quo Datismus dicitur in ſermone pro barbarismi ſpecie; quod locuturus aliquando dixiſſet *χαίρομαι* pro *χαίρω*. *Bergl.*

ret ſomno inſititio. Tunc enim iacebat ſatur et ſupinus, *pertundens*, vt ait Catullus, *tunicamque palliumque*; quod etiam de Cyclope Euripides dixit. *Fl. Chr.*

291. *καὶ χαίρομαι.* Quia barbarus et Paphlagon fuit Cleon *o*) et Braſidas, vt Lacedaemonium decet, teſte Aeliano [V. H. XII, 50. praeeunte Thuc. IV, 84.] imperitus [dicendi], propterea huc barbarismum induxit. Non mirum eſt autem, Perſam in graeco ſermone hoſpitem eſſe, Itaque Datis Perſa et barbarus ſperabat, ſeſe mirifice eſſe locutum, cum ad inſtar verborum *ἥδομαι* et *τέρπομαι* addidit *χαίρομαι.* Metuebat ſcilicet, ne peccaret, ſi tria illa verba non eſſent *ὁμοιόπτωτα.* Nam *χαίρω*, verbum quod per ſe eſt *αὐτοπαθὲς*, non ſatis videbatur facere ad rhythmum. Fortasſis autem de induſtria Ariſtophanes Trygaeum induxit *βαρβαρίζοντα*, vt agreſtem virum. Quo modo Theocritus in Dioſcuris Amycum loqui facit barbarismum in illo: *ποῖοι οἷοι ὁρᾷς*, niſi illic legendum *οἷον p*), de qua lectione ambigo. Sed credibilius eſt, imitari voluiſſe Datidem, i. e. Datismum feciſſe. Nam ex illis barbarismum vocarunt poſtea Datismum *q*). In Sudae [Suid.] conlectaneis verſus hic Ariſtoph. ſic legitur: *ὡς ἥδομαι καὶ χαίρομαι κεὐφραίνομαι.* Quae mihi lectio non videtur eſſe Ariſtophanis, nam et in Pluto habes [288.] *ὡς ἥδομαι καὶ τέρπομαι*, vt h. l. *Fl. Chr.* *καὶ χαίρομαι κεὐφραίνομαι* e Rav. recepit Inv., recte, opinor.

292. *Νῦν ἐστὶν—καλόν.* Supra 277. *Bergl.* Tropice verba ſignificant: iam decet, remotis iſtis turbatoribus ciuitatum inire pacem, priusquam alius quis turbare eam rurſus conetur. *πράγματα* negotia bellica et moleſtiae nunc dicuntur, et *ἐξελκύσαι* ſcil. ex antro.

295. *πρὶν ἕτερον.* Alcibiadem haud procul dubio intelligit, qui anno 13. belli Peloponneſ. vere ineunte Argos profectus eſt, et inde asſumtis ſociis ad Patras

---

o) Imo is fuit Athenienſis et alia de cauſa *Παφλαγὼν* in Eqq. dicebatur.

p) Sed ibi (XXII, 59.) nunc legitur: *τοιόσδ' οἷον ὁρᾷς*, praeeunte etiam cod. Vat.

q) Vid. praeter Suid. Zonaras T. II. p. 1845.

vsque peruenit et Patrenſibus perſuaſit, vt muros vsque ad mare extenderent, et alia praeparabat ad bellum contra Lacedaemonios. Thucyd. lib. 5. [c. 52. ſs.]. *Palmer.*

299. Nunc ſenariis ſuccedunt trochaici catalectici 40. vsque ad illud *καὶ βοᾶτε*, quae eſt *ἔκθεσις* Dimetrorum catalecticorum. Scholiaſtes 38. tantum notat, ſed incipit ab illis: *δεῦρο πᾶς*, et hos duos verſus pro *εἰςθέσει* videtur accepiſſe. *Fl. Chr.* *ἄμας*, *ligones.* Vide Salmaſium ad Hiſt. Aug. p. 337. *Brunck.*

300. *ἀγαθοῦ δαίμονος.* Videtur alludere ad eum morem veterum, quem notat Scholiaſtes. Ait enim in conuiuiorum principiis ſolitos *ἐπιῤῥοφεῖν ἀγαθοῦ δαίμονος* et libare bonae fortunae *r*), in fine vero et abitione *πίνειν Διὸς σωτῆρος.* Sic bonam Fortunam praeire iubebant, Iouem liberatorem exire. Hunc ſenſum elicio ex verbis Schol., in quis libenter legerem *δειπνήσοντες*, non *δειπνήσαντες*, vt principium intelligat conuiuii. Ad eum igitur morem cum alludat (corrige, ſodes, iterum verba Schol. et pro *ὡσεὶ ἔλεγον* lege me auctore et distingue: *ὡς εἰ ἔλεγεν*) videtur ſic loqui: nunc enim libare et bibere licet nobis bonae Deae potionem. *ἁρπάσαι* per parodiam dixit pro *ῥοφῆσαι* vel *σπεῖσαι*; nam Pacem vt haberent raptam oportuit. Notandum autem libationem illam, quam antiquitus faciebant, *ἀγαθοῦ δαίμονος*, fuiſſe leuem deguſtationem et *ὀλιγοποσίαν.* Quod ſatis intellexit Heſychius, qui *ἀγαθοδαιμονιστὰς* interpretatur *ὀλιγοποτοῦντας.* Itaque miror, quod *ἐπιῤῥόφησιν* addat Scholiaſtes. Nam Dido apud Maronem libabat *ἀγαθοῖς δαίμοσι*, Baccho et bonae Iunoni. Sic enim dea illa etiam teſte Macrobio [Saturn. III, 4.] *χρηστῆς* nomine indigetabatur: *Et laticum honorem ſummo tenus attigit ore* [Virg. Aen. I, 736. ſ.]. At vero Bitias *ἐπεῤῥόφησεν καὶ ἔπινεν* cum hauſit pateram et pleno ſe proluit auro [ib. 739.]. Sed de his legendus *Rhodiginus* lib. 28. Lectionum Antiquarum [c. 6.] *s*). Sane apud Platonem in Symp. [c. 5. §. 7. ed. Wolf.]

---

r) v. ad Eqq. 106.

s) Haec quae ſequuntur, non leguntur in ed. 1589. ſed apud Kuſter.

non videntur noui interpretes locum intellexiſſe: *ἀγαθῇ τύχῃ Φαῖδρος καταρχέτω.* Verterim: *cum bonis auibus exordiatur Phaedrus*; cum potius diceret: *bonae fortunae princeps libet Phaedrus.* Alludit enim ad *Ἀγαθοδαιμονιστὰς* et ludit in verbo *κατάρχειν*. *Fl. Chr.*

302. *εἴπερ πώποτε.* Eurip. Androm. 553. *ἀλλ' ἀντηβητηρίαν ῥώμην ἐπαινῶ λαμβάνειν εἴπερ πώποτε.* Deeſt autem *καὶ νῦν*, quod etiam exprimitur in Demoſth. Olynth. I. [p. 10. T. I. Reisk.] *φημὶ δεῖν ἐθελῆσαι καὶ παροξυνθῆναι καὶ τῷ πολέμῳ προσέχειν εἴπερ ποτὲ καὶ νῦν.* *Bergl.*

303. *φοινικικῶν.* Mala belli in quo multum ſanguinis funditur. *Bergl.* Ergo pro *φοινίων* ſ. *φονικῶν* dictum putatur.

304. *μισολάμαχος t*). Lamachus dux fuit Athenienſium rei bellicae peritisſimus, vir bonus et pauper. Talem enim cum Socrate et Ariſtide deſcribit Aelianus lib. II. Var. Hiſt. [c. 43.] floruitque temporibus Aeſchyli et Ariſtophanis, qui in Ranarum fabula heroa eum vocauit [1039. ed. Br.]. Tamen in Acharnenſibus [270. 566. etc.] et in hac fabula contumelioſe accipit et Attico melle perfundit (*κακῶς λέγειν Ἀττικόν ἐστι μέλι* dixit quidam). Quin Lamachum quaſi *βουλόμαχον* dictum autumat, ſiue quia *λῆς* apud Doras eſt *θέλεις*, ſiue quia *τὸ λα* eſt *ἐπιτατικὸν*, vt *τὸ βου*. A pugna autem, quae eſt *μάχη*, nomen habet. Itaque pro bello nomen hoc vſurpat. *Fl. Chr.* Lamachum ſaepe notat tanquam belli cupidum, et infra 472. dicit eum obſtare, quo minus pax fiat, et inferius introducit eius filium non niſi praelia canentem in conuiuio, vnde ipſe pater male audit v. 1261. (1290.) Maxime autem in Acharnn. perſtringitur. *Bergl.*

305. *εἴ τι χρὴ δρᾶν, φράζε v*) *κἀρχιτεκτόνει.* Metaphorice, vt 428. *ἅττα χρὴ ποιεῖν, ἐφεστὼς φράζε δημιουργικῶς.* Sic ap. Eurip. Cycl. 475. *σιγᾶτε νῦν· δόλον γὰρ*

---

t) Compoſitum eſt hoc vocabulum ad analogiam vocabb. *μισόπολις, μισολάκων.*

v) Alloquitur aliquem ex illis, quos antea iuſſerat recta ad ſalutem curandam procedere.

ἐξεπίστασθε· χῶταν κελεύω, τοῖσιν ἀρχιτέκτοσι (architectis huius doli) πείθεσθε x). *Bergl.*

306. ἀπειπεῖν, *animum despondere*, victum difficultate. In Lysistr. 781. μὴ νῦν ἀπείπωμεν ταλαιπωρούμεναι. Sic ἀπειρηκέναι. Eurip. Or. 91. οὕτως ἔχει τάδ', ὡς ἀπείρηκ' ἐν κακοῖς. *Bergl.*

310. ἐκζωπυρήσετε, refocillabitis et excitabitis mortuum et extinctum bellum. Sane enim recte dixit divinus poëta [Virg. Aen. VI, 165.]: *Martemque accendere cantu:* et merito βοῆς nomine pugna intellecta, vnde Menelaus βοὴν ἀγαθός. Ἐκζωπυρῆσαι est, ex pusilli ignis fomite magnam flammam suscitare. *Fl. Chr. Ne quasi ignem sopitum suscitetis Bellum.* Solon in Elegia ap. Demosth. de f. Legat. [Solon. Fragm. II. v. 20. ed. Fortlag. Fragm. XV. v. 19. Brunck. Gnom. PP. gr.] Πόλεμόν θ' εὕδοντ' ἐπεγείρει. *Bergl.*

312. οὐ γὰρ ἦν ἔχοντας ἥκειν σιτί' ἡμερῶν τριῶν. Belli tempore, quum expeditio subitanea suscipitur, saepe edictiones publicantur, vt milites victum tot vel tot dierum, plerumque trium, sibi praeparent. Vult itaque dicere: Istud edictum y) (quod incipit ὦ γεωργοὶ v. 294.) non ad Bellum spectabat, sed ad Pacem; propterea laetemur. Similiter in Acharn. 196. ille, qui vnguentum quoddam suaue, quod ibi fingitur esse Pax, naribus admouet, dicit Pacem olere edicta de non asservando victu trium dierum: αὗται μὲν ὄζουσ' ἀμβροσίας καὶ νέκταρος καὶ μὴ 'πιτηρεῖν σιτί' ἡμερῶν τριῶν. Illuc alludit tantum in Vesp. 242. χθὲς οὖν Κλέων ὁ κηδεμὼν ἡμῖν ἐφεῖτ' ἐν ὥρᾳ ἥκειν ἔχ. κ. τ. λ. *Bergl.*

313. Vulgo sic legitur hic versus: Εὐλαβεῖσθ' ἐκεῖνον τὸν Κέρβερον καὶ δεδίττεσθε. Quiduis est hoc potius, quam tetrameter trochaicus. In B. scriptum est, imperfecto versu: εὐλαβεῖσθε νῦν ἐκεῖνον τὸν Κέρβερον. Excidit vox, quae facile e glossemate vulgatae lectionis eruitur. En molliter fluentem versum ipsamque Comici manum:

---

x) Est igitur ἀρχιτεκτονεῖν *struere*, instituere, non, vt vulgo redditur, imperare tanquam architectum.

y) κήρυγμα de eo vsurpatur, quod publice edicitur.

Εὐλαβεῖσθε νῦν, ἐκεῖνον δεδιότες τὸν Κέρβερον z).

Frustra hunc locum tentauerat Florens, cui reponi posse videbatur: *εὐλαβεῖσθ' ἐκεῖνο, καὶ τὸν Κέρβερον δεδίττετε.* Exemplis quidem defendi potest *δεδίττετε*, sed non ex Atticis scriptoribus, quibus *δεδίττεσθαι* vel *δεδίσκεσθαι terrere, timorem iniicere*, non vero *timere* significat. Noster in Lys. 563. *ἕτερος δ' αὖ Θρᾷξ — ἐδεδίσκετο τὴν ἰσχαδοπώλιν* — Moeris: *δεδιττόμενος, Ἀττικῶς· ἐκφοβῶν, Ἑλληνικῶς.* Ad quem locum Piersonus [p. 119.] huius versus meminit, et proposita etiam sua coniectura, Florentis illa paulo meliore, nec tamen vera, malle se ait a melioribus libris medicinam exspectare. Sic autem elegantissimo viro venerat in mentem:

εὐλαβεῖσθ' ἐκεῖνο νῦν, τὸν Κέρβερόν τε δείδετε.

In illis emendationibus pronomen *ἐκεῖνο* quorsum spectet, nescio. Florens refert ad *τὸ κήρυγμα*, quod minime procedit. *εὐλαβεῖσθαι* verbum est neutrum, significans *cauere*. Sicubi apud Atticos cum Accus. constructum occurrit, nomen est rei malae et damnosae, contra quam adhibenda cautio. Sic Lys. 1215. *εὐλαβεῖσθαι τὴν κύνα.* At supra dicebat chorus in versu, vnde istud *τὸ κήρυγμα* repetunt: *ἀλλ' ἀκούσαντες τοιούτου χαίρομεν κηρύγματος.* Non ergo Trygaeus illi dixerit: *εὐλαβεῖσθε ἐκεῖνο τὸ κήρυγμα.* Hic vere neutralis obtinet significatio *εὐλαβεῖσθε prenez garde à Vous, φυλάττεσθε.* Moeris: *εὐλαβεῖσθαι, ἀντὶ τοῦ φυλάττεσθαι, ὡς Δημοσθένης ἐν Φιλιππικοῖς, Ἀττικῶς· εὐλαβεῖσθαι, ἀντὶ τοῦ φοβεῖσθαι, Ἑλληνικῶς. Brunck.* H. l. e lectione Rav. est: cauete vobis ab isto, qui nunc in inferis est, Cerbero, ne quemadmodum, quum in viuis erat, pacem clamando impediat.

---

z) Multo praestantior est cod. Rav. lectio, ab Inv. recepta: *Εὐλαβεῖσθε νῦν* (comma, quod male in ed. Lips. relictum, est delendum) *ἐκεῖνον τὸν κάτωθεν Κέρβερον* —

a) Versus hic non satis est integer in modulis suis; si quid mutandum sit aut interpolandum, legerem: *εὐλαβεῖσθαι ἐκεῖνο* (*κήρυγμα* puta) *καὶ τὸν Κέρβερον δεδίττετε. Fl. Chr.* Belli personam ita describit, vt alias Cleonem: hunc enim Cerberum vocat in Eqq. 1026. *φράζευ Ἐρεχθείδη κύνα Κέρβερον ἀνδραποδιστήν. Bergl.* Imo et h. l. Cleon intelligendus est, qui, quoniam iam erat mortuus, *ὁ κάτωθεν Κέρβερος* appellatur.

314. De eodem Cleone in Eqq. 136. *βυρσοπώλης Παφλαγὼν ἅρπαξ κεκράκτης.* *Bergl.*

316. Vi caret ſua *τὸ, καὶ νῦν.* Legam equidem: *οὔτι 'κείνων ἐστὶν αὐτὴν ὅςτις ἐξαιρήσεται:* nemo iſtorum (*τῶν κάτωθεν,* qualis Cleon) nobis eam eripiet *b*). *Hotib.* Eurip. in Heracl. 976. *τοῦτον δ', ἐπείπερ χεῖρας ἦλθεν εἰς ἐμὰς, Οὐκ ἔστι θνητῶν ὅςτις ἐξαιρήσεται.* Idem in Alceſt. 846. *Κἂν περ λοχήσας αὐτὸν* (obſeruans illum) *ἐξ ἕδρας συθεὶς Μάρψω, κύκλῳ δὲ περιβαλῶ χεροῖν ἐμαῖν, Οὐκ ἔστιν ὅςτις αὐτὸν ἐξαιρήσεται.* *Bergl.*

317. Voces *ἰοὺ, ἰοὺ,* quae vulgo choro continuantur, Trygaeo contributae ſunt in binis codd. *Brunck.* Interiectiones illae tam ſunt dolentium et indignantium, quam exultantium. Haud itaque mirer, eas librarios alios Trygaeo tribuiſſe, alios autem choro. Poſtremum hoc verum eſſe nunc comperio e v. 345. Proinde eas choro reddi velim. Ad iſtas enim chori exclamationes, quibus laetitiam ſuam ſignificat, reſpiciunt Trygaei verba infra: *ἔξεσται τόθ' ὑμῖν ἰοὺ, ἰοὺ κεκραγέναι.* *Idem* in Suppl.

319. *ξυνταράξει.* Vulgo *συνταράξει.* *Brunck.*

323. *διαφθείρητε.* Sic bini codd. et primariae edd. Menda edit. Fracini, in Frobenianam recepta, *διαφθείρετε,* per alias deinceps propagata fuit, nemine reclamante. In Farreana *διαφθείρητε* vidit Berglerus, nec animaduertit, alterum in ſermonis et metri legem offendere. *Atque haec perinde ſunt,* vt *illius animus, qui ea posſidet.* Vide ad Acharn. 879. *Brunck.* Chorus incepit tripudiare prae gaudio: ſunt enim *σχήματα* motus et geſtus ſaltantium *c*). Eurip. in Cycl. 220. *πηδῶντες ἀπολέσαιτ' ἂν ὑπὸ τῶν σχημάτων* (geſticulationibus veſtris). Herodotus in Eratone [VI, 129. vbi v. Weſſel. p. 498.] *πρῶτα μὲν ἐπ' αὐτῆς ὠρχήσατο Λακωνικὰ σχημάτια, μετὰ δὲ ἄλλα Ἀττικά.* *Bergl.*

---

b) Sed quomodo dici potuit: *οὔτι — ὅστις κ. τ. λ.?*

c) Primus Aeſchulus *σχηματισμοὺς* introduxit in choros tragicos, de quibus et de ſaltatione, quae *ὄρχησις* eſt, operae pretium eſt adire Iulii Scaligeri Poëtices opus perfectisſimum. *Fl. Chr.*

327. ἦν d) ἰδού. Vide ad Eq. 26. Sic in A. ſcriptum eſt. In B. ἦν ἰδού. *Brunck.* ἠνίδ' οὖν, καὶ δὴ π. legi voluit *Reisk.*

328. ἑλκύσαι pro *ſaltare* dixit, vt Terentius Adelph. [IV, 7, 34.] *tu inter eas reſtim ductans ſaltabis.* Id autem eſt, quod Graeci et Ariſtophanes in Nebulis dixit ἕλκειν κόρδακα. *Fl. Chr.* Verbum ſaltationis proprium. Nub. 540. οὐδὲ κόρδαχ' εἵλκυσεν *nec cordacem ſaltauit* e). *Brunck.*

331. τουτογὶ, νὴ — In B. τοῦτο γὲ νὴ — quod e noſtra lectione deprauatum eſt. In A. τοῦτο νὴ — Vulgo τουτοδὶ, νὴ — *Brunck.*

332. In Vesp. 1526. ῥίπτε σκέλος οὐράνιον etiam de ſaltantibus. *Bergl.*

333. Non male legeretur: ὥστε μὴ λυπεῖν μ' ἔτι. *Brunck.* λυπεῖν σέ τι corrigit *Reisk.*

334. καί τ' ἀριστερόν τι μ' ἔστ' ἀν. ἔχον [vt ol. ed.]. Ordo et plena oratio eſt: ἀναγκαίως ἔστιν ἔχον, ῥίπτειν τί με καὶ τὸ ἀριστερὸν σκέλος. *Bergl.* καὶ τἀριστ. τι μοί 'στ' ἀν. ἔ. [vt Br. dedit]. Vulgo μ' ἔστ'. In B. pro τι eſt τοι f). Ordo eſt: ἀλλά μοι ἐστιν ἀν. ἔχον καὶ ῥίψαι τι τὸ ἀρ. σκ. *Brunck.* ἔστ' ἀναγκ. ἔχον. Aeſchylus Choëph. 237. προσαυδᾶν δ' ἔστ' ἀναγκαίως ἔχον. Antiphanes ap. Stob. Serm. 123. ἣν (ὁδὸν) πᾶσιν ἐλθεῖν ἐστ' ἀναγκαίως ἔχον (neceſſe eſt). *Bergl.* ἔχον f. ἑλᾶν *tollere*, *Reisk.* Quod non intelligo.

335. (334. K.) πέπορδα translatiue ab aſinis, qui laetabundi pedere ſolent. Etiam in contemtum hoc fiebat, vt in Plut. [618.] καταπαρδεῖν τῆς Πενίας. Sic fortaſſis hic oppedit bello. *Fl. Chr.* Scholia: ἡ μεταφορὰ κ. τ. λ. *metaphora ab aſinis: hi enim laetabundi pedunt.* Comicus in Vesp. 1296. ἐνήλλετ', ἐσκίρτα, πε-

---

d) Olim vulg. Ἦν' ἰδοὺ —

e) Locum eum et Bergl. laudauit.

f) Ex Rav. quoque Inv. dedit: τοι μ' ἔστ' ἀν. Et ſane τι non hic recte ponitur. Quidni igitur ſic ſtruamus: ἀλλὰ τοι καὶ τὸ ἀριστερὸν ῥίπτειν με σκέλος ἀν. ἔχει.

πέρδει· κατεγέλα ὥςπερ καχρύων ὀνίδιον εὐωχημένον. *Bergl.*

536. *τὸ γῆρας ἐκδύς.* Et haec translatio eſt a ſerpentibus *g*), qui ſenium ponunt. Videtur autem ſenium pro bello dixiſſe, quia nihil aeque pacis amantes contriſtat et marceſcere facit atque bellum; vnde poſtea ait: *ἁπαλόν γ' ἄν μ' ἴδοις καὶ πολὺ νεώτερον.* Loquitur enim chorus ſenum. At cum ait *ἐκφυγὼν τὴν ἀσπίδα h*), dupliciter alludit in homonymia *ἀσπίδος* et ad ſerpentem et ad clypeum. *Fl. Chr.*

537. Inv. edi voluit e Rav. *μήτι καὶ νυνί γε χ.* ſed vulgatum in textis relictum eſt. Sed *καὶ* friget, et omnis haec lectio e v. 526. repetita male videtur.

539. (538. K.) Poſt *εἴςθεσιν* trochaicam ſequitur *ἔκθεσις* ſeptem verſuum dimetrorum trochaicorum acatalecticorum. In ſecundo lego *ἤδη ἐξέσται,* non *ἤδη δ' i*). Ex vltimo verſu *k*) duos facio. Nam *συβαρίζειν* exiſtimo eſſe *παρατέλευτον,* ſequens *ἰοὺ, ἰοὺ,* iambicum *ἐφθημιμερές.* Ita enim videtur digesſiſſe ipſe Scholiaſtes. *Fl. Chr.* Hic et ſequens verſiculus, vt eos exhibui *l*), ita digeſti et ſcripti ſunt in B. Vulgo partic. *γὰρ* omiſſa. *Brunck.*

341. Non dubito, quin *τὸ κινεῖν* verbum ſit nequitiae, ſecundum verſum Lyſiſtr. [227.] *κακῶς παρέξω κοὐχὶ προςκινήσομαι,* i. e. nec admouebor et maligne illud dabo. *Fl. Chr.* Vt infra 1158. *τὴν Θρᾷτταν κινῶν.* Coniungit *κινεῖν* et *καθεύδειν* etiam infra 867. (863.). *Bergl.*

---

g) Scholia: *ἡ μεταφορὰ ἀπὸ τῶν ὄφεων·* quia nimirum *ſerpens nouus exuit annos* [Tib. I, 4, 35.]. In Ran. 543. *γόνυ πάλλεται γερόντων, ἀποσείεται δὲ λύπας χρονίων τ' ἐτῶν παλαιοὺς ἐνιαυτούς.* Vbi vid. Not. *Bergl.*

h) Ludit in homonymia vocis *ἀσπίς,* quae et ſerpentem ſignificat et clypeum, vt recte obſeruauit Florens. *Bergl.*

i) Vulgo enim ita leguntur:

καὶ βοᾶτε καὶ γελᾶτε·
ἤδη δ' ἐξέσται τόθ' ὑμῖν.

k) Scil. hoc: *ἰού, ἰού, κεκραγέναι.*

l) Ita et in Lipſ. ed. leguntur, niſi quod ap. Br. rectius *ἔξεστα*ι

343. Cottabus lufus erat in conuiuiis frequens apud Athenienfes *m*). Is quantum ex Grammaticorum glosfis didici, eiusmodi fere erat. Fixa erat in terram virga grandis, altera fuper eam transuerfa pendebat, mobilis vtrimque tanquam in ftatera, duasque habebat lances pendulas, et fub ipfis duos crateras aquae plenos; fub aqua ftatua aerea inaurata, quae vocabatur *Manes:* nam Sophocles Salmoneo fic vocat *χάλκεον* illud *κάρα:* verfus ex illa fabula luculentos habes ap. Athen. lib. XI. [Brunck. Fragm. Soph. Salm. 1. p. 443.]. Iam qui lufitare volebant, phialam habebant meri plenam et longius ftantes certabant, quod vini ex epota phiala reftabat, in lancem mittere vt repleta ea grauis fieret inclinaretque et caput allideret ftatuae illius fub aqua latentis ficque fonum ederet, ita vt, qui feliciter fine cafu iaceret et maiorem ex iactu fonum efficeret, victor effet hocque indicio fperaret, fe ab amica reclamari. Ad cuius confuetudinis rationem Theocritus dixit *τὸ τηλέφιλον ἐπλατάγησεν* [Id. 3, 29.]. Eft autem lufus ille cottaborum inuentum Siculum *n*), vt teftatur Critias in Elegis: *κότταβος ἐκ Σικελῆς ἐστὶ χθονὸς ἐκπρεπὲς ἔργον*, et Dicaearchus Meffenius, vel potius cum Athenaeo Milefius, Ariftotelis difcipulus, qui Siculam vocem exiftimat aereas illas phialas, quae *λατάγαι* vel *λάταγες* dicebantur *o*). Quanquam infra Scholiaftes dicat *λατάγην p*) effe, quod ex poculo epoto reliquum fiebat (male ap. Sudam [Suid.] *λῆμα ποτηρίου·* legendum enim *λεῖμμα*, quod eft *λείψανον* et *τὸ λειπόμενον*, vt ait Hefych.) quodque recuruata furfum manu iaciebant lufores in Cottabum. Cui fententiae fubfcribit Cratinus in Nemefi [Athen. XV, p. 666. D. Cafaub.], qui ait, Cottabum appellatum non folum praemium victori propofitum fed etiam vas ipfum, in quod mittebant latagas. Imo et Euripides Plifthene tefte Athenaeo [Eurip. Fragm. Musgr. Plifth. 4.] cottabum et *λάταγα* idem

m) Vidd. qui laudati funt ad Nubb. 1063.

n) Cf. Athen. XI. p. 276. T. IV. Schweigh. et inprimis XV. p. 424. fs. T. V.

o) *λάτταγες* ap. Phot. Lex. p. 153.

p) Siue *λαταγὴν*, v. Pierfon. ad Moer. p. 253. Tittmann. ad Zon. II. 1285. f.

facit, lusumque Atticorum ex inuentione Sicula scribit. Aereum vero vas illud fuisse testatur Eupolis Baptis. Meminit et Plato (Comicus puta) in fabula *Διὸς κακουμένου* q) (male apud hunc Schol. *καλουμένου*). Porro missionem cottabi *ἀγκύλην* vocabant, quia dextram manum anculabant, i. e. curuabant in mittendo; hinc *κότταβοι ἀγκυλητοὶ* (male Aristophanis glossae *ἀγκυλητοὺς*) dicti a figura manu mittentis. Praemium autem, quod *κοττάβιον* vocabatur, erat, vt puto, placenta *πυραμοῦς* et *σησαμοειδής*. Nam et Aristoteles lib. I. Rhetor. [c. 12. §. 30. ed. Buhl.] *κοττάβια* missa Geloni ait ab Aenesidemo, quas placentas fuisse arbitratur, ad formam lancium illarum vel *κοττάβων* factas, Coelius Rhodiginus r): quamuis potior est sententia eorum, qui *κοττάβια* oppidum faciunt apud Aristot. Sane *κότταβοι* proprie est sonus, qui ex residuo in phiala vino redditur et quo pauimentum elidebatur. Nam id etiam fuisse Romanis, non solus Horatius testatur, qui ait [Od. II, 14, 26. f.] *mero tinguet pauimentum superbo*, sed et Plinius lib. 14. [Hist. nat. sect. 28. extr. ed. Hard.] vbi ait de iis, qui *ἀμυστὶ* et *ἀπνευστὶ* bibebant et totum calicem vno hauriebant potu, *nihilque ad elidendum in pauimentis sonum ex vino reliquisse*. Vbi quidam *summum* legunt, quorum sententiae non accedo. Sane ab illo sono existimo Plautum dixisse in pretiosa fabula Trinummo *bubulos cottabos* [IV, 3, 4.], quasi flagra ad infligendas plagas, etsi Alciatus *collabos* mauult, qui sunt bubuli nerui. Ego *cottabos* malim. Nam si collabi buculae neruiae, quorsum *bubulos* addidit? Caeterum in illo cottaborum lusu semper amicarum mentionem iniectam constat ex Achaeo et Callimacho his versibus [Athen. XV. p. 668. Cas. T. V. p. 433. Schw.]:

Πολλοὶ δὲ [imo *καὶ*] *φιλέοντες ἀκόντιον* [*Ἀκόντιον*] *ἧκαν ἔραζε*
οἰνοπότησι κενὰς ἐκ κυλίκων λάταγας.

vbi legendum *οἰνοπόται Σικελὰς* s) ausim affirmare et

---

q) v. Athen. XV, p. 426. et 429. Schw.

r) De praemiis accipit etiam Buhl. ad Aristot. T. IV. p. 442.

s) Ita nunc legitur ap. Athen. (v. Ern. ad Call. Fr. 102.) et

corrigendas gloſſas huius fabulae ſub finem. Nam patet vel ex ſ. qq. Scholiaſtae verbis; ait enim: *Σικελὰς αὐτὰς οὐκ ἀπεικότως ὠνόμασεν.* vide de Cottabis plura ap. Athen. lib. 15. vbi et Critiae verſus de Anacreonte huc pertinentes [p. 424. ed. Schw.], habes item Aeſchuli alios verſus de Cottabo qui *αγκυλητός* [p. 429.]. Plura praeterea de his congerere piget et taedet, praeſertim cum Rhodigini [Lect. Antiqu. 28, 5. p. 1290. ſ. add. id. p. 986.] et Parrhaſii [Quaeſs. per epiſt. Syll. 5. ep. 56 p. 763. ſ. T. 1. Gruter. Lamp.] habeamus aſſiduas rupto lectore columnas vel paginas potius: deinde cum nuper cottabum nobis repraeſentarit in Athenaeo ſuo Dalechampius, quem honorifice appello. Sed hoc mihi excidebat, quod ap. Heſych. voce *κοτταμία* legendum putem *κοττάβια t*): ait enim eſſe *ἔπαθλον ἀρίστῳ κοτταβίσαντι* i. qui altiorem ex iactu ſonum ediderat, quique *μεθυσοκότταβος* dicebatur. Sed error ille ap. Heſych. manauit ex antiqua *τοῦ β* figura, de qua nos alibi. *Fl. Chr.*

546. *v*) *Εἴ* cum accentu, vt habet Aldina, ſcripſi; eſt enim hic idem quod *εἴθε, vtinam.* Ceterum ſimilis locus eſt ap. Eurip. in Cyclope 436. *ὦ φίλτατ', εἴ γὰρ τήνδ' ἴδοιμεν ἡμέραν Κύκλωπος ἐκφυγόντες ἀνόσιον κάρα.* Et ap. eumdem in Rhes. 464. *εἴ γὰρ ἐγὼ τόδ' ἦμαρ εἰσίδοιμ', ἄναξ, ὅπως πολυφόνου χειρὸς ἀπονάσαιο λόγχᾳ* (vt multorum caedibus imbutae manus tuae fructum feras per haſtam). In quibus locis recte vertitur *vtinam* in noua Tragici editione, ſed etiam ſcribendum fuerat

---

praeterea in ed. Schw. *λατάγας.* Perinde eſſe vtrum *λάταγας* an *λατάγας* ſcribatur, docet Valcken. ad Call. Eleg. Fragm. p. 213. et haec vocabb. et v. *κοτταβίζειν* illuſtrat.

t) *Κοτταβία* in ed. Albert. II. p. 329. ſuo loco legitur.

v) Hic Coronis eſt et *εἴσθεσις* chori monoſtrophica conſtans 15. verſibus, quorum primus trochaicus eſt tetrameter catalecticus inſtar praecedentium, ſecundus *ἑφθημιμερής*, tertius paeonicus tetram. acatal. ex paeonibus et creticis, decimus et tertius decimus ſimiles primo, ſextus et octauus ſecundo; ſeptimus cum nono et decimoquarto paeonicus *δίρρυθμος*, vndecimus dimeter trochaicus, vltimus paeonicus *τρίρρυθμος*; deinde Coronis [ex vulg. deſcriptione]. *Fl. Chriſt.*

cum accentu. Apud Aeſch. autem in Prometh. 152. et ſine accentu male ſcribitur et per *quod ſi* male vertitur: ad illum locum Scholia *εἰ γὰρ* exponunt *εἴθε*. *Bergl.* Hic verſus tetrameter trochaicus eſſe debet et ſuis nunc incedit pedibus *x*). Vulgo ſoluti ſunt numeri, quum ſic legatur:

εἰ γάρ μοι γένοιτ᾽ ἰδεῖν ταύτην τὴν ἡμέραν ποτέ.

In B. *εἰ γάρ γένοιτ᾽ ἰδεῖν με ταύτην* — *Brunck.* — Laboranti verſui duriorem medicinam adhibuit Brunckius: Reponam: *Εἰ γὰρ ἐκγένοιτ᾽ ἰδεῖν ἔμ᾽ ἡμέραν ταύτην ποτέ.* [At non cum vi quadam *ἐμὲ* hic dici potuit]. Sequuntur paeonici tetrameter et dimeter, quos ſic digerendum:

Πολλὰ γὰρ — στιβάδας,
Ἃς ἔλαχε Φορμίων. *Hotib.*

347. Verſus eſt dimeter paeonicus, vt ſunt quinque alii in hoc chori cantico, nempe 551. 2. 4. 7. 9., quod qui percepit, ſtatim animaduertit vitium vulgatae ſcripturae *πολλὰ γὰρ ἠνεσχόμην. Brunck.* [qui *ἀνεσχόμην* repoſuit].

348. (347. K.) *στιβάδας.* Sub dio et humi iacere militaris mos erat; toros *στιβάδας* a calcando dixerunt. Ipſe Hector ſic dure et moleſte in militia ſeſe habuit, vt coleret *χαμεύνας φυλλοστρώτους,* vt eſt apud Rheſum [v. 9.], quem non Euripidi doctiores, ſed Sophocli tribuunt et olere videtur characterem Sophocleum. De hoc Phormione durae etiam et praefractae vitae, qui dux olim nauali praelio bis vicit Lacedaemonios, meminit Pauſanias in Atticis [I, 23, 11. add. X, 11. extr.] et Aſopichi cuiusdam filium facit. *Fl. Chr.* Phormio

x) At ſine accentu *εἰ*, *εἰ γάρ*, ita ponitur. V. Matthiae Gr. gr. p. 719. et Hermann. ad Viger. p. 757.

y) Edidit nempe Br.:

εἴθε μοι ταύτην ἰδεῖν γένοιτό ποτε τὴν ἡμέραν.

Lectio ab Inv. e Rav. recepta aeque metrum peſſumdat, quam vulgata. Illius tamen veſtigiis inſiſtens ſcribo: *εἰ γὰρ ἐκγένοιτ᾽* (ſ. *ἐγγένοιτ᾽*) *ἰδεῖν τὴν ἡμέραν ταύτην ποτε.* E gloſſem. *με* acceſſit. Monet Herm. l. l. *εἰ γὰρ* ita cum Optat. iungi, quando optamus fieri, quod fieri poſſe credimus; quando optamus quod non eſt aut non futurum eſt, *εἴθε* cum Opt. poni.

celebris dux. Dicit autem huic *στιβάδας* ſortito obtigiſſe, quia cubili vteretur, quali ſolent milites, duro et vili. Forte etiam alludit ad nomen, dum Phormioni tribuit *στιβάδα*, quae ex eadem fiebat quandoque materia, ex qua et *φορμός*. In Plut. 541. *ἀντὶ δὲ κλίνης στιβάδα σχοίνων.* Iul. Pollux X, 169. *ἐν δὲ τῷ Γηρυτάδῃ ὁ Ἀριστοφάνης λέγει· Φορμῷ σχοινίνῳ.* Huic Neptunum dicit eſſe *φίλτατον* in Eqq. 558. Eumdem in Lyſiſtr. dicit eſſe *aſperum* erga hoſtes v. 805. *Bergl.*

351. (350. K.) Male inſerta particula *γε* [in vulg. *ἀλλ' ἁπαλόν γ' ἄν μ' ἴ.*] metrum itidem peſſumdat. Eam non agnoſcit cod. B. in quo ſcriptum, vt edidimus: *ἀλλ' ἁπαλὸν ἄν μ' ἴδοις.* Peſſime in *A.* *ἁπαλόν γ' ἄν μ' ἴδῃς.* *Brunck.* Hermannus in Lib. de Metr. p. 362. vbi obſeruat, trimetrum paeonicum rarius occurrere, nec niſi dimetris clauſulae loco adiunctum, totum h. l. ita legit:

ἀλλ' ἁπαλὸν ἄν μ' ἴδοις
καὶ πολὺ νεώτερον, ἀ-
παλλαγέντα πραγμάτων.
καὶ γὰρ ἱκανὸν χρόνον ἀ-
πολλύμεθα καὶ κατατε-
τρίμμεθα, πλανώμενοι
ἐς Λύκειον κἀκ Λυκείου ξὺν δορὶ ξὺν ἀσπίδι.

355. ſ. Hi duo, ita ab Inv. deſcripti verſus, vnum vulgo conſtituerunt.

357. (355. K.) Scholia: *τὸ Λύκειον* etc. *Lyceum erat gymnaſium Athenis, vbi, antequam irent in bellum, exercebantur. Bergl.* *Λύκειον* ante Br. ſcriptum fuit. Is *Λυκεῖον* dedit.

358. Eurip. Hipp. 1261. *τί χρὴ τὸν ἄθλιον δράσαντας ἡμᾶς σῇ χαρίζεσθαι φρενί, φρόντιζε. Bergl.* Perperam in ed. Lips. *ὅτι* expreſſum. Reponendum *ὅ τι.*

360. *αὐτοκράτωρ dominus, imperator* dicitur. v. Zonar. Lex. II. p. 341.

364. (362. K.) Hiſtoria haec de Cilliconte recitatur a Suda [Suid. T. II. p. 314. Kuſt.] et Heſychio [T. II, p. 260. Alb. vbi cfrr. Intpp.] z), qui ait eum vocatum

z) Add. Photius Lex. p. 122. vbi *Κιλίκων* ſcribitur.

prius Achaeum. Haec fere eſt: Prienenſibus (vel vt ait idem Heſych., regiis ducibus) Miletum inſulam prodidit Cillicon, cumque ex eo quaererent, quidnam facturus eſſet, reſpondit *πάντα τἀγαθά*, aut potius *οὐδὲν πονηρόν*. Paulo poſt hanc inſulae traditionem Theagenes quidam (quem *σύρινον* cur vocet Scholiaſtes, non ſcio; niſi mendum eſt in traiectione litterarum et *Σύρνιον* potius legendum; nam Syrna vrbs etiam Cariae, vnde *Syrnius*) diuertit Samum ibique carnes coepit vendere. Ab eo emturus Cillicon cum indicaret, qua ſcindi ſibi vellet, manum extendit, quam ille ſublato cultro abſcidit addiditque: *numquam tu manu iſta aliam vrbem trades*. Hinc vulgo proditores Cillicontas vocabant, vt Democlidas hospites moechos, Eurybatas ſceleſtos, Timarchos flagitioſos et conſuetos *a*). Apud Ciceronem l. VII epp. famil. ep. 24. *Habes et iſtius Salaconis.* Et epiſt. 18. l. 16. *Salaco* (vel heluo) *nequiſſimus.* Quid ſi vtrobique legas *Cillico?* Tamen idem Sudas [Suid.] in V. *Πονηρὸν* non Cillicontem, ſed Calliphontem vocat, et Callimachi teſtimonium laudat: *Μή σύ γε Θειόγενις κόψαις χεῖρα Καλλιφῶντος*. Lege: *χέρα Καλλιφόωντος* et *Θειαγενές* c). *Fl. Chr.* *ἀλλ' ὅπερ κ. τ. λ.* pro, *ἀλλὰ πάντα ἀγαθά* d). Ita enim dixerat Cillicon iſte, cum proditionem Mileti parans ab amicis interrogaretur, quid faceret. *Bergl.* (qui praeterea Schol. verba affert).

---

a) Ea, quae ſequuntur non in ed. prim. Fl. Chr. leguntur, ſed in Kuſt. addita ſunt.

b) Non eius coniecturae intpp. Cic. mentionem fecerunt, v. c. Schütz. in ed. Epp. Cic. T. V. p. 292. ſed nec opus ea eſt, quum Salaco ex Heſych. et Schol. Ariſt. Vesp. 1164. innotuerit.

c) Ita nunc emendatum in Bentlei. coll. Fragm. Call. n. 227.

d) Id eſt, *πάντ' ἀγαθά*. Ad hiſtoriam alludit, quam refert Schol. et ex eo Suidas: *ἐπὶ πονηρίᾳ ἐτεθρύλλητο ὁ Κιλλικών, ὃς προὔδωκε Μίλητον Πριηνεῦσι· πυνθανομένων δέ τινων πολλάκις αὐτοῦ, τί μέλλει ποιεῖν, ἔλεγε πάντα τἀγαθά· καὶ ἔστι παροιμία· πάντ' ἀγαθά, ὡς ἔφη Κιλλικών.* Vid. Heſych. in *Κιλλικὼν* et in *Δημοκλεῖδαι*. In A. vt ap. Heſych., ſcriptum *Κιλλικών*, melius notato accentu, quam vulgo. *Brunck.*

365. οὐκοῦν — Scholia: „ſi quando plures Athenis eſſent condemnati ad mortem non omnes vno die interficiebantur, ſed ſortitionem ſubibant ſingulis diebus, et quem ſors tetigiſſet, mors ſequebatur; itaque vno die vnus moriebatur. Quandoque etiam poenitentia ducti reliquos ſeruabant. Cum autem Mercurio tribuantur ſortes, ioco ad eum hoc dicit.“ Nempe Mercurium directorem ſortis efficere poſſe, vt Trygaeum, tanquam condemnatum cum aliis pluribus, primum aut inter primos tangat ſors, ſecundum quam ei moriendum ſit, et non relinquatur inter poſtremos, qui ſperare posſunt adhuc ſalutem. *Bergl.*

366. *οἶδ' ὅ τι.* Male vulgo coniunctim *ὅτι.* *Quum ſortibus ducendis ſis praeſes, ſcio quid facturus ſis,* id eſt: *ſpero propitium te mihi futurum eſſe.* Schol. *παίζει πρὸς τὸν Ἑρμῆν. ἐπειδὴ, ὅταν πολλοὺς κατεδίκαζον οἱ Ἀθηναῖοι ἀποθανεῖν, οὐκ εἰς μίαν ἡμέραν παντες ἐφονεύοντο, ἀλλ' ἕκαστος ἐκληροῦτο καθημέραν καὶ τῷ κληρωθέντι θάνατος ἐπῄει. καθημέραν οὖν εἷς μόνος ἐτελεύτα. ἔστι γὰρ ὅτε μετεμελοῦντο καὶ τοὺς λοιποὺς ἔσωζον. ἐπεὶ οὖν οἱ κλῆροι Ἑρμοῦ, παίζων τοῦτο λέγει. Brunck.* Vſitatisſimae in ſententiis extremis formulae *οἶδ' ὅτι, εὖ οἶδ' ὅτι,* vt eſt Lys. 154. Vid. F. A. Wolf ad Demoſth. Leptin. §. 147. Dormitauit Brunckius, cum legendum cenſuit diuiſim *ὅ τι.* Nam vt nihil dicam de verbis transpoſitis, aduerſis haec frontibus concurrunt, ſimul et ſperare Trygaeum et deſperare. Ineſt autem ſpei ſignificatio in iſtis: *οὐκοῦν, ἢν λάχω, ſiquidem ſors id iusſerit,* vt bene vertit Flor. Chriſtianus; nam male ibidem Brunck.: *ſiquidem ſortitio fiat*; contra haec *Ἑρμῆς γὰρ ὢν — οἶδ' ὅ τι* plane contrarium denuntiant, ſiquidem ſortes directae ex libidine Mercurii, Trygaeo irati, nihil huic boni ſunt allaturae. Quin ſortiendi praeſes Mercurius ſortibus et hic vſurus dicitur, *κλήρῳ ποιήσειν τὸ πρᾶγμα,* reſpiciturque ſimul ad morem Athenn., qui, vt ait Schol., vbi multos condemnauerant, non omnes vno die ſtatim necabant, ſed ſingulos ſingulis diebus, vt veniae locus eſſet. Hinc Trygaeus, ingeminante ſuum *ἀπόλωλας* Mercurio, quaerit: *ἐς τίν' ἡμέραν; in quem diem?* Nihil igitur ſollicitanda eſt lectio vulgata. *Hotib.*

567. f. Tangit Athenn. vetuſtum morem, qui cum multos condemnaſſent, non omnes vno die ſtatim necabant, ſed vnus diem quisque ſuum ſortiebatur. Saepe enim condemnantes iudices poenitentia tangebat et ſic reliqui ſeruabantur ſaluique tandem rebus prolatis euadebant. Erant autem ſortes proprie Mercurii, et, cui primum ſors contigerat, eum ſolebant *Mercurium* vocare: nam propterea virgam ſoporiferam habebat. Apud Romanos in capiendis Veſtalibus ducebantur ſortes et apud Maronem eſt [Aen. II, 201.] *Laocoon ductus ſorte ſacerdos.* Erat enim mortis mundanae imago ſacerdotalis Veſtalium vita, et *ducere* apud bonos auctores dicebant pro eo, quod eſt ad ſupplicium trahere. Recte autem ait ἠμπόληκα; eſt enim Hermes ἐμπολαῖος et κερδῷος, i. e. Mercurius et Lucrinus. *Fl. Chr.*

368. ἀλλ' οὐδὲν — Quaſi vnus tantum modus ſit pereundi, aut certisſimus, in bellum ire, dicit, ſe nec viaticum adhuc paraſſe ad proficiſcendum eo, nedum vt ibi perierit. *Bergl.* Iocus in militiam, tanquam ſi ea eſſet certisſimus pereundi modus. Milites et nautae in expeditionem profecturi viatica ſibi comparabant: quem morem equos etiam obſeruaſſe, facete narrat chorus Eqq. 599. *Brunck.*

370. (368. K.) ἐπιτέτριψαι. Schol. graecus hanc vocem putat accipiendam ἐπὶ κατάρᾳ, quem ego ſequutus *diris deuotum* dixi et *perditum:* nam Grammatici ἐπίτριψιν illam ἀπώλειαν exponunt. Sed miror quod ille gloſſographus ait, hoc verbi interdum ἐπὶ ὑπερηφανίᾳ τάττεσθαι. Mihi enim hoc non ſit veriſimile legebamque ἐμπειρίᾳ, non ὑπερηφ. Nam θρύπτεσθαι eſt σεμνύνεσθαι. Tamen ſuspendo arbitrium et quia apud Sudam [Suid.] inuenio θρύψομαι pro συντριβήσομαι, iam deſino mirari et vnam vtriusque verbi originem eſſe puto, praeſertim cum ſciam, haec verba modo per ι modo per υ ſcribi ſolere e). *Fl. Chr.*

371. ἀγαθὸν τοσ. λ. Quaſi optimum ſit temporibus

e) Sed erat ad litteras τ, θ, quoque reſpiciendum. τρίβω eſt a τέρω, θρύπτω a θρύω, vnde θραύω, ductum. v. Lennep. Etym. p. 748. et 262. ed. ſec.

duris, qualia tunc erant, periiſſe; qui enim periit, liberatus eſt ſemel a malis. Sic in Acharnn. 755. cum quidam dixiſſet: *ἄνδρες πρόβουλοι τοῦτ᾽ ἔπραττον τῇ πόλει, ὅπως τάχιστα καὶ κάκιστ᾽ ἀπολοίμεθα,* alter inquit: *αὐτίκ᾽ ἄρ᾽ ἀπαλλάξεσθε πραγμάτων. Bergl.* Iocus eſt in ambiguitate verbi *ἐπιτέτριψαι contritus es,* quo Mercurius ſignificat eum iam periiſſe, at obſceno ſenſu id accipiens Trygaeus reſpondet: *ego vero, quem ſubigi et paedicari ais, quomodo non ſenſi me tanto bono affici? Brunck.*

372. *προειπεῖν* verbum proprium eſt de ciuitatibus, ducibus, magiſtratibus, qui publice edicunt. v. Thuc. 4, 26. et *εὑρεθῆναι* de iis, qui in facinore quodam deprehenduntur.

374. (373. Br.) *ἅπασ᾽ ἀνάγκη ᾽στ᾽ ἀποθανεῖν.* Sic bene ſcriptum in B. Vulgo: *ἀνάγκη γ᾽ ἀποθανεῖν.* Eadem obſeruatur ſcripturae varietas in formulis *πολλή γ᾽ ἀνάγκη, πολλή ᾽στ᾽ ἀνάγκη,* de quibus vid. quae notaui ad Eurip. Mede. 1012. *Brunck.*

375. (373. K.) Qui ſacris initiabantur, neceſſe erat, vt porcillo rem diuinam facerent. Huius ritus cauſam arceſſendam ſuſpicor a Praeſiis Cretenſibus populis, apud quos ſacris initiati ſuem immolabant, vt videre eſt apud Athen. in Conuiuis philoſophis [lib. IX. p. 376. A. ed. Cas.]. Fabulantur enim ſuem olim mammam praebuiſſe Ioui et grunnitu ſuo feciſſe, ne infantis vagitus audiretur. Propterea magna ſuem veneratione coluerunt Cretenſes et in ſue operati ſunt arcanum ſacrificium, imo ſuis carnes non eſitant. Vide Dipnoſophiſtam illum lib. IX. [p. 588. T. III. Schweigh.] quem obiter illic emendandum puto cum ait *καὶ οὖς τῶν κρεῶν δαίσαντο·* lego enim: *καὶ ὑὸς κρεῶν οὐ δαίσαντο f*). Nam *οὖς* tranſpoſita littera *ὑός.* Sane prima ex ſuibus data eſt hoſtia; aptum enim et idoneum ad ſacra illud animal vel ipſum etymon arguit. *Sus* quaſi *thus*, vt teſtantur Athenaeus [IX. p. 401. C. Cas.] et Clemens Alex. in Strom. [II, 20. p. 484. Potter. qui cf.]

---

f) Editum nunc eſt: *καὶ οὐ, φησί, τῶν κρεῶν δαίσαιντο.*

ὖν quasi θῦν g). Nam θύω *macto* et *sacrifico*, quia ad θυσίας accommodum, vt dixi. Quod etiam doctissimo Varroni visum est in libris de Re Rustica, cum ait [II, 4, 9.]: pecoris immolandi initium sumtum a suillo. *Fl. Chr.* In mysteriis siue sacris initiorum Cereris porcum mactabant initiandi; hinc in Acharnn. 747. χοιρία μυστηρικά, vbi vid. Not. Dicit autem ante mortem oportere se initiari, quia initiatorum melior est conditio post mortem. Chorus mysticus in Ran. 457. *μόνοις γὰρ ἡμῖν ἥλιος καὶ φέγγος ἱλαρόν ἐστιν ὅσοι μεμυήμεθ'*. *Bergl.*

376. *δεῖ γὰρ μυηθ.* Credebant enim melius post mortem sibi futurum, si in vita Cereris mysteriis initiati fuissent: quod diserte ait chorus initiatorum in Ran. 454. *μόνοις κ. τ. λ.* *Brunck.*

379. *πρὸς τῶν κρεῶν.* Ioculariter et conuenienter risui excitando: cum enim modo dixerit *πρὸς τῶν θεῶν*, neque quicquam hac obsecratione profecisset, addidit maiorem cum allusione *πρὸς τῶν κρεῶν*, vt nidore carnium munerumque oblatione delectari Mercurium speremus potius quam obtestatione deorum. *Fl. Chr.* Supra 191. *τὰ κρέα ταυτί σοι φέρων.* *Bergl.*

381. (379. K.) *ὦ μέλε'.* Ita edd. Aldina, Iunt. et Brub. cum apostropho. *Bergl.* *ἀμαλδυνθήσομαι.* Cum affectatione verbum hoc vsurpat, vt duo sequentia *τετορήσω* et *λακήσομαι*, vere Tragicum *h*) spirantia maiorisque audaciae quam spiritus. Videtur autem inde Aeschulum ridere, qui hos verborum scopulos diligit et poëta est vere *στομφάζων*, quique duobus verbis idem significantibus ad fastidium vsque saepe vtitur: quo nomine reprehenditur ab Euripide in Ranarum [Arist.] fabula. *Fl. Chr.* Lectionem cod. Rav. *ὑπὸ τοῦ Διὸς*

---

g) Probabiliores vocabb. σῦς et ὗς deriuationes reperiuntur in Lennep. Etym. p. 702. et 772.

h) *ἀμαλδυνθήσομαι — τετορήσω — λακήσομαι* sunt λέξεις τραγικαί, vt est in Scholiis. *Bergl.* *ἀμαλδύνεσθαι* est i. q. *ἀφανίζεσθαι*, euerti, e medio tolli. v. Heyn. ad Hom. Il. 7, 463. Quum *τορῶς* a Grammaticis reddatur *μεγαλοφώνως* (Phot. Lex. 438.), *τορεῖν* est haud dubie, alta voce loqui, et *λακεῖν* vt *λάκειν* sonitum edere, vtrumque autem verbum h. l. alto clamore aliquid indicare.

laudat *Hermann.* de Metr. p. 161. vbi proceleusmaticum ab Arist. iambi loco positum interdum esse contendit, sed vel sic ea scriptura non placet.

383. *ὦ ᾽ρμίδιον.* Per *ὑποκορισμὸν* pro *ὦ Ἑρμίδιον.* Sed quod ait, *εἰπέ μοι i)*, malim *μὴ*, pro *μὴ εἰπέ*, vel vt cogat eum negare, se Ioui indicaturum: *dic tantum non.* Alludit autem post in finalibus syllabis, cum ait *Ἑρμῆ μηδαμῶς μὴ μηδαμῶς*, omnino ad mouendum risum. Tamen ferri potest *τὸ μοι*, vt alloquatur chorum. Teleclides autem, vt initio diximus, dixit: *ὦ δέσποθ᾽ Ἑρμῆ κάπτε τῶν θυλημάτων. Fl. Chr.* Obserues *Ἑρμίδιον* antepenultima longa, vt et infra 924. A *Σωκράτης* fit *Σωκρατίδιον* antepenultima breui. Quanam analogia *Ἑρμίδιον* ab *Ἑρμῆς* eiusdem syllabae quantitatem variat, vellem declarasset Dawesius, vbi de deminutiuorum forma in *ιδιον* agit. *Brunck.* Vid. eius Miscell. Crit. p. 213.

384. In Avv. 366. *εἰπέ μοι τί μέλλετε. Bergl. ὦ ᾽νδρες.* Sic in A. Vulgo *ἄνδρες. Brunck.* Alloquitur choricos, qui velut perculsi stabant, et ne hiscere quidem, nedum rogare Mercurium audebant, ne rem proderet.

Qui sequuntur [inde a 384. v.] versus 17. sunt de genere *ἑτεροστρόφων:* tres priores trochaici sunt tetrametri acatalectici, quartus paeonicus dimeter catalect., quintus paeonicus tetrameter acatalect. Hi faciunt primam stropham. Altera stropha constat ex tribus tetrametris *k)* trochaicis acatal. Caeteri sunt paeonici *δίῤῥυθμοι.* Nos versus versibus reddidimus et numeris numeros, elegantiam tantum abdidimus. *Fl. Chr.*

385. Hic *τὸ πονηρὸν* est *ἐπίμοχθον,* aerumnosum *l)*. Castigat autem ipsos rusticos vel spectatores potius, qui tacebant, quo tempore loquendum. *Fl. Chr.* *λακήσε-*

---

i) Ita enim vulgo legebatur. Brunck. edidit *εἴπ᾽ ἐμοί,* sine idonea causa, neque enim *se* h. l. aliis opponit aut cum vi quadam nominat. Coniectura autem Flor. Christ. vana est.

k) Si nempe 391. et 92. ed. Lips. vt vulg. coniunguntur. Sed tota haec descriptio in strophas vt a Fl. Chr. proponitur, vana est.

l) Inde recentius editum est *πόνηροι.*

ται. Ita reponere non dubitaui. Omnes edd. *λακήσετε*, male. *Bergl.* m). *λακήσεται* fcil. ὁ Ἑρμῆς, qui paulo ante 581. dixerat *λακήσομαι.* Hic etiam actiue fignificat. Male vertentem Berglerum imprudens fecutus fum. Verti debuit: *o perditi, ne parcite precibus; fin minus, confilium noftrum clamore denuntiabit ille.* Seq. v. cum *μηδαμῶς, μὴ, μηδ.* n) fupplendum etiam *λακήσῃς. Brunck.*

587. (585. K.) Herodotus in Clione [I, 87. vbi cf. Weffel.] *ἐνθαῦτα λέγεται ὑπὸ Λυδῶν — Κροῖσον ἐπιβώσασθαι τὸν Ἀπόλλωνα ἐπικαλεόμενον, εἴ τι οἱ κεχαρισμένον ἐξ αὐτοῦ ἐδωρήθη, παραστῆναι, καὶ ῥύσασθαί μιν ἐκ τοῦ παρεόντος κακοῦ.* Scholiaftes Comici hic meminit Homerici verficuli o): *εἴ ποτέ τοι χαρίεντ' ἐπὶ νηὸν ἔρεξα*, qui exftat Il. *α*, 39. vbi Chryfes loquitur. *Bergl.*

588. Nefcio quomodo Inv. fcribere potuerit vulgo deeffe part. *γε.* Legitur certe in omnibus edd.

589. Verfum hunc oportet effe primo huius ftrophae fimilem, i. e. trochaicum tetrametrum integrum, fed claudicat tamen. Vt fulciatur, legerem: *ἔν γε τῷδε πράγματι.* Sic et verfu proximum fequente legerem: *ἀντιβολοῦσ' ἡμῖν γε. Fl. Chr.* Non differunt ab impreffis codices in huius verfus fcriptura, quae mendofa eft, vt e corruptis numeris liquet p). Verfus eft, feu potius effe debet, tetrameter trochaicus, quem vides in quinto pede claudicare. Legi poffit: *τοῦτο μὴ φαῦλον νομίζων τουτωῒ τῷ πράγματι*, fuppreffa fcilicet praepofit. *ἐν*, quae pro gloffa adfcripta mendae originem dediffe videtur: fed mallem:

---

m) *λακήσεται* fcil. Mercurius. Medium pro Act. adhibuit metri caufa. *Werdet ihr das nicht thun, fo wird er laut ausrufen, den Jupiter rufen. Reisk.*

n) Contra metri leges hunc ordinem inuertit Inv. et e Rav. dedit: *μὴ, μηδαμῶς, μηδαμῶς.*

o) Ex Homero: *εἴ ποτε — ἔρεξα.* Eft autem iftud commemoratio beneficii, vel potius exprobratio, vt ait Comicus Afer latinae dictionis elegantisfimus [Ter. Andr. I, 1, 17.]. *Fl. Chr.*

p) *νόμισον reputa*, legit Reisk. fed ita quid lucretur verfus non apparet.

κεῖνο μὴ φαῦλον νομίζων τουτωῒ τῷ πράγματι q). *Brunck.*

591. 92. Vulgo ſic legitur hic verſus [590. Br. 589. K.], numeris foedisſime corruptis: *μὴ γένῃ παλίγκοτός τις ἀντιβολοῦσιν ἡμῖν γε.* In B. voculae *τις* et *γε* non comparent, quas a mala manu inſertas fuiſſe, nemo non ſtatim videt. Invenuſtus fuit homo, qui talem ſcabiem Comico affricuit. Compellatio *ὦ 'ναξ* a choro repetita quia iam erat in praecedenti verſu, imprudens omiſit librarius: eam ſi reponas inque ſuum ordinem voces, elegantisſimum habebis octonarium: *ἡμὶν ἀντιβολοῦσιν, ὦ 'ναξ, μὴ γένῃ παλίγκοτος. Brunck.* Praeſtat diuiſio verſus auctoritate cod. Rav. facta. Sed Hermann. de Metr. p. 562. praeterea emendat:

μὴ 'πίκοτος ἀντιβολέ-
ουσιν ἡμῖν γένῃ
ὥςτε —

594. (592. Br.) *χάρισαι φιλανθρωπότατε* [vt Br. ed. probante Herm. l. l.]. In B. *χάρισαι, ὦ φιλ.* — Vulgo: *χάρισ' ὦ φιλ.* Inutilis interiectio gloſſema eſt et eiici debuit. *Brunck.*

597. (594. K.) *Πεισάνδρου.* Per ironiam, vt putat Schol., huius tanquam bellicoſi meminit, quia tanquam timidus notetur a plerisque. Sane et a Noſtro Avv. 1555. *ἔνθα Πείσανδρος ἦλθε δεόμενος ψυχὴν ἰδεῖν, ἣ ζῶντ' ἐκεῖνον προὔλιπεν. Bergl.*

599. In Avv. 854. *προςόδια μεγάλα, σεμνὰ προςιέναι θεῶν. Bergl.*

401. (598. K.) *ἀγαλοῦμεν.* Videtur Schol. legiſſe ſuperius *ἀγλαοῦμεν.* Sed *ἀγάλλειν* melius. Eſt enim *ornare* et *mactare laudibus:* quanquam vna vtrique originatio: ſed traiiciuntur ſaepe litterae. Vſus autem eſt tautologia, cum ait *ἀεί:* dixerat enim *διὰ παντός r).* Sed voluit fortasſis oſtendere beneficium memorabile neque intermoriturum. *Fl. Chr.* Scholiaſtes Eurip.

q) *ἐν τῷδε τῷ πράγματι.* Scholia: *ἐν τῷ λαβεῖν ἡμᾶς εἰρήνην, vt pacem conſequeremur. Bergl.*

r) Hunc pleonasmum, qui apud Atticos non infrequens eſt in voc. *ἀεὶ* illuſtrat Porſon. ad Eurip. Phoen. 1422.

Mede. 1027. citat hunc, vt videtur, Comici locum. Verba eius ſunt: *Φρύνιχος ἀγῆλαι ἀντὶ τοῦ εὔξασθαι. καὶ παρὰ Ἀριστοφάνει· Διὰ παντὸς, ὦ δέσποιν', ἀγηλοῦμεν ἡμεῖς σ' ἀεί. Καὶ Ἕρμιππος Ἀρτοπώλισι· φέρε νῦν ἀγήλω τοὺς θεοὺς ἰοῦσ' ἔσω.* Male autem legitur in iſto loco *ἀγηλοῦμεν* pro *ἀγαλοῦμεν*. Qui error inde eſt ortus, quia et ap. Eurip. eſt *ἀγῆλαι* et in loco Hermippi *ἀγήλω*, nempe in aor. primo Infin. et Coniunct. Putauit enim librarius ſimiliter *ἀγηλοῦμεν* ſcribendum eſſe: male autem, quia verba in —*αλλω* tantum in Aor. 1. Act. et Med. vocis mutant *α* in *η*. Male etiam ibi legitur *δέσποινα*, vt quilibet videt; ſi iſte eſt locus, quem citat. *Bergl.* *δέσποτ', ἀγαλοῦμεν ἀεί.* Sic recte A. vt edd. omnes vett. In B. *ἀγαλοῦμεν ἡμεῖς ἀεί.* Neſcio vnde iſtud *ἡμεῖς* in Kuſt. edit. venerit *s*), anne e Vat. cod. an ex Eurip. Schol. ad Mede. 1034. Vndecunque ſit, eſt a mala manu. Paeonicus hic verſiculus dimeter eſt, vt reliqui omnes in hoc cantico paeonici. *Brunck.*

404. (401. K.) Tangit omnino mores Athenn., rapto et furto gaudentium, quique ſciunt, quae bona ſunt, ſed facere nolunt. *Fl. Chr.* Fures venerari deum furum par eſt. *Bergl.*

406. Pasſiue h. l. vſurpatur *ἐπιβουλεύεται, ſuſcipitur clam.*

409. Optimus et doctisſimus vir, Nicol. Faber, Pariſienſis, qui Senecae vetuſtate laborantis et ruentis audit iamdudum refector et tibicen, perſuaſit mihi aliquando, vt mutarem *τὸ ὑμῖν* in *ἡμῖν*. Quam ego lectionem hominis cauſa iudicio multum valentis et me longe ſuperantis lubenter amplector. Etſi defendi poteſt altera *t*), quod dixerit paulo ante indicaturum ſe facinus magni momenti, quod concipitur aduerſus deos omnes. *Fl. Chr.*

411. (409. Br.) *ἵνα τί δὲ τοῦτο δρ.* Sic bene ſcri-

---

s) Eſt etiam in Rav. ſed gloſſema redolet. Tuetur tamen auctor Append. ed. Ox. Toup. Emm. in Suid. IV. p. 496.

t) Imo vnice neceſſaria eſt lectio *ὑμῖν* tum ob v. 406. tum ob v. 412.

ptum in A. vt Aldus edidit *v*). In B. *ἵνα τι δὴ*, quam mendoſam lectionem imperite invexit Ant. Fracinus. In Bern. Iuntae edit., ſaluo quidem metro, ſed praua vocum collocatione: *ἵνα δὲ τί τοῦτο* — *Brunck*. Scriptura cod. Rav. *ὅτιὴ νὴ Δία*, recte ab Inv. vulgatae *ὅτι νὴ τὸν Δ.* eſt praelata.

413. Barbari Solem et Lunam maximopere colunt. Propterea Delo et Epheſo pepercerunt, cum Graeciam vaſtarent. Sol enim Apollo, Diana Luna. Tamen apud Curtium lib. 4. [c. 10. §. 6.] Sol eſt Graecorum, Luna Perſarum. Hic vero bonus ciuis Ariſtophanes tacite innuit, creſcere barbaros ex inteſtina Graecorum discordia, et hos in perniciem ruere, illos in floris cacumen ſurgere. Nihil enim eſt, quod magis regni aut populi res infirmet, ac ſeditio ciuilis aut popularis, vt praeclare maximus philoſophus cenſuerit in Politicis hanc ſententiam: *ἀσθενὲς τὸ στασιάζον*. Hac profecto imagine compelli debuit noſtra Gallia, ad quam vere referre posſumus, quod ſapientisſimus heros, diuus *Iulius Caeſar Scaliger*, de Italia cecinit hoc verſiculo: *Haec vt ſibi ne ſeruiat, exterisne ſeruit? Fl. Chr.*

415. *τελετὴ* eſt proprie *θυσία μυστηριώδης*. Phot. Lex. p. 422. add. Suid. h. v. Etym. M. p. 757. Zonar. II. p. 1718. ſed h. l. *τελεταὶ* videntur omnino ſacra, ſacrificia, eſſe, vt v. 421. omnino ſunt ſolemnia, feſta ſacra.

416. *παρεκλεπτέτην*, in tertia duali, vt ſenſus flagitat. Inepte vulgo *παρεκλέπτετον*. In vtroque cod. verbum eſt in tertia plurali, ſyllaba deficiente, *παρέκλεπτον*. *Brunck*. Alludit ad eclipſes et ſigna, quae tempore belli Peloponnes. notata ſunt, ſed ludit cum de rebus, quae neceſſario et ſecundum naturam fiunt, *κλέπτειν* vſurpat. Sic cum ait *ἁρματωλίας*, delicta et furta Athenn. intelligit, et voluit *ἁμαρτωλίας*, quas per

v) *Reisk.* iam coniecerat: *ἵνα τί δὲ τοῦτο δρ.* De ipſa ſtructura form. *ἵνα τί*, quae elliptice ponitur, v. Hermann. ad Vig. p. 849. In v. anteced. ne copula deſit, (quum antea *ἐπιβουλεύουσι* vulgo legatur) Porſon. ad Eurip. I. p. 106. ed. Lips. monet conici poſſe *τ. βαρβάροις τε* vel *προδιδόναι* quod ab *ἐπιβουλεύουσι* pendeat, ſed quia Rav. v. 409. exhibet *ἐπιβουλεύοντες*, (quod recepit Inv.) mavult ibi *ἐπιβουλεύοντε* ſcribi.

Lunae currum curſumque innuit. *Fl. Chr.* Senſus: haec igitur cauſa eſt (ταῦτα pro διὰ ταῦτα) cur dudum partem dierum ſuffurati ſint et (iniqua) aurigatione (ὑφ᾽ ἁμ. pro διὰ de quo vſu praep. ὑπὸ v. Fiſcher. Anim. ad Well. IV. p. 276.) orbis (dierum noctiumque) partem rodendo abſumſerint (dies imminuerint).

417. (415. Br.) ὑφ᾽ ἁρματωλίας. Paronomaſia pro ὑφ᾽ ἁμαρτωλίας. Schol. δέον εἰπεῖν, ὑπὸ ἁμαρτίας, ἀντὶ τοῦ ἁμαρτάνοντες, εἶπεν ὑφ᾽ ἁρματωλίας, ἀντὶ τοῦ, φειδόμενοι τῶν ἁρμάτων αὐτῶν. Ἄλλως· τῆς τῶν ἁρμάτων ἡνιοχείας. Confer finem parabaſis Nubium. *Brunck.* Nempe miſcet voces ἅρμα et ἁμαρτωλία, vt ſignificet *vitioſam aurigationem x*). Sic in Avv. 1562. voce λαῖμα comprehendit αἷμα et λαιμόν, vt ſignificet ſanguinem e gutture fluentem. *Bergl.*

420. (417. K.) Inter omnimoda commoda, quae Pax inuehere ſolet, etiam ſunt ludi et ſpectacula, quae exhibet. Talem Pacem deſcribit Homerus Il. *Ο*, [imo *Σ*, 491. ſſ.] per priorem vrbem, quam ſculpſiſſe Vulcanum ait in Achillis clypeo. Hic autem graecus Scholiaſtes cenſet, magnas illas Quinquatrias *y*) (agebatur enim quinto quoque anno, et fruſtra eſt Chariſius [lib. I. p. 362. Putſch. Gramm. Lat. vett.] qui *quinquare* pro luſtrare accipit) ſic [μεγάλα] vocari ad gratiae amplificationem, non ad differentiam minorum. In quo fugit eum ratio, nam et *magna* dicebantur et *parua z*): μικρῶν Παναθηναίων meminit Menander Hypobolimaeo, citante Suda [Suid.]. Sic magna et parua erant Theſmophoria ex Theſei inſtituto, de quibus legendi Plutarchus et Arnobius. *Fl. Chr.*

421. τὰς τῶν θεῶν. Ad Cererem et Proſerpinam,

---

x) Ap. Zonar. I, 299. ἁρματωλία explicatur ſimpliciter ἡ τῶν ἁρμάτων ἡνιοχεία. Neque vero illa paronomaſia certa eſt.

y) Haec vocab. forma in Lexicis deſiderata occurrit ap. Diomed. Gramm. p. 515, 5. Putſch. ſed altera, *quinquatrus*, vſitatior eſt.

z) De hoc gemino feſto copioſius egit Meurſius ſingulari libro (T. VII. Gronov. Thes. Antt. gr.) et poſt eum antiquitatis graecae inprimis Atticae ſcriptores.

quae *Κόρη* dicitur, referunt graeca Scholia: ſed ego putem generaliter ad omnes deos. *Fl. Chr.* Id quod ſequentia confirmant.

422. (420. Br.) *Μυστήρι' Ἑρμῆ.* Sic codd. et vett. edd. non interpoſita distinctione *a*). *Ἑρμῆ* eſt in tertio caſu: nec mirum *b*), ſi, quod ſubſcribi debuit *ι*, non eſt in primariis edd., quum perpetuo in codd. omittatur. *Brunck.* *Διϊπόλει.* Vt Mineruae praecipuum honorem et cultum Athenienſes tribuebant, ſic magnum Iovi, quem inter alia cognomina venerabantur *Πολιέα* ſ. *Πολιοῦχον* (et Minerua etiam hac laude indigitabatur. Hinc dies ei ſolennes Pandia, Diaſia, Diipolia, quae peragebantur 14. die Scirrophorionis menſis. Ac Diipolia *c*) iſta erant imitamenta, vt ait Schol., vel, vt ait Heſych., monumenta *τοῦ πελάνου καὶ τοῦ βοός.* Hoc quale ſit, diſerte deſcribitur a Pauſania in Atticis [I, 24, 4.]. Ait enim in Poliei Iouis ara hordeum tritico permiſtum (*πέλανος* eius generis erat) appoſitum bovemque ad ſacra comparatum accedere ad aram et fruges illas attingere. *Fl. Chr.*

424. Alias Apollo et Hercules dicuntur *ἀλεξίκακοι.* *Bergl.*

426. Porrigit Mercurio, dum haec dicit, auream phialam.

427. Muneribus placari etiam deos, teſtatur illud: *δῶρα θεοὺς πείθει.* Hic praeter exſpectationem dixit *ἐλεήμων τῶν χρυσίδων d*) pro *ἥττων.* *Semper,* inquit, *vincunt me aurea munera.* Sed exſpectabatur aliud, nempe: *miſeret me ſemper vrbium aut hominum.* Vt autem argenteae phialae *ἀργυρίδες*, ſic aureae *χρυσίδες* vocatae antiquitus: vel per *ὑποκορισμὸν* dixit pro auro, vt in Babyloniis idem Comicus *χρυσιδάριον* vſurpauit *ἀντὶ τοῦ χρυσοῦ.* Solent enim, quod ſuauisſimum eſt,

---

a) Nam vulg. erat: *Μυστήρι', Ἑρμῆ, Δ.*

b) Magis mirum videri poteſt, quod, quum praeceſſiſſet *σοι*, ſequatur *Ἑρμῆ.*

c) Et neutro et femin. genere dicuntur. v. Zonar. I, p. 518. 525.

d) Pendet hic Genit. ab omiſſa part. *ἕνεκα.*

ὑποκορίζεσθαι. Vnde apud Tranquillum in vita fatui imperatoris: *Rogo, inquit, quid dulcius offula* e)? Tamen altero fenfu χρυσίδας vfurparunt Pherecrates et Cratinus, fed tamen fufpicor allufum ad meretrices. Nam Chryfis nomen puellare Comicum fatis notum, et Venus ipfa χρυσῆ dicitur; imo, fi credimus Hefychio, indigitabatur in Cypro et Chalcedone Venus ἐλεήμων. Notat Sudas (Suid.) h. l. τὸ ἐλεήμων effe trifyllabum et contrahi ε cum η. Quod notaffe fupervacuum eft; neque enim tam religiofe numeris fe adftringit liberrimus Comicus, vt anapaeftis curet parcere in hac fede, quibus frequentius vtitur, quam ipfis iambis. Sed obfervatio Graeculi cuiusdam eft fcholaftici, fyllabarum captatoris, aut quem dicemus effe ipfum Sudam? Nam mihi nomen Sudae vel Suidae barbarum videtur neque fcio, an hac appellatione aut Lexicon aut viri nomen intelligatur. Feciffet faltem, quod his temporibus bibliothecarum confarcinatores facere amant, vt ipfe vitam fuam patriamque fuo de claris viris catalogo alphabetico recenfuiffet. Sane enim notorem non habet, quod fciam. *Fl. Chr.*

428. Sequuntur quinque trochaici tetrametri catalectici, quorum ἔκθεσιν fequuntur iambici duo; mox verficuli duo, alter ex duobus fpondeis, alter ex binis trochaeis; poft redit ad iambicos. Legerem autem potius: ὑμέτερον δ' ἐντεῦθεν vel ὑμὸν ἐντεῦθεν. Fecit autem Ariftophanes Mercurium ftatim confilium prius mutantem et contra quod pertendebat de Pacis extractione follicitum, vt oftendat eum victum a patera aurea. *Fl. Chr.* Non opus eft part. δ'. Sermo nunc a Trygaeo conuertitur ad chorum.

431. φράζε δημιουργικῶς. Idem quod fupra 305. φράζε κἀρχιτεκτόνει. Scholia ad Eqq. 647. κοινῶς κ. τ. λ. „Vulgariter δημιουργοὶ vocabantur, qui publica munia obirent; aliquando etiam architecti, vt in Pace δημιουργικῶς pro τεκτονικῶς.“ Gloffae: δημιουργὸς, moderator. *Bergl.* κακοὶ v. feq. funt fegnes, ignaui.

e) Verba ap. Suet. Claud. 40. funt: *Rogo vos, quis poteft fine offula vivere?*

433. In Acharn. 1062. ὕπεχ' ὧδε δεῦρο τοὐξάλειπτρον, ὦ γύναι. *Bergl.* Nempe infundere vult, quod litetur; itaque eum ſubtus exhibere iubet phialam.

434 (431. K.) φιαλοῦμεν. Verbum hoc videtur quibusdam ab Ariſtoph. nouatum; ſed non ita eſt: nam antiqui vſurparunt pro ἐπιβαλεῖν τῷ ἔργῳ, cum accingunt ſe ad opus. Hom. αὐτὸς γὰρ ἐφίηλεν τάδε ἔργα *f*). Idem Comicus noſter in Vesp. [1348. Br.] οὐδὲ φιαλεῖς οἶδ' ὅτι, etſi illic intelligitur Cacephaton. Grammatici φιάλην dictam putant quaſi πιάλην *g*), quaſi liceat inde πιεῖν ἅλις. Ego putem φιαλεῖν primum dictum de libatione phialae, inde traductum ad opus quodlibet, quod qui incipit videtur delibare. *Fl. Chr.* Pro ἐφιαλοῦμεν ab ἐπιάλλειν, quod eſt ex ἐπὶ et ἰάλλειν, τὸ βάλλειν· et occurrit ap. Hom. αὐτὸς γὰρ ἐφίηλε — qui locus citatur a Schol. ad Vesp. 1339. Simul autem alludit ad φιάλην, quam dono acceperat, quaſi dicat: *vt phiala bibamus.* φιαλεῖν τὸ τῇ φιάλῃ πιεῖν, inquit Schol. ad Vesp. l. c. *Bergl.* Scribe cum Euſtath. ἔργῳ 'φιαλοῦμεν. V. not. ad Vesp. 1318. *Brunck.* τοῖσιν θεοῖς. Sic bene A. quod absque codice etiam reponi poterat. Vulgo, claudicante verſu, τοῖσι θεοῖς. *Brunck.*

437. τὴν νῦν ἡμέραν. Veriſimile eſt, reſpexiſſe Comicum ad Meleſippi comminationem, qui ſub initium belli Peloponneſiaci, cum legatus eſſet miſſus Athenas a Lacedaemoniis, neque perſuaſiſſet Athenienſibus, disceſſionem fecit dixitque in finibus terrae Atticae [Thuc. II, 12.]: Haec dies multas et maximas clades inuehet omnibus Graecis. Nunc orationem illam mutat in melius Ariſtophanes, et tantum boni emerſurum ſperat ex Pacis conciliatione, quantum antea mali ominatus erat ex bello Meleſippus. *Fl. Chr.*

438. (436. Br.) Perperam in A. πᾶσι καλῶν κἀγαθῶν. V. ad Thesm. 351. *Brunck.*

439. (436. K.) χώστις πρ. ξυλλάβῃ [vt Br. ed.]. Sic

---

f) At in Hom. Od. 22, 49. eſt: οὗτος γὰρ ἐπίηλεν τ. ε. et hoc ducitur ab ἐπιάλλω ſ. ἐφιάλλω.

g) Cf. Etym. M. V. Φιάλη et Zonar. II. 1810.

bini codd. Vulgo: χ' ὅςτις πρ. ξυλλάβοι h). Per Atticam crafin καὶ ὅςτις coalefcit in χὥςτις, vt καὶ ὁ in χὠ, καὶ ὅπως in χὤπως, aliaque huius generis multa. Male infra 672. diuifim excufum fuit χὥς τις, quod leue vitium e prioribus [in Br. et Inv.] remanfit. Sic καὶ ὅσον coalefcit in χὤσον, quod reponendum in Thesm. 747. σχεδὸν τοσοῦτο, χὤσον ἐκ Διονυσίων. Eadem, qua hic menda Kufterus ediderat χ' ὅσον. Ego vero male e vett. libris καὶ ὅσον. *Brunck.* ξυλλάβοι, quod Rav. tuetur, eft: prehenderit, attigerit.

442. σκαλεύοντ' ἄνθρακας *ventilantem i) carbones,* vt folent, qui in agris funt. Nam dum glandes torrent, mouent carbones. Fortasfis autem per ἄνθρακας innuit τὸ γυναικεῖον αἰδοῖον. Nam et *glans* vocatur τὸ τοῦ ἀνδρός et huic nequitiae proprium verbum eft τὸ σκαλεύειν, vt et *fodere* Latinum, quod a Grammaticis exponitur ἀκολασταίνειν. Sic etiam σκαλαθύρειν pro συνουσιάσαι, et vfus eft poeta nofter in Concionatricibus. Sane non abeft, quin fub vtraque voce lateat obfcoenus fenfus, vt et mox, cum ait κριθάς. *Fl. Chr.* In Acharn. 1015. τὸ πῦρ ὑποσκάλευε. Sed aliquid obfcoeni videtur latere fub σκαλ. ἄνθρ., vt Schol. putat: ἢ τὸ γυναικεῖον αἰδοῖον ἄνθρακας λέγει. Sane et σκαλαθῦραι, quod eiusdem eft cum σκαλεύειν originis, obfcoenum eft in Eccl. 611. quem locum citat Florens. *Bergl.* Infin. διάγειν ab εὐχώμεθα pendet et μὰ Δί' ἀλλὰ eft, *imo.* Perperam enim haec ita verterunt: edepol ne clypeum fumam, fed in pace potius degam aetatem —.

443. Chorus et Trygaeus, amoebaeae perfonae, non bellicofos fed belli caufas infectantur fatyrice. *Fl. Chr.*

445. (442. K.) Telorum fpicula ἀκίδες k). Sed quorfum his diris belli faces diuidit, cum Lacedaemonii non fint τοξόται, fed ftataria magis pugna gaudeant?

---

h) Hic ξυλλαβεῖν non eft *adiuuare*, vt antea, fed *comprehendere.* Nam apud antiquos duplicem habebat fignificationem, vt notat Sudas [Suid.]. *Fl. Chr.*

i) *fodicare* reddunt Intpp. latt., *fuscitare carbunculos* Fl. Chr.

k) v. Zonar. I. p. 104.

fortassis quemuis *mucronem* intelligit. Ὀλέκρανα autem vocat flexuram brachii in acumen desinentem, quam *cubitum* vocamus, quia hac parte cubamus. Dicta sunt quasi τῶν ὠλένων κρανία l), *vlnarum capita*. A flexura illa etiam dicti ἀγκῶνες. Corrigendus ea voce Hesychius, apud quem legitur ὠλέκρανα, ἀγών. Tu repone ἀγκών. *Fl. Chr.* Hesychius m): ὀλέκρανα, οἱ πήχεις, τὰ ἐπὶ τῶν ἀγκώνων ὀστᾶ. καὶ ὀλέκρανες, τὰ αὐτά. *Brunck.*

448. οἷά περ Κλεώνυμος, id est, fiat ῥίψασπις n). In Nubb. 352. Κλεώνυμον τὸν ῥίψασπιν. Hic in Pac. 677. (678.) de isto: εἰ γάρ ποτε ἐξέλθοι στρατιώτης, εὐθέως ἀποβολιμαῖος τῶν ὅπλων ἐγένετο. *Brunck.*

449. (447. Br.) δορυξόος [vt Br. ed.]. Sic in edit. Bern. Iuntae et apud Suidam est, qui hunc versum citat in Δορυξόος. Vulgo δορυξὸς, quae forma rarior occurrit v. 1213. sed ex metri necessitate o), vt minus mirer damnatam eam fuisse auctori Etymol. M. p. 283. δορυξόος, ἐκ τοῦ δόρυ καὶ τοῦ ξέω· οὐδεὶς δὲ λέγει Ἑλλήνων δόρυξος, ἀλλὰ δορυξόος. καὶ κατὰ συγκοπὴν, δόρυξος· ἔστι δὲ τόπος, ὅπου ξύονται τὰ δόρατα. *Brunck.* κάπηλος ἀσπίδων. De cocionibus intelligit, quos μεταβολεῖς, i. e. *permutatores* vocant (olim enim *permutare* erat *vendere*), neque accipiendum de clypeorum artificibus, sed de iis, qui ab illis accipiunt, vt pluris vendant. *Fl. Chr.*

450. ἵν' ἐμπολῇ [vt Br. ed.]. Sic scriptum in A. et fuerit a themate ἐμπολέω, quod agnoscit quidem Henr. Stephanus in Thesauro: sed illud vereor vt sit sincerum. ἐμπολάω est ap. Comicum Thesm. 452. Vesp. 444. Sophoclem Antig. 1037. κερδαίνετ', ἐμπολᾶτε τὸν

---

l) Ap. Bergl., qui haec e Fl. Chr. repetit, est: — τῶν ὀλενῶν κρανία (vt inquit Scholiastes), id est, vlnarum capita, etc.

m) Add. Phot. p. 239. vbi ὠλέκρανα in textis est, sed sub o, et Zonar. II, 1885.

n) Cleonymum hanc ῥιψασπίδα non hoc solum loco, sed inferius etiam naso suspendit adunco, etiam exagitatum in fabulis Vespp. et Nubb. *Fl. Chr.*

o) Quod scripsi, *rariorem formam* δορυξὸς *occurrere* v. 1213. (1211.) *ex metri necessitate*, falsum est. Nam quod illic legitur δορυξῶν, id ipsum est e recto δορυξόος, contracto nimirum pro δορυξόων. *Brunck.* in Suppl.

πρὸς Σαρδέων ἤλεκτρον. Trachin. 93. *κέρδος ἐμπολᾷ.* Formam quam imprudens hic recepi, nescio an in poëtis Atticis occurrat. Reponenda itaque cod. B. et impressorum lectio, *ἵν' ἐμπολᾷ.* *Brunck.* Sinceram hanc lectionem, quam temere mutaueram, adstruunt Piersono obseruata ad Moeridis glossam [p. 156.]: *ἐμπολήσαντες, Ἀττικῶς· ὠνησάμενοι p), Ἑλληνικῶς.* *Idem* in Suppl.

451. Vid. not. ad Nub. 7. *Brunck.*

452. *κἤν τις — ξυλλάβῃ* [vt Br. ed.]. Soloece q) vulgo: *κεἴ τις μ. ξυλλάβῃ.* *Brunck.* *στρατηγεῖν βουλόμενος.* Hoc tam in Cleonem, qui Thracicam expeditionem ambiuit, quam in Alcibiadem dictum est. Maximus Tyrius: *ἐπιθυμεῖ Κλέων Σφακτηρίας, Θράσυλλος Ἰωνίας, Ἀλκιβιάδης Σικελίας.* Sed praecipue in Alcibiadem, qui iuuenis admodum *ὡς ἐν ἄλλῃ πόλει*, vt ait Thucydides sexta *συγγραφῇ* [c. 15.], bellum Siculum mouit, tempore belli Peloponnesiaci, vt videre est apud Iustinum. Quin vt imperator crearetur in classica illa expeditione persuasit facile belluae illi multorum capitum, quamuis renitente Nicia collega, cui cum Lamacho post Alcibiadis transfugium commissa postea fuit summa totius belli. Sane ipse Alcibiades in ea demegoria, quam habuit ad Athenienses, scriptore et auctore principe illo historico, et qua Niciae orationi, qua se punctum et laesum agnoscit, respondet, in ipso statim principio sibi deberi praeturam imperiumque audacter pronunciat his verbis, quae, ne corrupta legas cum scholiis graecis, apponam [Thuc. VI, 16.]: *καὶ προσήκει μοι μᾶλλον ἑτέρων, ὦ Ἀθηναῖοι, ἄρχειν, (ἀνάγκη γὰρ ἐντεῦθεν ἄρξασθαι, ἐπειδή μου Νικίας καθήψατο), καὶ ἄξιος ἅμα νομίζω.* Quae vero Nicias in Alcibiadem dixerat confusa et inemendata apud eumdem Schol. sic lege [Thuc. VI, 12.]: *εἴτε τις ἄρχειν ἄσμενος αἱρεθεὶς παραινεῖ ἐκπλεῖν ὑμῖν τὸ ἑαυτοῦ μόνον σκοπῶν ἄλλως τε καὶ νεώτερος ὢν ἔτι εἰς τὸ ἄρχειν, ὅπως θαυμασθῇ μὲν ἀπὸ τῆς ἱπποτροφίας, διὰ δὲ πολυτέλειαν καὶ ὠφεληθῇ τι ἐκ τῆς ἀρχῆς,*

---

p) Vulg. ibi: *ὠνήσαντες*, sed ita corrigendum esse docuerunt edd.

q) Nam apud Atticos *εἰ* non construitur cum Coniunct. ne in *ἀνυποτάκτοις* quidem. v. Hermann. ad Vig. p. 831. ed. sec.

μηδὲ τούτῳ ἐμπαράσχητε τῷ τῆς πόλεως κινδύνῳ ἰδίᾳ ἐλλαμπρύνεσθαι. Qui Sudam [Suid.] voce *Σίφνιοι* consulet, quaedam ex hac hiftoria temere illuc inferta deprehendet et magnam verborum confufionem. *Fl. Chr.* Haec in Alcibiadem tendere putat Schol., qui Athenienfes impulit ad expeditionem in Siciliam fuscipiendam citatque locum Thuc. ex L. VI. apud quem Nicias haec in Alcibiadem dicit: *εἴ τε τις ἄρχειν κ. τ. λ.* De talibus, qui gloriam fibi aut emolumentum quaerentes bella mouent, Euripides in Suppl. 232. *οἵτινες τιμώμενοι Χαίρουσι, πολέμους τ' αὐξάνουσ' ἄνευ δίκης, Φθείροντες ἀστούς, ὁ μὲν ὅπως στρατηλατῇ, Ὁ δ' ὡς ὑβρίζῃ δύναμιν εἰς χεῖρας λαβών, Ἄλλος δὲ κέρδους οὕνεκ', οὐκ ἀποσκοπῶν Τὸ πλῆθος εἴ τι βλάπτεται πάσχον τάδε.*

453. *δοῦλος αὐτομολεῖν.* Thucydides l. V. [c. 14.] dixit *αὐτομολούντων τῶν Εἱλώτων,* i. e. transeuntibus ad hoftes; funt enim *αὐτόμολοι* transfugae, et qui ad barbaros fugiunt, vt recte Sophocles in Phaedra dixit: *αὐτομόλως*, i. e. proditorie *r*). Pherecrates fabulam docuit hoc titulo. Talis vero videtur fuiffe Alcibiades, qui *ἑκὼν ἔφυγεν,* i. e. *ηὐτομόλησεν*, quemque hic feruum vocat vel propter fugam vel propter Coefyram, quae Megaclem filium habuit, quaeque ferua exiftimata fuit: nam propterea feruum vocari Alcibiadem autumat Scholiaftes graecus *s*). Et tamen reperio Coefyram fuiffe

---

r) v. Brunck. Lex. Soph. V. *Αὐτομόλως.*

s) Super his verbis fic ariolatur Schol.: *πάλιν πρὸς Ἀλκιβιάδην, ἐπεὶ πρὸς Λακεδαιμονίους φυγὼν αἴτιος ἐγένετο τοῦ Δεκελείαν αὐτοὺς ἐπιτειχίσαι.* Nullam habet rationem temporis hic Scholiaftes. Nam haec multo poft euenerunt. Sequitur hunc errorem etiam Chriftianus. Sed fugae feruorum euenerant et Helotarum ad Pylum, vt teftatur Thucyd. lib. V. (*αὐτομολούντων τε τῶν Εἱλώτων*); et procul dubio etiam Athenis, dum Peloponnefii ad Acharnas et alios Atticae pagos caftra habebant. Quaecunque ad h. l. notavit Chriftianus, nullius funt momenti, et dum putat feruum *ηὐτομοληκότα* vocare, nugas agit; nec melior Schol., qui falfo fcribit Ariftophanem in Nubb. dixiffe, Coefuram effe feruam, et, vt vno verbo dicam, futilis omnino et nullius pretii eft ille Scholiaftes, quem procul dubio reieciffet Marcus Mufurus, fi huic editioni praefuiffet. Sufpicor quendam neotericum Graeculum tanquam antiqua fcholia fua

nobilem et vsque adeo ſuperbam, vt Eretrienſibus locum dederit dicto prouerbiali *κοισυρεῖσθαι*, quod eſt *μέγα φρονεῖν*. Sane Sudas (neſcio quibus auctoribus, non enim laudat) ſcribit, eam fuiſſe Megaclis et Lamachi matrem et Alcmaeonis vxorem, vnde Alcmaeonidae, gens Athenis nobiliſſima, quamuis Schol. in Ranis [imo Nub. 48. cf. ibi Not.] Piſiſtrati faciat vxorem. Ne multa; variant nimirum quantum boni auctores in huius proſapiae veritate indaganda, neque vllus veterum, qui de Alcibiade ſcripſerunt, verbum vllum de Coeſyra; quamuis feratur matrem habuiſſe, quae ancilla vel peregrina fuit, quod nomen poſtea aſtute expunxit, vt putem *τὸ δοῦλος* poſitum pro *ὡς δοῦλος*: ſervile enim eſt fugere, et *fugitiuus* pro ſeruo. Horatius [Epp. I, 10, 10.]: *Vtque ſacerdotis fugitiuus liba recuſo.* Bis autem fugere accidit Alcibiadi Ariſtophanis temporibus. De ſecundae fugae tempore digladiati ſunt hiſtorici, atque inter eos Andron et Xenophon. Sed hic de prima diſceſſione agi, facile adducor, vt credam vel ex optimo auctore Probo [Corn. Nepote] qui eius vitam caſtiſſime condidit. Nam eodem tempore cum ad Lacedaemonios transiſſet, auctor fuit iis Deceleae muniendae, quod munimentum res Athenienſium ita inclinauit vireſque fregit, vt tanquam obſeſſi viderentur. *Fl. Chr.*

454. *ἐπὶ τοῦ τροχοῦ* †). Qui fugerunt ſerui, aut furtum fecerant (haec enim duo vitia quaſi coniuncta et propria ſeruorum eſſe probra docuit in Paratitlis in Codicum opere arduo et perfecto non ſolum iuris Romani primarius interpres, ſed in omni ſcientiarum genere familiam ducens *Cuiacius*), flagrorum verberibus caedebantur ad rotam vincti; vnde verberones et maſtigiae. Hoc voluit Horatius in Satyra [imo Epp. I,

---

deliramenta nobis obtruſiſſe. Nam Marcus ille Muſurus, vir doctus, in ſeptem primas Comoedias tantum Scholia antiqua compilauit, numerando ſcilicet eodem ordine, quo editae ſunt, vt ad finem Scholiorum ad *Ὄρνιθας* ſcriptum eſt. *Palmer.* (Exercc. p. 745.)

†) In Plut. 877. *ἐπὶ τροχοῦ γὰρ δεῖ σε στρεβλούμενον εἰπεῖν, ἃ πεπανούργηκας. Bergl.*

16, 46. f.]. *Non furtum feci, nec fugi, ſi mihi dicat Seruus, habes pretium, loris non vteris, aio;* vbi *pretium* eſt pro mercede et benefactorum compenſatione, etſi vox illa in bonam et malam partem accipiatur et ſit *τῶν διττολογουμένων,* vt *ὑμνεῖν* apud Graecos. Catullus dixit [LXVII, 2.] *magno cum pretio atque malo,* quod Callimachus [Lav. Pall. 102.] *μισθῷ μεγάλῳ,* vbi Politianus: *mercede ingenti* dixit; mallem: cum pretio ingenti. Sed haec obiter dicta. Caeterum fugitivis ſeruis ad barbaros (quod fecit Alcibiades) cauit Imperator Conſtantius amputati pedis debilitatione et ad metallum datione, vt videre eſt lib. VI. Cod. Tit. 1. l. 3. Manus amputationem etiam adhibebant ſecundum criminis qualitatem, ſed furtum aut fugam non mors, non membri amputatio ſequebatur; poenae hae grauiores grauiora crimina perſequebantur, quamuis manus amputatio furtum, pedum amputatio fugam merito punitura ſit. *Fl. Chr.*

455. (452. K.) *ἰὴ Παιὼν, ἰή.* Hoc fuit *ἐφύμνιον* ſolemne, quo Apollinem laudabant. Originem eius acclamationis a Latona vsque petendam cenſent doctiores, quae cum imprudens propius acceſſiſſet antrum Pythonis ſerpentis, ne opprimeretur cum Diana et Apolline, puello iam ſagittis armato, animos fertur puello addidiſſe: *ἴε παῖ, ἴε παῖ,* monens vt tela in beſtiam mitteret. Hinc obtinuit mos (qui nunquam veteraſcens minuitur, ſed ſaepe cum Aſſyrio flumine *σύρφετον ἕλκει*), vt *ἰὲ παιὰν* dixerint. Sane inde *iamborum* origo *ἀπὸ τοῦ ἴειν καὶ ἀναβαίνειν* (vt recte cenſet vir incomparabilis et literati mundi Sol vnicus, Iulius Caeſar Scaliger), quia in mittendis telis inſurgere ſolent *τοξόται.* Ariſtophanes voluit ludere in verbis *Παιὰν* et *παίειν,* quia *παίειν caedere* eſt et bello magis proprium; vnde *pauire* latinum; *ἴειν* vero leuius; nam et pace mittuntur tela et ſagittandi ars exercetur: ſed in Paeonibus acclamabant *ἰὴ* vel *ἰώ. Fl. Chr.*

456. *ἄφελε τὸ παίειν.* Propter malum omen. Nam in bello caedunt et feriunt, a quo iſti abhorrent maxime. *Bergl.*

457. (455. B.) *ἰὴ τοίνυν, ἰή.* Sic B. omiſſa quae vulgo inſeritur particula. *Brunck.* Scil. vulg. eſt: *ἰή.*

ἰὴ τοίνυν γ', ἰὴ μ. λ. Corrupit metrum Inv. recipienda aberratione librarii Rav.: ἰὴ τοίνυν, ἰὴ, ἰὴ μ. λ. Sed γ' tamen delendum inde quoque patet.

458. (455. K.) Mercurium merito primum facit, quia auctor eſt et dux retrahendae Pacis fugitiuae. Sed non abs re meminit ſequentium numinum: ſunt enim coniuncta Paci et conuenientia, vt ὥραι, quae ſunt anni tempora quibus in bello nemo frui poteſt, neque mollibus (vt ait Maro) neque tempeſtivis. *Fl. Chr.* Ἑρμῇ, Χάρισι. Coniunguntur etiam Thesm. 308. εὔχεσθε ταῖν Θεσμοφόροιν, — καὶ τῷ Ἑρμῇ καὶ Χάρισιν. Subauditur autem hic in Pace εὔχεσθε aut εὐχόμεθα. *Bergl.* Χάρ. Ὥρ. Ἀφροδ. Etiam iſta coniunguntur ap. Athen. I. p. 36. Πανύασις δ' ὁ Ἐποποιὸς τὴν μὲν πρώτην πόσιν ἀπονέμει (primam potionem tribuit) Χάρισιν, Ὥραις καὶ Διονύσῳ, τὴν δὲ δευτέραν Ἀφροδίτῃ καὶ πάλιν Διονύσῳ, Ὕβρει δὲ καὶ Ἄτῃ τὴν τρίτην. *Idem.*

459. Ἄρει δὲ μή Chori ſunt, Trygaei μή vnicum. *Reisk.* Nemo asſenſus eſt, et recte.

Ἐνυαλίῳ. Distinguere videtur Martem ab Enyalio etiam Sophocl. in Ai. 179. ἢ χαλκοθώραξ ἤ τιν' Ἐνυάλιος μομφὰν ἔχων v). Scholia ibi: διαστέλλει τὸν Ἄρεα ἀπὸ τοῦ Ἐνυαλίου, ὡς ἕτερον δαίμονα ὑπουργὸν τοῦ μείζονος θεοῦ· καὶ δῆλον ἐκ τῶν συνδέσμων. δηλοῦται γὰρ ὁ Ἄρης ἐκ τοῦ Χαλκοθώραξ. Apud Comici Scholiaſtam hic notatur, ſecundum quosdam Enyalium eſſe Saturni et Rheae ſ. Opis filium, ſecundum quosdam Martis et Enyus; videri poteſt Heſych. in Ἐνυάλιος et ibi Schrevelii nota x). *Bergl.*

460. (457. K.) Apud Sudam [Suid.] κάλοις legitur y): vtrouis modo legas, nihil intereſt; idem ſem-

v) Sed locus ille nunc ita emendatus eſt, vt illi non distinguantur. v. Brunck. Lobeck. et Erfurdt. ibi.

x) Hinc apparet, non eſſe eumdem Martem et Enyalium; etſi hunc pro illius epitheto accipiant Grammatici: imo cenſent quidam Enyalium Martis et Enyus filium eſſe, alii Saturni et Opis. Sane Alcman haec [Vrſin. Fragm. Lyr. p. 71.] duo nomina interdum eadem, interdum diverſa facit. *Fl. Chr.*

y) Olim κάλως ſ. κάλῳς editum, quod iam Kuſt. mutauit.

per fenfus elicitur. *Fl. Chr.* Perperam in A. *ὑπότεινε δὲ δὴ πᾶς.* — *τοῖσιν κάλως.* Sic bene primariae edd. Nefcio cur Kuftero placuerit *κάλοις.* Eft hoc quidem in binis codd., fed praeferri debuit Attica forma. In Ran. 121. *ἀπὸ κάλω,* non *κάλου.* Eq. 756. *πάντα κάλων ἐξιέναι.* *Brunck.*

461. Sequitur ftropha verfuum XIIII. cui fimilem poft XIII. iambicos habes antiftropham. Primus et tertius verfus funt palimbacchii, fecundus paeon primus, quartus dactylicus duplex vel trochaicus *πενθημιμερὴς* vel *ἡμιόλιος* ex paeone quamuis in antiftropha fit creticus; quintus duplex palimbacchius; fextus et feptimus dimetri anapaeftici; octauus *ἑφθημιμερὴς ὅμοιος;* nonus et decimus paeonici ex creticis; vndecimus, XII. et XIII. anapaeftici dimetri mixtis iambis, imo et dactylis in antiftropha; decimus quartus octauo fimilis. Haec etfi obferuatu digna funt, tamen neque facilia neque vulgo placent z). Pauci enim funt, qui in numerato habeant veterem in metiendo et percutiendo rationem, fiue quia difficultate terrentur, fiue quia veteris Muficae, et per multa iam faecula, obliteratus vfus. Mihi femper erunt *καλὰ τὰ χαλεπά.* *Fl. Chr.*

462. *μάλ' εἶα* ad illud Petronii *μάλ' εἶα* (p. 559.) folennis erat haec formula excitandi, ftimulandi aliquem. *μάλα* notat *rurfus, magis, amplius, vltra, vlterius.* Medio quoque aeuo eam vfurpabant, *ultreja* dicentes. Landulphus Iunior Hift. Mediol. p. 475. ed. Murat. *Permouit iuuentutem Mediolanenfem cruces fuscipere et cantilenas de Vltreja, Vltreja cantare.* Et paulo poft: *Eamdem cantilenam de Vltreja, Vltreja, cantauerunt.* *Reisk.*

464. Non recte (cum cod. Rav.) *εἶα* ante *ἔτ.* deletum eft, quum ad v. 462. refpiciatur.

467. Si verfus hic anapaefticus eft dimeter, *τὸ οὐχὶ* [in vulg. *οὐχὶ οὐ ξυλλ.*] fuperuacat, nocetque metiendo verfui neque ad fenfum proficit; fufficit enim *τὸ οὐ.* Sic autem distinguo: *οὐ ξυλλήψεσθ', οἴ' ὀγκύλλεσθ', οἰ-*

---

z) Noftrum in his fequi Grammaticum metricum et cum eo faepe errare, in oculos incurrit.

μώξεσθ' etc. Niti fruſtra Boeotos ait vel potius niſum ſimulare per ſuperbiam quam ὄγκον vocat. Belli cupidos ita innuit vel foedifragos, cum eos velut pacis malignos extractores inſimulat. *Fl. Chr.* οὐ ξυλλήψεσθ'; οἵ' ὀγκύλλεσθ'. Sic optime B. Dimeter eſt anapaeſticus. Male in A. vt in primariis edd. οὐχὶ ξυλλήψεσθ'; In recentioribus vero peſſime: οὐχὶ οὐ ξυλλ. Suidas: ὀγκύλλεσθαι; ὑψαυχενεῖν καὶ ὄγκους περιβάλλεσθαι, σεμνύνεσθαι a). οἵ' ὀγκύλλεσθε, ἀντὶ τοῦ, οἷα ἐπερείδεσθε μὲν τῷ σχοινίῳ, προσποιούμενοι ἕλκειν, οὐχ ἕλκετε δέ. ἢ, τὸν ὄγκον περιβάλλεσθε καὶ ἀλαζονεύεσθε καὶ ὑπερηφανεύεσθε b). *Brunck.*

468. Ol. poſt ὀγκύλλεσθ' nota interr. poſita, tum editum οἰμώξεσθ' οἱ Βοιωτοί. Tacite emendauit *Brunck.*

471. Hermann. de Metr. p. 290. ob antiſtrophicum (499.) οἷς κακόνοι etc. legi iubet: ἀλλ' ἄγετόν γε, ξυνέλκετε καὶ σφώ. Neque enim iambo in ſyzygia anapaeſtica locus eſt.

472. ἐξαρτῶμαι eſt: me ex fune, quo extrahenda erat Pax, ſuspendo, ἐπεμπίπτειν autem Latt. verbo *incumbere* reſpondet.

475. ſ. Verſus hi vulgo videntur choro eſſe tributi, propter δεόμεθ'. Rectius conueniunt Trygaeo, cui ex Rav. ſunt adſcripti.

Λάμαχε c). Et hic, vt diximus, dux fuit cum Nicia et Alcibiade in Sicilienſi bello, vbi fortiter ſe geſſit occiſusque eſt in praelio. *Fl. Chr.* ἐμποδὼν καθήμενος. Ex Pherecrate ſumpſit, qui in Transfugis dixit de Argiuis iſtis, quos hic notat: ἐπαμφοτερίζουσιν ἐμποδὼν καθήμενοι. Sic enim verſum illum in Schol. emendo, et lego ἐπαμφοτερίζουσ' d). *Idem.*

476. μορμόνος. Habuit pro inſigni Lamachus Gor-

---

a) Eadem ap. Phot. Lex. p. 230. vbi ὀγκύλεσθαι ſcribitur.

b) Ab ὄγκος *tumor, ſuperbia. Bergl.* qui reddidit: quid ſuperbe tergiuerſamini? ſed Brunck.: vt turgentes ſimulato niſu operam fruſtramini.

c) Supra 304. ἡμέρα — μισολάμαχος. *Bergl.*

d) Poſtrema tria verba in ed. Kuſt. adiecta ſunt.

gonem *e*), quam et *Mormonem* vocat, qua voce *terriculamenta infantium* deſignantur: et *μορμολύκεια* vocabantur tragicae vel comicae deformes perſonae, vel teſte ipſo Ariſtophane, qui in Amphiarao dixit: *ἀφ᾽ οὗ κωμῳδικὸν μορμολύκειον ἔγνων.* Sic ap. Theocr. [XV, 40.] mater quaedam terrorem incutere conatur filiolo, cum ait: *μορμὼ, δάκνει ἵππος.* Et, ſi bene memini, Callimachus [Dian. 70. Del. 297.] dixit *μορμύσσεσθαι* pro *ἐκφοβεῖν.* Latini *Manias* et *Manducos* vocabant, vt paret ex Feſto [p. 222. 223. vbi v. Dacier.]. Sane Varro *Cuninam* et *Ruminam* lactentium deas inter *Manias* recenſet. *Fl. Chr.* In Acharn. 582. ad eumdem iſtum: *ἀλλ᾽ ἀντιβολῶ σ᾽, ἀπένεγκέ μου τὴν Μορμόνα.* Alludit autem ad Gorgonem, ſignum in clypeo illius. In Acharn. 1094. ad eumdem: *καὶ γὰρ σὺ μεγάλην ἐπεγράφου Γοργόνα. Bergl.*

477. *Οὐδ᾽.* Ita recte edd. Farr. et Brub. [etiam Fl. Chr.] Aldina autem et Iuntina et nupera [Kuſt.] *εὖ οἶδε* — *f*). *Bergl.* Argiui, quos a Laconibus Thyrea disterminat, caeterorum Graecorum rebus opimis tanquam inuidi macreſcebant et aduerſis creſcebant. Itaque nunc Athenienſium foederati erant, nunc Lacedaemoniorum, qui Argiuam fidem ſemper ſuſpectam habebant. Et merito. Nam Corinthiis auctoribus poſt ictum foedus commune Athenienſium et Lacedaemoniorum rebus nouis ſtuduerant et vero Peloponneſi imperium adfectauerunt. Itaque non mirum ſi ad pacis conciliationem ſegnes olim fuerint. Illud *πάλαι* videtur arguere, procliues poſtea fuiſſe ad pacis ſtudia amplectenda. *Fl. Chr.* [Hoc ex vſu v. *πάλαι* colligi nequit]. Appoſite haec dicuntur ad annum didaſcaliae a nobis aſſignatum. Nam anno 13. belli Pelop. pacem turbabant Argiui illato Epidauriis bello cum mille Athenienſibus auxiliariis. Thucyd. lib. 5. [61.]. *Palmer.*

479. *διχόθεν μισθοφοροῦντες.* Demoſth. c. Timocr. [T. I. p. 739. Reisk.] *ἐάν τις ἢ διχόθεν μισθοφορῇ ἢ ὀφεί-*

---

e) Ille igitur paci ineundae obſiſtere viſus eſt.

f) *εὖ οἶδε γ᾽ εἷλκον οὐδ. Ἀργ. π.* ſcribi voluit Toup. Cur. poſter. in Theocr. p. 24. ad Id. 15, 15. vbi *εὖ εἷλκων* legitur.

λων τῷ δημοσίῳ ἐκκλησιάζῃ ἢ δικάζῃ κ. τ. λ. Caeterum Argiui potuerunt et apud Lacedaemonios et apud Athenienſes ſtipendia mereri, quia vtrisque ex aequo fuerunt amici. Thucyd. lib. II. [c. 9.] *Λακεδαιμονίων μὲν οἵδε ξύμμαχοι· Πελοποννήσιοι μὲν οἱ ἐντὸς τοῦ ἰσθμοῦ πάντες, πλὴν Ἀργείων καὶ Ἀχαιῶν· τούτοις δ' ἐς ἀμφοτέρους φιλία ἦν.* Et Lib. V. [28.] *οἵ τε Ἀργεῖοι ἄριστα ἔσχον τοῖς πᾶσιν, οὐ ξυναράμενοι τοῦ Ἀττικοῦ πολέμου, ἀμφοτέροις δὲ μᾶλλον ἔνσπονδοι ὄντες, ἐκκαρπωσάμενοι. Bergl.*

480. (477.) Lacedaemonii (vt ait princeps hiſtoricus Olorinus *g*)) animum ad pacis amorem verterunt non ſponte ſua, neque quod erant bello feſſi, ſed propter ſuos qui captiui erant ad Sphacteriam. Miror ergo, quod tantopere Ariſtophanes hoſtes laudat, vt *ἀνδρικῶς* Paci attrahendae ſtudere dicat. Sane ſuſpicor legendum *ἀλλ' οὐ*, non autem *οἱ h*): nam ſequentia arguunt, et cum ait ſolos vinctos id ſedulo adfectare et cum ait *οὐδ' οἱ Μεγαρεῖς. Fl. Chr.*

481. In carcere lignum erat vel cippus, quo pedes captiuorum tenebantur, dicebaturque *ξύλον* vel *ξυλοπέδη* vel *ποδοκάκκη* (puto quaſi *ποδοκατοχὴ*) vel etiam *ποδοστράβη*. Attici ſimpliciter neruum vocabant *κᾶλον* i. e. lignum: inde *ἐγκαλοσκελεῖς* qui ex lege nexi erant. Heſychius ait, ſic vocari eos, qui quod debitum non ſoluerent, *ἐν κάλοις ἐδεσμεύοντο τοὺς πόδας*, pedes in neruo habebant. Caeterum cum ait *χαλκεὺς*, puto Cleonem *αἰνίττεσθαι*, qui trecentos illos Lacedaemonios captiuos in Pylo et Sphacteria liberauit; nam eo ſpectat, quod de eodem Cleone dicitur in Eqq. fabula *ἐπὶ γὰρ τοῖς δεδεμένοις χαλκεύεται* [469.]. *Fl. Chr.* Hic rurſus delirat Schol., qui *ἔχονται τοῦ ξύλου i*) intelligit de iis,

---

g) Thucyd. IV, 15. et 117. V, 14.

h) Nihil eſt mutandum. Appetebant ſane vehementer pacem Lacedaemonii, vt ex Thuc. patet, quacumque tandem de cauſa.

i) Si haec, vt vult Schol., accipienda ſunt de captiuis Lacedaemoniis, ſcribendum eſt: *ἔχονται τῷ ξύλῳ*, aut *ἔχοντ' ἐν τῷ ξύλῳ*, i. e. *ὅσοι δέδενται ἐν τῷ ξύλῳ.* Nam *ἔχεσθαι τοῦ ξύλου* eſt, *tenere* et *prehendere lignum*, vel, *adhaerere ligno*, vt recte vidit Palmerius. *Bergl.*

qui e Pylo fuerunt adducti, captiuis, et ad haec, *ὁ χαλκεὺς οὐκ ἐᾷ* ita commentatur: *ὅτι ἐδέδεντο καὶ περιέκειντο αὐτοῖς πέδαι·* Flor. Chriſtianus vero *ἔχονται τοῦ ξύλου* interpretatur de cippis ligneis captiuorum, et *χαλκεὺς* Cleonem putat ſignificare; longisſime a vero aberrantes. Nam Cleon pridem mortuus erat, vt ex ipſius dramatis verbis colligi demonſtrabimus. Ergo ſimpliciter per eos, qui *ἔχονται τοῦ ξύλου,* intelligit *ξυλουργούς,* qui aratra, ligones, raſtros, et alia pacis et arationis inſtrumenta faciebant et ideo pacem expetebant, quod eorum artes in pace magis expetitae et lucroſae. At *χαλκεὺς,* cuius ars arma fabricabat, pacem impedire volebat, ne ſuum lucrum ceſſaret, et ea expoſitio firmatur ex iis, quae ſatis facete de Athenienſium fabris et artificibus ait hac eadem fabula [548. ſs.].

ἐκεινονὶ γὰρ τὸν λοφοποιὸν οὐχ ὁρᾷς
τίλλονθ᾽ ἑαυτόν; ὁ δὲ καὶ τὰς σμινύας ποιῶν
πέπαρδεν ἄρτι τοῦ ξιφουργοῦ κεινουί.

i. e. „Illum enim criſtarum factorem non vides Se ipſum vellicantem: ille vero, qui ligones facit, Pepedit nuper in hunc enſium fabrum.“ Senſus planus eſt. Poſſet etiam quis non inepte interpretari *οἱ ἔχονται τοῦ ξύλου* magiſtratus, qui manum admouent gubernaculo reipublicae: nam et eodem loquendi genere vtitur infra in Lyſiſtr. [515]: *τίς ξυλλάβοιτ᾽ ἂν τοῦ ξύλου τῶν ἐν Σάμῳ στρατηγῶν* i. e. *quis manum admouebit gubernaculo?* vel, *quis negotia capeſſet?* Sed prior interpretatio eſt ſimplicior et magis obuia, et, vt reor, is fuit ſenſus poëtae. Faceſſat ergo ea de captiuis e Pylo adductis interpretatio, qui ſtatim poſt foedus initum anni vndecimi initio liberati fuerant, vt patet ex Thuc. lib. 5. [c. 18.], qui ſola fax in iis negotiis. Quod ſi neſciunt vocem mediam *ἔχομαι* transire ſaepe in actiuam ſignificationem et *ἔχεσθαι τινὸς* ſignificare *tenere aliquid,* vel, *adhaerere alicui,* nae illi ignorantes Hellenismi cenſeri debent *k*). *Palmer.*

---

k) Optime hunc locum interpretatus eſt Palmerius, per eos qui *ἔχονται τοῦ ξύλου* intelligens *ξυλουργούς,* qui aratra, ligones, raſtros et alia pacis et arationis inſtrumenta faciebant et ideo pacem expetebant, quia eorum artes in pace magis expetitae et lucroſae. At *χαλκεύς,* qui arma fabrica-

483. (481. Br.) Perperam in B. *Μεγαρεῖς* hic et infra 500. *Brunck.* Quia foedifragi erant [Megarenſes]: tamen nihilominus pacem cupiebant, quia multa paſſi erant et bello et fame. Scholiaſtes notat, haec non a Mercurio ſed a Trygaeo quosdam exiſtimare pronunciari. Id ego quoque exiſtimo, ſed vt ſequentia illa *ἕλκουσι δ᾽ ὅμως* etc. putem a Mercurio dici. Exſpecto quid cenſeant potiori iudicio et doctrina praediti. *Fl. Chr.*

484. (481. K.) *γλισχρότατα σαρκάζοντες.* Athenienſes odio plusquam Vatiniano Megarenſes (qui belli cauſa erant) proſecuti ſunt, ac eo vsque odiis tetenderunt, vt decretum fecerint, quod Pericles ratum eſſe poſtea cenſuit obtinuitque, vt Thucydides in ſuae fine ξυγγραφῆς ά teſtatur [c. 144. ſ.]: *Quicunque Megaris Athenas veniſſet, capitale crimen id ei futurum.* Quo tempore Euclides habitu muliebri Athenas nihilominus ad Socratem ventitabat et ſapientiae fructum mortis periculo paciſci non dubitabat vir egregius: raro exemplo, neque ad hoc noſtrum ſaeculum pertinente; vt videre eſt apud Gellium c. 10. lib. VI. Ariſtophanes, vt gratiam ineat a ſuis ciuibus, inuehitur in ipſos Megarenſes, qui, etſi pacem cupiebant vitandae egeſtati, tamen propter Athenienſes differebant. Recte autem ait *ἕλκουσι,* quia comparat eos *catulis*, i. *κυνιδίοις*, qui rictum diducentes et ore adulantes omnia adpetunt carnesque adrodunt. Hoc enim eſt *σαρκάζειν,* quod ap. Hippocratem Erotianus [p. 340. ed. Franz.] *l*) exponit *τὴν ἄνω γνάθον περιτείνειν.* Propterea putarim notari in Vespis riſum Megaricum [v. 57.] qui fortasſis inde *σαρκασμός:* nam qui miſere macentes ſunt, nequeunt liberum cachinnum tollere, ſed miſere renident et riſum (vt prouerbium fert gallicum) edunt in ipſis gut-

---

bat, pacem impedire volebat, ne ſuum lucrum ceſſaret: et ea expoſitio firmatur ex iis, quae ſatis facete ipſi artifices et fabri Athenienſes in extrema fabula loquuntur. *Brunck.* Rectius haec verba, vulgo Mercurio tributa, choro adſcripſit Inv. auctoritate Rav. cod. et 483. loco chori praefixit Mercurii perſonam.

l) Galen. in Explan. voc. Hipp. p. 556. Franz. *σαρκάζειν κυρίως μὲν τὸ διὰ τῆς τῶν χειλῶν δήξεως χλευάζειν· ὁ δ᾽ Ἱπποκράτης καὶ τὸ ἄκροις τοῖς χείλεσι συναγομένοις ἀποτίλλειν τι.*

turis faucibus moriturum. Sane Eupolis *Προσπαντίνοις m)* dixit: *Nimis Megaricum putidum dicterium est.* Quamquam alia interpretatio est quamque ego secutus verti *macentes n)*, quia σαρκάζειν etiam est ἰσχνοῦσθαι et ἀτονεῖν extenuari et infirmari, secundum quod dixit Hipponax σαρκοκύων λιμὸς, quod de carnositate intelligendum non puto; non enim fames vel esuritio carnem generat, sed corpus potius attenuat et carnis obesum pondus degrauat. Megarensium esuritio satis nota, qui propterea liberorum suorum erant ἀνδραποδισταὶ, vt apparet ex Acharnensibus, lepida et satyrica Comici huius fabula, vbi et improbitatem eorum perfricat et Megarensem idiotismum imitatur, non sine gratia et sale. Solebant enim Megarenses ex Attica victum petere tum propter vicinum solum, tum quia exiguus neque pascere firmus erat ipsis ager, quem colerent: sed non licebat ex Attica commoditates, quas vellent, educere, obstante bello et infestis ciuibus. Fortassis etiam famem innuit, ad quam redacti sunt ab Atheniensibus, qui portum eorum Nisaeam muniuerant. Quod autem hic Schol. γλισχρὸν intelligit *miserum*, melius putem *auidum* et λαίμαργον et συντόνως ἐπιθυμοῦντα: vel potius *lentum*. Nam sic Theophrastus lib. 2. Histor. [Plantar.] dixit γλίσχρους, vt Demosthenes in orat. c. Aristocr. [T. I. p. 689. ed. Reisk.] de aedificiis paruis, quae lenta opera absoluuntur, dixit μικρὰ καὶ γλισχρά. Ad hunc vero sensum accommodandum est dictum de Tiberio imperatore [Suet. Tib. 21.], *miserandum esse populum, qui sub tam lentis maxillis esset.* Sane Latinum *gliscere* inde originem mihi trahere videtur. *Fl. Chr.*

485. ὑπὸ τοῦ γε λιμοῦ. Causa famis, quia foro Attico carendum erat ipsis durante bello, etiam antequam

---

m) S. potius *Προσπαλτείοις*. vidd. Casaub. ad Athen. VII. p. 326. et Schweighäus. ib. T. III. p. 441. s. Animm.

n) Bergl. vertit: misere carnes ab ossibus vellicantes; Brunck.: perquam auide diducentes rictum, catulorum instar dum ossa arrodunt. Foës. in Oecon. Hipp. p. 559. it. h. l. interpretatur: carnes detrahere et arrodere more canum, qui diducto rictu carnes detrahunt et ossa nudant. Add. Valcken. ad Herod. p. 310.

bellum inciperet, cum ex edicto Periclis arcerentur foro et portubus Atticis, ſtatim penuria laborabant; hinc aliorum opem implorantes efficere volebant, vt illud edictum tolleretur; quae etiam praecipua cauſa belli fuit. In Acharn. 534. *ἐντεῦθεν οἱ Μεγαρῆς ὅτε δὴ 'πείνων βάδην Λακεδαιμονίων ἐδέοντο τὸ ψήφισμ' ὅπως μεταστραφείη.* In eadem fab. 729. cum Megarenſis longo poſt tempore Athenas ad mercatum veniſſet, dicit: *'Αγορὰ 'ν 'Αθάναις χαῖρε, Μεγαρεῦσι φίλα· ἐπόθουν τυ, καὶ τὸν Φίλιον, ἅπερ ματέρα.* Paulo poſt 751. cum ex eo quaereret Atticus: *πῶς ἔχετε;* ille reſpondet: *διαπεινᾶμες ποττὸ πῦρ. Bergl.*

486. *ὦ 'νδρες.* Sic A. Vulgo *ἄνδρες. Brunck.*

493. (491. Br.) *μικρὸν κινοῦμέν γ'. Τρ. οὐ δεινόν* o)— [vt Br. ed.] dimeter eſt anapaeſticus, vt ſtrophicus v. 464 (466.). Hinc liquido patet, mendoſam eſſe vulgatam ſcripturam *μικρόν γε κινοῦμεν. Brunck.*

496. (495. Br. 492. K.) Choro perperam vulgo continuatur [adſcribitur]. *Br.*

499. (496. Br.) Sic in impresſis legitur hic verſus absque vllo ſenſu: *ὡς κακὸν* p), *εἴ τινες εἰσὶν ἐν ἡμῖν.* In B. ſcriptum eſt: *ὡς κακὸν οἵ τινες εἰσὶν ἐν ὑμῖν.* Quod quid ſibi vellet, diu quaeſiui Latentem in ea ſcriptura veram lectionem tandem deprehendi. Voces male diuiſit librarius, quum ſcribere debuiſſet *ὡς κακόνοι τινές εἰσιν ἐν ἡμῖν.* In A. etiam, vt in primariis edd. eſt *ὑμῖν*, ſed male. Verum eſt *ἡμῖν*, quod ex Fracini ed. in nouisſimas manauit: at ille mendoſisſime dederat: *ὡς κακὸν εἴτινες ἐν εἰσὶν* q) *ἡμῖν.* Emendationem meam poſtea confirmatam reperi Suidae teſtimonio r), qui ſic etiam apud Comicum legebat et hunc verſum protulit in *κακόνοι.* Integram notam apponam: *κακόνοι· ἐχθροὶ καὶ κακὸν νοῦν ἔχοντες πρὸς τὸ πρᾶγμα. 'Αριστοφάνης·*

---

o) Perperam Inv. auctoritate Rav. hunc et ſequ. v. diuiſit in tres, nam duo dimetri anapaeſt. poſtulantur, vt reſpondeant vv. 466. f. Prima autem in *κινεῖν* longa eſt. v. Lyſiſtr. 68.

p) Ad Argiuos videtur referendum, de quibus antea. *Fl. Chr.*

q) Videtur voluiſſe edi: *ἔνεισιν.*

r) Accesſit cod. Rav.

ὡς κακόνοι τινές εἰσιν ἐν ἡμῖν. καὶ αὖθις· κακόνουν φωραθέντα σὺν γυναικὶ καὶ τέκνοις τοῦτον ἐλαθῆναι. Exempli illius apud Comicum fedes Kufterum latuit, qui poftea Suidae loco non vfus eft ad Comici emendationem. Singularis κακόνος ap. Hefych. proftat. Ap. Lyfiam plus femel occurrit κακόνοι. Paene gemellus eft locus p. 682. ed. Reisk. εἰ δέ τινες κακόνοι ἐγένοντο εἰς τὰ ὑμέτερα πράγματα. P. 603. vbi legebatur olim: ὡς κακοὶ ὄντες τῷ πλήθει· vere et eleganter emendauit Marklandus ὡς κακόνοι ὄντες, quod fincerum effe ostendit oppofitum in eadem periodo: εὖνοι ὄντες τῷ πλήθει. Ceterum hic versus bene vulgo tribuitur choro, cui continuari non debebant duo fequentes. *Brunck.*

500. κιττῶντες s). Pro ἐπιθυμοῦντες. Eft enim κίττα, ἐπιθυμία et morbus mulierum praegnantium, quafique infolens appetentia, quam ab alite quidam arceffunt, quae vorax fupra modum eft, vt et illa pars in mulieribus, quae honefte nominari non poteft t). Sic Polemo περιηγητὴς dixit in fua Samothracia Latonam, cum vterum gereret, κιττῆσαι τῆς γηθυλλίδος, quod eft porrum capitatum et cuius radices naturam habent alliatam, vt ait Comicus nofter in fecundo Aeoloficone, laudante Athenaeo v). *Fl. Chr.* Ariftoteles Rhet. *Bergl.* [loco non adfcripto].

501. (498. Br.) τῆς εἰρήνης, σπᾶτ' ἀνδρείως. Dimeter anapaefticus x), vt ftrophicus verfus 471. (473.). Hinc liquet, mendofisfimam effe vulgatam lectionem σπᾶτ' ἀνδρικῶς. Nihil in metris intelligebant librarii, nec illis peritiores multo fuere, quos ad hunc diem nactus fuerat Comicus nofter editores. Promifcue adhibentur ἀνδρικῶς et ἀνδρείως. Nihil referre arbitratus librarius, alterumne pro altero poneretur, quod fibi in

---

s) Scribendum effe ὑμεῖς μέντ' οὖν οἱ κ. vt verfus fit dimeter anapaeft., refpondens v. 472., docuit Hermann. de Metr. p. 290.

t) Cf. Etym. M. et Zonar. (II. 1216.) in *Κισσῶ.*

v) L. IX. p. 372. A. Cafaub. f. Fragm. 3. Brunck. Eft igitur κιττᾶν noftrum, lüftern nach etwas feyn.

x) Vt et praecedens ex emend. Hermann. (de Metr. p. 290.) μέντ' οὖν reponentis.

calamum venit, fcripfit, vt 491. μικρόν γε κινοῦμεν, pro, μικρὸν κινοῦμέν γ', quae ad fenfum perinde funt, fed, metrorum fi fpectes rationem, toto coelo differunt. ἀνδρείως occurrit infra 732. Ran. 572. Thesm. 656. et alibi compluries. In Vespis roganti filio:

σεαυτοῦ ποῖον ἂν λέξαι δοκεῖς
ἐπὶ νεότητος ἔργον ἀνδρικώτατον;

pater refpondet v. 1200. ἐκεῖν', ἐκεῖν' ἀνδρειότατόν γ' ἐμῶν. Vides ἀνδρικώτατον et ἀνδρειότατον promifcue fumi: fed ea fedes permutare aut alterutrum bis adhiberi non pateretur metri lex. *Brunck.*

503. ἐς κόρακας. Diximus ante [ad v. 71.] Callimachum περιφραστικῶς dixiffe: ἴν' ὁ φθόρος. Id Catullus [33, 3.] *in malas oras.* Idiotismus Italicus inde fortasfis dixit: *va in mal' hora*; et labente tempore afpiratione afcita aliud etymon praetenditur. *Abire Morboniam* dixit Tranquillus y); quod Dion in epitoma [Xiphil. p. 750.] ἐς κόρακας etiam dixit. Sane quod male imprecatur Megaris, efficax habuiffe puto votum: nam fractus eft poftea popularis eorum ftatus victusque eft δι' ἀταξίαν καὶ ἀναρχίαν, vt ait Ariftoteles in Politicis [V, 2, 6. ed. Schneid.]. *Fl. Chr.*

505. (501. K.) σκορόδοις ἤλείψατε z). Scholia: *quafi alliorum acrimonia vnxiftis Pacem* (i. e. exacerbaftis nos, vt Pax turbaretur.). *Sunt autem multa apud ipfos allia* (v. fupra ad v. 246.). *Et videntur Megarenfes belli inceptores fuiffe, propter raptum meretricularum Afpafiae et inde ortam iram Periclis et eius contra ipfos edictum.* V. in Acharn. 525. Praeterea loquitur de Pace, tanquam de puella delicata, odorem allii auerfante. *Bergl.* Alliorum et bulborum feracisfima eft Megarenfis regio, vel tefte Columella in lib. X. ad Maronianam diuinitatem accedente [v. 106. vbi cf. Schneid.] *Megaris genitalia femina bulbi.* Sed procul dubio miferiam et egeftatem Megarenfium exagitat, eosque velut pauperes et olidos, quique pacem miferia

---

y) Flav. Vesp. c. 14. vbi tamen *Morboviam* codd. habent. v. Oudend.

z) Poft μεμνημένη minus plene eft interpungendum. Sequentia enim continent, quorum eft memor.

ſua facile aspellerent. Sic ap. Athen. l. VII. [p. 281. A. ed. Cas.] Apollodorus Caryſtius exagitat ſordes et inopiam eorum, quae praecipue ex alliorum frequenti eſitatione arguitur. Ipſi Athenienſes cum fame aliquando premerentur, alliis veſcebantur. Vnde in Pluto contra felicitas et bonorum copia innuitur, cum ait [817.] *σκοροδίοις οὐ λίθοις ἀποψώμεθα*, vt intelligatur, cibum eum, qui palato antea gratisſimus erat, nunc quum diuitiae abundant, vtilem tantum eſſe ad vſum ſellae familiaris. Hic autem *ἀλείφειν* eſt *διεγεῖραι*, quaſi dormientem pacem excitauerit odore alliorum, quibus miſere tanquam in bello victitabant. Vel dixit *ἀλείφειν* de alliis, vt Horat. [Epod. 3, 12. ſ.] *perungere*, et, *dona allio delibuta*. Quo genere loquendi et nos olim vſi ſumus in poëmatio, quod meris iambis luſimus in Allium *a*), quod hic apponere non pigebit, lectorem fortasſis otioſum et male feriatum tantisper moraturus.

In Allium iambi puri.

Meum dolore febris vritur caput,
Tremore membra palpitant reciproco:
Nec vlla cauſa quam ſciam eſt huius mali,
Niſi alliati amatus eſus anſeris.
Iuuabat anſer, ac nocebat allium,
Nocens ſapore me ſefellit illice.
In aegrimoniam iuit acrimonia,
Et inde ſole torrido pilae vacans,
Mea ipſe tecta ſemilanguidus petens,
Diem ſopore diffidi inſititio,
Horatianus abdicator allii
Et exſecrator: attamen putaueram,
Quod artis ille Pergamenus autumat
Magiſter, eſſe verum, et allio boni
Ineſſe vim potentiamque pharmaci.
Sed artis huius eſt inanis exitus,
Et arguetur omnis Aeſculapius.
Satis docebit iſtud vſus vnicus,
Nec iſta verba, qui facit periculum,
Refellet vllus; et cruore viperae
Nocentiora non negabit allia.
Venena tetra, toxica efficacia,
Poteſt com ſſe, quisquis allium poteſt.
Neceſſe Pſyllus atque Marſus vt ſuat
Cui illa cordi amare amara: Vasconum
Nimis nimisque dura ſunt et ilia
Et ora, quisque poena, credo, viuere eſt.

---

a) Quae ſequuntur, omiſit Kuſt.

Satam Creonte pellicem Cytaïca
Nurus liquore munerauit allii,
Ducemque pellis aureae ante mancupem
Amore perdita vnguine hoc perunxerat.
Pice alliatus aut picatus allio
Charontis eſt faſelus: allio viret
Stygisque ripa, Ditis et ſuburbium.
Seni cicuta dira sorpta Socrati
Iubente iudice allio fuit lita.
Merum vel allium, quod orbi Erinnydes
Dedere virus vt nefas foret bonae
Deûm parentis ingredi ſacram domum,
Foretque crimen allii eſus impium;
Quod expiare nulla ruta posſiet,
Licet iuuare fama viperas ferat.

Fl. Chr.

506. Comma poſt λέγω delendum. Nam pendent verba ἐντ. ἐχομ. quod ad conſtructionem attinet a vv. λέγω τ. Ἀθην. ſed dictum eſt pro παύσασθαι ἐχομένους h. e. παυσ. ἐντ. ἔχεσθαι, *adhaerere ei loco,* vnde trahitis.

508. (504. K.) δικάζετε. Aliud voluit, nempe ἐμποδίζειε vel quid ſimile. Sane Athenienſes notat, vt litigium qui emant, vt ait ille, et ament forum; quos propterea in Vesparum fabula φιλοδίκους et φιληλιαστὰς ab Heliaea, foro, nominat. *Fl. Chr.* In Avv. 40. Ἀθηναῖοι δ' ἀεὶ ἐπὶ τῶν δικῶν ᾄδουσι. *Bergl.*

510. (506. K.) ὑποχωρήσατε. Erant enim Megarenſes πάραλοι. Sed hic innuit de nauali praelio, quod contra Perſas habuerunt. Magna enim tunc temporis in mari fuit eorum potentia. Vult autem ſolos colonos et agricolas Pacem extrahere, quaſi loca maritima infeſta habeant itinera propter piratas. Contra fit in campis terreſtribus, qui laetas ſegetes educere nequeunt niſi in alta pace et rebus quietis. Propterea Δημήτηρ, quae eadem terra eſt, legifera antiquis dicta a legibus, quae inter arma ſilent. *Fl. Chr.* Hoc vult dicere, quod olim Demoſthenes ſemper ſuadebat: ὅτι ἀνθεκτέα τῆς θαλάττης. *Bergl.* Ingenioſum eſt huius loci acumen, quo ſubmonet Athenienſes, vt maritimarum opum ſtudio ſe applicent, quod identidem eis ſuadere ſolebat Themiſtocles. *Brunck.*

511. (508. Br.) λαβόμεθ'. Sic recte in B. Perperam in impresſis, metro reclamante, λαβώμεσθ'. *Brunck.*

512. *χωρεῖ γε δὴ τὸ πρ.* b). Sic bene in A. vt eſt in primariis edd. In B. *χωρεῖ γε τὸ* — ſyllaba deficiente. Quod vulgo legitur: *χωρεῖ γέ τοι τὸ* — ex Ant. Fracini edit. manauit c). *Brunck.*

514. (510. K.) *Οἱ γεωργοὶ* edd. Aldina, Iunt. et Farrei; nupera *Νῦν οἱ γεωργοὶ,* addita *νῦν* propter verſum, vt puto, qui in Brubach. ſibi conſtat, vbi: *Οἱ μὲν γεωργοὶ* — *Bergl.* *Οἵ τοι γ.* Sic B. [cum Rav.] quod ex editoris neſcio cuius coniectura eſt d): nam primariae tres edd. habent, metro vacillante, *οἱ γεωργοί. Brunck.*

515. Haec chori ingreſſio monoſtrophica octo habere cola dicitur a Schol. Hoc ſi ita eſt, hic verſus diuidendus, vt prior ſit *ἄγε νῦν ἄγε πᾶς,* baſis ſcilicet anapaeſtica. Secundus dimeter *ὅμοιος;* tertius, quartus et ſextus iambici dimetri; quintus dimeter *ἐφθημιμερὴς,* ſimilis Anacreontico; ſextus paeonicus trimeter hypercatalecticus ex palimbachiis et creticis; octauus dimeter hypercatal. ſimilis. Sed in ſecundo verſu, vbi habes *ὁμοῦ ἠδ' ἐγγὺς,* quia videtur Comicus vſurpaſſe *ἓν διὰ δυοῖν* (nam *ὁμοῦ* et *ἐγγὺς* eadem eſſe vel ex Menandro certum eſt, qui dixit: *ὁμοῦ δὲ τίκτειν παρεγένεθ' ἡ κόρη,* i. e.: Iamque appetente virgo partitudine Aderat: audebam aliquando reponere, *ἡδὲ γῆς* vt de Pace loquatur et ſic eſſet iambicus dimeter aliis tribus ſimilis. Sed hanc emendationem non auſim praeſtare, imo vereor, ne medicina vulnus faciat. Legendum autem *ἐπεντείνωμεν* per ω magnum. Mox *ἤδη 'στὶ,* non autem *ἠδ' ἡστί. Fl. Chr.*

516. (512. K.) e) *καὶ μὴν ὁμοῦ 'στιν ἤδη.* Scilicet *ἡ Εἰρήνη,* quam e fouea extrahebant. Sic optime ſcriptum eſt in B. Vulgo: *καὶ μὴν ὁμοῦ 'στιν, ἠδ' ἐγγύς.* Acute vidit doctiss. Toupius Cur. nov. in Suid. p. 110. f)

---

b) Sic Br. edidit. Inde emendanda eſt Inv. nota.

c) Confirmatur tamen auctoritate cod. Rav. ſed videtur *τοι* e v. 514. ductum eſſe.

d) Exhibet ita iam ed. Porti, non Kuſt. demum.

e) Hunc verſum Mercurio tribui iubet *Reisk.*

f) T. III. p. 152. ed. Oxon. recentiss.

deprauatam eſſe lectionem, in qua vox ἐγγὺς nihil aliud eſt, quam interpretamentum alterius ὁμοῦ, quod e margine vel interlineari gloſſa in textum ſe intruſit. Emendabat itaque ad noſtram lectionem quam proxime: καὶ μὴν ὁμοῦ 'στιν ἥδε. *Brunck.* Hemſterhuſii meminiſſe debebam, qui diu ante Toupium, Lucian. T. I. p. 443. hunc locum emendauerat accuratiusque tractauerat, prolata etiam e Vat. cod. noſtra lectione *g*). *Idem* in Add.

520. (516. K.) Educta et viſa Pace hoc inquiunt: his autem verbis quaſi celeusmate ſolebant magiſtri nauium impetum inhibere trahentium. *Fl. Chr.*

521. (518. Br.) Hic verſus et ſequens dimetri ſunt iambici *h*), vt is, qui praeceſſit: horum in vulgata lectione *i*) metrum non agnoſcas. *Brunck.*

523. Iam Pacem extraxerunt et ſalutant. Citat autem hunc et ſequentem verſum Stob. Serm. 43. *Bergl.*

524. (520. K.) ῥῆμα μυριάμφορον. Propter illud βοτρυόδωρε *k*), vt innuat vinearum fertilitatem: ſed interim poëtis imminet, qui *proiiciunt ampullas. Fl. Chr.* Verbum quo ſatis exprimam, quantus vini prouentus tempore pacis eſſe ſoleat; vocabat enim pacem βοτρυόδωρον. *Bergl.*

525. οἴκοθεν. Propter mala praeterita, quae ne verborum quidem lautam ſupellectilem reliquerunt colonis. In Schol. mendum eſt: τῶν τοιούτων ἐστέρηται χρημάτων, lege ῥημάτων. *Fl. Chr.*

---

g) Vel cum Schol. ad Eqq. 245. ſcribi iubet: καὶ μὴν ὁμοῦ 'στὶν ἥδε, vel cum cod. Vat., vt nunc editum eſt. ὁμοῦ autem pro ἐγγὺς poſitum illuſtrauit iam L. Bos. Obss. Critt. p. 14.

h) Br. enim ita edidit:
ὢ εἶα εἶ', ὢ εἶα εἶ',
ὢ εἶα εἶ', ὢ εἶα πᾶς.

i) Quae haec fuit:
ὢ εἶα, ὢ εἶα, εἶα, εἶα,
ὢ εἶα, ὢ εἶα πᾶς.
Nec melius ſe habet lectio ab Inv. e Rav. recepta.

k) H. e. quae vuas largitur, i. e. vitium culturam adiuuat.

526. (522. K. 523. Br.) Oporam et Theoriam, quae ab aſpectu et forma nomen habent, praeterea pace tantum vigent et regnant, inducit tanquam meretrices *l*). Sane enim in theatris et ludis ſcenicis earum viſus et vſus frequens fuit vt poſtea parebit. *Fl. Chr.*

529. ἀστρατείας. Pacem a contrario ſic vocat et vnguento delibutam facit propter amicas illas Oporam et Theoriam, Venerem ignauam et vere Murciam ſic ſignificans, vt recte dixerit ingenioſus et mollis poëta [Ovid. Her. 17, 254.] *Bella gerant fortes m), tu, Pari, ſemper ama. Fl. Chr.* Rem odoris expertem coniungit cum odorata, vt Nubb. 1006. μίλακος ὄζων καὶ ἀπραγμοσύνης, et mox hic. *Bergl.* κατὰ τῆς καρδίας in praeced. verſu redditur: *intimo pectore.*

530. Hunc verſum (vulgo Trygaeo adſcriptum) iam Reisk. ostendit Mercurio eſſe tribuendum. Seqq. autem verſus ante Brunck. Mercurio fuerunt adſignati. Reiskius v. 531. (527. K.) Trygaei eſſe voluit.

γυλίου. Cophinus vel fiſcina militaris erat, vbi reponebant milites, quos portabant cibos et alimenta, puta caſeum, oliuas et cepe *n*). Erat autem iſtud πλέγμα ὁδοιπορικὸν oblongum et anguſti aditus (vnde poſtea macros et oblongo collo praeditos vocat γυλιαύχενας *o*)), ne compoſita corrumperentur, vocabaturque ὀψοθήκη στρατιωτική. Ap. Heſych. per duplex λ ſcribitur et indifferenter γύλιος vel γύλιον. Hoc nomine aiunt Grammatici vocari animalculum, χοιρογρύλλιον, qui echinus eſt. Hoc ſi ita eſt, puto potius ab animalculo inditum cophino nomen. Et fortasſis Latini *gulam* inde dixerunt: vt non mirer, quod Hercules dictus fuerit γύλιος, quia guloſus fuit et βουθοίνας. *Fl. Chr.*

---

l) Scholia: ὡς etc. *tanquam et iſtae cum pace aſcenderint; fingit autem eas eſſe meretrices.* v. infra 850. *Bergl.* Opora et Theoria cum Pace ex antro educebantur. Mulierculae autem erant meretricum more ornatae. *Brunck.*

m) Ap. Flor. Chr. legitur *alii*, ſed hoc ductum e ſimili loco Ovid. Her. 13, 84.

n) Zonar. I. p. 460. reddit ἀγγεῖον πλεκτὸν ἀπὸ φοινίκων. *Sportam* vertunt.

o) v. 789. add. Zon. I. 457.

531. (527. K.) ἀπέπτυσ'. Soph. Antig. 664. ἀλλὰ πτύσας (despuens) ὡσεί τε δυσμενῆ μέθες τὴν παῖδ' ἐν ἅδου τήνδε νυμφεύειν τινί. Aeschyl. Prometh. 1068. κοὐκ ἔστι νόσος τῆσδ' ἥντιν' ἀπέπτυσα μᾶλλον. Eurip. Iph. Aul. 509. ἀπέπτυσα (abominor) τοιάνδε συγγένειαν ἀλλήλων πικράν. Ibid. 874. πῶς; ἀπέπτυσ', ὦ γεραιὲ, μῦθον· οὐ γὰρ εὖ φρονεῖς. Aliquando sine casu obliquo, vt in Hippol. 614. ἀπέπτυσ'· οὐδεὶς ἄδικός ἐστί μοι φίλος. In Hecub. 1276. ἀπέπτυσ' (abominor)· αὐτῷ ταῦτά σοι δίδωμ' ἔχειν. *Bergl.* πλέκος. Noue pro πλέγμα, qua ratione Aeschylus ῥέος dixit *p*): ὁδοιπορῷ διψῶντι πηγαῖον ῥέος. *Fl. Chr.*

532. κρομμυοξυρεγμίας *q*). Composita dictio ex cepis, acrimonio et vomitione. Voluit autem notari ἀπεψίαν, quae necessario stomachum laedit et vsum sequitur talium ciborum. Semper autem militiae allia et cepe resignat, vt antea miseris et bellorum cupientibus Megarensibus. *Fl. Chr.* κρομμ. ἀντὶ τοῦ ἀπεψίας. δριμεῖα γὰρ καὶ ἀηδὴς ἡ τοιαύτη ἐρυγή. ἀπὸ τῶν κρομμύων καὶ τῆς ὀξύτητος καὶ τῆς ἐρυγῆς συντέθεικε τὴν λέξιν. ταῦτα γὰρ εἰώθασι κομίζειν εἰς τὸν πόλεμον. διὸ καὶ ὁ γύλιος ἐκ τούτου δυσώδης. ἢ καὶ ὅτι ἐπιπολὺ ἐγκαλυπτόμενος ὁ γύλιος ἐκ διαφόρων ὄψων τε καὶ ζωμῶν ὀξίδος σύμμικτόν τινα ὀσμὴν ὄδωδε. Haec Suidas e vett. in Comicum Scholiis. A sententia alienum est participium ἐγκαλυπτόμενος: aliud quid auctor scripserit. *Brunck.* Plenum sermonem fore τοῦ μὲν στόμα ὄζει ὀσμὴν κρομμ. ταύτης δ' ὀπ. στόμα ὄζ. ὀσμὴν ὑπ. monet Bos. de Ellips. p. 445. sed simpliciorem esse rationem docet Schaefer., si, verbo ὄζει impersonaliter intellecto ad priorem genit. intelligas ἀπὸ, si quid subaudiendum sit. Ad posteriorem enim nihil subintelligendum. Construitur ὄζειν cum Genit.

535. (529. K.) Haec et sequentia ἐναλλὰξ dicunt Trygaeus et Mercurius in hunc modum: Merc. ὑποδοχῆς. Tr. Διονυσίων. Merc. αὐλῶν. Tr. τραγῳδῶν. Merc. Σοφοκλέους μελῶν. Tr. κιχλῶν. M. Ἐπυλλίων Εὐριπίδου. Tr. κλαῦσον ἄρα et sic vicissim sequentia quo-

---

p) Agam. 910. v. Abresch. Anim. ad Aesch. I. p. 354. et Suid. V. Πλέκος.

q) In ed. Fl. Chr. legitur in textu κρομμυοξερεγμίας.

que: Merc. *κιττοῦ*. Tr. *τρυγοίπου*. Prorſus vt in Pluto Carion et Chremylus. *Reisk.* *Διονυσίων*. Quia feſto Dionyſiorum inprimis iucunde viuitur. Sic ille in Acharn. 194. cum olfaceret pacem tricennalem, exclamat: *ὦ Διονύσια· αὗται μὲν ὄζουσ᾽ ἀμβροσίας καὶ νέκταρος*. v. Suidam. *Bergl.*

534. (531. Br.) *τραγῳδῶν*. Hic forte melius legeretur *τρυγῳδῶν*. Mirum enim, ni artis ſuae mentionem tam opportuno loco feciſſet poëta; nec opus erat, tragoedorum meminiſſe, quum poſtea nominentur praeſtantisſimi illius temporis duo. *Brunck.* in Suppl.

535. *ἐπυλλίων*. Sophoclis induſtriam et tragicam *διδασκαλίαν* (etſi eius mores poſtea exagitat) extollit, vt et in Ranis. Contra Euripidem vbique fere deprimit et vituperat ad eiusque verſus fere ſemper alludit iocoſe *παρῳδήσας*, praecipue in Thesmophh. et ipſis Ranis. Itaque hic de Sophocle dixit *μελῶν*, de Euripide *ἐπυλλίων*, vocatque eum *ποιητὴν ῥηματίων δικανικῶν*, quia in fabulis Euripideis multum eſt litigii criminumque obiectorum et dilutorum crebraeque inducuntur reorum *ἀντιλογίαι*. Propterea forum amantibus vtilem eſſe Euripidem merito exiſtimauit Quintilianus [Inſt. Or. X, 1, 67.] *r*). Sane in Acharnn. Euripides etiam exagitatur *ἀπὸ τῶν ῥηματίων*. Paulo poſt legendum *εἰς ἰπνόν*. Putem autem Trygaeum apud populum illa omnia locutum, neque Mercurio audiente vsque ad verſum [538.] *κιττοῦ*, vbi Mercurius loquitur et orationem continuat, quae ſemper pendet ab illis *τοῦ μὲν γὰρ ὄζει*, vsque ad illa: *καὶ τῶνδε τοίνυν*, vbi loquitur Trygaeus. Vbi vero habes *τρυγοίπου*, in editione illa germanica legitur *τρυγητοῦ*, quam lectionem ego ſecutus ſum in interpretatione. Nam verti *vindemiam*; eſt enim *τρυγητὸς* vindemia, ſed *τρύγητος προπαροξύτονον* eſt tempus vindemiarum *s*). Tamen lectionem *τρυγοίπου* praefero alteri. Eſt autem *τρύγοιπος* colum vel ſaccus vinarius, quo vina ſaccantur, vt ait Martialis [Epigr. II, 40, 5.].

---

r) Vid. ad Ran. 985. *Bergl.*

s) Cf. Valcken. ad Ammon. p. 15.

Grammatici σάκκινον ὑλιστῆρα vocant *t*), Mofchopulus σακελιστήριον: nam σακέλλιον facculus, fed dicerem potius σακχυλιστήριον. Si Hefychii codices non funt mendofi, τρυγητὸς idem erit, fed vereor vt illic non τρυγητὸς fed τρυγοιπὸς legendum. *Fl. Chr.* Vulg. κλαῦσ' ἄρα σὺ perperam Inv. mutauit in κλαῦσ' ἄρα σ. Ita verfus peſſumdatur. Scripfit, non monito lectore, fed recte, Br. κλαῦσαι ῥα σὺ —

538. (534. K.) κιττοῦ. Repetendum ἀπὸ κοινοῦ verbum ὄζει ex v. 528. (532.). *Bergl.*

539. (536. Br.) κτύπου pro κόλπου legi iubet *Reisk.* εἰς ἰπνὸν [vt Br. ed.]. Impreſſorum omnium menda ἐς ἰπνὸν codd. non flagitabat opem. Hi autem longe diuerfam lectionem exhibent εἰς ἀγρὸν, quod huc retractum videtur e v. 552. (555.). *Brunck.* Recepit εἰς ἀγρὸν e Rav. Inv. et videtur antiquitus iam duplex fuisfe fcriptura. Certe illud huc non ex inferioribus retrahi potuit. Fortasfis ab ipfo poeta aut aliquo διασκευαστῇ fabulae obfcurius εἰς ἰπνὸν (ad furnos) mutatum eft in clarius εἰς ἀγρούς.

544. (540. K.) ὑπωπιασμέναι. Contufae et detritae per diuturnum bellum. Sumta translatio a tumicibus *v*), qui fub oculos contingunt, ὑπώπια vocant, dixerim *fubcilia*: nam inde *fubgillare*, quafi *fubcillare*, quod notat vox ipfa, quae dicta tefte Galeno quafi ὑποφθάλμιον *x*). Sunt autem tumores liuidi (corrige ap. Hefych. πελιδνώματα *y*)) qui cotularum preſſu detumefcunt et exftinguuntur. Cotulae autem illae κύαθοι dicebantur, vfurpauitque Plato Comicus pro vafculo illo et hauftro, quod ἀντλητὴρ vocatur. Nos Galli *ventoufes*, quae funt χάλκεα ὀξύβαφα. Meminit Athenaeus lib. X. [p. 49. f. T. IV. ed. Schweigh.] laudatque praeterea Archippum et Ariftoph. hunc locum. Tubercula

t) Photius Lex. p. 446. τρύγοιπος, ὑλιστήρ. οὕτω Ἀριστοφάνης. διϋλιστήρ, Zonar. II. p. 1742. v. ad Plut. 1087.

v) v. Intpp. ad Luc. Ev. XVIII, 5.

x) v. Foës. Oecon. Hipp. p. 647.

y) Ita et Zonar. II. p. 1780. fed ap. Phot. p. 464. quoque vitiofe πελιώματα.

vero illa oculorum *κορδύλαι* dicuntur, fortasſis quia *δηλοῦσι τὰς κόρας*. In Acharnn. verſus [580.]: *τίς γόργον' ἐξήγειρεν ἐκ τοῦ σάγματος*, vbi Sudas [Suid.] legit *ἀσπίδος* z), et *γοργόνα ὑπώπιον* facit me non probante. Videndum autem, num mendoſus ſit idem Sudas alio loco, quo *κονδύλους* vocari ſcribit. Sane enim *κόνδυλος* facile *κορδύλην* faciet, at non contra. Itaque emendarim *κορδύλας*, quamuis inter oedemata et exanthemata ſciam a medicis recenſeri *τὰ κονδυλώματα*. Ap. Theocr. [Id. I, 58.] ſenes *κυλοιδιῶντες* aliud eſt; nam tumor ille non eſt ex plaga niſi amoris. *Fl. Chr.* *δαιμονίως* eſt vehementer, *ὑπερφυῶς*, Zon. I. p. 474.

545. *κυάθοις*. Cyathos calida impletos (cucurbitulae ſolent vocari) admouebant eiusmodi tumoribus, vt detumeſcerent. Eo reſpicit in Lyſiſtr. 445. vbi Lyſiſtrata plagas minatur cuidam et dicit: *κύαθον αἰτήσεις τάχα*· vbi Scholia a Kuſt. nuper edita: *ἵνα προσθήσῃς ταῖς γνάθοις. γεμίζουσι γὰρ κύαθον θερμοῦ καὶ προσκολλῶσι τοῖς οἰδήμασι καὶ θεραπεύεται. Bergl.* Vid. ad Lys. 444. *Brunck.*

548. Debuit ſcribi *γοῦν*, quod pro *γὰρ* e Rav. receptum.

549. *τίλλονθ' ἑαυτόν*. Quia ars eius exoleſcit tempore pacis; infra 1213. dicit ad Trygaeum: *ἀπώλεσά μου τὸν βίον καὶ τὴν τέχνην. Bergl.*

550. *πέπαρδεν* [vt ante Inv. qui *κατέπαρδεν* a) e Rav. dedit, vulg.]. In Plut. 618. *τῆς πενίας καταπαρδεῖν*. Soſipater Comicus ap. Athen. IX. p. 378. *τρεῖς ἡμεῖς ἐσμὲν ἔτι λοιποὶ, Βοΐδιων καὶ Χαριάδης ἐγώ τε· τοῖς λοιποῖς δὲ προσπέρδου. Bergl.* *πέπαρδεν* [vulg.]. Satin' verum eſt, quod paulo infra chorus ait? *πολλά γ' ἡμᾶς λανθάνει.* Putida in hoc verſu menda nimis diu me latuit. Nam praeterquam quod illum ſic excudi paſſus ſum, ex eo etiam in nota ad Vesp. 712. *πέπαρδεν* laudaui, ſimplex adhibitum pro compoſito. Atqui *π έ π α ρ δ ε* vox graeca non eſt. Thema eſt *πέρδομαι*: nam

---

z) In ed. Suid. Kuſt. III. p. 274. eſt *σάγματος*.

a) Hoc etiam in verſionibus expreſſum eſt: ille qui ligones factitat, *obpedit* iam huic enſium fabro.

actiua forma praesentis apud Comicum non occurrit: praeteritum medium πέπορδα, quod occurrit supra 555. et Nub. 392., plusquamperf. ἐπεπόρδειν Vesp. 1305., aor. 2. ἔπαρδον, fut. 2. med. παρδήσομαι. Composita sunt καταπέπορδα et κατέπαρδον. Barbarum est πέπαρδα. Dura prouincia est, codices plures conferre, maxime si quis, vt mihi inuito contigit, laborem hunc solus, nullo adiuuante, subeat. Praua lectio, in impressis omnibus recepta, si forte in codice reperiatur, quem primum adhibeas, nec tibi de corruptela suspicio oborta fuerit, alium codicem vel inspicere negligas, vel, si quid diuersi in eo fuerit, vix eo animum aduertas. Ita mihi euenit locum hunc tractanti. Impressorum omnium lectio est πέπαρδεν, et sic liquido scriptum in A. In mentem mihi non venit, vocem illam ad grammaticos canones exigere, nec memini, quid tum senserim de alterius codicis lectione, eamne animaduerterim an pro mera habuerim scripturae menda. Postquam vero notae meae in hanc fabulam iamdudum impressae erant, quum eam forte relegerem, vt mihi monstrum illud verbi in oculos incurrit, atque obstupui veritusque fui, ne culpam in me admisissem, continuo codices rursum adii et in B. hanc scripturam reperi: καταπέπαρδεν ἄρτι. Est illud καταπέπαρδεν eodem nomine, quo simplex, vitiosum, et praeterea duabus superuacuis syllabis versum onerat: sed ex eo sponte sua enascitur genuina et sincera lectio, quae omnino reponenda est: κατέπαρδεν ἄρτι τοῦ ξ. κεινουΐ. Sic Vesp. 618. βρωμησάμενος τοῦ σοῦ δίνου μέγα καὶ στράτιον κατέπαρδεν. Item in Plut. 618. καὶ τῆς Πενίας καταπαρδεῖν. *Brunck.* in Suppl. ξιφουργοῦ κεινουΐ. Sic in binis codd. et in primariis edd. Nescio qua libidine in nouitiis excusum fuerit ἐκεινουΐ elisa prima. *Brunck.* 'κεινουΐ editum est, quia κεῖνος Ionicum habebatur.

551. ὁ δὲ δρεπανουργὸς — Quia iam non *falces rigidum conflantur in ensem*, sed contra: et quia iam pluris vendet falces, quam antea: ὡς πρὸ τοῦ οὐδ' εἷς ἐπρίατ' ἂν δρέπανον οὐδὲ κολλύβου, inquit infra 1200. (1198.). *Bergl.*

ἐσκιμάλισεν. Auium curatoribus vox propria, qui digitum, paruum puta, immittunt in auium culum, vt

olim ſolebant Deliaci gallos caſtraturi aut gallinarum partiones exploraturi. Hic eſt *καταδακτυλίζειν b*) et *ἐφυβρίζειν*, i. contumelioſe irridere et in contemtum digitum, vt ait, medium oſtendere, qui infamis vulgo exiſtimatur. Id gallico idiotismo dicitur, *faire la figue*. Quamquam in obſcoeniorem ſenſum id verbi olim detorſerunt; nam id etiam erat *σιφνιάζειν*: propterea quod gens illa puerorum amoribus dedita, *διὰ δακτυλίου ἐσκιμάλιζεν* et digito femora contrectabat, vt *λεσβιάζειν*, os praebere *πρὸς τὴν μόλυνσιν*. Apud Schol. pro *μέσῳ δακτύλῳ* legebam *μικρῷ*. vt in fabula Acharnn. [444.] vbi dixit de Euripide: *ῥηματίοις σκιμαλίσω*· quamquam medium, vt diximus, digitum intendebant, quoties aliquem ſubſannantes contemnebant *c*). *Fl. Chr.* *ἐσκιμάλισε, ἐφύβρισε, ἢ κατεδακτύλισε. σκιμαλίσαι γάρ ἐστι κυρίως τὸ, τὸν δάκτυλον εἰς τὸν πρωκτὸν τοῦ ὀρνέου βαλεῖν d*)· *οὐ μόνον δὲ τοῦτο ἀλλὰ καὶ ὅταν, βουλόμενοι ἐφυβρίσαι τινά, τὸν μέσον δάκτυλον ἐντείνοντες δείξωσιν αὐτῷ.* Vide ad Acharn. 444. *Brunck.*

554. (550. K.) *ἀκούετε λεῴ.* Sic etiam edicta, quae praeco publicabat, incipiebant, et in ſacris vſurpabant, et extemplo *λαοῖς ἄφεσις*, vnde miſſionis vel miſſae nomen, ne neceſſe habeamus, a vetuſtiore lingua longius et curioſius arceſſere. *Fl. Chr.* In Avv. 449. *ἀκούετε λεῴ, τοὺς ὁπλίτας — ἀπιέναι. Bergl.* Etiam *ἀνειπεῖν* eſt proprium praeconibus aliquid proclamantibus. v. Demoſth. de cor. p. 244. T. I. *Reisk.*

555. (552. Br.) *εἰς ἀγρόν.* Sic A. Vulgo mendoſe *ἐς ἀγρὸν*, vt ſupra 536. *ἐς ἰπνόν.* In B. praepoſitio plane omiſſa. *Brunck.*

557. Proprie *σαπρὸν* dicitur, quod temporis diuturnitate putredinem quaeſiuit: hic pro *vetuſto* et *antiquo* dixit, in quo notat belli diuturnitatem, vel quum paullo poſt ait, ſe iam ſenem reuiſurum ficus, quas iuvenis plantauerit. *παιωνίζειν* autem eſt gratiarum erga deos actio: eſt enim *παιὰν* hymnus *εὐχαριστήριος*. *Fl. Chr.*

---

b) *καταδακτυλίζειν ἀσχημόνως* reddit Photius p. 384.

c) Hinc vertitur: *haſtarum fabrum vt digito infami notet.*

d) Eadem Zonar. T. II. p. 1657.

560. (557. Br.) ἄσμενός σ' ἰδών. Sic optime A. In B. pronomen exhausit praecedens litera ἄσμενος ἰδὼν, claudicante versu, cui ineptum fulcrum suppositum in impressis ἄσμενός γ' ἰδών. *Brunck.*

564. (560. K.) τοὺς λόφους. Cristas in galeis, quarum vsus in bello, vt et clypeorum γοργονώτων. *Bergl.* τὰς Γοργόνας *e*). Bellicum omnem apparatum intelligit, vel quia dixit λόφους, est ἐνδύασις, vt ad clypeum referatur et vt Lamachum, quem in Acharnn. γοργολόφαν vocat [567.], obiter notet, vbi versum supra citatum habes [574. Br.]: τίς γοργόν' ἐξήγειρεν ἐκ τοῦ σάγματος. Sed Sudas [Suid.] ἐκ τῆς ἀσπίδος legit et γοργόνα interpretatur κορδύλην. Puto tamen simpliciter de clypei terriculosa imagine tantum intellexisse Aristophanem. Sententiam meam adiuuat Hesychius, qui voce γοργόνα videtur respexisse ad illum ex Acharnn. locum, cum ait: γοργόνα ἣν ἐπ' αὐτῆς (puta ἀσπίδος, ne σάγματος potius legas et Sudam sequaris) εἶχεν ὁ Λάμαχος, ἵνα τὸν Λάμαχον εἴπῃ: nempe quia terriculamentis Gorgonum gaudebat Lamachus, propterea illa dixit in Acharnn. et haec h. l. Itaque antea dixit: οὐδὲν δεόμεθα τῆς σῆς μορμόνος. Est autem Lamachus nomen pugnax et ἀκαταγώνιστον *f*). *Fl. Chr.*

565. Pro *velociter currere* τὸ λιταργίζειν nouauit, quia λίαν ἀργὸν i. e. ταχύ. Hesych. τροχάζειν exponit *g*). Alii sunt λιτοῦργοι stipatores principum. Sed profecto cursores et a pedibus pueri recte dicerentur λιταργοί *h*). *Fl. Chr.*

566. ἐμπολήσαντες. Male ap. Athen. lib. 3. [p. 462. T. I. Schweigh.] legitur: ἀγόρασόν τι. Nam horum trochaicorum catalecticorum moduli illam lectionem non recipiunt, etsi hic vt antea ἐμπολᾶν sit ἀγοράζειν. *Fl. Chr.*

---

e) Zonar. I. p. 448. Γοργάνας (leg. Γοργόνας), αἰγίδας.

f) Indicat enim eum qui cupidus est (λῇ) pugnae.

g) Phot. p. 166. τρέχειν.

h) v. Etym. M. p. 567. Zonar. II. p. 1309. χωρία sunt praedia, villae.

568. Hic τὸ γοργὸν interpretantur ταχὺ καὶ εὐκίνητον *i*)· alias est λιπαρὸν καὶ εὐτραφές. Ac τὸ πυκνὸν quidem recte comparat farinae propter crebritatem. Sed τὸ γοργὸν nihil ad πανδαισίαν, quod est velut adiiciale vel symbolare conuiuium, nisi ἀντὶ τοῦ εὐτραφοῦς accipiatur, quod non puto: nam bellico labore exhaustos agricolas habiliores esse credibile non est. Sane nisi Scholiastem de celeritate interpretatum scirem, dubitarem num legendum pro καὶ γοργὸν, γεωργῶν, vt ad αὐτῶν referatur; nam prius καὶ propter τὸ καλὸν dixit. Iudicent doctiores et me dubitatione vacillantem firmitudine felicioris ingenii sistant. *Fl. Chr.* De voc. πανδαισία (h. e. τράπεζα πολυτελὴς, εὐωχία) vidd. Phot. p. 274. Harpocr. et Zon. II. 1507.

569. (565. K.) νὴ τὸν Δί' [ita in not. Fl. Chr. in textis νὴ Δί']. Versus iste est octonarius iambicus *k*) (quadratum puto vocari); miror tamen inter trochaicos solum esse; fortassis legendum νὴ Δί', vt sit trochaicus tetrameter catalecticus cum caeteris. *Fl. Chr.* Mox etiam praestat retineri vulg. ἦν ἂν (esse solet) quam cum Rav. legi ἦν ἄρ'.

σφύρα. Chorus iste agricolarum Athmonensium (populus hic erat e Cecropide tribu, quem Ἄθμονον vocat, qui Ἐθνικὰ scripsit *l*), inducitur hic cum malleis, vannis caeterisque instrumentis ferreis, quibus coloni βωλοκοποῦσι. Sed quem hic vocat malleum *m*), nescio, nisi sit *ligo*, quia postea ait τριαινοῦν τῇ δικέλλῃ. Mallei

i) Vertitur a Bergl. *alacris*, sed a Br. *compacta*. Fl. Chr. reddit: quam cita crebra, pilata instar offae et symbolaris coenulae. Per ταχὺς etiam explicatur a Zon. I. 447. Neque tamen video, quidni caterua, multitudo (στίφος) agricolarum dici vulgari significatu γοργὸν possit, nam seqq. ὥσπερ μᾶζα — ad omnem imaginem pertinent, non tantum ad γοργόν.

k) Nempe si νὴ τὸν Δ. legitur.

l) Stephanus Byz. p. 29. ed. Gronov. qui diserte monet οὐδετέρως dici.

m) A Bergl. redditur: malleus enim armatus res est pulcra; non bene quod ad ἐξωπλ. attinet; sed nec rectius Brunck.: „namque mehercle, *si* splendens bene instructus sit malleus, et tridentes rastri refulgeant ad solem, *eorum ope* pulcre conserantur ordines.“

enim vel malleoli in re ruſtica ſunt nouellae ſtirpes vitium, quae et viuiradices (etſi differunt aliquatenus), ad quas videtur alludere. Sane enim h. l. ſunt tudites et martelli, quibus ridicas et pedamenta in terram demittentes et inſpicantes tundunt et σφυρηλάτους faciunt. *Fl. Chr.*

570. θρίνακες. Vannos, i. e. τὰ πτύα intelligit Schol. *n*), nempe inſtrumenta quibus discernunt ſpernuntque paleas a granis, vt ſic purgetur triticum, vel, vt dicebant veteres, euannetur. Tamen nominis etymon rimanti et Grammaticos audienti, qui ἐργαλεῖον ὀδοντικόν *o*) exponunt et τρίαιναν, videtur mihi aliud fuiſſe θρίναξ a vanni cribro et dictus quaſi τρίναξ, qua ratione Sicilia θρινακία et τρινακρία dicta, vel propter tria promontoria vel quia tridenti ſimilis. Quo magis credam, facit verbum διαστίλβουσι: nam ferrum attritum praeſertim ſplendeſcit ad ſolem. Quodſi quis argutetur, ferramentum illud iam diu deſes et ſitu longo depoſitum rubiginem potius quam ſplendorem contraxiſſe, reſpondebo, Trygaeum haec loqui quaſi per ἀναχρονισμὸν et eruta Pace; cum bona ſpe ſic euenturum, imo videri iam praeſens. *Fl. Chr.* Inepte verterat Berglerus: *et ventilabra reſulgent ad ſolem.* Quis fando audiuit aut vidit vnquam fulgentia ventilabra? Tum quis ventilabri vſus ad vitium et ficuum conſerendorum ordines? θρίνακες ſunt τρίαιναι, *tridentes raſtri,* ſ. *ligones,* idem fere quod δίκελλαι. Mox τριαινοῦν τῇ δικέλλῃ, V. Heſych. in Θρίναξ. τριαινοῦν eſt *terram vertere,* τὸ ἄνω κάτω ποιεῖν. Pro *diruere, euertere,* vtitur Eurip. in Bacch. 344. θάκους τοῦδ' — μοχλοῖς τριαίνου κἀνάτρεψον ἔμπαλιν, ἄνω κάτω τὰ πάντα συγχέας ὁμοῦ. *Brunck.*

571. Niſi pasſiue accipimus τὸ ἀπαλλάξειεν et abſolute, vt apud Latinos ſaepe *mutare* et *turbare,* exiſtimarem mutandum αὐτῶν in ἄν τις, neque me mouet τὸ ἂν repetitum *p*). Tamen nihil pronuntio niſi dubi-

---

n) Ita et Suid. et Zonar. II. 1052.

o) ὄργανον γεωργικὸν ὀδοντικὸν Phot. p. 74.

p) Tum prius ἂν cum καλῶς iungendum eſſet. Secutus eſſe vide-

tanter, neque quicquid eiusmodi a nobis obſeruatur notaturue accipi velim tanquam *κυρίας δόξας*. Non ita vaticinor ſed eſſe tantum cupio irritamentum alieni iudicii. Eſt autem *μετόρχιον* ſpatium et interuallum, quod eſt inter vites ordinarias, quod vocatur a Columella [de R. Ruſt. III, 13, 3.] *interordinium*, quo modo Vitruuius dixit [III, 1. etc.] *intercolumnium*. Neque ſolum de vitibus intelligitur, ſed oleis etiam aliisque arboribus, inter quas ſementem faciebant. Nam *ὄρχοι* ordines ſunt in quincuncem digeſti, etiam *ὄρχατοι* dicti, *παρὰ τὸ ἔρχεσθαι δι' αὐτῶν τὰς τάξεις τῶν φυτῶν*. Fortasſis etiam alludit *πρὸς τοὺς ὄρχεις*, vt in Acharnn. *Fl. Chr.* Verſus hic (567. Kuſt.) eſt Mercurii, ſequens verſus rurſus Trygaei. Senſus iſtius verſus eſt: *Sane bene patientur ab ipſis ſata;* bene curabunt ſegetem, bene agrum excolent. *Reisk.*

573. *τριαινοῦν*. *Senſim fodere* et *occatas glebas attrahere*, vt ſemina operiantur, vocat *τριαινοῦν*. Id in ſegetibus fit, cum iacto ſemine tertio aratur et tunc *lirare* dicitur; fit enim e ſulco porca. Hoc Graeci vocabant *ὑπαροτριᾶν*, et ſic vſus videtur Theophraſtus lib. 8. Hiſtor. [Plant. c. 11.] quo loco amplector correctionem, vt pro *ὑπαποροῦντες* legamus *ὑπαροτριῶντες*. Hic ego putem de hortorum areis accipiendum, vbi poſt ſementem iactam tridente inſtrumento ſpargitur et demittitur ſemen et mox inuerſo aequatur ipſa area, praeſertim quum vſus ſit hypocoriſtico; dixit enim *γήδιον* i. *agellum* vel *praediolum*. Ap. Heſych. arantes dicuntur *τριαινατῆρες*. Sed paulo poſt legendum *ὦ 'νδρες*, non *ὦ ἄνδρες*. Caeterum habemus hic vndecim trochaicos dimetros acatalecticos praeter octauum [581.] qui eſt monometer, et coronidem quae eſt *ἐφθημιμερής*. Sed notandum, in quarto dimetro vel dactylum eſſe vel potius duas in vnam ſyllabas coaleſcere in *παλλασίων*, vel vt Sudas *παλλαθίων*. Sunt autem *παλάθαι* vel *παλλάθαι* cum duplici *λ* *ficus ſiccae*, quae *ἰσχάδες*,

---

tur Bergl. vertens: belle profecto eos *quis* diuidere poſſet in duos ordines arborum; ſine ſenſu. Imo hoc vult: profecto bene ab iis diſcedet, abibit, interordinium, i. e. bene curabunt (*θρίνακες* iſtae) agri conſitionem.

vel *massa ficuum* q), ἡ τῶν σύκων ἐπάλληλος θέσις, inquiunt Grammatici, vt, nisi coalescant hae duae syllabae, legendum putem παλλαθῶν. *Fl. Chr.* διὰ χρόνου. In Plut. 1051. βούλει διὰ χρόνου — παῖσαι. Ib. 1045. ἔοικε διὰ πολλοῦ χρόνου σ' ἑωρακέναι. *Bergl.*

576. (573. Br.) ὑμῖν [vt Br. ed.] Sic A. Vulgo ἡμῖν. *Br.* Recte ἡμῖν reuocauit Inv.

577. τῶν τε παλασίων ἐκείνων. Sic bini codd. recte. Ita ap. Hesych. e literarum serie excudi debuit, vbi nunc legitur: πλασία (scr. παλάσια) τὰ συγκεκομμένα σῦκα. καὶ διὰ τοῦ θ' πλάθια (scr. παλάθια) καὶ παλάθη. Photius ad hanc glossam citatus: παλάσια, τὰ συγκεκομμένα σῦκα, παλάθην r) λέγουσι καὶ παλαθίδα. εἰσὶ δὲ ἐξ ἰσχάδων ἢ σύκων κεκομμένοι βῶλοι πλινθοειδεῖς. Male in impressis παλλασίων. *Brunck.*

579. Non solum τρὺξ est faex vini et subsistentia (Graeci ὑποστάθμην vel ὑπόστασιν vocant), sed etiam nouum mustum, ἀπὸ ληνοῦ ἀδιήθητον, inquit Hesych., vt h. l. Recte autem cum vino iungit ficus; nam ficuum tanta fuit apud veteres commendatio, vt secundum a vite locum obtinuerit, et merito Hipponax dixerit συκῆν μέλαιναν ἀμπέλου κασιγνήτην i. ficum nigrantem vineaeque germanam. Ratio cum historia fabulosa affertur e Pherenico ἐποποιῷ apud Athen. [III. p. 78. B. Cas.]. Itaque Theophrastus in libris de hist. [plant.] tractationi de vinea ficus adiicit contemplationem. De cuius variis generibus adfatim scripsit et scripta ab aliis recensuit idem Athenaeus lib. 3. Dipnos. [p. 292. ss. Schw.]. Quin apud Philostratum maiorem lib. I. Imaginum titulo ξένια ad coaceruandas asseruandasque ficus, quae pro apophoretis essent, vitis folia vsui esse dicit [c. 31. p. 809. Olear.]. *Fl. Chr.*

580. (576. K.) Locum vel pratum violis refertum ἰωνιὰν vocant, qua ratione rosetum vel rosarium ῥοδωνιὰ et liliarium κρινωνιά. Sic in lib. I. de hist. plant.

---

q) Zonar. II. p. 1507.

r) Haec recte separata est glossa in ed. Phot. p. 271. et scribitur: Παλάθην λέγουσι κ. παλαθίδα. εἶναι δ. ἐ. ἰ. ἢ. σ. κεκομμένοι —

[c. 15. vbi vid. Bodaeus a Stapel p. 46.] Theophraſtus dixit *ἰωνιὰ* et *ῥοδωνιά;* nam accentum in vltimam puto reiiciendum. Doctisſimus alioqui Gaza non ſatis expleuit haec verba, dum vertit *roſas* et *violas*, ſed neque, ſi dixiſſet violacea. Ego cum Marone *violaria* et *roſaria* dicerem; et ſane diuinus ille vir dixit [Georg. IV, 32.]: *irriguumque bibant violaria fontem* s). Expreſſum ex his Ariſtoph. *τ. ἰωνιᾶς τῆς πρὸς τῷ φρέατι.* Nam *τὸ φρέαρ fontem* eſſe facile credo cum Grammaticis. Ap. Theophr. l. VI. de hiſt. plant. [c. 6. extr.] Gaza vertit *iuxta fontes,* quod graece erat *ἐν τοῖς κροτητοῖς,* quamuis aliud ſit *κροτητὸν,* ſemita ſcilicet plauſu pedum trita et pauerata a commeantibus. Quo loco exiſtimauit diuini viri diſcipulus eximius et, magiſtro ipſo teſte, melioris notae, lilia pluribus variari coloribus, quam violas: quod veritati rerum conſentaneum non videtur; nam violae praeter omnes colores, quos habent lilia (purpureum eximo) etiam luteae ſunt, etiam variae ex puniceo et candido. *Fl. Chr.*

581. (578. Br.) Hic verſus et ſequentes male vulgo digeſti ſunt t). *Brunck.* Is quomodo distinxerit, Inv. iam monuit, qui ipſe Rav. cod. ſecutus aliter ſcripſit.

584. ſs. Vide an haec reuocari ad formam ſtrophicorum hoc modo posſint.

στροφὴ ά.

Χαῖρε, χαῖρ᾽ ὡς ἀσμένοισίν ἡμιν ἦλθες, φιλτάτη·
Σοὶ γὰρ ἐδάμην πόθῳ εἰς ἀγρὸν ἀνερπύσαι.

---

s) Huc videtur pertinere illud Virgilii: Irriguumque etc. Vt autem *ἰωνιὰ violarium* ſ. *pratum violis refertum,* ita *ῥοδωνιὰ* ſ. *roſetum* et *κρινωνιὰ liliarium.* Nec forte multo plura inveniuntur eiusmodi nomina locorum ſ. pratorum; certe Iulius Pollux ignota ſibi alia fatetur praeter *ῥοδωνιὰ* et *ἰωνιὰ* Lib. I, 229. Viri docti tamen ad illum locum afferunt *κρινωνιὰ* ex Heſych. et Suid. [etiam Theophr. H. Pl. VI, 6. p. 644. Bod.] *Bergl.*

t) Nempe ita:

τῷ φρέατι,
τῶν τ᾽ ἐλαῶν, ὧν ποθοῦμεν.
Ἀντὶ τούτων τήνδε νυνὶ
τὴν θ. πρ.

ἀντιστρ. α'.

Ἦσθα γὰρ μέγιστον ἦμιν κέρδος, ὦ ποθουμένη,
Πᾶσιν, ὁπόσοι γεωργὸν βίον ἐτρίβομεν.

στροφὴ β'.

Μόνη γὰρ ἡμᾶς ὠφέλεις.
Πολλὰ γὰρ ἐπάσχομεν πρίν ποτ' ἐπὶ σοῦ γλυκέα
Κάδάπανα καὶ φίλια.

ἀντιστρ. β'.

Ἦσθα γὰρ ἀγροίκοισιν χίδρα,
Ὥστε σὲ τά τ' ἀμπέλια καὶ τὰ νέα συκίδια
Τἄλλα θ', ὅσα γ' ἐστὶ φυτά,

Ἐπῳδός.

Προςγελάσεται λαβόντ' ἀσμέναν.

Primo verſuum horum perperam legi ſolet: *Χαῖρε, χαῖρ', ὦ φίλταθ' ὡς* etc. cum feminam, Pacem, alloquatur *ν*) chorus; ſecundo: *Σῷ γὰρ ἐδάμημεν πόθῳ, δαίμονα βουλόμενοι εἰς ἀγρὸν ἀνερπύσαι*, inconcinna quidem et frigida oratione hac: nam tui deſiderio tenebar, cupiens deam (te) agros reuiſere *x*). Iam vertendum: nam tecum agros reuiſere nimis cupiebam. Tertio minus eleganter libri *τὸ μέγιστον* etc. Quarto itidem inconcinne minusque exquiſite *γεωργικόν*. Vltimo ſtrophae alterius *φίλια* maxime metri cauſa erat reponendum pro vulg. *φίλα*. Sequente verſu vulgo legitur: *Τοῖς ἀγροίκοισιν γὰρ ἦσθα Χίδρα καὶ σωτηρία* obſcurata metri forma iambici *y*) itidemque ineleganter intruſo articulo (*τοῖς*), quo libenter in metricis caremus. Nam ab interprete eſſe iſta *καὶ σωτηρία*, vix eſt, vt moneam. Laxe, pro more Scholiaſtarum vulgarium explicuit iſte, quisquis fuit, iocoſum poëtae verbum *ἦσθα χίδρα*. Extremo verſu, ſublato, quod repetitur inutiliter prono-

ν) Itaque facilius ſcribi potuit: *χ. χαῖρ' ὡς φιλτάτη* —

x) Brunck. vertit: domiti enim et victi ſumus tui deſiderio, te deam cupientes in agrum remeare. Id quidem incommodum eſt. Sed num licet propterea verba *δαίμονα βουλ.* delere? Vnde vero illa orta ſint? Equidem *δαίμονα* interpretor *τύχην* fortunam, quae Pacem comitari ſolet, vnde etiam recte deinde legitur: *τὸ μέγιστον* — maximum illud lucrum ſcil. quod vna aderat fortuna ſecunda. Non meliores ſunt reliquae emendationes, texta mutilantes.

y) *trochaici* voluit auctor ſcribere.

mine σὲ post προςγελάσεται, apparuit metrum paeonicum, quo et conscripti versus 2, 4, 6, 7, 9, 10. Dedi quoque ἀσμέναν, tum quia sententiae aliquid accrescit, vbi beneuolae beneuolam excepturae dicuntur arbores ac plantae, tum vero maxime, quia iuxta προςγελάσεται friget ἄσμενα, nec nisi rarius ancipites esse solent paeonicorum syllabae extremae. Saepius quidem pro clausula eiusmodi versuum vsurpatur paeonicus trimeter, velut et infra 361, 401. Quod reposuit Brunckius προςγελάσονται, et soloecum est in neutris ἀμπέλια, συκίδια, φυτὰ z), et euertit versum. Quod autem hoc solo versu continetur epodus, sicut stropha Nub. 1200., si verum ibi vidimus, et Acharn. 945, 1221. sqq.: similiter in Aeschyli Persis extremis, qui locus haud dubie strophicus est, vnum versiculum Πέμψω σε δυςθρόοις γόοις, pro clausula regi accinit chorus: neque non finitae in extrema stropha sententia vnicum hoc exemplum: cf. Ran. 215. Acharn. 993. Eccl. 518. 604. Pindarum et Lyricos passim. Ceterum, ne quis quaerat, strophae prioris prior versus trochaicus tetrameter catal., posterioris primus est iambicus dimeter, quibus respondent οἱ ἀντίστοιχοι. *Hotib.*

585. (583. Br.) ἡμὶν vltima breui, sic flagitante metro trochaico. Perperam vulgo ἡμῖν. V. praec. legi mallem: χαῖρε, χαῖρ' ὦ φιλτάτη γ', ὡς. Nec aliter credo Comicum scripsisse: nam vltima nominis φιλτάτη elidi non potest. *Br.* Sophocl. Trach. 18. χρόνῳ δ' ἐν ὑστέρῳ μὲν, ἀσμένῃ δέ μοι (exoptatus mihi) ὁ κλεινὸς ἦλθε Ζηνὸς Ἀλκμήνης τε παῖς. *Bergl.* Formulam ἀσμένοις ἡμῖν ἦλθες illustrant Wyttenbach. Epist. Crit. p. 27. s. p. 247. ed. Schäf. et Porson. ad Eurip. Phoen. 1061.

588. (585. K.) Εἰς ἀγρόν. Legerem ἀγρούς, vt sit catalecticus similis primo χαῖρε, χαῖρ': et alteri sequenti, κέρδος ὦ etc. In proxime sequenti etiam legerem: ἦσθα γὰρ μέγιστον, tolleremque τὸ, vt sit dimeter acatalecticus. Mixtus est hic chorus ex dimetris catalecticis et acatalecticis, ex dactylicis, ionicis a maiore et

z) Quasi vero ignotum esset, etiam Atticos interdum pluralia verba neutris addere. v. Fisch. ad Well. III, 1, 342. ss. Matthiae Gramm. gr. mai. p. 416. f.

paeonicis. Quin et iambicum habet dimetrum, decimum puta. In fine chori anapaesticus est dimeter, sed putarem legendum: προςγελάσει τοί σε λαβόντ᾽ etc. non autem προςγελάσεται. *Fl. Chr.*

589. Codicis Rav. auctoritate Inv. vnum hunc versum scripsit, quum vulgo duo essent (586. f.).

595. (593. K.) ἀδάπανα. Horatius de vita rustica [Epod. 2, 48.] *dapes inemtas apparet.* Noster Acharn. 32. ἀποβλέπων εἰς τὸν ἀγρὸν, εἰρήνης ἐρῶν, στυγῶν μὲν τὸ ἄστυ, τὸν δ᾽ ἐμὸν δῆμον ποθῶν, ὅς οὐδεπώποτ᾽ εἶπεν, ἄνθρακας πρίω, οὐκ ὄξος, οὐκ ἔλαιον, οὐκ ᾔδει πρίω, ἀλλ᾽ αὐτὸς ἔφερε πάντα. *Bergl.*

596. (595. Br.) ἀγροίκοισιν. Sic recte A. Male vulgo omissum ν paragogicum. Versus est dimeter trochaicus. *Brünck.*

597. (595. K.) χίδρα *a*). Species est leguminis τὸ χίδρον *b*), et ex panico conficiebant: fruges nouellas vel farinas ex leguminibus exponit Hesychius, qui ait σῖτος νέος φυτόμενος (corrige φρυττόμενος, nam alibi vocat ἐρεγμὸν πεφρυγμένον); est enim legumen fresum ex ordeo maxime. Existimat Sudas [Suid.] dictum χίδρον ἀπὸ τοῦ χεῖσθαι, quasi terra illud facile fundat. Ego putarem dicta χίδρα quasi χέδροπα, quia manu legantur. Legumina vel χέδροπα etiam sunt σιτώδη. *Fruges* summum genus est, et caetera species vel differentia. Iureconsulti quidem ad vuas *frugum* vocem diffuderunt, imo ad siluas caeduas et lapicidinas *c*), quos recte castigat Iulianus [Dig. L, 16, 77.], qui ne pomis quidem appellationem hanc tribuit. Tamen male frumentum definit, quod arista in se teneat, vbi videtur pro spica *aristam* vsurpasse; non enim cuiuis frumentacei generis spica aristosa est; deinde certum est, neque milium neque panicum neque surgum neque haec χίδρα constare spica, sed neque siliqua. Ita magnis Iureconsultis

---

a) Num χαρά? *Reisk.*

b) Non esse femininum, sed neutrum χίδρα, animaduertit iam Tittmann. ad Zon. II. 1853.

c) v. Forcellini Lex. Latin. T. II. p. 349.

magni accidunt errores, quorum neque Gallus neque Seruius neque Alphenus immunes ſunt. Tamen ex animi mei ſententia non placet *χίδρα*. Quid enim eſt hoc: *tu es legumina et ſalus?* nam malo *ἀγροίκοις σὺ*, quam *ἀγροίκοισι*. Ne diutius lectorem morer, fortaſſe *χύτρα* tam conuenientem hic locum habeat, quam *τὰ ὄσπρια* in ipſa. Haec ego doctis cenſenda relinquo. Mihi ſatis vel nimis potius audere ſententiam meam pronunciare, quae in his minutis rebus ſemper erit *ἐφεκτικὴ*, neque tanti apud me vnquam erit auctoritas gloſſographorum, vt in eorum verba iurare velim. Quoquo modo legamus, innuitur tantum et ſperatur vbertas ex pacifico rerum ſtatu. *Fl. Chr.* *χίδρα* edulium ex hordeo freſo recenti. Pacem dicit ruſticis fuisſe *χίδρα*, quia tempore Pacis haberi poſſunt recentes fruges ad paranda *χίδρα*, et quia valde delectabantur illo cibi genere. In Eqq. 805. de ruſticis: *Εἰ δέ ποτ᾽ ἐς ἀγρὸν οὗτος ἀπελθὼν Εἰρηναῖος διατρίψῃ καὶ χίδρα φαγὼν ἀναθαῤῥήσῃ κ. τ. λ.* *Bergl.*

599. *τὰ νέα συκίδια.* En vt ſemper ficus iungit vitibus. In fabula Acharn. [996.] dixit *μοσχίδια συκίδων* *nouellas ficus.* Nam *μόσχος* tener et nouellus. Sic Homerus [Il. XI, 105.] *μόσχοισι λύγοισι.* Latini *moſtum* vel *muſtum*, vt *οἶνος μοσχίδιος* vinum muſtum et nouum. *Fl. Chr.*

600. (599. Br.) Vulgo legitur: *τἄλλα θ᾽ ὅσ᾽ ἐστὶ φυτά d)*· qui verſus dactylicus eſt, vt quartus huius cantici. Sed quum praecedant duo paeonici facillimumque ſit hunc verſum ad idem metrum redigere, praetuli: *τἄλλα θ᾽ ὅσα γ᾽ ἐστὶ φυτά.* Nec dubito, quin quartus etiam ſyllaba defectus ſit: requiri enim videtur in eo pronomen, et multo melius omnia procederent, ſi legeretur:

χαῖρε, χαῖρ᾽, ὦ φιλτάτη γ᾽, ὡς
ἀσμένοισιν ἡμὶν ἦλθες.
σῷ γὰρ ἐδάμημεν πόθῳ,
δαίμονά σε βουλόμενοι

---

d) Ita haud dubie edi e Rav. voluit Inv., reliquit tamen in textis Brunck. emendationem, in qua vi omni caret, opinor, particula γ᾽, metri tantum cauſa inſerta.

εἰς ἀγρὸν ἀνερπύσαι.

Quinque ſunt dimetri acatalecti, quorum duo primi trochaici, medius ionicus a maiore, duo vltimi paeonici ſunt. *Brunck.*

601. (600. Br.) προςγελάσονταί *e*) σε λαβόντ᾽ ἄσμενα. Sic bene A. et primariae edd. In B. προςγελάσεται, quod imperite inuexit Ant. Fracinus et ex Frobeniana in alias nouitias manauit, reclamante nemine. Et ſane miror editores illos, qui textui ſcholia ſubiecerunt, labem non animaduertiſſe. Nam diſerte ait Schol *f*), verſum eſſe dimetrum anapaeſticum acatalectum: et talis eſt reuera, niſi malis choriambicum trimetrum catal. eum appellare. Sed ad vtrumuis metri genus referas, omnino legi debet προςγελάσονται. *Brunck.* Nullo modo tolerari poteſt προςγελάσονται, licet ita ediderit Brunckius, nimis Scholiaſtae nimis credulus. Nam verſus 596—599. (598—600.) e Creticis et Paeonicis conſtant, ita legendi:

ὥστε σὲ τά τ᾽ ἀμπέλια
καὶ τὰ νέα συκίδια
τἄλλα θ᾽ ὁπόσ᾽ ἐστὶ φυτά,
προςγελάσεταί λαβόντ᾽ ἄσμενα.

Porſon. ad Eurip. T. I. p. 101. Lips. ed.

603. (601. K.) ἧδε. Ita recte ed. Ald. et Farrei: male nuper ἠδέ *g*). In aliis etiam ſignum interrogationis perperam ponitur poſt χρόνον. *Bergl.*

---

e) Ita Br. edidit, atque ita in not. Inv. pro προςγελάσοντας eſt reponendum.

f) Inde non colligi poteſt, niſi, hunc Schol. in ſuo libro reperiſſe προςγελάσονται, et duplex ſane ſcriptura in antt. libris fuiſſe videtur.

g) Nempe Kuſt. dedit — χρόνον; ἠδὲ τοῦθ᾽ ἦμ. — Ad haec Daweſius M. Crit. p. 278. „Principio ἠδὲ non eſt vox Attica. Deinde ſi eſſet, nullum hic ſenſum ſortiri poſſet. Tertio parum commode ſubauditur nominatiuus, ad quem referatur verbum ἦν. Vt haec omnia ſimul incommoda euitentur, non eſt niſi vt pro ἠδὲ legas ἧδε, locum autem ſic distinguas: — πολὺν τοῦτον χρόνον ἧδε; τοῦθ᾽ — Nempe haec dicit chorus de Irene ſiue Pace iam praeſente. Poſtquam hanc emendationem excogitaueram, certior factus ſum, editiones Ald. et Wechel. praeferre: πολὺν ἤδη χρόνον Ἧδε, τοῦθ᾽ — quas etiam ſequi video

604. Rogante choro ſenum Athmonenſium incipit Mercurius narrationem belli Peloponneſiaci et cauſas arcesſit a Phidia et Pericle. Sunt autem verſus hi omnes trochaici tetrametri catalect. ab his *ἀλλὰ ποῦ ποτ' ἦν* vsque ad inferiora *ἅττ' ἂν αὖ* (652.). Caeterum ex Archilocho verſus iſte manauit, qui dixit: *ὦ Λιπερνῆτες πολῖται, τἀμὰ δὴ ξυνίετε ῥήματα.* [Archil. Reliq. ed. Liebel. p. 199. ſ.]. Quod etiam vſurpauit Cratinus in *Πυτίνῃ* [v. Schol. h. l.]. Diodorus Sic. l. XII. [c. 40.] apud quem hiſtoria haec de Pericle et Phidia exſtat, hunc verſum ita habet: *ὦ πένητες καὶ γεωργοί θ', ἅμα τις ξυνιέτω* h). Puto illud *πένητες* detortum ex Archilocho et Cratino, qui *λιπερνῆτες* dixerant, neque tamen ſic displicet; nam bello pauperantur coloni; ſed *δὴ ξυνίετε* melius quam *τὶς ξυνιέτω*. *Fl. Chr.* Scholiaſtes affert ſimilia loca, vnum Archilochi: *Λιπερνῆτες πολῖται — ῥήματα·* alterum Cratini: *ὦ Λιπερνῆτες πολῖται, τἀμὰ δὴ ξυνίετε.* Ego inueni et alium Eupolidis, quem libenter imitatur Comicus noſter, ap. Stob. Serm. IV. [p. 113. ed. Schow.]: *ἀλλ' ἀκούετ', ὦ θεαταί, τἀμὰ καὶ ξυνίετε Ῥήματ'· εὐθὺ γὰρ πρὸς ὑμᾶς ἀπολογήσομαι.* Vulgo i) pro *τἀμὰ* legitur *πολλά*, pro *ῥήματα*, *χρήματα* et pro *ὑμᾶς*, *ἡμᾶς·* minus recte, vt nunc apparet. Ceterum totus Ariſt. verſus aliter legitur ap. Diod. Sic., vbi hiſtoria de Pericle et Phidia exſtat, L. XII. p. 97. *ὦ πένητες κ. γ., θ' ἅμα τις ξυνιέτω.* Legendum autem ibi: *καὶ γεωργοὶ, τἀμά τις* etc. *Bergl.*

606. (604. K.) Peloponneſiaci belli cauſam a Phidia vsque arcesſit, qui temporibus Pythodori k) archontis, vt ait Philochorus, ſolertisſimus ſtatuarius, cum Mineruae ſtatuam, cui muneri praeerat Pericles, ex auro et elephanto feciſſet, detracto poſtea e ſerpentium

---

Baſil. 1532. Id quod vulgata ſcriptura partim quidem rectius eſt, ſed partim etiam corruptius."

h) Sed nunc ap. Weſſeling. qui cfr. eſt, T. I. p. 504. legitur: *ὦ λιπερνῆτες — τἀμὰ δὴ ξυνίετε.*

i) Etiam in ed. Schow. nulla varietate notata.

k) v. Siebelis ad Philoch. Reliqu. p. 54. vbi oſtenditur, praeeuntibus Palmerio et Corſinio, pro Pythodoro ponendum eſſe *Theodori* nomen.

ſquamis auro furti ſuſpectus in exilium miſſus eſt (hoc enim ait πράξας κακῶς) et in Elidem ſeceſsit, Iouem Olympium addicto pretio conflaturus. Maximus Tyrius Serm. XVII. [XXXIII. c. 7. p. 399. ed. Marcland.] vbi disputat, an virtus ſit ars, ait: ὅμοιον δρᾷς ὡς εἴ τις τὴν Φειδίου φυλάξας τέχνην τὴν ὕλην ἀφελὼν προσθείη τῇ τέχνῃ τὸ τῆς ὕλης ὄνομα. Quae verba ad hoc auri furtum ſuſpicor pertinere, praeſertim cum antea dixerit [c. 6. p. 397.], Περικλῆς οἴχεται, φεύγει Ἀριστείδης. Sunt tamen, qui ad Periclem nihil pertinere Phidiam exiſtiment, cum Phidiae iſtud factum ſeptem annis praeceſſerit initia belli Peloponneſiaci *l*). Neque vero laudatus teſtis Thucydides, hiſtoriae, non fabularum, pater, de Phidia tacuiſſet, ſi vero id ſimile fuiſſet. Vtut res geſta fuerit, magna fuit prudentia et cautio magni viri Periclis, qui ſeu repetundarum reus futurus ſeu rationum reddendarum metuens, alio traduxit Athenienſium mentes et bello Megarenſi implicauit. Huius conſilii perhibetur *m*) auctor puellus adhuc et tenerae aetatis Alcibiades, vt recte cenſuerit Ariſtoteles in Politicis: ex asſentatorum populi improbitate ſaepe mutari ſtatum ciuitatis. Sane huius aſtutiae non leuia in rebus gallicis viſuntur imitamenta. Neque deſunt nobis Periclei, non ſane περὶ κλέους ſed περὶ κλήρου βασιλικοῦ certantes et omnia in peius ruitura ſusque deque habentes. De Pericle et cauſa belli Peloponnes. praeter Plutarchum in Periclis vita et Diodorum lib. XII. pretium erit operae legere Athenaeum lib. 5. [XIII. p. 589.] Philoſophici Conuiuii. At de decreto in Megarenſes facto A. Gellius lib. VI. [c. 10.] retulit et hic noſter in Acharnn. plura. Sed ſane non ſatis honeſtam de Aſpaſia ſcortisque belli cauſam praetexuit, etſi vetus eſt vel ſi ab Helenae ouo ordiaris. *Fl. Chr.*

πράξας κακῶς. Fuit enim condemnatus ab Athenienſibus et fugit in exſilium, quia viſus eſt furtum commiſiſſe, cum faceret ſtatuam Mineruae ex auro et ebore. *Bergl.* F. αὐτὴν εἶρξε (pro αὐτῆς ἦρξε). *Reisk.*

---

l) Nempe ſi Theodoro archonte (Ol. 85, 3.) Mineruae ſimulacrum dedicatum eſt.

m) Sed a ſcriptoribus non multa fide dignis.

Idem v. 602. ἦν (vt vbique ſcribitur) et v. ſeq. σὺ δὲ τοῦθ' ἡμᾶς — legi iuſſit. Ibid. in ed. Fl. Chr. legitur: πολὺν ἤδη χρόνον, ſed in marg. notatur: γρ. τοῦτον γρ. In h. l. Hermann. de Metr. p. 117. recte emendauit: πρῶτα μὲν γὰρ ἦρξεν αὐτῆς — ne ſpondeus in tertia ſede relinquatur. Caet. cfr. Palmerii nota ad Schol.

607. (605. K.) *Περικλέης*. Iſte fuerat curator illius operis et inſpector cumque timeret, ne etiam exemplo Phidiae plecteretur, quia expenſarum rationem reddere non poſſet; quietem publicam turbans alio auertit mentes Athenienſium. *Bergl.* Haec vana et a Comicis conficta eſſe, dudum demonſtratum eſt. v. *Meiners* Geſch. der Wiſſenſch. in Griech. und Rom T. II. p. 254. f. In ed. Fl. Chr. ad τύχης in marg. adſcriptum: γρ. δίκης.

608. τὰς φύσεις ἡμῶν (vt in ed. Fl. Chr.). Cum loquatur Mercurius, non dubium eſt mihi quidem, quin legendum ſit ὑμῶν, vt ad Trygaeum et Athenienſes potius referatur. *Fl. Chr.* τὸν αὐτοδὰξ τρόπον. *Contumaciam, iracundiam*; quia iraſcentes ſaepe mordent labra; et αὐτοδὰξ ὠργισμένος in Lys. 690. vbi v. Not. *Bergl.* Male apud Sudam [Suid.] αὐτόδαξον *n*)· eſt enim aduerbialiter dictum, vt illud [Hom. Il. 2, 418.] ὀδὰξ λαζοίατο γαῖαν. Alias ſignificat πάνυ et παραχρῆμα, quae non male huic loco quadrabit interpretatio, vt ἀψίκορον φύσιν innuat et ingenium quod amata relinquere pernix. Tamen gloſſographum ſecutus ὀργίλον et αὐθάδη intellexi, cum verti *mores irritabiles. Fl. Chr.*

610. Aut ἢ 'μβαλὼν aut κ' ἐμβαλὼν (καὶ ἐμβ.). *Reisk.* Μεγαρικοῦ ψηφίσματος. Vid. in Acharn. 532. *Bergl.*

611. ἐξεφύσησεν τοσοῦτον. Ita ed. nupera [Kuſt. etiam Br.] *o*) Caeterae quas vidi [etiam Fl. Chr.] ἐξεφύσησε γὰρ τοσοῦτον. *Bergl.* Mire perſtat in metaphora. ἀνεῤῥίπισε dixit Athenaeus *p*); nam ſcintilla vel fomes

n) Hinc Suidam Kuſterus, Zonaram Tittmannus (T. I. p. 341.) corrigendum eſſe docuerunt.

o) Nimirum verti φυσᾶν et inde compoſitorum prima ſyllaba longa eſt. v. Nub. 405.

p) Vid. Hemſterhus. ad Lucian. Tim. 6. p. 112.

excitatur. Inde conflagratio per illa ἐξέφλεξε τὴν πόλιν; deinde ex igne fumus, vt dixit ille [Virg. Aen. III, 3.]: *fumat Neptunia Troia*, quod Euripides καπνοῦται in Troadibus [8.]. Ex fumo autem lacrymae. *Fl. Chr.*

613. ἤκουσ', ἐψόφησεν. Conuenit translatio apud vinitores maxime et colonos, quos appellat. Nam dum componuntur dolia (quae apud antiquos teſtacea fuiſſe intelligo), ſaepe accidit, vt nonnulla rumpantur expreſſu et colliſione. Senſus autem eſt: cum ſemel moveri et turbari res coeperint bello excitato, nemo ſuperfuit, qui eas componeret: ita Paci exitium paratum. Sane arbitror hic pro vite populum, pro doliis offenſas populi intelligi, et cum dixit ἄμπελος, videtur voluiſſe πόλεμος. Sed non ſatis capio, quid ſibi velit illud ἤκουσα q). Scio pro ἄκουσα intelligi poſſe, neque deerit auctoritas Grammaticorum, in quis Heſychius. Deinde ἤκουσα denſo ſpiritu admitti posſit: immo potius, niſi τὸ ἐψόφησεν faceret ἓν διὰ δυοῖν, poſſet legi ἠχοῦσα. Sed vera dicam: non liquet mihi in hoc trivio, quam viam inſiſtam. Si praeeat mihi melior Hermes, et digitum intendat ad veritatem rei, libenter ſequar. *Fl. Chr.* De vite loquitur tanquam de animali, more Aeſopico. Ita et de doliis. Vult autem dicere, agros eſſe vaſtatos et vites exciſás: κἀμοὶ γάρ ἐστιν ἀμπέλια κεκομμένα, inquit ruſticus ille in Acharn. 511. dicens, ſe propterea infenſisſimum eſſe Lacedaemoniis, qui ſaepe impresſionibus factis in agrum Atticum omnia vaſtarunt. vide mox 627. *Bergl.* F. ἠχοῦσ' ἐψόφ. mallem tamen τὰ πρῶτα τμηθεῖσ' ἐψ. *Reisk.* Quaeri etiam poteſt, vtrum ἤκουσ' referatur ad πόλεμον an ad Μεγαρικὸν ψηφ. Francogallus interpres ſenſum bene expresſit: Ausſi-tôt que cette nouvelle fut parvenue dans nos vignes, les ceps furent briſées.

614. πίθος πληγείς. Diphilus Comicus fabulam dedit titulo Πιθραύστης [v. Fabric. Bibl. Gr. et Harles. ad eam T. II. p. 439.]. Puto a ruptura doliorum quaſi ſit πίθων θραῦσις, nam quod additur hic ὑπ' ὀργῆς, recte ad θραῦσιν, quae etiam ab Heſych. exponitur ὀργή, niſi

q) At pro ἤκουσε accipiendum ἤκουσ'.

mendosus locus et ῥωγὴ, quae est ῥῆξις, potius legendum. *Fl. Chr.* [Sed nihil mutandum esse docuerunt Intpp. in ed. Albert. I. p. 1799.].

616. (615. Br.) 'πεπύσμην. Sic cum apostr. elisum augmentum indicante scriptum in B. *Brunck.*

617. (615. K.) προσήκοι Φειδίας. Ex h. l. et post Sudam [Suid.] Paroemiographi *r*) iamdudum prouerbium sustulerunt, doctis viris, vt equidem censeo, risum. Sane enim ad hunc modum facile reperientur, neque durum esset scribere Chiliadas, vt dixit Batauae gentis gloria, Desiderius. Quod autem Pacem ait Phidiae συγγενῆ, προσήκουσαν, id propterea est, quod Pacis ore nihil formosius et speciosius, contra bellicae artes faciunt, vt Phidiae et eiusmodi artificum pereat artificium. Est autem Phidias statuarum, qualis Pax, egregius artifex, deinde exsulauit cum Phidia ipsa Pax et eo secedente abscesfit. Sic apud Aesch. Prometheum Vulcanus dictus ipsius Promethei συγγενὴς *s*), quia sine ignis adminiculo nihil potest opera fabrilis, quae cum illo et nascitur et denascitur. Hoc ergo siue prouerbium siue dictum sic intelligendum, sed sensum alio detorsit doctissimus Iunius [Cent. IV. Adag. 7.] nec quo voluit Aristophanes. *Fl. Chr.* ἠκηκόη A. [vt Br. ed.]. Attice. Vulgo ἠκηκόειν. *Brunck.* Illud igitur reponendum aut hoc relinquendum erat, nec ex vtroque inauditum ἠκηκόην conflandum, quod in Lips. ed. legitur. Cf. Fisch. ad Weller. T. II. p. 371. f. Sensus loci est: nec audiueram quomodo cum ea coniunctus esset, ad eam pertineret, Phidias.

618. *t*) εὐπρόσωπος. De Pace loquitur tanquam de puella formosa. Sic in Acharn. 987. de eadem:

---

r) v. Schotti Prov. Graec. e Suida Cent. 14, 30. et Metr. 1312. Φειδίας προσήκει εἰρήνῃ.

s) V. 39. ad quem locum nostri non oblitus est Abresch. Annott. ad Aesch. I. p. 5.

t) In ed. Br. male erat datum πρὶν γέ ν. Hinc addita haec nota: „Irrepsit ex oscitantia, quum fabulam iterum descripsi, menda, quae diligentiam meam fugit, quum folia corrigerem. Repone, vt est in libris omnibus, πλήν γε —". *Brunck.*

ὦ — ξύντροφε Διαλλαγή, ὡς καλὸν ἔχουσα τὸ πρόσωπον ἄρ' ἐλάνθανες. Bergl.

619. Paulo ante dicebat: *ὅπως αὐτῇ προσήκοι Φειδίας·* ibi *προσήκειν τινὶ* ſimpliciter accipitur pro *attinere ad aliquem;* (attinebat autem Phidias ad Pacem, quia occaſione ſtatuae a Phidia factae pax erat turbata), nunc autem ita loquitur, quaſi ibi *προσήκειν* accepiſſet pro, *attinere ad aliquem,* ſiue, *contingere aliquem cognatione.* Itaque Pacem *pulchram* eſſe dicit, quia Phidiae, qui pulchras ſtatuas faciebat, ſit cognata. Iidem enim ſunt *συγγενεῖς* et *προσήκοντες γένει. Bergl.* Non ſine ſingulari vi haec adiecta ſunt: *πολλά γ' ἡμᾶς λανθάνει.* Scilicet multa inſcio populo tum agebantur in re publica.

620. *κἆτ' ἐπειδὴ* — Notat leues occaſiunculas, quas arripiebant Athenienſes, vt bellum gererent. Mira autem eſt huius poëtae oeconomia. Nam cum in principio huius fabulae maximam operam dederit, ne Athenienſes laederet, belli cauſam reiiciens in alios, Boeotos puta et Megarenſes, nunc libertatem loquendi detorquet in ipſos, non maledicendi ſtudio, ſed vt eos, ſi poterit, auertat a prauis illis moribus et natura irritabili vereque efferata et canum in morem hirriente v). *Fl. Chr.*

624. Turpis lucri ſtudioſi et hoſpitum deceptores Lacedaemonii, de quorum auaritia oraculum eſt vetus: *Ἁ φιλοχρηματία Σπάρταν ὀλεῖ,- ἄλλο δὲ οὐδὲν* i. *ſolus amor lucri Spartae peſſumdabit vrbem.* Neque vero auaritiam ſolam notat, ſed inhumanitatem et inhoſpitalitatem; hoc enim vox illa ſonat *διαρρινόξενοι,* quaſi per ironiam et fallaciam hoſpites acciperent, quia non licebat quandocunque Spartam adire, ſed certis tantum diebus erantque illic *κακοὶ ξενοδόκοι,* vt ait Theocritus [Id. XVI, 27.] et qui prouerbium tollerent: *ἐγγύτερον γόνυ κνήμης* [Erasm. Adag. p. m. 603.]. Quin ibi lata lex fuit *περὶ ξενηλασίας,* et Archilochum poëtam Spartam ingreſſum ſtatim expulerunt quaeſito verſuum

v) Nam *σαίρειν* dicitur de canibus exacerbatis eſtque, ringere, ore hiare. v. Zonar. II. 1237. et Photius p. 375.

praetextu, quibus fugam morti praeferebat *x*). Adeo aberant a comitate illa humaniorum, qui hofpitio indulgent, et, vt ait poëta [Virg. Aen. IV. 51.], caufas morandi innectunt. *Fl. Chr.* *αἰσχροκερδεῖς.* Euripides in Androm. 445. *ὦ πᾶσιν ἀνθρώποισιν ἔχθιστοι βροτῶν Σπάρτης ἔνοικοι, δόλια βουλευτήρια, Ψευδῶν ἄνακτες, μηχανόῤῥαφοι κακῶν, Ἑλικτὰ κοὐδὲν ὑγιὲς ἀλλὰ πᾶν πέριξ Φρονοῦντες· ἀδίκως εὐτυχεῖθ᾽ ἀν᾽ Ἑλλάδα. Τί δ᾽ οὐκ ἐν ὑμῖν ἔστι; οὐ πλεῖστοι φόνοι; Οὐκ αἰσχροκερδεῖς; οὐ λέγοντες ἄλλα μὲν Γλώσσῃ, φρονοῦντες δ᾽ ἄλλ᾽ εὑρίσκεσθ᾽ ἀεί; — Διειρωνόξενοι* *y*). In Avv. 1013. *ὥςπερ ἐν Λακεδαίμονι ξενηλατοῦνται.* *Bergl.*

628. (626. K.) *οὐδὲν αἰτίων.* Ad *γεωργοὺς* referendum, quos innoxios vocat, merito ridens leues bellorum praetextus propter aliquot vuas vel ficus decerptas. *Fl. Chr.* *οὐδὲν αἰτίων περ ἀνδρῶν.* Sic ad metri normam legendum. Mendofe in libris omnibus: *οὐδὲν αἰτίων ἀνδρῶν γε.* In B. plane omiffa vltima particula, mutilo verfu. *Brunck.* *z*) *κράδας.* Videtur ludere in paronomafia *κέρδη* et *κράδη.* Sunt autem *κράδαι* *ficus agreftes*, vt cenfent Nicandri Scholia et Pollux Onomaftico [IV, 129. VI, 40.] *a*) cuius fructum funt, qui *ἐρινεὸν* vocent vel *ὄλυνθον.* *Κράδια* vero vocantur frondes; vnde *κραδοφάγος* auctore Hefychio *ἀγροῖκος.* Apud Theophr. in Hift. [Plant. I, 13. extr.] *κράδη* eft verruca nodofa, quae in olea gongrus, quam alii *πρέμνον*, alii *κροτώνην* vocant. Etiam machina quaedam fcenica fic dicta et qua vehitur in aërem Trygaei fcarabaeus. Eam Hefychius videtur vocare *ἄγγυριν*, nifi codices mendofi. Nam vocem illam, fi bene memini, non legi vspiam. Quae fi bona eft et graeca, videndum quid fit apud Sudam [Suid.] *ἄγκυρις.* Nam herbam effe ait, quo nomine nulla mihi nota neque lecta eft. Quid fi

---

x) v. Plutarch. Inftit. Lac. T. VI. p. 888. *Reisk.*

y) Ita dicuntur, qui exteros ludibrio habent et decipiunt.

z) Porson. ad Eurip. Phoen. 412. probauit fcripturam Rav. ab Inv. receptam: *οὐδὲν αἰτίων ἂν ἀνδρ.* Adhibetur *ἂν* ea vi, vt fignificet, quae fieri et effe facile posfint aut foleant.

a) Add. Zonar. T. II. p. 1248. et 1252. Rami etiam ficuum *κράδαι* dicuntur. v. Bod. a Stapel ad Theophr. H. Pl. p. 496.

pro *βοτάνη τις* legas *μηχανή τις*· nam *ἀγκύρισμα* et genus est luctae (corrige ibi Sudam *b*) et lege *σχῆμα τῶν ἐν πάλῃ*, non autem *σχημάτων*) et vas ficuum capax. Censeant literati iudices neque mihi vitio vortant coniectationes nostras, quas indaginis vicem tantum esse volo, sine qua sagaciores ad cubile veritatis facile fortassis perueniant. *Fl. Chr.*

629. f. Haec vulgo choro (et rectius, opinor) tribuuntur, 631. f. Trygaeo. Mutauit personas auctoritate Rav. Invern.

κορώνεων. Inter genera ficuum recenset Schol.: ego de vite hic accipio, quamuis Hesychius v. *κορώνεως* (sic emendo pro *κορωναῖος*) tam de ficu quam de vite accipiat. Sed satius de nigricante vua intelligere, quae a coruino colore *κορακιὰς* dicta *c*)? Eadem declinatione in Acharnn. [802.] dixit *φιβάλεων*, qui ficus siccus est et proprie *ἰσχὰς* propter *ἰσχνότητα*. Nam inde macilenti et vesci homines dicti *φιβαλεῖς*. *Fl. Chr.* Suidas: *κορώνεως, ὡς φιβάλεως. ἔστι δὲ εἶδος συκῆς. ταύτην δὲ καὶ κοράκιον λέγουσιν· ὁ γὰρ καρπὸς αὐτῆς κόρακι ἔοικε κατὰ τὸ χρῶμα.* *Brunck.*

630. (629. Br.) *ἣν ἐγὼ 'φύτευσα κἀξεθρεψ.* Quis non videt sic legi debere? Mendosa est librorum omnium lectio: *ἣν ἐγὼ φυτεύσας ἐξεθρεψάμην.* Claudicat versus in quinto pede. Emendationem praeceperat Dawesius *d*), confirmatam Euripidis versu in Mede. 1349. *οὐ παῖδας, οὓς ἔφυσα κἀξεθρεψάμην.* *Brunck.*

631. (630. Br.) *νὴ Δί', ὦ μέλ', ἐνδίκως δῆτ', εἴ γε κἀμοῦ, τὸν λίθον* — (vt Br. edidit) *e*). Hic rursus versus turpiter in libris omnibus claudicat, in quibus: — *ἐνδίκως δῆτά γ', ἐπεὶ κἀμοῦ* — dactylo quintam sedem tenente. In B. sic scriptus est: *νὴ Δί, ὦ μέλε, ἐνδίκως*

b) Imo Hesychium T. I. p. 52. add. Zonar. I. p. 32.

c) Genus vitis: et ficus arboris est *κόρωνις*· vnde *κορώνεως ἰσχάδες* et *κορώνεως σταφυλαί*. *Bergl.*

d) Misc. Crit. p. 278. f. qui vidit e vulg. *φυτεύσας* spondeum occupare quintam trochaici sedem.

e) Corruptum esse versum scriptura cod. Rav. ab Inv. recepta, nemo non videt.

δῆτ᾽ ἐπεὶ κἀμοῦ λίθον — Ad numeros quidem male; ſed bene, immo optime factum, quod articulum *τὸν* omiſerit: eſt enim longe ineptisſimus eumque, ſi ſapuisſem, in Morboniam amandaſſem. En, ni fallor, veram Comici manum:

νὴ Δί᾽, ὦ μέλ᾽, ἐνδίκως δῆτ᾽ εἴγε δὴ κἀμοῦ, λίθον ἐμβαλόντες, ἐξμέδιμνον κ. ἀ.

Brunck. Importunum illud *τὸν* et ſenſui et metro noxium recte omittunt Brunckii MS. et Rav.; dudum omiſerat Iuntina ſecunda. Sed in verſu conſtituendo longisſime a vero aberrauit Brunckius. Lege, transpoſita tantum particula, *Νὴ Δί᾽, ὦ μέλ᾽, ἐνδίκως γε δῆτ᾽, ἐπεὶ κἀμοῦ λίθον* — Sed aliud hic reſtat. Nam ſi ſenſui nocet articulus *τὸν*, nocet etiam articulus *τὴν* ſupra [629.], vt additus noceret infra ante *ἐξμ. κυψέλην.* Lege igitur: *ἐπεί τοι καὶ κορώνεών γε μου.* Vide quae dixi ad Med. 675. et adde exemplum e Schol. Ven. ad Il. *Ν*, 513. *ἐπεὶ καὶ τοῦ Οἰνομάου ἐξέσπασε τὸ δόρυ καὶ τοῦ Ὀθρυονέως.* Sed et ibi MS. Townlei. *ἐπεί τοι καὶ τοῦ Οἰ.* Iam poteram multa de *μέλε* apud Atticos diſyllabo, nunquam triſyllabo; poteram non pauca de dactylo in trochaicos ne a Comicis quidem, niſi in propriis nominibus admiſſo; poteram denique quaedam de vocibus *ἑκμέδιμνον, ἐξμέδιμνον* et *ἐξαμέδιμνον* ediſſerere. Sed tibi, lector, et tempori tuo parcam. *Porſon.* ad Eurip. T. I. p. 108.

632. (630. K.) *ἐξμέδιμνον* distraherem in duas voces *ἓξ μεδίμνων.* Eſt autem medimnus menſura capiens 48. choenicas, i. e. 108. libras ſiccorum: vt recte Callimachus Cererem dixerit *πολυμέδιμνον* [in Cer. 2.]. At *κυψέλη* vas eſt figlinum et teſtaceum *f*) (quamuis etiam fierent ex vitilibus) ſic dictum ab obſcuritate *διὰ τὸ κεκρύφθαι τὴν ὕλην.* Aliud eſt *κυψελὶς,* ſordes ſcilicet aurium *g*). *Fl. Chr.*

633. *ὡς ἐκ τῶν ἀγρῶν ξυνῆλθ.* Nempe initio belli, cum omnes in vrbem commigrarent. V. ad Eqq. 789. *Bergl.*

---

f) Inter alia ſignificat et vas frumentarium. *Bergl.*

g) De vtroque vocab. vid. quos laudauit Tittmann. ad Zon. II. p. 1268.

634. *ἐλάνθανεν.* Duplicem lectionem admittit Schol.; nam etiam *ἐμάνθανεν* probat, vt dicat Mercurius, agricolas poſtquam bello coacti vrbes coeperunt colere, cognouiſſe proditorum artes improbas. Si *ἐλάνθανε* legis, tacite magnificantur agricolae, qui reip. calamitates ipſis vrbanis melius praeſenſerunt. *Fl. Chr.* In Acharnn. 573. *κἀνταῦθα λανθάνουσ' ἀπεμπωλούμενοι. Bergl.*

635. *ἄνευ γιγάρτων.* Pro *vuis* dixit gigarta. Nam victus hic erat agricolarum vna cum ficu. Eſt autem gigartum granum in acino et ſemen, ſed improprie ſemen. Nulli enim vſui eſt gigartum, imo vites agigartae dulciores. *Fl. Chr.*

636. *ἔβλεπεν.* Perperam vulgo *ἔβλεπε. Brunck.* *πρὸς τοὺς λέγοντας.* Auſcultabat oratoribus, quid illi dicerent, cumque oratores iſti libenter calumniarentur opulentos, vt nempe multarentur pecunia aut etiam omnia illorum bona publicarentur, plebi inopia laboranti ea res placebat, quamuis reip. perniciofa. *Bergl.* Superiorem verſum laudauit Porſon. ad Eurip. Hec. 788. vt oſtenderet, participium *ὢν* non omitti, vbi duo membra ſententiae coniunguntur.

638. (636. K.) *δικροῖς ἐώθουν.* Prouerbiale eſt: Latini dicunt *furcillis eiicere,* vt Catullus [Carm. CV, 2.] vel vt Horatius [I, Epp. 10, 24.] *furca expellere.* Dicitur etiam *δικράνοις:* ſunt enim *δίκρα* vel *δίκρανα* perticae bifidae et bifines, quaſi *δύο τέλη ἔχοντα.* Quod autem iungit cum *κεκράγμασι h),* propter demagogos facit, qui magnis clamoribus agebant, ne pax conciliaretur. Et praeter exſpectationem hoc dixit, cum debuiſſet *ξύλοις,* vel proditores innuit et bilingues. Corrigendus h. l. gloſſographus graecus *ῥήτορες δημιουργοῦντες:* tu lege meo periculo *δημηγοροῦντες,* niſi mauis *δημαγωγοῦντες. Fl. Chr.* Suidas ad h. l.: *ἔδει εἰπεῖν ξύλοις, καὶ εἶπε κεκράγμασι. Δίκρον ξύλον* dixit Timocles Comicus ap. Athen. VI. p. 243. Proprie *δίκρουν ξύλον* eſt lignum *bifidum,* quale eſt *furca,* et *furcae* dicun-

h) Repudianda enim eſt inanis coniectura Reiskii pro hoc vocab. proponentis: *καὶ τραύμασι.*

tur *δίκρα*, item *δίκρανα*. Hinc prouerbium *δικράνοις ὠθεῖν furcillis eiicere*, siue vt Hor. *expellere furca*. Lucianus in Timone [c. 12. T. I. p. 120. Hemst.] *καὶ μονονουχὶ δικράνοις με ἐξεώθει τῆς οἰκίας*. *Bergl.* Suidas: *δικροῖς, διφυέσι ξύλοις, δικρανίοις* i). *Ἀριστοφάνης· δικροῖς ἐώθουν τὴν θεὸν κεκράγμασι· τὴν Εἰρήνην λέγων. ἔδει δὲ εἰπεῖν ξύλοις, καὶ εἶπε κεκράγμασι· ἐπειδὴ οἱ ῥήτορες δημηγοροῦντες τῇ κραυγῇ ἔπειθον μὴ ποιῆσαι εἰρήνην*. *Brunck.*

640. (638. K.) *τῶν συμμάχων κ. τ. λ.* Talis ille est, cui exitium minatur iudicum chorus Vesp. 287. *καὶ γὰρ ἀνὴρ παχὺς ἥκει τῶν προδόντων τἀπὶ Θρᾴκης, ὃν ὅπως αἰσχυνεῖς, ἐγχυτριεῖς*. Maxime autem illos aggrediebantur sycophantae, qui essent simpliciores et simul diuites. v. Eqq. 260. et 265. quae ibi ad Cleonem spectant; nam is talia docte norat facere. *Bergl.* Verbum *σείειν* eximie dici de sycophantis, qui alios vexant et exagitant, ostendit Photius Lex. p. 373.

641. *ὡς φρονεῖ τὰ Βρ.* *quod cum Brasida sentiat eique sit addictus.* Iste erat admodum prudens imperator, eoque efficiebat, maxime quo tempore in Thracia erat, vt multi ab Athenn. ad Lacedaemonios deficerent. Hinc sycophantae Athenis saepe arripiebant occasionem, vt etiam innocentes insimularent, quasi cum eo conspirarent. In Vesp. 475. *ὦ μισόδημε καὶ μοναρχίας ἐραστὰ καὶ ξυνὼν Βρασίδᾳ*. *Bergl.* Ad loquendi normam oportet *ὡς φρονοῖ* — et sic liquido scriptum est in B. *Brunck.* in Add. Nulla opus mutatione; nam quasi oratio illorum adfertur, qui hanc causam addebant. v. Matthiae Gramm. gr. p. 710. f. Reiskius ad *φρονεῖ* supplet *τις*, quod Graeci ita omittant.

644 (642. K.) *ἅττ' ἂν διαβάλλοι* [ita ed. Fl. Chr.) Salse et satyrice *διαβάλλειν* dixit pro *παραβάλλειν*. Nos in interpretatione vtrumque exprimere voluimus k). Melius autem consuletur modulo, si legatur *ἅττα δια-*

---

i) Eadem Zonar. I. 525. add. Etym. M. p. 276.

k) Vertit Fl. Christ.:
Namque morbo pallida vrbs metuque deses maximo
Suaque digerit cibos quos ingerit calumnia.

βάλοι etc. Sic enim fluidior erit verſus ſublato quaſi obice, vt cum Plinio loquar. Illa vero *κἀν φόβῳ* intelligo pro *καὶ ἐν φόβῳ*. *Fl. Chr.* Ita dixit pro *παραβάλοι*, quod *obiicere* ſiue *proiicere cibum* eſt canibus aut aliis beſtiis: et hoc verbum erat ponendum, quia ſimilitudo eſt a canibus, cum cibus eis proiicitur; ſed quaſi errans vtitur verbo *διαβάλλειν calumniari*, quia rhetores iſti ſycophantae per calumnias efficiunt, vt innocentibus bona ſua extorqueantur. *Bergl.* *ἅττα διαβάλοι*. Mendoſe vulgo *ἅττ' ἂν διαβάλοι l*). Facete autem verbo *διαβάλοι* vſus eſt pro, *παραβάλοι*. *Brunck.*

645. In Eqq. 67. de Cleone: *ὁρᾶτε τὸν Ὕλαν δι' ἐμὲ μαστιγούμενον; εἰ μή μ' ἀναπείσητ', ἀποθανεῖσθε σήμερον*. *Bergl.*

646. Auaritiam rhetorum tangit, cum ait *χρυσίῳ*, ſed et fortasſis nefandam libidinem, puta oris illuſionem vel buccae offenſionem. Apud Sudam (Suid.) *ἐβύνουν* habes *m*), quod non omnino reiiciendum puto, cum *βυνεῖν* auctore Heſych. ſit, in ore aliquid tenere. *Fl. Chr.* In Plut. 379. *τὸ στόμα ἐπιβύσας κέρμασι τῶν ῥητόρων*, vbi v. Not. Cratinus ap. Schol. ad Eqq. 525. *εἰ μὴ γὰρ ἐπιβύσει τις αὐτοῦ τὸ στόμα, Ἅπαντα ταῦτα κατακλύσει ποιήμασι*. *Bergl.* *ἔβυον* aut *ἔβυσαν*. *Reisk.*

647. Alterum *ἂν* non redundare, ſed pertinere ad *ἐξερήμωθ*. docuit Hermann. ad Vig. 817. vertitque: und Griechenland wurde vielleicht entvölkert, ohne daſs ihr es wohl merktet. *ἡδ' Ἕλλας αὖ* coniecit *Reisk.*

648. *ἦν ὁ δρῶν*. Sophocl. Aiac. 1289. *οὐχ ὅδ' ἦν ὁ δρῶν τάδε;* ibid. 1297. *ὅδ' ἦν ὁ πράσσων ταῦτα*. *Bergl.* *ἔλαθε* pro vulg. *ἔλαθεν* ſcribendum eſſe iam *Reisk.* oſtenderat.

649. *βυρσοπώλης*. Cleonem intelligit, quem ab iſto ſpurco officio exagitat, vt noſcatur, a quibus artibus impetum fecerit ad principalem magiſtratum. Quem

---

l) Quod mendum tamen Inv. retinuit. *ἅττα διαβ.* coniicit Reisk.

m) Idem exhibet Zonar. I. p. 596. qui etiam p. 412. v. *βύειν* (obturare, *φράττειν*) habet. Mirum non recepiſſe e Rav. *ἐβύνουν* Invernizium, qui recte v. praec. dedit *ἐτύπτονθ'* pro *ἔτυπτον*. Ipſi ſocii affligebantur verberibus et ſentiebant (*ὁρῶντες*) ea.

vero Attici σκυτοδέψην vocant, Asiani βυρσοδέψην dicunt et Paphlagones (vnde Cleonis origo) βυρσέα et σκυτέα. In Eqq. [197.] βυρσαίετον vocat tum propter pelles, tum a rapacitate. Rapax enim aquila. Sed quia non solum Carthago Byrsa dicta est, sed etiam Athenae ipsae ab Aristoph. nostro ἐν δράμασι (sic lego v. Βύρσα ap. Hesych. non ἀράμασι, vt Niobem vel Centaurum fabulas intelligat; saepe enim citatur ἐν δράμασιν ἢ Κενταύρῳ, ἐν δράμασιν ἢ Νιόβῃ, teste Athen.): quidni putem Βυρσαίετον esse vrbis voraginem et populi furem? Apud Sudam [Suid.] v. σκυτοδέψης inuenio, Cleonem imperatorem furiosum hominem Cleaeneti βυρσοδέψου filium. *Fl. Chr.* Vulgo inepte ὁ βυρσοπώλης. Articulum quem versus respuit, non agnoscit A. *Et l' auteur de toutes ces manoeuvres étoit un corroyeur.* Non vero, vt Berglerus, *coriarius ille, le* corroyeur. *Brunck.*

650. (648. K.) ἀλλ' ἔα. Inuchebatur in Cleonem Mercurius, quasi gratificans hanc iniuriam ciuibus; nam paci contrarius erat (lege in scholiis gr. ἀνθίσταται, non ἐνίσταται), vt ante dictum est. Sed Trygaeus, vt bonum virum et innocentem decet, non patitur vituperari mortuum, et, (quod Christiani solemus in precationibus et solemnibus nostris) requiem orat defunctis, vt recte antea de se gloriatus sit, οὐ συκοφάντης οὐδ' ἐραστὴς πραγμάτων, et tamen tacite eum suis coloribus depingit, artificiose admodum et rhetorice. Tanto enim odio flagrauit in illum, a quo postulatus fuerat, quasi exterus non ciuis esset, vt Equites fabulam in eum scripserit: cumque propter Cleonis impotentem et tyrannicam potentiam non inueniret, qui personam Cleonis effingere vellet aut mimum qui agere, ipse Aristophanes effinxerit et mimum sub persona Cleonis egerit. *Fl. Chr.* In marg. ed. Fl. Chr. ad περ ἔστ' (nam ita diuisim οὐ περ ἔστ' editum) adscribitur: γρ. πάρεστ'.

651. (650. Br.) Vulgo sic legitur hic versus, numeris foedissime corruptis: οὐ γὰρ ἡμέτερός τις ἔτ' ἔστ' ἐκεῖνος ἀνὴρ, ἀλλὰ σός. In codd. vero sic scriptus est; in A.: οὐ γὰρ ἡμέτερος ἔστ' ἐκεῖνος ἀνὴρ, ἀλλὰ σός. In B. οὐ γὰρ ἡμέτερος ἔσται κεῖνος ἀνὴρ, ἀλλὰ σός. Non alia

mendarum foecundior cauſa quam vocum transpoſitio: ſingulis in ſuam ſedem repoſitis ſponte enaſcitur venuſtius tetrameter:

οὐ γὰρ ἔστ' ἐκεῖνος ἀνὴρ ἡμέτερος ἔτ', ἀλλὰ σός.

Brunck. qui ita edidit. Sed facilior eſt emendatio e Rav. exhibita, ſed ea iam legebatur in ed. Fl. Chr. vbi in marg. ad *ἡμέτερος* additur *τις.*

ἀλλὰ σός. Erat enim Mercurius etiam *νεκροπομπός.* Et Cleo iam erat mortuus. *Bergl.*

652. Sequentes ſex verſus dimetri ſunt trochaici, ſed vltimum *ἑφθημιμερῆ* eſſe puto propter eaque legendum *σεαυτοῦ,* non *σαυτοῦ.* *Fl. Chr.*

655. *κύκηθρον.* Supra de eodem v. 269. *ἀπόλωλ' — ἀλετρίβανος — ὃς ἐκύκα τὴν Ἑλλάδα.* *Bergl.* Vocab. *κυκήθρα* (neſcio vtrum hic lectum) habent Phot. Heſych. Zonar. II. 1266. aliique Grammatici.

657. (655. K.) Ad perſonam Pacis, quae muta introducitur. *Bergl.* Redit ad ſenarios. Compellat autem ipſam Deam *Irenam,* quae hic eſt *κωφὸν πρόσωπον,* vocatque *μεσοπορπακιστάτην,* nouo et inſolenti vocabulo, a parte armorum *n*) bellica ipſum bellum innuens, i. e. *μισοπόλεμον.* *Πόρπαξ* ferrum eſt, quod medio clypeo haeret quodque manu prehenditur. Alias eſt fibula et *πόρπη.* *Fl. Chr.*

660. Senſus: eſt enim ſpectatoribus infenſa ob ea, quae (ab iis) perpeſſa eſt.

663. Poſt hunc verſum cenſenda eſt perſona Pacis Mercurio quaedam in aurem inſuſurraſſe. *ἐπικαλεῖν* eſt i. q. *ἐγκαλεῖν, κατηγορεῖν, μέμφεσθαι.* v. Suid. in *Ἐγκαλῶν,* Zonar. I, 858.

665. *μομφὴν ἔχει.* Eurip. in Alceſt. 1009. *φίλον πρὸς ἄνδρα χρὴ λέγειν — μομφὰς δ' οὐχ ὑπὸ σπλάγχνοις ἔχειν* (querelas non in pectore habere) *σιγῶντα.* Idem in Phoen. 779. *ἐγὼ δὲ τέχνην μαντικὴν ἐμεμψάμην, — ὥστε μοι μομφὰς ἔχειν* (vt mihi ſuccenſeat). *Bergl.*

---

n) A *πόρπαξ,* quod eſt manubrium clypei et pro clypeo ponitur, clypeus autem pro bello. *Bergl.*

666. *o*) Poſtquam cepiſſent Athenienſes Sphacteriam, inſulam Pylo vicinam (Pylum autem antea occupauerant) et captiuos ex ea duxiſſent trecentos Laconas, quorum plerique erant ex nobilioribus, Lacedaemonii aliquoties legatos miſerunt Athenas de pace, qui re infecta ſunt dimisſi. Thucydides IV, 41. *ἐπρεσβεύοιντο πρὸς αὐτοὺς καὶ ἐπειρῶντο τήν τε Πύλον καὶ τοὺς ἄνδρας κομίζεσθαι. οἱ δὲ μειζόνων τε ὠρέγοντο καὶ πολλάκις φοιτώντων αὐτοὺς ἀπράκτους ἀπέπεμπον. ταῦτα μὲν τὰ περὶ Πύλον γενόμενα.* Vid. Not. ſequ. *Bergl.*

667. Corayus ad Heliod. II. p. 155. e Schol. ad h. l. (in quo *κυτίδα* pro *κυτίδια* reponit) concludit, poëtam non *κίστιν* ſed *κύτιν* ſcripſiſſe. *οὐ γὰρ*, inquit *εἰκὸς, τὸν Σχολιαστὴν τὸ σαφὲς, κίστιν, διὰ τοῦ ἧττον σαφοῦς, κυστίδα, ἐξηγήσασθαι.* Monet praeterea duplicem hanc Accuſatiui formam eſſe vſitatam, *κύτιν* et *κυτίδα*, et *κύτις* aut *κυτὶς* eſſe deminutiuum a *κύτος*, quo vocab. in eadem ſignificatione vſus ſit Eurip. Ion. 37. — *Ἀποχειροτονεῖσθαι* mox eſt, ſuffragatione repudiari.

670. (668. K.) Prouerbiale eſt, *σκύτη βλέπει*, vt ait Schol., quod ego ad ſeruorum metum flagra et lora cogitantium refero cum doctis viris. Aliud prouerbium eſt *ὁ τοῖς ἐν σκύτεσι*, etſi illi agnatum, quod vel de clypeis et ſcutis *συνεκδοχικῶς* intelligendum, i. e. de miſeriis bellicis, vel de Cleone, qui pellio et *σκυτεύς*. Nos cum vertimus: *in pellibus*, vtrumque ſenſum complexi ſumus, et ſane ſic deſignatur militaris dormitio; nam *ἀπὸ τῶν δερμάτων* Latinum *dormire*, quod etiam iam diu notarunt docti viri. *Fl. Chr.* *ἐν τοῖς σκύτεσιν p*). Id eſt, Cleo *coriarius* tunc gubernabat remp., cui oportebat aduertere animum et auſcultare; is autem reiiciebat pacem et legatos pacem petentes abigebat. In Eqq. 790. ad Cleonem dicitur: *Ἀρχεπτολέμου*

---

o) Lacedaemonii pacem orabant poſt res geſtas in Pylo et naues, quas bello ceperant, reddere pollicebantur. Cleone ſatagente obtinuit eorum ſententia, qui bellum malebant. Caeterum notandum, in Vlyſſea Homeri Telemachi peregrinationem a Criticis vocari *τὰ ἐν Πύλῳ*. *Fl. Chr.*

p) Facete: id eſt, coriarius Cleo rempublicam tum regebat. *Brunck.*

δὲ φέροντος εἰρήνην ἐξεσκέδασας, τὰς πρεσβείας τ' ἀπελαύνεις ἐκ τῆς πόλεως. Bergl.

676. Male hic diuiſim excuſum eſſe *χῶς τις* pro *χῶςτις* Brunck. ad 457. animaduertit. Certe *χῶςτις* (ſine iota ſubſcr. eſſe debet).

676. (674. K.) *ψυχὴν ἄριστος*. Sic bene A. In B. *ψυχήν τ' ἄριστος*, quod deprauatum e vulgato *ψυχήν γ' ἄριστος*. Iſtud *γε* inficetum eſt: mox aptum eſt in *πλήν γ' ὅτι*. *Brunck.* Per ironiam dictum vel qua ratione dicimus *minime malus*. Cleonymum hunc ſale comico aſpergit tanquam ſpurium et timidum *q*). In Avv. vocat eum *κατωφαγᾶν*, epitheto aui conueniente vel propter edacitatem vel *παιδεραστείαν*. Eum *κολακώνυμον* vocatum ait Heſychius, quia *κόλαξ* erat et *ἀπατεών*. *Fl. Chr.*

677. *Οὐκ ἦν* — Videtur indicare velle, eum eſſe degenerem filium; hinc etiam infra de eo dicitur v. 1199. *κατῄσχυνάς γε τοκῆων*. *Bergl.* *ὥςπερ φησὶν* — Sic quidem libri, ſed manifeſta menda, quam me reliquiſſe piget. Legendum *οὕπερ φησὶν εἶναι r*). In B. *ὅπερ* male pro *οὕπερ*, quod quum metro repugnaret, a ſciolo mutatum fuit in *ὥςπερ*. Notisſimus clypei abiector Cleonymus, in quem facetus hic eſt iocus e ſimilitudine vocum petitus *ἀποβολιμαῖος* et *ὑποβολιμαῖος*. *Brunck.*

679. (677. K.) Qua ratione dicitur *ὑποβολιμαῖος*, *ſuppoſititius*, ſic formauit *ἀποβολιμαῖον*, *abdititium*. Nam vtrumque voluit. In Avv. dixit [290.] *ἀπέβαλε τὸν λόφον*. Sic enim *ῥιψάσπιδα* innuit *s*). *Fl. Chr.*

681. *τοῦ λίθου*. In Eqq. 950. *λάρος κεχηνὼς ἐπὶ πέτρας δημηγορῶν*. *Bergl.* Pnyx *t*) locus Athenis, vbi

---

q) Eſt ironia; nam erat timidus, recteque *δειλὸν* eum dicit et *καρδίας ἀπωτέρω* Avv. 1475. *Bergl.*

r) Dedit hoc e Rav. Inuern. et coniecerat *Reisk.*

s) His repetitis *Bergl.* addidit locum e Vesp. 589. *κολακώνυμος ἀσπιδαποβλής*.

t) Recte *Πυκνὶ* legitur, quod etiam hic in *Πυκνῇ* ex praua Rav. ſcriptura mutauit Inv.

conciones agebantur, a frequentia dictus (ſic enim malo, quam crebritate) fuitque antiquus. Thucydides *πύκνα* vocat ν) (neſcio an illic melius *πνύκα*, non enim audeo in rebus incertis certum quid pronunciare). Neque vero illic tantum fiebant conciones, ſed et in theatro Dionyſiaco et in ipſo foro, adeo ſane vt *ἀγορὰν* pro concione acceperint. Quem vero hic vocat lapidem, profecto *βῆμα* eſt et ſuggeſtus in tribunali: quae erat *προεδρία* Prytaneis et Epiſtatis aſſignata; olim e lapide, qua ratione etiam altare dicitur *λίθος*. *Fl. Chr.*

682. Hyperbolus, filius Chremidis et Charonis frater, poſt Cleonem magiſtratum geſſit, vir pernicioſus et qui deinde viam ſtrauit perditiſſimis ſucceſſoribus in reip. adminiſtratione. De quo legendus Plutarchus in Alcib. vita [c. 13.] et Thucydides lib. VIII. [c. 73.]. Etiam Tullius in lib. de clar. orat. [62.] Saturninum quemdam ait ſimilem Athenienſis Hyperboli, qui notatur in Atticorum comoediis, tanquam *φιλόδικος* qui litigium emat. In hunc Hyperbolum ſcripſerat Eupolis *Maricam* fabulam (male apud Erotianum x) *Μαρία* pro *Μαρικᾷ*) vt in Cleonem Equites ſuos hic noſter. *Fl. Chr.*

683. [687. Br.] *τὴν κεφ. ποῖ περιάγ.* Bona haec lectio Ant. Fracino debetur. In B. *ποῖ* abeſt. In A. vt in primariis edd. *τὴν κεφαλήν σου περιάγεις*. *Brunck.* Haec a Mercurio dicuntur ad Pacem, quae putanda eſt, quum Hyperbolus nominabatur, caput flexiſſe et a ſpectatoribus auertiſſe.

685. (683. K.) *πονηρὸν προστάτην*. In Eqq. [1313.] habes de Hyperbolo: *ἄνδρα μοχθηρὸν πολίτην, ὀξίνην Ὑπέρβολον*, i. e. *perditum vappam pretique nulli Hyperbolum.* Nam quod illic Schol. intelligit *ὀξίνην* propter *ὀξυβαφίαν* et *λυχνοποιΐαν*, fruſtra eſt et indignum Scholion docto Grammatico fidem non facit. De hoc Hyperbolo, homine nihili et vere vappa, recte cenſet Plutarchus in Nicia, quum ait [c. 15. p. 361. T. III. Reisk.], non ab opibus ad audaciam ſed ab audacia ad

---

ν) vid. Intpp. Thuc. ad VIII, 97.

x) P. 396. ed. Franz. vbi vitium ſeruatum eſt.

opes fibi viam feciffe; euectum vero ad illam προστασίαν poft Cleonem a populo, quod non fatis fideret nobilioribus ciuibus bellua illa multorum capitum, fed metueret ne eorum potentia et dignitate effluеret ftatus democraticus. Is poftea confilio Niciae oftracismo damnatus eft, poena, vt ait Plato Comicus [ap. Plut. l. l.] indigna ipfius moribus et factis: οὐ γὰρ τοιούτων εἵνεκ' ὄστρακ' εὑρέθη. Nullus enim antehac hoc exilii genere improbus aut ignobilis multatus fuerat. Itaque poft eum defiit oftracismus, cumque paulo poft Sami exularet, occifus eft et cadauer eius facco impofitum in mare abreptum eft. *Fl.Chr.* ἐπεγράψατο. Hoc verbum proprie vfurpatur de inquilinis, quos habere oportebat προστάτην. *Bergl.*

687. περιεζώσατο h. e. amicit fe eo, induit eum, ponitur pro ἐπίτροπον κατέστησε, quia ad voc. γυμνὸς refpicitur. Mox ad ἐρωτᾷ fcil. Εἰρήνη, cogitandum, mutam Pacis perfonam ita fe compofuiffe, vt Mercurius eius voluntatem interpretari poffet.

690. εὔβουλοτ. κ. τ. λ. Axionicus Comicus ap. Athen. VI. p. 240. ἔπειτα καὶ τρόπον τινα τὸ πρᾶγμά μοι λυσιτελὲς εἶναι νενόμικα. *Bergl.* γενησόμεθα. Sic A. y) Vulgo γενησόμεσθα. *Brunck.* Melius haec, quae vulgo vni Trygaeo tribuebantur, distincta funt auctoritate Rav. et τίνι pro τινὶ fcriptum.

691. λυχνοποιός. Fabricator lucernarum erat, fed vitio et dolo fabricabat. Nam quo maioris effent ponderis et pretii, non ex aere folido fed plumbo addito faciebat. Talis enim in Nebulis defcribitur et κωμῳδεῖται z). *Fl. Chr.*

692. ἐψηλαφῶμεν. Quod accidit iis, qui per tenebras, ne offendant, manum praetendunt et omnia pertrectant. Sic nos antea, inquit, obfcure res gerebamus; nunc clara erunt confilia noftra, quando, qui rebus praeeft confulendis, lucernas fabricat. Salfe ho-

y) Ita fcribendum effe iam monuerat *Reisk.*

z) In Nub. 1064. Ὑπέρβολος δ' οὐκ ἐκ λύχνων πλεῖν ἢ τάλαντα πολλὰ εἴληφε διὰ μοχθηρίαν; *Bergl.*

minem tangit. Alias ψηλαφᾶν verbum eſt flagitii, κλειτορίζεσθαι et σιφνιάζειν: eſt enim ἀσελγῶς ἅπτεσθαι (ſic apud Sudam corrigo V. μύρτον, ne legas ἔχεσθαι); et inde veriloquium ἀπὸ τῆς ἁφῆς καὶ τοῦ ψάλλειν, quod eſt τίλλειν, i. e. a tractu et tactu. Hinc Bacchus ap. Aeſch. [in fragm. ap. Clem. Al.] χοιροψάλας. *Pertrectandi* autem vel *pertractandi* verbum ſic vſurpant Petronius et Auſonius. *Fl. Chr.* In Eccl. 515. ζητῶν ἐν τῷ σκότῳ· — ὅτε δ' ἤδη 'κεῖνο ψηλαφῶν οὐκ ἐδυνάμην εὑρεῖν etc. *Bergl.*

694. (692. K.) Aut τὸ τί, aut τίνα. *Reisk.* Copioſe de vſu vocc. τὸ τὶ (*quid illud?*) et τὰ τὶ disputavit Hermann. ad Viger. p. 705. ſ. Articulus τὸ additur pronominibus interrogatiuis, vbi refertur ad aliquid, quod in verbis eius, quem interrogamus, praeceſſit, vt 697. Sed eum articuli vſum, qui hic obtinet, explicat ſic, vt τὰ referatur ad οἷα, τί autem poſitum ſit, non τίνα, quia rem ipſe non nouerit.

696. πράττει. Sic recte in B. In A. πράττειν. Vulgo ὅ τι πράττοι. *Brunck.*

698. Σιμωνίδης. Duorum ſimul poëtarum praeſtantium auaritiam vno ſtylo perſtringit, in Simonide ſatis vulgatam *a*) vel ex arculis illis, de quibus Theocritus in Gratiis [Id. XVI.]. Fertur enim primus carmina mercede ſcripſiſſe et primus poëſin dehoneſtasſe auaritiae ſordibus, imo in Mercedem Aſma ſcripſiſſe, vt merito a Pindaro tacite ſugillatus fuerit, qui Muſam ipſius vocat φιλοκερδῆ [Iſthm. 2, 9. ibique Schol.]. Et Ariſtoteles in Rhetor. [III, 2.] lepidam hiſtoriam eo pertinentem refert. Ait enim, Simonidem, accepta exigua mercede ab eo, qui vicerat mulis, carmen ſcribere noluiſſe, quaſi turpe eſſet in mulas ſcribere, ſed, accepto maiori pretio, ſic ceciniſſe: χαίρετ' ἀελλοπόδων θυγατέρες ἵππων. De Sophoclis auaritia non adeo res certa, cum poſtulatus olim a ſuis fuerit male adminiſtratae rei familiaris. Tamen ferunt ex praetura, quam cum imperio in Samo geſſerat, grandem eum pecuniam

---

a) Vid. de Boiſſi Hiſtoire de Simonide, ed. nouvelle, Par. 1788. p. 145. ſs. vbi laudantur loca, quibus, quae ſequuntur, inſunt.

conflaffe. Vnde Xenophanes vocauit eum *κίμβικα b*): eft enim *κίμβιξ, ὁ λίαν μικρολόγος περὶ τὰ χρήματα.* Origo *ἀπὸ τῶν κιμβίων,* quae funt *σφηκιαὶ* vel *μελίσσια c*) ab apibus, quas *parcas* recte Virgilius vocat. Corrigendus obiter Hefychius, qui ait [T. II. p. 261.] *κιμβία, σκυφία*: lego enim *σφηκιά,* etfi *σκυφία* non omnino abfurdum, quia cymbium et fcyphus non longe diftant. Et idem Hefychius *κύμβινον* per *υ* agnofcit effe *μικρολόγον,* vt ab aluearibus, quae funt velut cymbia, deriuatum fciamus. Apud Athenaeum quoque [XIV. p. 656. D. ed. Cafaub.] Chamaeleon Simonidem vocauit *κίμβικα* et *αἰσχροκερδῆ.* Miror autem Ariftophanis inconftantiam, qui maximum et prudentisfimum poëtam et theatri fcenici principem ita perftringat et vellicet, quem opere maximo laudauit in Nebulis. Sane temperare fibi debuit ab hac fcabie, praefertim cum tantus olim fuerit ei honos habitus vel ab hoftibus, vt cum bello Siculo multi captiui effent Athenienfes, plerisque tamen parfum fuerit propter communicatas ipfis Sophocleas fabulas *d*). Sed prifca comoedia fatyra fuit tota, et, quod diximus antea, *κακῶς λέγειν Ἀττικόν ἐστι μέλι.* Nec amicis quidem parcebant Comici. *Fl. Chr.*

700. (699. Br.) *ἐπὶ ῥιπός.* Sic optime in B. vt et apud fcriptores omnes, qui prouerbialem hunc verfum laudarunt. Suidas: *σαπρὸς καὶ ἐπὶ τοῦ παλαιοῦ e*). *Σιμωνίδης γέρων ὢν καὶ σαπρὸς κέρδους ἕκητι κἂν ἐπὶ ῥιπὸς πλέοι.* Cafaubonus ad Athen. XIV. 21. Paulisper inque moralis fententiae formam immutatum fenarium hunc profert Plutarchus de Pyth. Orac. p. 405. B. *θεοῦ θέλοντος κἂν ἐπὶ ῥιπὸς πλέοις.* Et fic emendate legitur, in Exc. Grotii p. 953. Infulfisfime vulgo apud Comicum: *ἐπὶ τῆς ῥιπός f*). V. not. ad Plut. 1065. *Brunck.*

---

b) Quod Grammatici vett. interpretantur *φιλοχρήματος.* v. Intpp. Hefych. V. *Κιμβία,* Tittmann. ad Zon. II. 1210.

c) Cf. Phot. Lex. p. 123.

d) De Euripideis fabulis hoc traditur. v. Plutarch. Nic. 29.

e) Vertitur tamen *σαπρὸς* rectius *fordidus.* Apud Eupolin *σαπρὸν τὸ παλαιὸν* dici auctor eft Phot. p. 369.

f) In marg. ed. Fl. Chr. *γρ. ἐπὶ ῥι.*

Senarius est integer prouerbialis: *θεοῦ θέλοντος κἂν ἐπὶ ῥιπὸς πλέοις* i. *in tegete nabis cum diis volentibus.* Est autem *ῥίψ teges* vel *storia* ex calamis; a *ῥίπω* deducit Schol., puto a *ῥίπτω,* quia res est levis, abiecta et spreta, quae etiam dicitur *ψίαθος* et *φρύγανον* vel *cremium*; quo nomine etiam vocantur saligni ramusculi. Itaque nare in tam leui re est quasi *τῶν ἀδυνάτων,* vt summa sit auaritia eius, qui extremo se periculo committit propter lucrum. Sed auri sacra fames quid non cogit? Hinc impiger mercator se credit vndis et pericula temnit. Hinc Persio consente [Prol. 12. ss.] spes dolosi nummi coruos et poetas transformat in luscinias. *Fl. Chr.*

701. (699. K.) *Τί δαί;* Sic optime scriptum in B., quod absque eo facile reponi poterat. Vulgo mendose: *τί δέ;* tanquam si *δὲ* produci posset ante tenuem et liquidam. Vide quae notauimus ad Thesm. 169. — *ἐστίν;* *viuitne? estne adhuc in viuis* g)? V. not. ad Eurip. Hecub. 312. *Brunck.* Cratinus, antiquae comoediae scriptor et qui post Susarionem inuentorem primus partes comoediae distinxit, actus disposuit et personarum numero temperauit, apertus caetera conuiciator et reprehensor, splendidum characterem amans Aeschylique inprimis aemulus, vinosus et *φιλοπότης* audiit, vt apparet ex Eqq. fabula [538.] vbi velut Connas dicitur coronarum satis abundans, sed siti semper enectus, tum ex fabula ipsius *Πυτίνῃ,* sic vocata ab oenophoro picato h), ex qua versus habemus apud Athenaeum [XI. T. IV. p. 332. f. ed. Schweigh.].

Πῶς αὐτὸν i) *ἀποπαύσειε τοῦ λίαν ποτοῦ;*
Ἐγῴδα· συντρίψω γὰρ αὐτοῦ τὰς χοὰς
καὶ τοὺς καδίσκους συγκεραυνώσω σποδῶν,
καὶ τἄλλα πάντ᾽ ἀγγεῖα τὰ περὶ τὸν ποτὸν,
κοὐδ᾽ ὀξύβαφον οἰνηρὸν ἔτι κεκτήσεται.

Neque vero solum vinosus, sed perminctor ab Aristoph. in Eqq. [401.] *κωμῳδεῖται,* cum ait *γενοίμην ἐν Κρατίνου*

g) Cf. Toup. Emm. in Suid. II. p. 266.

h) Eam scripsit, vt ebriosum se non esse doceret. v. Fabric. B. Gr. T. II. p. 433.

i) *Πῶς ἄν τις.* ed. Schw.

κώδιον. Miror etiam quod homo tam φίλοινος vinoſum Homerum exagitauerit, nam ad hoc ſuos Vlyſſeas dicitur ſcripſiſſe. Habemus in Cratinum epigramma ex Anthologia quod exſtat etiam apud Athenaeum k). Auctor Niceratus vel vt alii Chaereſtratus, vel etiam Theaetetus, et incipit: Οἶνός τοι χαρίεντι etc. vbi quod antea de coronis diximus, firmatur; ait enim:

Τοιγάρτοι στεφάνων δόμος ἔβρυεν· εἶχε δὲ κιττῷ
Μέτωπον, ὥς σύ, Βάκχε κεκροκωμένον.

Hunc Cratinum, quod eſſet timidior et duxerit ordines Oenidenſis tribus, Epeum vocabant. Nam Epeus timidus fuit. Lege apud Heſych.: δειλὸς ἦν, non δείλωσιν: vt non mirer, ſi Bacchum ipſum timidum fecerunt. *Fl. Chr.*

703. ὠρακιάσας l). Deliquium animi et pallorem notat cum diſſolutione et vertigine. Illud cenſet Lycophron, qui ὠχριᾶν idem facit, vt et Eratoſthenes. Grammatici etymon dant, quaſi ὤραν αἰκίζειν: nam pallor vultum et formam turpat. Cauſam vero mortis [Cratini] ridiculam adfert: quia, inquit, cum Lacedaemonii primo obſiderent moenia, non ſuſtinuit videre dolium vini plenum, effractum. Alii tamen alio genere mortis mortuum faciunt propter Baptas fabulam, et vinctum ab iis, quos in comoedia amare perſtrinxerat, in mare proiectum et demerſum, titulum ſuae fabula reipſa repraeſentaſſe. *Fl. Chr.*

704. (703. Br.) ὁρῶν [vt Br. ed.] Sic bene A. m). Vulgo ἰδών. In eod. cod. bene v. ſeq. ſcriptum πόσ' ἄττ' n). Perperam vulgo ſpiritu aſpero notatur poſtrema vocula. *Brunck.*

705. (703. K.) F. χἄτερα τοιοῦτ' o) οἷον γ' — *Reisk.*

---

k) Tamquam vinoſus notatur; extat de eo epigramma ap. Athen. II. 39. [p. 149. T. I. Schw.] *Bergl.*

l) In Ran. 478. *Bergl.* V. Not. ad v. 484. huius ed.

m) Cauſam huius indicii non indicatam hanc eſſe puto, quod et dum videt, dicitur non ſuſtinuiſſe, et ἰδὼν πίθον male ſonat.

n) Iunctim ποσάττ' i. πόσα τινα ſcribi iusſit Dawes. M. Crit. p. 296.

o) Voluit, niſi fallor, τοιαῦτ'.

Mox ſcribendum erat: *γεγενῆσθαι 'ν τῇ π.* non *γεγενῆσθ' ἐν τῇ π.* vt e Rav. editum. Vulgo *ἐν* deeſt. Dicit autem Trygaeus haec ad Pacem conuerſus. Tum dubitari poteſt an, quod ex vno Rav. editum eſt, *ἀφηρόμεσθα* ſit interpretamentum ſcripturae omnium aliorum codd. et edd. *ἀφεξόμεσθα.*

707. Olim ſcriptum: *ἴθι νῦν.* Tacite correxit Br. *ἐπὶ τούτοις* eſt, hac conditione, hac lege, ſcil. vt Pacem ſemper retineas et colas. *ἐκποιεῖσθαι* eſt ſibi gignere, procreare.

710. Haec ad Oporam dicuntur, meretricis habitu cultam. Ad *δός μ. κύσαι* ſubintell. *στόμα,* aut, quod ſimplicius eſt, *σέ.* *διὰ χρόνου* plerique intpp. cum *κατελάσας* iunxerunt: ſi longo poſt tempore ſubegero. Quod non eſt commodum neque probabile. Pertinet ad *βλαβῆναι, aliquo tempore interiecto damnum inde habiturum.* Aberrauit magis etiam francog. interpres: croyez-vous, qu' après une ſi longue privation il m' en arrive mal de m' amuſer avec Opora?

712. *τῆς Ὀπώρας κατελάσας* p). Recte Heſych. interpretatur *συνουσιάσας* et *κατατήξας.* Vtrumque enim hic conuenit, tam ad Oporam ſcortum (cui *ἐλαύνειν* vel *μύλλειν* accidens eſt maxime proprium) quam ad pulegium, quod *κατατήκεται* et cuius ſucco aquae mixto cordis dolores, qui ex pomorum aut vindemiae nimio vſu adſciſcuntur, ſanari dicuntur. Hunc autem fere ſenſum accipit Enarrator graecus, quaſi dicat: cenſen' tu, Mercuri, mihi male eſſe aut fore ex nimio oporae vſu. Mihi nondum placere aut ſatisfacere potuit iſta mens. Quomodo enim male eſſet ei, qui iamdudum oporam non cognouit? Cenſeam potius (ſententiae veniam peto pudentem) per haec nefandam libidinem innui et *κυκεῶνα βληχωνίαν* q) *fructum* eſſe, vt ait Plautus

---

p) Aelianus Epiſt. 7. quae eſt Dercylli ad Oporam meretricem: *τῆς Ὀπώρας οὖν κατελάσας τί ἀδικῶ.* Vterque ludit in homonymia. Verbum *κατελαύνειν* de coitu in Eccl. 1077. (1082. Br.) *ποτέρας προτέρας οὖν κατελάσας ἀπαλλαγῶ* [quem locum etiam Br. laudauit.] *Bergl.*

q) Pulegium dicitur valere contra mala, quae ex nimio eſu pomorum oriuntur. Forte et aliquid obſceni ſubeſt; nam *βληχὼ*

[Pfeud. III, 1, 16.], *fullonium*, vel, vt hic nofter alibi (Eqq. 1295.) *ἀπόπτυστον δρόσον*, vt hic fere fit fenfus auctoris: putasne mihi male effe, quod tamdiu (hoc eft *διὰ χρόνου*) caruerim opora? Non, inquit ille, fi Cyceon blechonius buccam tuam offenderit; hanc enim tertiam poenam barbatis refignat ithyphallicus magifter in Catalectis [V.], quae Virgiliana non puto; nihil enim illa ad Partheniam. Nam ea etiam potione recreata fuit Ceres, filiae fuae veftigatrix, cum monftraffet Baubo res fuas. Sane enim *βλήχωνα* etiam effe *τὸ ἐφήβαιον* vel feveri non nefciunt Catones. Alias vulgaris notitiae herba; Origanum quidam vocant et Blechona, quia pecoribus balatum excitat, cum eam guftant florentem; calefacit et extenuat et vifcofos craffosque humores e thorace et pulmone amolitur. Sed ad obfcoena transferri etiam hic nofter alibi teftatur, vbi et *πεδίον* pro horto venereo et pulegium huc refert: nam Boeotiam pulegio abundaffe conftat et hortorum culturam amaffe. Poftea cum de anguillis Boeotiis loquitur, fortasfis alludit ad veretrum: nam et *ὄφις* dicitur. Vt autem *βληχὼ* verbum eft flagitiofum, fic Opora et Theoria, imo et *Εἰρήνη* nomina funt aut proftibulorum aut amicarum. Sophocles Theorida fcortum amauit, et Opora fuit *ἑταίρα*, cuius nomine fabulam docuit Alexis et Plutarchus Irenam quandam *ἀσελγαίνουσαν* recenfet lib. VI. de virtutibus mulier. *r*). Quin et Ptolemaeus Philadelphi Irenam habuit amicam conftantem et *συναποθνήσκουσαν* *s*). Etiam in Conftitutionibus imperatoriis Imp. Ifaaci Angeli, vbi de nuptiis feptimi gradus agitur, Irenem habes Imperatoris fororem, quae nupfit Ioanni Cantacuzeno Caefari, quae

---

etiam dicitur *τὸ γυναικεῖον αἰδοῖον*, vt patet ex Lyfiftr. 89. Tale quid eft, quale in *ὀρχήσεις ζωμὸν* v. 715. latere videtur. *Bergl.* Nam proprie *βλήχων* eft *εἶδος βοτάνης*, i. q. *γλήχων*, vt Grammatici vett. monent, nobis *Poley*, et *βληχωνίας* eft, e pulegio paratus.

r) Honorifica Eirenes mentio fit a Plutarch. praef. lib. de Virt. Mul. T. II. P. I. p. 4. Wytt.

s) Haec verba *Etiam — Theodorus cenfuit*, non leguntur in ed. 1589. Caeterum multo notior fuit Irene, quae fublato filio Conftantino, imperauit exeunte facc. VIII. et ineunte IX.

fortasſis eadem, cum ſolutum eſſet propter aetatem matrimonium, rite coniuncta poſtea fuit Theodoro, vti in ſanctionibus Pontificiis Theodorus cenſuit. Nimis multa fortasſis de his dicta ſunt, quae lector eruditus non asſis faciet; mihi quidem, vere dicam, non ſatisfacio. *Fl. Chr.*

715. *τῇ Βουλῇ.* Quaſi Senatus curet ea, quae ad ſpectacula, ludos et ſacrificia pertinent. *Bergl.*

716. (716. Br.) *μακ. Βουλὴ σὺ τ. Θ.* Foeda in omnibus libris menda, ſed quae facillime poterat elui: *ὦ μακαρία σὺ βουλὴ τῆς* — ſpondeo quartam ſedem tenente. *Brunck.* Conuenienter Theoriam Senatui applicat. Nam Senatus quos extra fines ad ſacra vel ad ludos ſolemnes vel ad oracula mittebat oratores, *θεωροὺς* vocabant *t*), nauim qua vehebant *θεωρίδα*, ſacrificium *θεωρίαν*, quod per tres dies continuos pro pace fieri iuſſerat boum et aliorum animantium. Propterea dixit *ἡμερῶν τριῶν*. Sunt autem qui distinguant poſt *Βουλὴ*, et intelligunt: *ὅσον σὺ τῆς θεωρίας ζωμὸν* etc. Ego malo: *μακαρία τῆς θεωρίας. Fl. Chr.*

717. *ὅσον ῥοφήσεις ζωμόν.* Forte *κακεμφάτως:* nam v. 885. de eadem hac Theoria: *τὸν ζωμὸν αὐτῆς ἐκλάψεται. Bergl.* *ζωμὸν ἡμερῶν τριῶν.* Quia in triduum ſupplicationes decerni ſolebant. *Brunck.*

718. *κατέδει.* Sic bene ſcriptum in B. Perperam vulgo *κατέδῃ.* V. not. ad Conc. 595. *Brunck. χόλικας v*). Craſſa ſunt boum inteſtina, quae non ſacrificantur cum reliquo corpore, quae et *χολάδες*, vel *παρὰ τὴν χύσιν* vel quia ſecundum naturam recipiunt *τὸ χολῶδες τοῦ ἥπατος.* Hac enim confluit flaua bilis, vnde hepar *χολαῖον* dicitur. Sunt qui genus piſcis *χόλικα* putent. Sudas (Suid.) ait *χόλιξ* feminino genere *ἐθνικὸν* eſſe, ſed puto reſpicere ad Cholidas, populum Leontidis tribus, vt ait Stephanus, vel qui Onomaſticon Ethnicon ſcripſit [p. 758. ſ. ed. Berk.] quo loco Diogenes Laërtius

t) Cf. Phot. Lex. p. 71. et Fiſcher. ad Plat. Crit. 1, 13. Phaed. 1, 19.

v) Vid. ad Eqq. 1187.

(vel Laërtienſis, vt ipſe ait) citatur lib. II. *φιλοσόφου ἱστορίας*, vbi malim *φιλοσόφων*: tamen voce *Ἐνετὸς* etiam ait *φιλοσόφου ἱστορίας*. Sed erratum memoriae eſt in libri numero. Nam apud Diog. illud *Χολιδεὺς* reperitur lib. 5. [§. 41.], niſi aliter auctor ille Ethnicus distinguit Diogenis libros. Hoc erratum etiam deprehenſum video ab eruditiss. iuuene Is. Hortibono [Caſaubono], qui notas diligentiae et iudicii plenas edidit in Diogenem, non ita pridem ad me nuper Lutetia miſſas, dum has quisquilias muginor. Neque dubito, quin ex bono illo Horto aliquando flores et fructus grandiores exeant, quos literatus orbis ſuauiter odoretur. Ita faueo ſtudioſae iuuentuti, vt maligne laudare neſciam. *Fl. Chr.*

722. Poſt *ὦ 'τὰν* (al. *ὦ τᾶν*) commate eſt interpungendum. Machina, quae ſcarabaei formam referret, interea videtur ablata eſſe, hinc dicitur ſcarabaeus non adeſſe.

723. (721 K.) Verſum hunc ex Bellerophonte Euripidis accommodat *x*). Solens hoc facit non ſolum ex hoc auctore, ſed ex aliis, quorum teſtimonia ſaepe ludos facit. Veri autem ſimile eſt dictum illud *ἀστραπηφορεῖ* de aquila, qui, vt ait Claudianus, fulminis eſt heres et gerulus. Sed cum Cantharus adeo potens fuerit, vt oua aquilae deiecerit, quidni a Ioue in illius locum ſufficiatur? Imo cum ſit *κοπροφάγος*, conuenit magis Ganymedeo raptori. Dixit autem *ἅρματα* pro *ἅρμα*. Tamen fuit, cum putarem distinguendum: *ποῦ γάρ*; vt Mercurius: *οἴχεται ὑφ' ἅρμα τ' ἐλθὼν*, vt ſit *ἅρμα τε y*). *Fl. Chr.*

725. *Γανυμήδους*. Vtpote *παιδὸς ἠταιρηκότος· τετριμμένης γάρ φησιν ἐπιθυμεῖν*, vt dicit ſupra v. 11. Notum autem eſt, ad quos vſus rapuerit Ganymedem Iupiter; certe non, vt pocillatorem tantum ageret: nam ad id munus ſufficiebat Mercurius, aut, ſi is eſſet ni-

---

x) Schol. dicit, hunc verſum eſſe ex Belleroph. Eurip. Aeſchylus Prom. 464. *ὑφ' ἅρματ' ἤγαγον φιληνίους πώλους*. *Bergl.*

y) Ita in ed. Kuſt. Nam in ed. Fl. Chr. *ἅρματει* et in Corrig. *ἅρμα τι*.

mis occupatus, Hebe. *Fl. Chr.* Schol. *ἀμβροσίαν ἀντὶ τοῦ, τὴν κόπρον z).* Nec apud deos manenti ſcarabaeo ſuauius quidquam dari poterat, iuxta illud, quod dixit famulus initio fabulae: *ἑτέραν δὸς παιδὸς ἡταιρηκότος· τετριμμένης κ. τ. λ.* *Brunck.*

726. *θάῤῥει.* Sic ſcribi debuit. Male vulgo *θάρσει,* quod Tragicis relinquendum. *Brunck.* Perperam in ed. Lips. eſt ex Rav. *τάρσει* datum, quod nihili eſt. Debuerat certe *θάρσει* eſſe.

727. *τὶ δὴ* (ſic in Not. Fl. Chr.) *παρ᾽ αὐτήν.* Legendum *τηδὶ* [*τηδί*]. Vult autem Schol. *τὴν θεὰν* eſſe Mineruam, cuius imago erat in theatro. Non puto. Nam Pallas potius *ἡ κόρα* vel *παρθένος* dicta. Et quidni ipſam Pacem intelligamus? per quam et aſcenſus et deſcenſus vbique liberi. Sane non temere, vt opinor, inuenias *τὴν θεὰν* pro Minerua, niſi de ea praeceſſerit ſermo. Solus Phoebus abſolute Solis nomine ab antiquis indigitatus *ὁ θεός:* vnde Dei annus apud Cenſorinum *a*). Apud Homerum de inſula Solis habes in Vlyss. [XII, 261. ſ.] *θεοῦ νῆσον ἱκόμεθ᾽.* Qua de re dubium et haeſitantem doctiss. virum Lud. Carrionem ita confirmaui, vt non dubitarit poſtea opinionem meam tanquam *κυρίαν δόξαν* admittere in librum ſecundum Emendd. ſuarum [c. I. T. III. Gruter. Thes. Crit.]. Cum enim, qui eſſet Dei annus, me conſuleret, non ſolum ex Herodoto locos in teſtimonium citaui, ſed vnico Euripidis verſu, quem Ennius verterat, dubitationem omnem ſuſtuli, ſcriptoque ad eum miſſo feſtinanter probaui. Non ſum venditator ingenii virium (quae in me quam ſint exiguae infirmaeque et ſentio et nimis patefacio), ſed profecto erudito illi viro tenebrae erant in illo Cenſorini loco *b*), neque

---

z) *ἀμβροσίαν.* Voluit *κόπρον.* Sed maledicentisſimus Comicus et Satyricus etiam deos aceto ſuo perfundit. Vult enim Ganymedis *κόπρον* eſſe Ioui *ἀνθοσμίαν,* et ſane eo ſpectat, quod initio dixit *παιδὸς ἡταιρ.* Piget in flagitiorum interpretatione vlterius ingenium extendere, imo taedet obeſtque magis. *Fl. Chr.*

a) Verba Apud — *ἱκόμεθ᾽* deſunt in ed. Paris.

b) de die nat. c. 18. p. 97. ed. Haverc. vbi vid. Lindenbrog.

deus ille ὁ τὴν ἐν ἄστροις οὐρανοῦ τέμνων ὁδὸν ſecundo eum lumine aſſlauerat. Quod ſi quis haec non neceſſario hic ſcripta exiſtimet, non valde contra pertendam. Sed tamen petam ab eo, vt vicisſim exiſtimet, me non ſine legitima cauſa impulſum vt chartae huic committerem. Hoc tantum dicam; ignorantiae confesſionem profitentur pauci tantum. Ego in hac profesſione familiam duco, neque confesſionem vnquam, ſi ſapiam, erubeſcam, potius ignorantiam. *Fl. Chr.*

729. ἑστηκότες [vt ed. Fl. Chr.]. Facile eſt ex Scholiaſta diuinare legendum ἐστυκότες, quod nos et iamdudum animaduertimus et praeterea Canterus monuit in ſuis Notis. Nam quia duas ſecum illas πόρνας adducit, τὸ στύειν (quod nomen nunquam indigitatum eſt in ſacris Veſtalium, quae nupta verba non amant) maxime hic eſt proprium et conueniens. Tamen propius Scholiaſtae verba rimanti, qui ait dicendum fuisſe ἑστῶτες, mihi videtur de induſtria propter exſpectatam et expetitam Pacem dictum ἑστηκότες, nihilque muto; neque negauerim adludere Ariſtophanem ad illud flagitioſum. Sed profecto etiam τὸ *ſtare* non eſt inobſcoenum et ruber ille hortorum deus non temere in Catalectis iocoſis vocatur *ſtator libidinoſus* [Priap. 52.]. *Fl. Chr.* Perperam in A. ἑστηκότες. Frequens iſta permutatio. Vid. ad Thesm. 158. *Brunck.* Iam Kuſter. dederat ἐστυκότες.

730. Sequuntur anapaeſtici tetrametri catalectici quinque. Quod metrum Ariſtophanicum vt vocaretur, obtinuit iamdudum, quia plurimus eo vſus Ariſtophanes; etſi ante eum et Cratinus et Epicharmus atque adeo Ariſtoxenus vſi, imo et Teleclides et Pherecrates, teſte Athenaeo lib. 4. c). Non eſt autem haec Parabaſis ſed potius Commation: nam in parabaſi τελεία, vt mox ſequitur, Epirrhema et Antepirrhema inſeritur. Caeterum lego ἡμεῖς, non ὑμεῖς. *Fl. Chr.*

732. περὶ τὰς σκηνὰς πλεῖστοι κλέπται. Hinc etiam in Acharn. 256. πρόβαινε, κᾀν τῷ 'χλῳ φυλάττεσθαι σφόδρα, μή τις λαθών σου περιτράγῃ τὰ χρυσία. *Bergl.*

---

c) Cf. Hermann. de Metr. p. 297. ſ.

753. Alloqui chorus videtur vnum e famulis, qui muti adstabant. Nam Trygaeus iam abierat.

αὖ τοῖσι. Ita recte edd. pristinae: nupera *αὐτοῖσι.* *Bergl.*

754. (752. K.) *ὁδὸν λόγων εἶπ· χ' ὅσα τε νοῦς αὐτὸς ἔχει* [vt ol. vulg.]. Hic versus vltimus ex quinque illis, qui Commatium faciunt, non videtur constare suis numeris; legendum fortasse *νοῦς ἔχει αὐτὸς d*). Neque vero *λόγων*, qui est iambus, turbare debet. Nam magister Hephaestion testatur *e*) apud Tragicos et Comicos iambum inter anapaestos locum habere. *Fl. Chr.* *ἣν ἔχομεν ὁδὸν, λόγον εἴπωμεν, χῶσα τε νοῦς αὐτός ἔχει γε.* Sic plane scriptum in A. Vulgo *λόγων* reclamante metro omissaque in fine partic. *γε.* Deprauatissima in B. lectio *ἣν ἔχωμεν, ὁδὸν λόγων εἴπωμεν, ὅσα τε νοῦς ἔχει.* Nomen *ὁδὸν* eleganter adhibent Graeci pro *modo et ratione cuiuscunque rei*, vt obseruat Kuster. ad ista in Eqq. 1015. *φράζευ, Ἐρεχθείδη, λογίων ὁδόν* — Sed ibi quum versum hunc Pacis laudaret, animaduertere poterat numeris eum solutum esse, proinde falsam esse lectionem, nec in eo *λόγων ὁδὸν* eodem modo construi posse, quo in Eqq. versu *λογίων ὁδόν.* Valet istud: *ἣν ἔχομεν ὁδόν, qua ratione possumus, qua ratione solemus.* Iam vero quid sibi vult Florens? — Dixerit ergo etiam magister ille in eodem anapaestico versu locum habere iambum et molossum. Ad istum modum versum dimetire:

ἡν εχο | μεν ὁδον | λογων | ειπωμεν | f) χῶσα τε | νους αυ | τος εχει.

Mallem dixisset, anapaesticum metrum omnes pedes admittere, quod musicae rudibus per esset commodum. *Brunck.* Particula *γε* eo loco inepta prorsus est et inutilis. Pro *χὤσα τε νοῦς*, quae scribere non poterat Atticus, si *χὤσα γ' ὁ νοῦς* rescribes, alio modo versus finem constituas necesse erit, quam fecit Brunckius. Grauissimum profecto huic versui iam a multis saeculis vul-

---

d) *Νοῦς αὐτὸς ἔχει.* Ita Ald. Iunt. et nupera, versu luxato, vt et Florens vidit, qui, admisso iambo *λόγων*, transponit: *νοῦς ἔχει αὐτός.* Sic autem habet ed. Brub., Farrei vero *νοῦς αὐτοὺς ἔχει.* *Fl. Chr.*

e) p. 25. ed. Pauw. sed male.

f) Imo sic voluerunt: *εἰπω | μεν χῶ | σα τε νους | αυτος ἐ | χει.*

nus impreſſum eſt, ſi vero priorum verborum ſanitatem defendés, ordinem modo mutabis, *ὁδὸν ἣν ἔχομεν* et numeri optime conſtabunt. *Porſon.* praef. ad Eurip. p. LVIII. ſ. ed. Lips. Pro vocab. *αὐτὸς* aliud videtur olim lectum eſſe. Nam illud aut deeſt aut variis ſedibus legitur in libris. *Meineke* Cur. Crit. in Com. Fr. p. 64. coniecit: *ἣν ἔχομεν ὁ. λ. εἴπωμεν ὅσα τε νοῦς ἔχει* eumque verſum dixit trochaicum tetram., anapaeſtis ſubiectum.

735. Nunc incipit Parabaſis, quae excurſio vel digresſio, etiam epirrhema, qua vti ſolebant comoedi, et in qua mouetur chorus e ſuo loco et ad populum conuerſus aut ex ſua aut poëtae perſona dicit aliquid de ſe, de ſuis ſtudiis, de furtis ineptiisue aliorum poëtarum. Eius partes ſeptem conſtituit princeps non ſolum Veronenſium ſed omnium Criticorum, quorum intereſt vacare Muſis, Iulius Caeſar Scaliger (neque enim huic magiſtro habeo, ne ex veteribus quidem, quem opponam, et vno tantum minor Ariſtotele mihi videtur), nempe: Commation; ſecunda pars anapaeſtica, quia olim ex ſolis anapaeſtis conficiebatur, poſt, ſuppoſitis aliis pedibus, nihilo ſecius nomen retinuit. Tertiam vocarunt *μακρὸν,* non propter tractum productionis; erat enim breuisſima; ſed quia vnico impetu ſine reſpiratione abſoluendum eſſet. Poſt eam erat ſtropha, cui antiſtropha reſpondebat, huic epodos ſuccedebat aut epirrhema, cui antepirrhema reſpondebat, quodque ſedecim non amplius verſibus conſtare lex fuit. Auxit numerum tamen Ariſtophanes. Quodſi non e ſcena, ſed e choro vnus loquebatur, vt hic, *παρασκήνιον* hoc dictum eſt, quia extra chori et propoſitum et numerum id fiebat, velut fecit Aeſchylus in Agamemnone. Aliquando parabaſis quartae perſonae attribuebatur, quod tunc *παραχορήγημα* dicebatur, propterea quod diuerſum erat a materia ſcenica. Erat enim illa perſona ſcenica. Sed ego id miror et cum illo maxime Heroë puto, e choro *παραχορήγημα,* e ſcena *παρασκήνιον,* eſſe, vt produnt ipſa nomina. *Fl. Chr.* *ῥαβδούχους.* Vel magiſtratus fuit ſimilis aedilibus vel aedilium apparitoribus. Scholiaſtes cenſet intelligendum de iudicibus certaminis, quos poëta *αἰσυμνήτας* vocat g). Ego ſimpliciter

g) Nam etiam ludorum praeſides *ῥαβδοῦχοι* et *ῥαβδονόμοι,* a ſei-

de *lictoribus* accipio, qui operam dabant, ne quid noui fieret inter ſpectatores, vtque ſuo quisque ſederet loco, qualem Oceanum Martialis nominat [III, 95, 10. V, 24, 4.]. Vetus Gloſſarium *virgarium* vocat *ῥαβδοῦχον*, quia virgae et commotacula inſignia lictorum, qui magiſtratibus apparent. Sed eaedem Gloſſae habent: *ῥαβδοῦχος, rector;* procliue eſt emendare *lictor*. Sed quidni lictorem ab officio et regimine ſic vocauerit, quia regerent turbantes? Ibi enim inuenias *ἀρχιραβδοῦχον* eſſe ſummum lictorem, i. e. principem potius quam primum, imo qui *proximus* dictus. Sed de hoc genere qui poſt Lipſium (non ſolum vnicum Belgarum lumen, ſed alterum literatae *οἰκουμένης* columen et cum Scaligero meo geminum) aliquid ſcribere volet, nae ille faciet *λυχναψίαν ἐν μεσημβρίᾳ*. Ita enim accurate hanc rem tractauit ille in Electis ſuis, vt alienae induſtriae locum non reliquerit. Sic cenſeo, vel, vt dictum de Mutio, ambigebam. *Fl. Chr.*

736. Chori vicem fiebant *Παραβάσεις*, in quibus aliorum poëtarum dicta et ſcripta traducebantur ſine maleficii crimine aut poenae ſuſpicione, vt hic, vbi chorus a propoſita materia diuertit et ſtans *ἀντιπροσωπιστὶ* alloquitur ſpectatores. Ideo ait *πρὸς τὸ θέατρον*. Parabaſin vocat anapaeſtum (*ἀναπαίστοις*), quia, vt dicebamus, erat quaedam anapaeſtica parabaſis, quae ſolis olim et meris conſtabat anapaeſtis. Plato Comicus ſtrophen et parabaſin ita miſcuit, vt *στρεφόμενος* loqueretur, et verſio erat ſtrophe, ſermo parabaſis, vt patet ex his: *εἰ μὲν μὴ λίαν, ἄνδρες, ἠναγκαζόμην στρέψαι δεῦρο, οὐκ ἂν παρέβην εἰς λέξιν τοιάνδ᾽ ἐγώ. Fl. Chr.*

757. (755. K.) *θύγατερ Διός*. Vel Mineruam vel Muſam innuit. Illud ſimilius vero, quia Athenis. *Fl. Chr.*

759. *διδάσκαλος*. Proprie dixit. Nam *docere* dictum de fabulis. Horatius [Art. Poët. 288.]: *vel qui docuere togatas*. Cicero Bruto [18.]: *Liuius qui pri-*

---

pione quem geſtabant, dicti ſunt. V. qui in Potteri Arch. gr. I. p. 959. laudantur. Hic tamen ob v. *τύπτειν* videntur lictores intelligi.

mus fabulam docuit h). Vtuntur Athenaeus et Sudas [Suid.]. Sic et Isocr. or. de Pace [T. II. p. 176. ed. Aug.] qui docent comoedias, *κωμῳδοδιδάσκαλοι* dicuntur ab Aristot. [de poët. c. 9. p. 15. ed. Tyrwh.] qui tragoedias, *τραγῳδοδιδάσκαλοι*. Plutarch. Lib. de Musica *διδασκάλους* simpliciter dixit. *Fl. Chr.*

741. *ἐς τὰ ῥάκια σκώπτοντας.* Forte alios etiam ita tractauit, vt Euripidem in Acharn. 414. sqq. *Bergl.*

742. *τούς θ' Ἡρακλέας.* Haec in Euripidem, vel, vt alii, in Cratinum dicta existimant, qui tales dederunt fabulas, in quibus Hercules famelicus et vorax inducitur, Bacchus timidus, Iupiter moechus et seruus. Herculem autem voracem vel in cunis fuisse etiam testatur Theocritus [XXIV, 135. s.], qui ait, illi pro cibo carnes elixas fuisse et panem Doricum, qui *φυτοσκάφῳ* satis fuisset. Itaque recte *βουθοίνας* dictus est potius a *βοῦ*, particula *αὐξητικῇ*, quam quia boues ederet. *Fl. Chr.* Atqui ipse etiam [Aristoph.] risum voluit captare, cum Herculem introduxit, non pinsentem quidem, sed, quod perinde est, carnes torrentem, in Avv. 1688. *Bergl.*

743. *τυπτομένους.* Nempe ab Omphale: *παιόμενος ὑπὸ τῆς Ὀμφάλης χρυσῷ σανδάλῳ*, vt est ap. Lucian. in dial. Iov. Aesc. et Herculis [Deor. Dial. XI, 1.]. *Bergl.* Nempe si haec omnia ad Herculem referuntur. Sed *πεινῶντας ἐκείνους* etc. videntur spectare alios eius modi homines, qui a Tragicis inducebantur, vt Telephus.

745. *οὓς ἐξῆγον.* Hos etiam initio Ranarum ridet: vbi tamen ipse etiam producit seruum talem. *Bergl.*

746. (744. Br.) *ἵν' ὁ σύνδουλος σκώψας αὐτοῦ τὰς πληγάς, εἶτ' ἀνέροιτο.* Sic optime Dawesius *i*). Manifesto vitio laborat versus in libris, nisi Hephaestio dixerit etiam *apud Tragicos et Comicos trochaeum inter anapaestos locum habere.* Sic enim vulgo legitur: *ἵν' ὁ*

---

h) Verba ibi aliter leguntur. Cf. Ern. Clav. Cic. V. *docere.*

i) Misc. Crit. p. 279. vbi etiam exempla sic inter particip. et verbum interpositae part. *εἶτα* afferuntur. Probauit emendationem Porson. ad Eurip. Phoen. 1277.

σύνδουλος σκώψας αὐτοῦ τὰς πληγὰς ἐπανέροιτο. Nihil apud Comicum frequentius occurrit, quam εἶτα ſic inter participium et verbum poſitum, qua de ſtructura vid. Koen. ad Corinth. de dial. Att. p. 74. [p. 145. ſ. ed. Schaef.]. Distinctionem in hoc verſu male poſuit typotheta k). *Brunck.*

747. In Ran. 626. ὑστριχίδι μαστιγῶν. *Bergl.* Vtitur mox verbis e re militari petitis, et δενδροτομεῖν τὰ νῶτα non eſt, vt Bergl. cum Fl. Chr. vertit, *tergi arbuſta vaſtare*, ſed *terga*, velut arbores, *ſecare*, *ſcindere*.

749. φόρτον καὶ βωμολοχεύματ' ἀγεννῆ. Recte addidit ἀγεννῆ, quia auctore Ariſtot. in Rhetor. [III, 18, 7.] τῶν εἰδῶν τοῦ γέλωτος ἄλλο μὲν ἁρμόττει τῷ ἐλευθέρῳ, ἄλλο δὲ τῷ βωμολόχῳ. Sunt autem proprie βωμολόχοι, qui in ſacrificiis aras frequentant, (qualis poſtea Hierocles) et cum adulatione aliquid petunt et mendicant. Heſychius ἱεροσύλους vocat, quia inſidiantur aris. Moſchopulus definit [περὶ σχεδῶν p. 84. ed. Par.], qui ficto luſu vtuntur ad fraudem. Tales etiam dicuntur tibicines et diuini et aeruſcatores, denique per tralationem εὔκολοι καὶ ταπεινοὶ ἄνθρωποι καὶ πᾶν ὁτιοῦν ὑπομένοντες ἐπὶ κέρδει διὰ τοῦ παίζειν καὶ σκώπτειν. Recte autem hic φόρτον addidit et puto dictum vt illud [Virg. Geo. II, 192.]: *Pateris libamus et auro:* vt intelligas βωμολοχίαν φορτικήν. Eſt enim βωμολοχία, γένος κολακείας φορτικὸν καὶ γελωτοποιόν. Quamuis φόρτος apud hunc noſtrum in Pluto [796.] ſit χλεύη. Sane hic et Cratinum et Eupolidem irridet, eorumque fabulas tanquam φορτικὰς traducit, vt dixit in Vespis [66.] vbi et de Megarenſibus σκῶμμα φορτικὸν dicit. Apud Sudam [Suid. I. p. 860. Kuſt.] de Hermogene: πλείω ἕτερα διελέχθη καὶ ὧδε βωμολόχα, i. e. inepta et ridicula, φορτικὰ καὶ γελοῖα. *Fl. Chr.*

750. κἀπύργωσ' οἰκοδομήσας. Parabaſi vtebantur Comici ad proprias laudes et in aliorum conuicia. Pherecrates in Κραπατάλλοις de Aeſchylo iisdem fere verbis dixit, nempe, eum tradidiſſe atque adeo aedificaſſe ma-

---

k) Nempe poſt αὐτοῦ, neque hoc vitium ſuſtulit Inv.

gnam artem *l*). Sic verbum *πυργῶσαι* vſurpauit etiam Antipater (optimus me iudice epigrammatum ſcriptor, et qui in graeca anthologia palmam facile feret). Ait enim de Aeſchylo [Antip. Theſſal. 57. T. II. p. 110. ſ. Anth. prior. Iacobs.]

ὁ τραγικὸν φώνημα καὶ ὀφρυόεσσαν ἀοιδὴν
πυργώσας στιβαρῇ πρῶτος ἐν εὐεπίῃ.

Fl. Chr. In Ran. 1036. de Aeſchylo: *ἀλλ' ὦ πρῶτος Ἑλλήνων πυργώσας ῥήματα σεμνὰ καὶ κοσμήσας Τραγικὸν λῆρον.* Euripides in Heracl. 292. *πᾶσι γὰρ οὗτος κήρυξι νόμος δὶς τόσα πυργοῦν τῶν γιγνομένων* (duplo exaggerare res, quam geſtae ſunt). Idem Mede. 526. *λίαν πυργοῖς* (exaggeras) *χάριν,* et Or. 1568. *ὃς πεπύργωσαι* (elatus es) *θράσει. Bergl.*

751. *ἀγοραίοις.* Nati in triuiis et paene forenſes; Horatius dixit. *ἀγοραῖοι* hic ſunt viles et pauperes, dicti ab antiquis Latinis *Canalicolae*, quod conſiſterent ad canales fori. *Fl. Chr.*

753. Extat hic verſus etiam Veſp. 1033. *Bergl.* Recitati iam fuerant hi verſus in *Veſparum* parabaſi, vnde huc eos transtulit Comicus. *Brunck.*

754. *βυρσῶν ὀσμ. δ.* Et de Hercule contra quam alii loquantur et ſe fortisſimo heroi et *ἀλεξικάκῳ* comparat. Nam velut ille magnos labores hauſit, magnaque pericula obiuit, vt magna et illuſtria facinora ederet: ſic Ariſtophanes Cleonem et Lamachum, nihil eorum minis aut potentia deterritus, exagitauit. In Cleonem vero inuehitur *m*), cum ait *βυρσῶν ὀσμὰς,* quia ille *βυρσοδέψης* et ſic ad Augiae fimeta reſpicit. *βορβοροθύμους.* Schol. videtur agnoſcere *βαρβαροθύμους,* vt notetur Cleonis barbaries; erat enim Paphlagon: ſed non male de coeno intelligemus, vt mentem Cleonis coenoſam fuiſſe credamus; praeſertim cum poſtea ſubiiciat *χαράδρας. Fl. Chr.*

755. Sequentes verſus etiam habes in Parabaſi Ve-

l) Pherecrates Comicus ap. Schol. de Aeſchylo: *ὅστις αὐτοῖς παρέδωκε τέχνην μεγάλην ἐξοικοδομήσας. Bergl.*

m) Reſpicit ad Cleonem, qui erat *βυρσοδέψης*, et iſtas *βυρσῶν ὀσμὰς* comparat cum Augiae fimeto, ſe autem cum Hercule. *Bergl.*

ſparum. *καρχαρόδοντι.* Quaſi Hercules Cerbero. Canem autem Cleonem vocat ab impudentia et ex oculorum aſpectu, vt apud poetam [Hom.] *κυνώπης* vel *κυνὸς ὄμματ' ἔχων.* Quod autem ait *μάχομαι*, dixit alibi in Vesp. *ξυστὰς*, tralatiue a lucta *n*). *Fl. Chr.*

756. *Κύννης.* Cynna et Salabaccho ſcorta fuerunt Athenis. De Cynna ſupra in Eqq. [765.] meminit. Tamen Eratoſthenes legebat hic non *κύννης*, ſed *κυνὸς ὡς*, vt canem ſemper appellet, alii *πυρός.* Duplicem autem impudentiam Cleoni tribuit et caninam et meretriciam, vt dictum olim de impudente, non *κόρας* in oculis ſed *πόρνας* habere. In Schol. in Vesp. mendum eſt, cum ait Eratoſthenem pro *κύννης* legiſſe *κοινῶς*· legendum illic *κυνός.* *Fl. Chr.*

757. *ἑκατὸν δὲ κύκλῳ.* Hydra bella centiceps Herculis fuit labos. Sed detorſit *δράκοντας* ad *κόλακας*, quibus ſtipatus erat Cleon, quem Typhonem in Eqq. [511.] vocauit. Quod autem legitur *ἐλιχνῶντο o*), in Vesp. habes *ἐλιχμῶντο*· vtrumque conuenit; nam et vorant et lambunt. Tamen *ἐλιχνῶντο* agnoſcere videtur Heſychius. *Fl. Chr.* *οἰμωξομένων.* Perperam in A. *οἰμωζομένων*, vt vulgo legebatur in Vesp. 1035. *Brunck.*

758. *χαράδρας.* Praecipitium innuit *p*), cum ait *ὄλεθρον*· quamuis pro *πηλὸν* dixerit; nam torrentes ſecum, vt ait Callimachus (h. in Ap. 109.) trahunt, *πολλὸν συρφετόν.* Sed vocem irridet ſonoram et fractam, quae *καχλάσματα*, i. e. cachinnos, imitabatur. Tamen interpres Vesparum de aſperis moribus et inaequali vita intellexit. Sed ad vocem referendum eſſe, auſim probare vel ex Pherecrate, qui in *Ἐπιλήσμοσι* vel *Θαλάσσῃ* dixit, *ἂν δ' ἀποκριθῶ, οἴμοι τάλας, φησί, χαράδρα*

---

n) In Vesp. 1034. *θρασέως ξυστὰς εὐθὺς ἀπ' ἀρχῆς αὐτῷ τῷ καρχαρόδοντι.* Sequentes quatuor verſus ſunt et in Vesp. l. c. *Bergl.*

o) Mallem *ἐλιχμῶντο*, vt in Vesp. 1028. vbi eadem haec exponitque Schol. *ἔλειχον*, qui tamen et *ἐλιχνῶντο* agnoſcit, deducens id a *λίχνος. Bergl.* *ἐλιχμῶντο* etiam *Reisk.* praetulit. Tacite receptum eſt a *Brunck.*, vnde et *Inv.* retinuit.

p) Dicuntur enim ita et torrentes, abrupti torrentium aluei, et praecipitia. v. Heſych. Suid. Zon. II, 1843.

κατελήλυθεν, praeceps, puto, reſponſum innuens. *Fl. Chr.*

759. φώκης δ' ὀσμήν. Etiam graueolentiam illi exprobrat et tetrum odorem, tam fortasſis a libidine quam arte βυρσοδεψικῇ. Tetrum autem odorem eſſe phocae, ſiue vituli marini q), etiam Homerus teſtatur, qui dixit [Od. IV, 442.] Φωκάων ὀλοώτατος ὀδμή. Et alibi [ib. 406.] πικρὰν ὀδμὴν ipſas ἀποπνεῖν dixit. *Lamiam* belluam perhibent olentem et feram r), ſic dictam a granditate gutturis, λαιμίαν et λαμίαν. In eam transformata fertur formoſa femina Lamia, Beli et Libyae filia, quae e Libya in Italiam venit, vbi vrbs Lamia inde dicta. Eam, vt ait Duris in ſecundo hiſtoriae Libycae, compresſit Iupiter. Iuno zelotypa partum necauit, vnde illa prae dolore necati partus ex formoſisſima deformis facta eſt et Iunonis exemplo aliarum infanticida exiſtimatur: vnde nutriculae, quae terrorem infantibus incutere ſolent, de Lamia interminantur s). Lamiam autem illam fabulantur volente Iunone asſiduo vigilaſſe et noctes diesque in dolore fuiſſe, donec miſeratus Iupiter exemptiles illi oculos fecit, quos asſumeret et poneret, cum vellet. Qua de re elegans opuſculum exſtat Politiani, viri ſuo ſeculo incomparabilis. Hic vero notandum, ſinxiſſe Ariſtophanem, quod non eſt. Nam cum Lamia femina ſit, ei tamen ὄρχεις tribuit, et, vt Cleonis ſpurcitiem arguat, ἀπλύτους, i. e. vt ait Plautus [Men. I, 2, 57.] *illutibili odore.* Caeterum fuit Lamia olim etiam Atticum ſcortum, cuius dictum Aelianus [Var. Hiſt. XIII, 9.] memorat, Graecos Leones, Epheſi eſſe Vulpes, vt infra dicemus. Salacem *camelum* et θερμόπρωκτον exiſtimant. Corrigendus autem obiter Sudas [Suid.] V. Πρωκτὸς, vbi καμήλου legendum t), non καμίνου. Aliud eſt κάμιλος, nempe παχὺ σχοινίον, vt putem καμηλαύκιον Sudae

q) Cfr. quae de hac marina bellua collegit Camus ad Ariſtot. H. A. II, 632. ſs.

r) Canis carcharias eſſe dicitur. v. Camus l. l. p. 461. Add. Intpp. Heſych. h. v.

s) Cf. Valcken. ad Theocr. Adon. p. 346. ſ.

t) Vid. Kuſter. ad Suid. III. p. 216.

[Suid.] vel σκιάγειον inde dictum, nisi ἀπὸ τοῦ καῦμα ἐλαύνειν vel κάματον potius. Nam eſt πιλίδιον. *Fl. Chr.*

761. (760. Br.) ὧν οὕνεκα. Perperam vulgo εἵνεκα. *Brunck.* Repugnat *Ahlwardt.* in ſecunda Symbola ad Schneider. Lex. gr. (1813.) et tuetur hic alibique εἵνεκα.

762. Hic verſus cum ſequenti non videtur integer *v*). Nam pede curtus eſt; ſequens, ſyllaba tantum. Qui vero ſequuntur, in vnum iungi debent *x*). Nam decem ſequentes, qui faciunt ἔκθεσιν, dimetri ſunt. Sed quia Schol. hoc longum Commation ſiue Parabaſin 33 verſibus tetrametris catalect. conſtare dixit, aut error eſt in numero aut duo deſiderantur. *Fl. Chr.* ἀποδοῦναί μοι τὴν χάριν ὑμᾶς εἰκός. Sic recte in B. collocatae voces, quas transpoſitas impreſſi exhibent cum verſus labe, εἰκὸς ὑμᾶς. In A. idem binarum vocum ordo; ſed alioqui male mulcatus verſus: ἀποδοῦναι τὴν χάριν ὑμᾶς εἰκὸς δὴ, καὶ μνήμονας εἶναι. *Brunck.*

763. Etiam in Vesp. 1020. de ſe dicit Comicus: οὐδὲ παλαίστρας (φησι) περικωμάζειν πειρῶν. Vtrobique autem monet Schol., in Eupolidem haec dici. *Bergl.*

764. παῖδας ἐπείρων. Nihil hic Comicus maledicentiae et infectationis poëtarum reliqui facit. Nam ecce Eupolin et alios poëtas inſimulat παιδεραστείας. πειρᾶν verbum proprium libidinoſis, qui quauis via expugnare tentant pudicitiam. Ap. Lucian. [Dial. Deor. VI, 1.] Iupiter de Ixione Iunonem procante, ait, μῶν ἐπείρας. *Fl. Chr.* Ad σκευὴν in marg. ed. Fl. Chr. adſcriptum: γρ. σκηνήν.

765. Perperam vulgo hic verſus in duos diuiſus. *Brunck.*

766. (765. K.) Haec velut eſt peroratio. Sane enim parabaſes iſtae ſunt tamquam δημηγορίαι ſcenicae. *Fl. Chr.*

768. καὶ τοῖς φαλακροῖσι. Quod Satyrici ſolent, hoc facit Ariſtophanes (quid enim aliud iſtae fabulae,

---

v) Scilicet ap. Fl. Chr. hic verſus legitur ſic: ἀποδ. (ſine μοι) τ. χ. εἰκ. ὑμ. κ. μν. εἶναι, in ſequ. autem deerat partic. περιιοστῶν.

x) Imo vnus hic 765. vulgo in duos erat diuiſus.

quam Satyrae?), vt, quo liberius alios insectentur, sibi ipsis non parcant. Fuit enim reuera caluus Aristophanes, quod testatur Plutarchus cap. 1. lib. II. Sympos. [p. 513. T. VIII. Reisk.]: *διὸ καὶ τῶν Κωμικῶν ἔνιοι τὴν πικρίαν ἀφαιρεῖν δοκοῦσι τῷ σκώπτειν ἑαυτοὺς, ὡς Ἀριστοφάνης εἰς τὴν φαλακρότητα καὶ τὴν ἄγαν οἴνου δίψαν y*). Sed fortassis haec spectant Eupolidem: nam in Scholiis, quae sunt ad Eqq., habes: *εἴγε, φησιν Εὔπολις, ξυνεποίησα τῷ φαλακρῷ.* Nomen calui olim videtur pauperem et miserum designasse. Nam Myconios, qui caluitii morbo laborabant, pauperes fuisse testatur Athenaeus [p. 7. extr. Casaub.] et inuocatos ad conuiuia venire solitos, ita vt Myconii dicti fuerint vulgo omnes *ἄκλητοι*, de quibus Stephanus [Byz. p. 570. ed. Berkel.] et Donatus ad Terentium [Hec. III, 4, 26.], vbi laudatur illud Lucilii [Fragm. Lucil. ed. Havercamp. ad calc. Censor. p. 232. n. 117.] *Myconi omnis calua iuuentus.* Hesychius: *Μυκώνιοι ἐπὶ γλισχρότητι διεβεβόηντο,* lego: *διεβέβληντο.* Neque vero per *caluos* pauperes solum innuebantur, sed etiam stulti et fatui, vnde illud: *μωρὸν ὁρᾷς φαλακρόν.* Synesius in Encomio caluitii per ὑποκορισμὸν vocari eos *σελήνια* dixit, quod traduci potest ad stultitiam. Tamen quia luna dicta a splendore et luce, et calui ea parte videntur splendere, propterea *σελήνια* dicti et ab ipsa luna amari dicuntur, vel quod in orbe lunae omnia contraria huic orbi sunt, et caluities ibi tam familiaris, quam hic caesaries. *Fl. Chr.*

771. *κἀπὶ τραπέζῃ.* In conuiuiis saepe in caluos dicta iocularia iaciebantur. Petronius in Satyrico [c. 109. p. 650. Burm.]: „quum Eumolpus et ipse vino solutus dicta voluit in caluos stigmososque iaculari." Quamuis illic putem *stigmosos* vocari, qui naeuos habent, et caluos, qui rasi: nam apud poëtas praesertim haec promiscue vsurpantur. *Fl. Chr.*

775. *τρωγαλίων.* Bellaria sic vocantur ab *edendo*, quae et *τραγήματα* ab eadem origine, *τρώγω*· nam inde

---

y) Ita ex incerta emendatione Turnebi. Sed vetus omnium librorum lectio est: *καὶ τὴν Ἀγάθωνος *λιψιν*, pro quo Wyttenb. T. III. P. II. p. 570. probabilius coniecit: *καὶ Ἀγάθων εἰς τὴν θρύψιν.*

τράγος, quia *rodere* ſolet, vt dicitur: *Rode caper vitem:* etſi differre putat Athenaeus lib. 14. [T.V. p. 528. Schw.] vbi τραγημάτων multa nomina [p. 523. ſs.]. Nam ἐπιδορπίσματα et μεταδόρπια et ἐπιφορήματα et ἐπιτραπεζώματα et δευτέρας τραπέζας vocat, imo et ἐπαῖκνα· ſic enim corrigo Athenaeum [p. 532.], vbi legitur ἐπέκλεια [ἐπαίκλεια *z*)]· ſane enim αἶκνον conuiuium: quamuis Dalechampius ἐπάϊκλα legat, neſcio vnde id verbi expiſcatus *a*). Nam Heſychius variat, qui cum αἶκνον conuiuium eſſe dixerit, poſtea ait ἀναίκλεια, ἄδειπνα· niſi mendum eſt et legendum ἀναίκεια. Idem Athenaeus lib. IV. [p. 42. T. II.] κοπίδα ait fuiſſe apud Laconas coenam εὐτελῆ, et proprie vt αἶκλον [ἄϊκλον] ex Eupolide in *Εἵλωσι*. Posſint etiam vocari ἐπίδαιτρα, quae placentas deſignant. *Fl. Chr.*

776. In hac oda ſunt ſtropha et antiſtropha, in vtraque verſus 22. *b*). Sed priores verſus ſex vtriusque ſunt ex Steſichori Oreſtea πλοκῇ. Quae vltra ſunt, in tragicos poëtas ſcribuntur, puta Carcinum eiusque filium, Melanthium et Morſimum. Ferunt autem primum Steſichorum inſtituiſſe chorum ad citharae cantum. Vnde illud ipſi nomen, cum antea vocaretur Tiſias. Caeterum Oreſtea Steſichori ex Xantho μελοποιῷ videtur ſumta, ſi credimus Athenaeo lib. XII. [p. 513. A. Caſaub.] Scripſerat autem, vt aiunt, Helenae vituperium, vnde oculis captus eſt, poſtea viſum recuperauit, cum ceciniſſet palinodiam, ex qua idem auctor Athenaeus verſus aliquot laudat lib. III. et X. [v. Suchfort Fragm. Steſichori Lyr. p. XXIII. ſs. XXVIII. ſ.]. *Fl. Chr.*

779. (778. K.) θεῶν τε γάμους. Vt Martis et Veneris, quorum coniugium vel adulterium potius in Vlysſea ſunt, qui Homeri eſſe negent. *Fl. Chr.*

782. *Καρκίνος*. Tragicus fuit poëta, cuius filii

z) Hanc ſcripturam tuetur Schweighäus. Anim. VII. p. 519. non memorata Fl. Chr. coniectura.

a) At vid. Caſaub. ad Athen. l. c. Quae ſequuntur: „Nam Hes. — *Εἵλωσι*“ in ed. Par. deſunt.

b) Nempe in edd. plerisque, etiam Brunck.

tres, Xenocles, Xenotimus et Xenarchus, viles perſonae et ludii tragici, qui propter ſtaturae breuitatem vocati ſunt ὄρτυγες c). Carcini fabulam Thyeſtam laudat Ariſtot. in de Poët. [c. 15. cf. Fabric. B. Gr. II, p. 290. ſ. Harl.], cum agit de recognitione, quae fit ex ſignis συμφύτοις. Notandum autem hoc nomen factum licentioſe προπαροξύτονον, vt fecit etiam Aratus [Phaen. 147.]; nam alias ſecundam ſyllabam producit. *Fl. Chr.*

783. ſ. Ἀντιβ. Verſus hic longior eſt d) et ſecandus in duos, vt alter ſit δῶν χορεῦσαι. Aliter enim haec ſtropha conſtaret tantum 21 verſibus, neque par eſſet antiſtrophae quae ſequitur. *Fl. Chr.*

ἀντιβολῇ μετὰ τῶν
παίδων χορεῦσαι.

Sic ſcripti et diſtincti hi verſus in codd. recte. Vulgatum ἀντιβολεῖ ſoloecum eſt e). *Brunck.* συνέριθος mox eſt ὁ βοηθὸς Zon. II. p. 1685.

788. ὄρτυγας οἰκογενεῖς. Cum dicendum eſſet ὄρνιθας, maluit ὄρτυγας, vt ſic magis inſectetur Carcini liberos tanquam contentioſos f). Sunt enim coturnices mares natura φιλεριστικοί. Caeterum hic verſus citatur ab Athenaeo l. IX. [p. 452. T. III. Schweigh.] qui ait [p. 448.] feminas coturnices ab Alexandro Myndio dictas eſſe λεπτοτραχήλους (lego enim illic λεπτοτραχηλότερος). Solent autem Attici producere mediam et τυ longum facere, vt teſtatur Ixion Demetrius apud illum Dipnoſophiſtam [p. 451. ſ.], perinde ac δοίδυκα et κήρυκα. Sed hic noſter Comicus breuiauit propter metrum. Dixit autem οἰκογενεῖς i. e. domi et in vmbra educatos. Sudas [Suid.] ἐσκιατραφημένους dixit. *Fl. Chr.*

789. γυλιαύχενας g). Nullum vel oblongum collum

---

c) Carcino poëtae fuerunt tres filii, quorum duo ſaltatores, quos etiam ridet in Vesp. Vide ibi ad v. 1492. *Bergl.*

d) Nempe ante Fl. Chr. hi duo verſus vnum conſtituerunt.

e) Perperam reuocauit Inv. Nam ἦν Coniunctiuum poſtulat.

f) Quia φιλεριστικοὶ, vt ait Schol., i. e. *contentiosi.* Eſt enim auis illa pugnax. *Bergl.* De hac earum natura vid. Camus ad Ariſtot. H. A. II. p. 150.

g) Quia colla eorum, quale eſt cophini militaris, γύλιος dicti, i. e.

designat. Quid esset γύλιος, notatum a nobis supra [527.], cophinus scilicet militaris paruus et vegrandi collo. Sane irridet ista carcinomata, tanquam pumilos et nanos, qui tamen operam patri praebebant ad saltandum fabulis suis. Corrigendus itaque locus Suidae in V. Καρκίνος, vbi ait de filiis: ἐχόρευον δὲ τῷ πανί· lego πατρί. Error ortus ex compendiaria scriptura πρι. Nam sic multa Notarii et ταχυγραφεῖς scribebant. Contrarius illi error visitur apud eumdem Grammaticum V. Κυρῖνος i. Quirinus. Nam vbi habes Ἰούλιός τις Πάτροκλος, legendum Πρόκλος Est enim Iulius Proculus et historia est de Quirino vel Romulo, ascendentem in coelum ille iuratus vidisse se dixerat [Liv. I, 15.]. Putarunt postea compendio scriptum et legendum Πάτροκλος librarii hospites in historia Romana. *Fl. Chr.*

790. ναννοφυεῖς. Nani in hominibus pumili dicuntur; mutilique et murci in equis, *hinni*, quos tamen alii *gynnos* vocant. Inde genus panis parui et placentarii *Nanus.* Credibile vero est, Aristophanem ad grande eorum veretrum respexisse, quia pumilis μέγα αἰδοῖον. Mimnermus, poëta elegiacus, νάννους scripsit, si Dalechampio credimus, qui pumiliones vertit *h*), quamuis vetusta Athenaei exemplaria habent Ναννοῖ et Ναννῶ, quae meretrix fuit et ipsius Elegiographi amica vt titulus non sit temere abdicandus. Nam et Ephippus Comicus fabulae nomen fecit Philyram meretricem. Quo magis credam, facit vox σφυράδων, quae sequitur, quibus *caprarum stercora* significantur. Fuit autem Nannion meretrix (si tamen eadem est) vocata *Capra*, quia, vt caprae θάλλους, qui ramusculi sunt, libenter esitant, sic illa Nannion Thallum quendam cauponem bonis exhauserat, vt Plautina Phronesium Dinarchum [in Truculento Plaut.]. *Fl. Chr.* Hesychius: σφυράδες, τὰ διαχωρήματα τῶν αἰγῶν καὶ προβάτων· οἱ

---

aut curta aut praelonga. Variant enim Scholiastae. *Bergl.* Suidas [et Zonar. I. 457.]: τοὺς μακροτραχήλους. Sic figura magis erant ridicula, si exiguam staturam longum exciperet collum. *Brunck.*

h) XI. p. 470. A. de quo ridiculo Dalechampii errore vid. Schweighäus. Anim. ad Athen. VI. p. 90.

δὲ, σπυράδας. v. Pierson. ad Moer. in σχινδαλμός [p. 361.] *Brunck.* ἀποκνίσματα *i*). Mirum in modum paruitatem et breuitatem ac vero vilitatem eorum exagitat, quos etiam ramentis et ſtrigmentis ſtercoris caprini comparat. Corrigendus Sudae [Suid.] locus non rectus: apud quem Scholiaſtae graeci verba ad verbum leguntur, vbi legendum ἀποτμήμασιν pro ἀποτυχήμασιν. Hic autem etiam legi potest ὑποκνίσματα. *Fl. Chr.*

791. (792. K.) μηχανοδίφας. Carcini filius, Xenocles, machinas et ostenta in fabulas induxit, vt teſtatur Plato Comicus, qui δωδεκαμήχανον vocat *k*). Machinas enim adhibebant, cum deos deſcendentes de caelo aut discedentes repraeſentabant. *Fl. Chr.*

792. Verba ὃ παρ' ἐλπίδας in al. edd. omnibus ſeparatum efficiunt verſum (794.).

793. (795. K.) γαλῆν τῆς ἑσπέρας. Scripſerat, credo, Carcinus *Mures* fabulam, quae non ſtetit, ſed exacta eſt *l*), fueruntque actores μισούμενοι, quamquam magna exſpectatio fuerat illius fabulae (ait enim παρ' ἐλπίδας) et fortaſſe reſpexit ad prouerbium anapaeſticum: ὤδινεν ὄρος, τὸ δ' ἔτικτεν μῦν. Itaque ſalſe ridet Tragicum et mures ait ſtrangulatos a fele. Vt enim, qui placuerunt populo, liberam ſibi auram videntur haurire, ſic, qui exiguntur, ſuffocari. Fortasſis autem alium, qui vicerat, Carcinum etiam traducere voluit nomine γαλῆς, quaſi ſelem pullariam vocet, Morſimum puta, vel Melanthium, quos, vt cinaedos, paulo poſt tangit. Nam muribus ſtrangulandis conuenit τὸ μόρσιμον. *Fl. Chr.*

795. (797. K.) Hoc eſt principium antiſtrophae et ſex priores verſus ſunt item πλοκὴ Στησιχόρειος ex eadem Oreſtea *m*) iisdem fere verbis. Sic enim Steſicho-

---

i) Hoc vocabulum in aliis edd. ſeparatum conſtituit verſum.

k) Eadem ex Schol. enotauit *Bergl.*

l) In Scholiis: δρᾶμα δὲ ἐποίησε τοὺς Μῦας, διὰ τοῦτο καὶ γαλῆν εἶπεν ἀπάγξαι. Vult autem dicere, victum eſſe Carcinum in commiſſione illius fabulae. *Bergl.*

m) Verſus ſunt Steſichori in Oreſtia:

rus, quem *σοφὸν ποιητὴν* videtur vocare: *τοιάδε* etc. Deinde: *ὅταν ἦρος ὥρᾳ κελαδῇ χελιδών.* *Fl. Chr.* Hunc poftremum locum ad v. 798. etiam laudauit *Bergl.*

798. (800. Br.) *ἠρινά.* Sic bene fcriptum in binis codd. Neutrum eft plurale aduerbialiter adhibitum. Perperam vulgo et metro reclamante *ἠρινᾷ* quod cum *φωνῇ* tanquam epitheton coniungunt. Ordo eft: *ὅταν μὲν ἠρινὰ χελιδὼν ἑζομένη κελαδῇ φωνῇ.* Vt hic *ἠρινὰ verno tempore*, fic in Antipatri Sidon. epigr. 26. *ὀρθρινὰ* fub *auroram* fignificat, quod vocabulum gemella menda in vulgatis anthologiae libris inuaferat: legebatur enim *ὀρθρινᾷ.* Integrum epigramma proponam *n*):

Κερκίδα, τὰν ὀρθρινὰ χελιδονίδων ἅμα φωνᾷ
μελπομέναν, ἱστῶν Παλλάδος ἀλκυόνα,
τόν τε καρηβαρέοντα πολυῤῥοίβδητον ἄτρακτον,
κλωστῆρα στρεπτᾶς εὔδρομον ἀρπεδόνας,
καὶ πῆνας, καὶ τόνδε φιλήλακατον καλαθίσκον,
στάμονος ἀσκητοῦ καὶ τολύπας φύλακα,
παῖς ἀγαθοῦ Τελέσιλλα Διοκλέος, ἁ φιλοεργὸς,
εἰροκόμων Κούρα θήκατο δεσπότιδι.

Κούρα εἰροκόμων δεσπότις eft Minerua. Male in Analectis noftris excufum fuit *κούρα.* *Brunck.* *μὲν φωνῇ.* Quid fi *μεμφωλῇ*? Sane fic mallem, vt querulos cantus innuat. *Fl. Chr.*

799. Vulgo duo erant verfus, ita vt ab *ἑζομ.* nouus inciperet.

800. f. De *Morfimo*, tragico poëta inepto et frigido, fed oculorum non malo, vt ferunt, medico, Philoclis Tragici (qui poft Sophoclis Tereum *Πανδιονίδα*

τοιάδε χρὴ Χαρίτων
δαμώματα καλλικομᾶν ὑμνεῖν,
Φρύγιον μέλος ἐξευρόνθ', ἁβρῶς
ἦρος ἐπερχομένου.

Hefychius: *δαμώματα, κοινώματα, δημοσιώματα.* Carmina quae publice cantantur. *Brunck.* Dorice pro *δωμήματα.* Sunt enim *τὰ δημοσίᾳ ᾀδόμενα.* *Bergl.* [qui et ipfe Stefichori locum e Schol. adducit. Add. Suchfort. Fragm. Stefich. pag. XXXVIII. vbi verfus aliter defcribuntur, et Zon. I. p. 470.].

n) Iacobs. Anth. ed. prior. II. p. 12. cf. ei. Anim. Vol. II. P. I. p. 34.

ſcripſit) filio et patre Amphidamantis ſupra in Ranis *o*) et Eqq. meminit. De *Melanthio*, item tragico gulone, cinaedo et leproſo, in Auibus *p*). Vtrumque diris imprecationibus ſemper immiſcet. Nam in Ranis poſt furta, ſtupra, caedes, parricidia ſubiicit de Morſimo: *ἢ Μορσίμου τις ῥῆσιν ἐξεγράψατο.* In Eqq., ſi fallat, imprecatur ſibi hoc modo: *καὶ διδασκοίμην προσᾴδειν Μορσίμου τραγῳδίαν,* tanquam hic Morſimus ſit in fabula praecipueque in choro *μοχθηρὸς καὶ θανατηφόρος.* In Avv. autem dixit: *βδελύττομαι τὸν Λέπρεον ἀπὸ Μελανθίου. Fl. Chr.*

807. (810. K.) Gorgones cum magnis malis dentibusque pingebantur et fingebantur *q*). Vnde voraces et Manduci Gorgones vocati et Gumiae. Tales in exodiis Atellanarum perſonae pallentes et hiantes erant, quae riſum mouebant et pueris terrorem incutiebant, vt ait Iuvenalis [Sat. 3, 175.]. Hic addidit *ὀψοφάγους,* vt non temere dixerit Varro *Manducum* vocari obſonium *r*). Suſpicor tamen aliquid deeſſe in exemplaribus Varronis, quaſi ſcripſerit *obſonium mandentem* vocari *manducum*, vt ſit *ὀψοφάγος*. *Obſonium* vero cum de piſcibus proprie et quaſi vnice dicatur, vel teſte Plutarcho [Sympos. Qu. IV, 4. p. 652. T. VIII. Reisk.], non male hic conueniet, quum praeſertim ſequantur *βατιδοσκόποι* et *ἰχθυολῦμαι.* Nihil tamen in loco Varronis affirmo, tantum Senatus critici ſententias per ſaturam exquiro. Agitur enim de ſaturitate et *ὀψοφαγίᾳ. Fl. Chr.*

808. (811. K.) *βατιδοσκόποι.* Piſcibus libenter veſcebantur Athenienſes. Inter eos *batis* excellit *s*), et

---

o) *Morſimus* malus poëta fuit. V. ad Ran. 152. *Bergl.*

p) Et hic poëta fuit tragicus. Inter *helluones* eum numerat infra 1010. In Avv. 151. leproſum fuiſſe ſignificat. *Bergl.* *φωλῇ* [pro *φωνῇ*] *luſtro,* idem quod *φωλεῷ. Reisk.*

q) Vid. Millin Galerie mythol. T. II. p. 144.

r) De lingua lat. III, 5. ubi tamen pro *obſonium* legi Scal. maluit *perſonam.*

s) Piſcis genus eſt *βάτις. Bergl.* Eſt *Raia,* eine Rochenart. V. Camus ad Ariſt. H. An. II. p. 715. ſs. vbi Ariſtot. loca de hoc piſcis genere laudantur.

ſane Sannyrion in Riſu fabula inter menſarum delicias hunc piſcem appellat hoc ſemiuerſu: ὦ βατίδες, ὦ γλαυκῶν κάρα. Et Archeſtratus, culinarius poëta, quomodo ſit apparanda batis, docet l. VIII. Athen. [p. 44. ſ. T. III. Schweigh.] Ait enim *t*):

καὶ βατίδ' ἑφθὴν ἔσθε μέσου χειμῶνος ἐν ὥρῃ,
καὶ ταύτῃ τυρὸν καὶ σίλφιον. ἅττα τε σάρκα
μὴ πίειραν ἔχει πόντου τέκνα κ. τ. λ.

Innuit enim περιφραστικῶς cartilagineum piſcem, vt facit Ariſtoteles, qui contra Archeſtrati ſententiam Raias et cartilagineum genus condi hiberno tantum tempore ait et capi frigore negat. *Fl. Chr.*

809. γραοσόβαι μιαροί. Olidos hircos vocat, qui vetulis capris naturam, vt ait ille, liguriunt. Sunt enim σοβάδες, ἅβραι παλλακίδες, ancillae meretrices *v*). Eupolis: παρὰ τῇδε σὺ τῇ σοβάδι κατήγου. Malo enim hoc interpretari de initu vetularum, quam de abigendis ipſis a piſcium propola, ne praeſtinent. *Fl. Chr.*

811. (815. K.) Quos ineptos poëtas, inquit, ſputis et verberibus ſpernere debes, o Muſa. *Fl. Chr.* Vertitur καταχρεμψαμένη — quos deſpue ſcreatu magno et largo.

814. (819. K.) Haec Coronis eſt. Prodeunt vero de nouo perſonae, et Trygaeus deſcendit e coelo et ad penates ſuos redit, narrans: quantum laboris hauſerit in aſcenſu et deſcenſu. *Fl. Chr.* εὐθὺ τῶν θεῶν eſt, recta ad deos.

815. (820. Br.) τὼ σκέλη, vt mox quinto abhinc verſu et Theſm. 24. Vulgo minus bene legitur τὰ σκέλη. *Brunck.*

817. ἀπ' οὐρανοῦ — De loco valde ſublimi videntur quidem minores homines in imo, ſed non nequio-

t) Locum integriorem ex ed. Schw. exhibuimus. In not. Fl. Chr., ante χειμῶνος legitur ἔσθιε μοι quae verba in ed. Kuſt. exciderant.

v) Meretrices dicuntur σοβάδες, vt Schol. ait. *Bergl.* Vertit Fl. Chr.: qui vetulas ſubigunt; Brunck.: vetularum ſututores. Voc. μιαροὶ Fl. Chr. editio iungit cum ſequ. vocabulo. τραγομάσχαλοι (hircum olentes, ſeparatum a reliquis verſum in edd. praecedd. constituit.

res x): παρ' ὑπόνοιαν itaque dixit κακοήθεις πάνυ pro μικροὶ πάνυ. *Bergl.* Eſt quidem hic anthypallage pro μικρότατοι, tamen viſus vitio, qui in locis celſioribus ſunt, inferiora pro puſillis habent, vt oram ſoluentibus videntur terrae recedere. *Κακοήθεια* eſt *malignitas.* Iam *malignum* apud Latinos pro parco et paruo ſumitur; vt *maligne laudare*, et ap. Horat. [I Serm. 5, 4.] *maligni* caupones. Sic autem Athenienſes quaſi malo aſſuetos traducit, quique, vt dictum eſt, ſciunt quae recta ſunt, ſed facere nolunt. Propterea dicit ἐντευθενὶ, i. e. propius ſpectanti mihi etiam eſtis impenſius vel maligni vel malitioſi. *Fl. Chr.* In marg. ed. Fl. Chr. ad ἐν τ. δὲ eſt: γρ. δή.

819. ἔγωγ' ἐπυθόμην τινός [vt ed. Fl. Chr.] Vt ſit ſenarius verſus iambicus, videtur τινὸς eſſe παρέλκον. Sed meo iudicio tamen retinendum. Eſt enim genus dicendi et Atticum et comicum et ruſtico dignum. Sic vernacula lingua dicimus: *on le dit.* Itaque malo exſulet illud ἔγωγ' y), ne ſenarius corrumpatur. *Fl. Chr.*

825. (850. K.) In Avv. introducit Dithyramborum poëtam Cineſiam alas petentem, vt ſublime volans posſit captare prooemia, v. 1383. ὑπὸ σοῦ πτερωθεὶς βούλομαι μετάρσιος ἀναπτόμενος ἐκ τῶν νεφελῶν καινὰς λαβεῖν ἀεροδονήτους καὶ νιφοβόλους ἀναβολάς. Ad quem alter: κρέμαται μὲν οὖν ἐντεῦθεν ὑμῖν ἡ τέχνη. *Bergl.* ξυνελέγοντ'. Sic libri. Non minus apte quadraret forma ξυνέλεγον z). Acharn. 378. ὁ νοῦς μὲν ἔξω ξυλλέγων ἐπύλλια. Dithyrambicos autem poëtas hic irridet Comicus, cumque his conferri debent, quae dicit Cineſias in Auibus. *Brunck.* ἀναβολάς. Sic dicta principia τῶν ᾀσμάτων. Homerus [Od. 1, 155.] ἀνεβάλλετο καλὸν ἀείδειν. Imo omnia προοίμια. Nugantur Grammatici, qui dicunt ἀναβαλλόμενος et ἀναβαλόμενος per vnicum λ differre, illud eſſe *cunctari*, hoc vero *ordiri.* Pindarus

x) Delendum eſt colon poſt ἔμοιγέ τοι et ponendum poſt ἦστ' et poſt πάνυ quoque non colon, ſed comma esse debet.

y) Hinc editur nunc: ἐγὼ 'πυθόμην τ. ad quae verba haec *Bergl.* adſcripſit: „Id eſt, σὺ λέγεις.“

z) Sed ξυλλέγεσθαι declarat, quod in ſuos vſus collegerint iſta prooemia.

in Nemeis *καταβολὰν* [*ἀγώνων*] dixit in 2 *εἴδει* [v. 5.]. Eſt enim *καταβολή*, *καινούργησις* et *καταβάλλεσθαι* verbum fundamentale *a*): Euripides Bacch. [1244.] *καλὸν τὸ θῦμα καταβαλοῦσα δαίμοσιν*, de *primitiis* loquitur. *Fl. Chr.*

826. *ἐνδιαεριανερινηχέτους b*). Id eſt *ἀερονηχεῖς*· niſi quod habetur ibi *ἔνδιος*, i. e. *ſerenus*, *lucidus* et *ἀνήρ*. Vox *ἀερονηχεῖς* occurrit in Nubb. 336. vbi etiam ridet dithyrambos: *ἀερίας διερὰς γαμψοὺς οἰωνοὺς ἀερονηχεῖς*. *Bergl.* Audaces, vt Hor. vocat, in dithyrambis compoſitiones ridet, praecipueque eas, quae ex aëre et nubibus fiunt, vt hic, quibus principia ſua fulciunt, quae vt plurimum disconuenientia ſunt, vana et inutilia. Omnino Attico perfundit aceto poëtas dithyrambicos, quos alii *ἀμφιάνακτας* vocant a prooemiis, quae incipiebant, *ἀμφί μοι ἄναξ*, et inde *ἀμφιανακτίζειν* dicebant pro *προοιμιάζειν*. Magnus vero ſubſannator prooemiorum Ariſtophanes, qui in Ranis Aeſchulum inducit omnia Euripidearum fabularum exordia corrumpentem *ἀπὸ ληκυθίου*. *Fl. Chr.*

827. Poſt *λέγουσι* comma ponendum, vt ſequentia ita ſtruantur: *ὡς ἀστέρες γιγνόμεθα κατὰ τὸν ἀέρα*. His reſpondet, quod poſtea legitur: *ἐκεῖ*. *οὐκ ἦν* eſt: non vera erant igitur etc.

831. (835. K.) *Ἴων ὁ Χῖος*. Dithyrambicus et Tragicus *c*) et Melicus hic poëta fuit; imo comoedias ſcripſit et epigrammata et paeanas et hymnos et ſcolia et elegias. Fuit autem Orthomenis, quem Xuthum vocarunt, filius, qui tragoedias docere coepit LXXXII. Olympiade; cumque Athenis in dithyrambicorum et Tragicorum certamine victor euaſiſſet, populo Athenienſi viritim donauit vaſculum Chium. Scripſerat autem oden dithyrambicam, cuius initium erat: *Ἀοῖον ἀεροφοίταν ἀστέρα μείνομεν ἀελίου λευκῇ πτέρυγι πρόδρο-*

---

a) Ea quae ſequuntur, in ed. Kuſt. adiecta ſunt.

b) Ed. Fl. Chr. *ἐνδιαεριανεριχέτους*, in Not. autem *ἐνδιαερινηχέτους*. In not. Bergl. pro, *et ἀνήρ*, ſcribendum: *ἀήρ*.

c) Eadem *Bergl.* habet. Add. Fabric. B. Gr. T. II. p. 307. ſ. ed. Harl.

μον. Propterea Eoum *ἀστέρα* eum vocauerunt. Aut fortaſſe alludit ad Meteora, de quibus ſcripſerat Ion, teſte Suda [Suid.]. Sed multum operae poſuerat in dithyrambicis, quos, vt ambitioſe conditos, lancinat hic Comicus, vt et Philoxeni *στρεπταίγλαν.* Ionis autem Chii titulo dialogum ſcripſit Plato philoſophus. *Fl. Chr.* De Ionis Chii memoria optime meritus eſt Criticorum princeps Rich. Bentleius in epiſt. ad Io. Millium. Fecerat Ion dithyrambum, cuius initium a Schol. et Suida in *Διθυραμβοδιδάσκαλοι* prolatum:

ἀοῖον ἀμεροφοίταν ἀστέρα μείναμεν,
Ἀελίου λευκοπτέρυγα πρόδρομον.

Inde Comici iocus. *Brunck.*

831. Poſt *ὡς δ' ἦλθ'* (quae eſt lectio cod. Rav. iam in marg. ed. Fl. Chr. notata pro *ὥστε γ' εὐθ.*) commate interpungendum, et cogitando ſupplendum: vt venit in aerem, nempe dithyrambicus ille poeta, h. e. vt canere ſublimen dithyrambum inſtituit — ſed dubito de illius lectionis veritate. Certe vulgatae ſcripturae ſententia facilis non erat reprobanda.

832. *ἀοῖον* d), pro *ἠοῖον*, vt *ἀὼς* pro *ἠώς*, quae et *ἠοίη*. Alia vero eſt origo *τῶν Ἠοιῶν*, qui titulus eſt poëmatii Heſiodei, cuius fragmentum videtur eſſe Scutum Herculis. Nam in illo poëmatio *ἠοιῶν* Heroinarum recenſetur Catalogus, et ſic dictae, quia Aſcraeus ille de nobilibus feminis identidem comparatis ſcripſerat *ἢ οἵη.* *Fl. Chr.*

833. *διατρέχοντες.* Alias *διάττοντες, διαθέοντες.* *Bergl.* Ariſtoteles in Meteorologicis [I, 4. et 5.] *διάττοντας* et *διαθέοντας ἀστέρας* et *δαλοὺς* vocat, fierique ait ex exhalatione in longitudinem et latitudinem ducta et didita. Sic autem vocantur, qui, vt ait idem magnus magiſter, *ταχείας ἔχουσι τὰς φαντασίας,* ita vt eorum *φορὰν, ῥίψιν* eſſe exiſtimauerit obliquam. Eam *διαδρομὴν* etiam lychnis comparat in primo Meteoron. *Fl. Chr.*

---

d) Carmen, cuius principium citat Schol.: *Ἀοῖον ἀεροφοίταν ἀστέρα μείνωμεν, ἀελίου λευκῇ πτέρυγι πρόδρομον.* Vulgo minus recte *μείνομεν*, quod recte ſe haberet, ſi absque diphthongo ſcriberetur *μένομεν.* Eſt autem *ἀοῖος* Dorice pro *ἠοῖος*, pro quo dicitur *ἑῷος.* Euripides ap. Schol. ad Eqq. 783. *ἑῷος ἡνίχ' ἱππότης ἐξέλαμψεν ἀνήρ.* *Bergl.*

836. (841. K.) *ἰπνούς.* Laternae ſunt, quia ait: *ἐν δὲ τοῖς ἰπνοῖσι πῦρ.* Significat autem *ἰπνὸς* etiam *furnum* et *caminum* e), puto, quia in formam laternae camini fuerint olim canales ſtructiles et etymon crediderim a flatu, quaſi *εἰς πνοὴν*, quae etymi ratio etiam in vocibus Laconicis, *ἀΐτας* et *εἴςπνηλος* (vt obiter hoc dicam) locum habet. Hoc vero loco eſt *λαμπτὴρ* vel *λυχνός*. Nam Lychnus non eſt inuentum adeo antiquum; *πανὸν* dicebant vel *φανὸν* potius, quia *φαίνει.* Tamen *πανὸς* vſurpatur ab Aeſch. in Agamemnone [302. vbi vidd. Intpp. et Valcken. ad Ammon.], teſte Athenaeo. Sed ego apud illum Tragicum reperio tantum *φανός:* puto reponendum *πανὸς*, et irrepſiſſe gloſſema. Heſychius *δέλετρον* vocat laternam f); qua voce vſus Oppian. in Halieut. [III, 471.] ſed, vt opinor, quaſi *δέλεαρ.* Sunt qui putent gallicam vocem *fallot* eſſe detortam a *φανὸς*, quaſi dicendum ſit *fanot.* Non habent eius ſententiae auctores me adſtipulatorem. Nam laternae illae, quae haerent tereti ligno et ſublimes ſurſum feruntur, lingua noſtra *Fallots* vocantur, fortasſis quia velut phalli vel etiam ithyphalli, ab imitatione geſtationis illius orthophallicae, vt nomen ipſum prodit. Quin *φάλαι* ſpeculae ſunt et loca celſa. Heſychius *φάλαι, ὀρῶν σκοπιαί·* ſic enim lego, non vt mendoſe illic legitur, *ὄρα, σκόπει.* Sic vox fuit vetuſta *ἰπνὸς* pro *lampade.* Apud eumdem Heſych. corrige meo periculo alium non rectum locum V. *ἴπνια.* Exponit enim *τὰ κατάγματα τοῦ ἰπνου·* lego *καθάρματα.* Nam ſic Callimachus [Fragm. 216. cf. Toup. Emm. in Suid. et Heſ. I. 267. ſ. IV. 124.] *Σὺν δ' ἄμυδις φορυτόν τε καὶ ἴπνια λύματ' ἄειρεν.* Et fortaſſe eo reſpectum ab illo Grammatico. *Fl. Chr.*

837. *ταυτηνί. Oporam.* Vide ſupra 522. Iubet autem hic, vt intus lauetur Opora. *Bergl.*

838. (843. K.) *τὴν πύελον.* Labrum eſt, quod etiam *πτύελον* vocat Heſychius, qui ait vas eſſe ad lauacrum.

---

e) Gloſſae: *ἰπνός, furnus, laterna.* Scholia ad Plut. 816. *ὁ δ' ἰπνὸς τὸ μαγειρεῖον ἢ ἡ καπνοδόχη, ἢ ὁ φανὸς ὡς τὸ, Ἔν τε* etc. Ad hunc in Pace locum Scholia: *οὓς νῦν ἡμεῖς λαμπτῆρας ἢ φανοὺς καλοῦμεν. Bergl.*

f) V. Intpp. Heſych. I. p. 911.

Mox στόρνυ τε g) lego distinctim pro στόρεσόν τε: non autem plurali numero, quia ſequitur ἧκε δεῦρ' αὖθις πάλιν, quae Attica eſt phraſis neque ſimilem tautologiam non amauit Phoenix poëtarum Maro, qui dixit [Aen. IV, 24. 27.]: *Tellus prius ima dehiſcat — Ante Pudor, quam te violem* etc. Sic infra: αὖθις νεὸς ὢν πάλιν. *Fl. Chr.* κουρίδιον λέχος. Supra 706. dicit ad hunc Trygaeum Mercurius: ἴθι νυν, ἐπὶ τούτοις τὴν Ὀπώραν λάμβανε γυναῖκα σαυτῷ τήνδε. *Bergl.*

840. τήνδε. *Theoriam.* Supra 714. τήνδε τὴν Θεωρίαν, ἄπαγε τῇ Βουλῇ λαβὼν, ἧςπερ ποτ' ἦν. *Bergl.*

842. (847. Br.) Vulgo ſic legitur hic verſus: πόθεν δ' ἔλαβες ταῦτα σύ; — πόθεν; ἐκ τῶν οὐρανῶν. Inepta lectio *h*). Quid ſibi vult ταῦτα? *has res, negotia iſta? ces choſes-là?* En vnquam duas mulieres deſignans ſic aliquis locutus eſt? Scripſerat Comicus: πόθεν δ' ἔλαβες ταύτα; — πόθεν; ἐκ τῶν οὐρανῶν. ταύτα dualis eſt, vltima longa. *Vndenam vero has accepiſti mulierculas?* Quum accentum male notaſſet incautus librarius, metrum vacillare animaduertens ſciolus fulcrum inſerſit σὺ, quod ille ſibi habeat; nos eo non indigemus. *Brunck.* ταύτα, dualis femin. generis, vt Acharn. 527. πόρνα. *Idem* in Suppl.

844. εἰ πορνοβοσκοῦσι. Apparet Oporam et Theoriam ſcorta eſſe. Euripides autem citante Plutarcho de Stoicorum contrar. [Fragm. Belleroph. 19, 4.] dixit in hanc ſententiam: εἰ θεοί τι δρῶσιν αἰσχρὸν, οὐκ εἰσὶν θεοί, i. e. *ſi turpia admittunt dii, non ſunt dii. Fl. Chr.* Nunc clarius indicat, meretrices eſſe has duas. Euripides autem in hanc ſententiam dixit Ion. 449. οὐκέτ' ἀνθρώπους κακῶς λέγειν δίκαιον, εἰ τὰ τῶν θεῶν κακὰ μιμούμεθ', ἀλλὰ τοὺς διδάσκοντας τάδε. *Bergl.*

846. Ante Brunck. legebatur νῦν.

---

g) Antea fuit στόρνυτί μοι. Tum ediderunt, vt Fl. Chr. voluit. Brunck. dedit: στόρνυ τ' ἐμοὶ —

h) Lectio e Rav. recepta π. δ' ἔ. τ. σύ; π.; ἐκ τοὐρανοῦ etiam metrum corrumpit. Ferri poſtrema poſſunt, ſi ſcribitur antea: π. δ' ἔλ. ταῦτα σύ; itaque praefero.

849. (854. K.) *λείχειν ἄνω*. Duos hos verſus propter obſcoenitatem et cacephaton ſunt, qui non recipiant. Puto tamen eſſe Ariſtophanis. Nam talium verborum ſolens eſt adfectator. Sed τὸ κακέμφατον in verbo non eſt, ſed in re. Nam lingere ſuperne etſi ligurritores ſolent et conuiuantes, tamen in obſcoena libidine ponitur. Vnde iocus ille et alluſio in epigrammate *ἀνθολογίας*, *λείχει* et *χείλη* [ἀδεσπ. 76. a. p. 152. T. IV. Iacobs.]. *Fl. Chr.* *ἄνω in coelo, apud ſuperos. Bergl.*

850. (855. Br.) *λείχειν; ἆρ' αὐτῇ καὶ κανᾶ i) σκευαστέον k)*; Ridiculum in modum deprauata eſt haec lectio. Quid enim, obſecro, *caniſtris* vſus eſt Oporae, cui Trygaeus nec panem nec mazam nec aliud quicquam apponendum eſſe dixerat, quia ambroſiam apud ſuperos *lingere* ſolita mortales cibos faſtidit? Quis vnquam coniectura ariolari potuit, cur famulus quaerat an ei *caniſtra* parare debeat? Nonne hic verſus pro inſulſiſſimo haberi debuit? Non aliter eum exhibent A. et princeps editio. In ſecunda excuſum: *καὶ κἀνασκευαστέον*, ſic coniunctim, vt procul dubio ſcriptum reperit in codice quo vſus eſt Bern. Iunta. In B. ſcriptum: *ἆρ' αὐτῇ καναδε σκευαστέον;* Demum Ant. Fracinus edidit: *ἆρ' αὐτῇ καὶ κἀνθάδε σκευαστέον;* quam ineptiſſi-

---

i) Ita ed. Ald. habet et ita videtur Schol. legiſſe, ſed magis placet *κἀνθάδε*, quod eſt in edd. Farr. et Brub.: *κανᾶ* autem ſunt *caniſtra. Bergl.* Antea in Germanico exemplari, ad quod haec ſcribebamus, legebatur *καὶ κἀνθάδε*, lego *κανᾶ*. Et ſic legendum procliue eſt ex Schol. augurari, qui exponit *κανίσκια*. Perſtat in metaphora lingendi. Nam caniſtra linguntur. Quid ſi alludere voluit ad fidicinem illum nobilem, qui *Κοννᾶς* vocatus, quique Socratem, vt ait Cicero [Epp. IX, 27.] fidibus docuit? etſi in erudita ad Petrum epiſtola per *us* efferatur, non per *as;* quod ne committeret Cacephaton, verecundus Parthenias dixit: *Nox cum* [Virg. Aen. IV, 461.] etc. Sunt autem *κανᾶ* caniſtra, quae virgines nobiles primum tulerunt regnante Erichthonio et inde dictae *κανηφόροι*. In illis caniſtris ex auro factis primitias omnes et res ſacras imponebant in Panathenaicis aliisque pompis. Hoc autem puto factum in honorem Mineruae; nam *τῇ θεῷ* ait Sudas (Suid.). Ac illae Canephorae cum ad Eleuſinia veniebant, *σκιάδιον* habebant, quod *καμηλαύκιον* vocabant. *Fl. Chr.*

k) Poſt *σκευαστέον* vulgo punctum fuit poſitum, etiam in Brunck.

mam lectionem receperunt Veneti et tanto probauit opere Berglerus, vt eam in verſione expreſſerit: *Lingere, inquis? ergo ei hic etiam paranda erit;* ambroſia ſcilicet. Scitum profecto coquum, qui ambroſiam etiam parare potuerit! Sunt iſta omnia nihil aliud, quam librariorum alucinationes, perinde ſpernendae. Serus quidem, ſed non falſus acuminis fuiſſe mihi videor, qui verae lectionis veſtigia tandem deprehenderim, ſalſumque Comico reddiderim iocum ex illo genere, quo maxime delectatur. Eſt autem nequisſimus. Quo Trygaeus vſus fuerat verbo *λείχειν,* id alio ſenſu accipit famulus, nempe pro, *medios lambere viros*, ideoque percontatur, an mulieri peluim parare debeat, in quam *τὴν ἀπόπτυστον δρόσον,* immundum exſpuat rorem, et ſumta aqua ſpurcitiem oris abluat. Repone confidenter *l*): *λείχειν; ἆρ' αὐτῇ καὶ λεκάνην σκευαστέον;* Senſui huius verſus declarando paene ſuffecerit Martialis diſtichon, quod exhibuimus ad Ran. 1308. ***Brunck.***

851. Stropha eſt amoebaea verſuum ſeptem, cuius antiſtropham habes infra [906. ſs.], quae incipit *ἦ χρηστὸς ἀνήρ.* Sunt autem cola Ionica a maiore, duo priora dimetra acatalectica, tertium *ἡμιόλιον,* quartus verſus, qui eſt Trygaei *ὑποκριτοῦ,* iambicus tetrameter catalect. Mox tres reliqui ſimiles tribus prioribus. Legendum autem in illo tetrametro: *λαμπρὸν;* non *λαμπρός.* ***Fl. Chr.*** Vulgo legitur perquam inficete:

εὐδαιμονικῶς ὁ πρεσ-
βύτης, ὅσα γ' ὧδ' ἰδεῖν,
τανῦν τάδε πράττει.

Particulam *γε* in primo verſiculo inſertam non agnoſcit A. Reliquas ſordes ipſi purgauimus *m*). Ordo eſt: *ὁ*

---

l) Non tamen auſus eſt Br. ineptam coniecturam in texta recipere. Verſum corrupit bella lectione cod. Rav. Invernizius. Verum eſt: *λείχειν* (non repetito voc. *ἀμβροσίαν*, ſed vniuerſe dictum, *lingendum*, quod lingat) *ἆρ' αὐτῇ κἀνθάδε σκευαστέον.* *κἀνθάδε* optime refertur ad praecedens voc. *ἄνω.*

m) Edidit Brunck.:

εὐδαιμονικῶς ὁ πρεσ-
βύτης, ὅσα γ' ἔστ' ἰδεῖν,
τανῦν ὅδε πράττει.

πρεσβύτης ὅδε, ὅσα γ' ἔστ' ἰδεῖν, εὐδαιμονικῶς τανῦν πράττει. *Brunck.*

854. (859. K.) *τί δῆτ'* — In Acharnn. 1010. *τί δῆτ' ἐπειδὰν τὰς κίχλας ὀπτωμένας ἴδητε;* Antecedentia ibi antecedentibus hic etiam ſunt ſimilia. *Bergl.*

856. *αὖθις* — *πάλιν.* Eurip. Heracl. 796. *νέος μεθέστηκ' ἐκ γέροντος αὖθις αὖ.* *Bergl.*

859. Per ironiam dixit *εὐδαιμονέστερος*, ſed per *στροβίλους* intelligit Cancri illius vel Carcini filios *n*), quos duros et aſperos vocat inſtar nucis pineae, quae *στρόβιλος*, quia turbinata, vnde faſtigium et *συστροφὴ* capillorum, vbi erant *τεττίγων ἐνέρσεις*, *κρώβυλον* quaſi *στρόβιλον* dixerunt a forma coni. Hic vero ad Cancrum reſpicit: nam cochleae illae marinae ſunt *ὀστρακόδερμοι*: vel propter orbiculatas eorum ſaltationes hoc dixit; eſt enim *στρόβιλος* etiam genus *ὀρχήσεως* et propterea vocauit antea eos *γυλιαύχενας*. Corrigendus Sudas [Suid.] v. *Στρόβιλος*, vbi habes *γλυκυτραχήλους*· lege *γυλιοτραχήλους*. *Fl. Chr.* *φανεὶς* [vt ol. lectum]. Lego potius *φανεῖ* in futuro Attico; nam haec videntur a choro dici; vt in verſione feci. *Bergl.* Tacite recepit Brunck.

860 — 62. Horum verſuum numeri in ed. Lips. prorſus corrupti ſunt auctoritate cod. Rav. Sunt, vt omnes praecedd. et ſeqq., Trygaeo tributi verſus iambici tetrametri catalect., ita reſtituendi, vt in al. edd. leguntur:

οὔκουν δικαίως; ὅστις εἰς ὄχημα κανθάρου βὰς
ἔσωσα τοὺς Ἕλληνας, ὥστ' ἐν τοῖς ἀγροῖσιν αὐτοὺς
ἅπαντας κ. τ. λ.

Neque enim vlla apparet cauſa, cur primum bini iambici dimetri, tum vnus ſenarius, denique tetrameter ca-

---

Retinuit vulgatum, in quo *τάδε* maxime offendit, Inv. auctoritate cod. Rav.

n) Ita vocat Carcini filios, ludens in homonymia voc. *στρόβιλος*, quae et *nucem pineam* ſignificat et *ſaltationis* genus quoddam, quia erant ſaltatores; ſimili ratione eosdem iſtos vocat *ὀρχίλους* Vesp. 1511. ludens in vocibus *ὀρχεῖσθαι ſaltare* et *ὀρχίλος orchilus, auicula quaedam. Bergl.* Hinc corrigendus Photius Lex. v. *Στρόβηλοι* p. 401.

talect. in continua hac oratione fuerit adhibitus, et ἐπιβὰς interpretamentum vulg. βὰς eſſe videtur, αὐτοὺς autem (quod Rav. omiſit) cum vi quadam poſitum.

862. ὥστε ἐν τοῖς. Lege ὥςτ' ἐν τοῖς, ita poſtulante verſu. *Fl. Chr.*

863. κινεῖν καὶ καθεύδειν. Coniungit haec duo et ſupra 341. *Bergl.* In ed. Fl. Chr. legitur βινεῖν, ſed in marg. γρ. κινεῖν τε.

864. Quid ſibi e Rav. receptum κᾆ (debebat certe eſſe χᾆ) τα τ. π. κ. velit, non placuit editori explicare. Retineamus igitur vulgatum καὶ τὰ τῆς πυγῆς (h. e. ἡ πυγὴ) καλά o).

865. (869. K.) σησαμῆ. Ex Seſamo (ſunt qui putent eſſe quem vocamus Riſum vel oryzam) p) fiebant placentae nuptiales et eas dari mos erat in nuptiis propter fecunditatem, vt ait Menander. Eſt enim πολύγονος, et, vt ait Theophraſtus [de causs. plant. IV, 16.] λιπαρός. Vocabatur autem σησαμοῦς placenta iſta ſiue πλακοῦς ſiue πόπανον. Et ſolebant ſponſi coronari foliis ſeſami, papaueris et ſiſymbrii. Apud Athen. lepida eſt hiſtoria lib. 14. [p. 550. ed. Schweigh.]. Nam fiebant, inquit, Syracuſis ex ſeſamo et melle Eugia muliebria (ſic verto ἐφήβαια), ea vocabant μυλλοὺς in Sicilia et ſpectaculis exhibebant. Teſtatur Heraclides Syracuſius. Sane apud veteres nihil mellitum aut dulce fuit, quod non eſſet ſeſamo ſparſum et papauere. Vnde Petronius elegans dicendi et bibendi arbiter: mellitos verborum globulos omniaque dicta quaſi papauere et ſeſamo ſparſa [Satyr. c. 1. vbi v. Intpp.]. Apud Heſych. corruptisſimus eſt locus: σησαμοειδὴς ἐναικύραι πύα ἐοικυῖα ἦρι γέροντι, cuius loci reſtitutionem praeſtare non poſſum. Sed coniecturam pro fulmento ſupponam: τῶν σὺν Κύρῳ πόα ἐοικυῖα ἠριγενείῳ vel ἠρυγγίῳ. Nam ἠρυγγίτης eſt panis et herba q). Eo audacior fui in coniectando, quod

o) Phrynichus ap. Schol. ad Av. 989. ἀνὴρ χορεύει καὶ τὰ τοῦ θεοῦ καλά. *Bergl.*

p) Eſt potius alius plantae genus, *Seſamum orient.* dictum.

q) Vidd. quae contra monuerunt Intpp. Heſych. T. II. p. 1146. ſ.

ſciam ſeſamino oleo et συΐνῳ vnctos fuiſſe Cyri commilitones. *Fl. Chr.* σησαμῇ. Tanquam ad ſponſum; dabatur enim ſponſis ſeſamum *r*). In Avv. 159. cum chorus Auium dixiſſet; *νεμόμεθα δ' ἐν κήποις τὰ λευκὰ σήσαμα κ. τ. λ.* alter dicit: *ὑμεῖς μὲν ἄρα ζῆτε νυμφίων βίον. Bergl.* σησαμοῦς [vt Br. edid.]. Sic legendum *s*), non, vt vulgo σησαμῇ. In A. ſcriptum σησάμοις. *Brunck.*

868. Cum aſpiratione ἁνύειν eſt σπεύδειν *t*), quod hic conuenit. Audiendus etiam Sudas, qui ait, *ἀνύσασθαι, παρὰ τοῖς ἄρχουσι διαπράξασθαι, καὶ ὁμοίως πάλιν τὸ τοὺς ἄρχοντας προςτάξαι τοῖς ὑπηκόοις. Fl. Chr.* Imo ponitur ap. Noſtrum inprimis partic. ἀνύσας cum alio verbo ſic, vt ſit, *quam celerrime.* v. Viger. de Id. p. 350. ed. recentiss. Caeterum quam e Rav. recepit lectio *ἀνύσαντε τῇ Βουλῇ ταυτηΐ. Οἰκ. τί φῄς;* et metro aduerſatur et languidum atque e gloſſem. enatum pronomen immiſcet. Reponenda antiqua ſcriptura: *ἀν. τ. Β. Οἰκ. τίς ἐσθ' αὕτη; τί φ.* Recte ſeruus interrogat, quaenam iſta Theoria ſit. Neque enim adhuc eam cognouerat.

870. (874.) ἐπαίομεν *v*). Hic pro ἐλαύνειν et συνουσιάζειν: et inde verbum *pauire* et *pauimenta*, quia ſunt κροτητὰ et *tripudium* quaſi terripauium. Sic enim Feſtus cum de pulte agit. *Brauron* vrbs Attica *x*), vbi

---

et quam ex Dioſcoride hauſit probabiliorem Ruhnkenius emendationem.

r) v. Phot. Lex. p. 377.

s) Nimirum σησαμόεις, (contr. σησαμοῦς) scil. πλακοῦς aut ἄρτος dicebatur placenta ſeſamo condita. v. Athen. XIV. p. 644. B. Caſaub. Fortasſis tamen ſcriptum fuit σησαμῇ (ita enim non tantum σήσαμον dicebatur, auct. Ariſtarcho ap. Phot. Lex. p. 378.) vt πλακοῦς dicatur συμπλάττεσθαι vna fingi h. e. miſceri, condiri, ſeſamo; et ad ἄλλα ἀπαξαπ. aliud verbum ſubintelligatur.

t) Ita Grammat. vet. ap. Bekker. Anecd. Gr. I. 411. et Phrynich. Proparasc. ſophiſt. ib. p. 14.

v) Reisk. legendum coniecit: *ἐδιώξαμεν Βρ. ὑποπεπωκότες.*

x) Scholia: *Brauron oppidum* (πόλις) *Atticae, in quo Dionyſia fiebant, et ebrii multa ſcorta rapiebant. Bergl.* Vid. qui de pagis Atticae ſcripſerunt, vt Meurſius, et Hemſterhus. ad Polluc. p. 1046.

Dionyſia fiebant et vnde multa ſcorta vino madidi deducebant. Ibi Artemidi ſacra erant et capra immolabatur, ſolebantque illic olim Rhapſodi Iliadem cantare, ibique nupturae virgines Dianae initiabantur, quod *ἀρκτεύειν* illi dicebant *y*): qua de re lepida hiſtoria eſt apud Sudam et meminit Heſych. V. *Δεκατεύειν.* Erant autem illa Dionyſia quinto quoque anno. Pollux ait [VIII, 107.] decem ſacrificos ſacra quinquennalia feciſſe in Delo, Braurone et Eleuſine. Propterea addit *πρωκτοπεντετηρίδα:* ſed iſta Dionyſia ſunt Aphrodiſia. Pauſanias Atticis [I, 36.] teſtatur, Brauronem non longe a Marathone olim cum Diana Taurica Iphigeniam veniſſe. *Fl. Chr.* *ὑποπεπωκότες* *z*). Sic bene A. quod e Scholiaſtae expoſitione in textum merito reuocauit Berglerus. In aliis libris eſt *ὑποπεπτωκότες*, quae saepiſſime permutari obſeruaui ad Lys. 395. Conc. 140. *Brunck.*

872. *πρωκτοπεντετηρίδα.* Quia *Brauronia* quinto quoque anno agitabantur *a*). Vid. Meurſium in Graecia Feriata. *Brunck.*

875. *τί περιγράφεις.* Quid, inquit, deles, vel expungis? Notum, quid ſit, *circumſcribere magiſtratu.* Is enim vel M. Tullio auctore *circumſcriptus* dicitur, cui honor et imperium abrogantur *b*). *Fl. Chr.* Cum audiret ſeruus, Trygaeum velle meretricem alicui ſeruandam dare, ſtatim cogitabat: o ſi mihi daretur! et oraturus erat, ſed timebat repulſam; nec immerito; quis enim ouem lupo committat; itaque geſtus edebat, quales ſolent meditabundi et ſolliciti. Schol. Eurip. ad Or. 631. *ὡς τῷ ποδὶ τὸ ἔδαφος περιγράφοντος* (quaſi pede

---

y) Vid. Potter. Arch. gr. T. I. p. 818. f. vers. Rambach.

z) Ita legendum pro *ὑποπεπτωκότες.* Scholiaſtes etiam innuit, vbi quaſi exponitur *μεθύοντες.* *Bergl.*

a) Scholia: *παρόσον διὰ πενταετηροῦς χρόνου ἤγοντο αἱ θεωρίαι τῶν Διονυσίων*, nempe in Braurone. *Bergl.* Vertit Brunck.: quantam culus iſte quinto quoque anno voluptatem adfert! inepte. Imo ſenſus: Quam ingentem et feſtiuum habet culum! *δίκαιος* mox eſt probus et continens homo.

b) V. Forcellini Lex. Latinit. T. I. p. 462. f. ed. ſec. Caeterum haec animaduerſio in ed. Paris. non legitur.

circumducto ſolum verrat) αὐτοῦ καὶ διστακτικῶς ἔχοντος καὶ ἀναλογιζομένου, εἰ δέοι ταῦτα ποιεῖν· ὅπερ ποιοῦσιν οἱ ἀμηχανοῦντες ἐν τοῖς πράγμασι. Suauiſſime Ariſtaenetus Lib. I. ep. 15. [p. 40. ed. Abreſch.] de puella aliquid magni petitura: ἀλλ' εἰς γῆν ἑώρα τὸ πρόσωπον, ὥσπερ τι συννοουμένης· εἶτα ἔφης ἐπιχαρίτως πεφοινιγμένη τὰς παρειὰς καὶ τὸ πρόσωπον ἐξ αἰδοῦς ἀποκλίνασα, καὶ πῇ μὲν τῆς ἀμπεχόνης ἄκροις δακτύλοις ἐφαπτομένη τῶν κροσσῶν, πῇ δὲ περιστρέφουσα τοῦ ζωνίου τὸ ἄκρον· ἔστι δὲ ὅτε καὶ τοὔδαφος περιχαράττουσα τῷ ποδί (terram circumacto pede ſignans): ταῦτα δὴ τὰ τῶν αἰδουμένων ἐν διαπορήσει κινήματα· ἔφης οὖν μόλις ἠρεμαίᾳ φωνῇ· ἐπίνευσον, ὦ βασιλεῦ etc. In iſto loco mutaui vulgatam ſcripturam, quae haec eſt: ἀλλ' εἰς γῆν ἑώρας τὸ πρόσωπον ὥσπερ τι συννοουμένη c). *Bergl* Locus paulo obſcurior, Berglero *d*) neutiquam intellectus. Conſpecta Theoria famulus libidine inflammatus, ne rumpatur tentigine, manu vtitur amica. Inde facile omnia explicantur. *Brunck. e*). Horum ſingula ex Brunckii interpretatione minime expedias. Idem fere ſonant περιγράφειν et καταλαμβάνειν. Seu digito ſeu phallo, quo praecinctus erat, in manus ſumto iſthmi, quem noſti, amplitudinem in aëre circumſcribit ſeruus. Schol. Ravennas: εἰς Ἴσθμια δὲ εἴρηκεν — καὶ διὰ τὴν στενότητα τοῦ αἰδοίου τῆς πόρνης κ. τ. λ. Vſui nequiori itidem inſeruit Iſthmus Thesm. 655. *Hotib.* τὸ δεῖν' quid ſibi velit aeque obſcurum eſt. Vulgo, commate non addito, arcte cum ſeqq. coniungitur. In ed. Fl. Chr. (qui in verſione omiſit) poſt Ἴσθμια comma ponitur, vt ſenſus ſit: τὸ δεῖνα (membrum, vt Ach. 1149.) ad Iſthmia ſcil. paro; et ſequentia verba illud, quod praecedit, explicent. Si poſt δεῖν' comma ponitur, repetendum περιγράφω: illud (quod dicere pudor vetat) circumſcribo, delineo. Geſtus admodum obſcoenus ſenſum declaravit. Bergl. inepte vertit: *quiddam cogito:* nimirum ad Iſthmia tentorium occupo *ad fouendum penem*

---

c) Hanc alii ſeruari, ſed verbis τὸ πρόσωπον deletis, malunt. v. Abreſch. Lectt. Ariſtaen. p. 99. ſ.

d) Vertit: heus tu! cur ſic in gyrum pedem agis?

e) Reddidit; quamnam hic delineationem facis?

meum. Poſtrema certe rectius Brunck.: Quid, malum, rogas? ad Iſthmia tentorium peni meo deſigno. Sed videtur ſeruus aliquanto plus molitus eſſe.

ἐς Ἴσθμια. Famulus ille fortasſis *τοῦ αἰδοίου περιμετρίαν* faciebat, et mirum, ni per *τὰ Ἴσθμια* innuat *τὴν τρυμαλιὰν τοῦ ἐφηβαίου γυναικείου:* nam Corinthi (vnde Iſthmus) multae erant meretrices et inter has nobilis Lais *f*). Idem Ariſtophanes alibi dixit [Thesm. 647. ed. Br.] *ἰσθμόν τιν᾽ ἔχεις ἄνθρωπε· ἄνω τε καὶ κάτω τὸ πέος διέλκεις πυκνότερον Κορινθίων.* Puto hoc fuiſſe *ἰσθμιάζειν* et *διϊσθμονίσαι.* Hic tamen reſpondet ille famulus, quaſi de ſede cogitet ad ſpectacula Iſthmiaca, vbi in honorem Neptuni *γυμνικὸς ἀγὼν* erat. Dixit autem *σκηνὴν καταλαμβάνειν,* vt ſolent boni auctores graeci *θέαν καταλαμβάνειν.* Quorum teſtimonia non arceſſam, ne actum agam et eruditi Leopardi ſupellectilem conuaſem, qui in Emendd. libris caput integrum huic phraſeos obſeruationi impendit [I, 13. p. 8. T. III. Thes. Grut.]. *Fl. Chr.*

877. Trygaeus primum ſpectatores alloquitur, deinde (*δεῦρο σὺ*) Theoriam; ad ſpectatores etiam pertinent verba *μέσους αὐτοὺς* et *ἐκεινοσί.*

879. (883. K.) Ariſtophanes Comicorum et Satyricorum *τωθαστικώτατος* et *διασυρτικώτατος* Ariphradem citharoedum antea in Eqq. [1291.] miſerrime ſuggillat, tanquam opicum et *ἀῤῥητοποιὸν* atque adeo *λεσβιάζοντα:* ſimul etiam Arignotum citharoedum fratrem, tum Polymneſtum et Oeonichum. Poſtea in Concionatricibus [129.] tanquam mulierculis immiſtum inducit et *λαλίστατον* facit. Ait enim: *Ἀρίφραδες, παῦσαι λαλῶν.* Ariphradae (huius puto) mentionem iniicit Ariſtoteles in lib. de Poët. [c. 37. p. 83. ed. Tyrwh.] tanquam tragoedos ſuggillantis de nihilo et inepte. *Fl. Chr.*

881. (885. K.) *g*) Quatenus Theoria eſt, feſtorum

---

f) Iſthmiorum mentionem facit, quia de meretrice ſermo eſt; erant autem plurimae meretrices Corinthi, quae in Iſthmo eſt ſita. Quid autem reuera per *Ἴσθμια* hic et *σκηνὴν τῷ πέει* intelligatur, facile cogitabit, qui conſiderauerit, quid ſit Iſthmus: *Aequora bina ſuis obtundunt fluctibus Iſthmon.* Obex quo rupto Ionium Aegeo miſcebitur. *Bergl.*

g) Vide ſecundam Parabaſin Eqq. 1274. (1281.). *Brunck.*

et ſacrificiorum celebratio, per *ζωμὸν* intelligitur *ius culinarium*, ſed quatenus meretrix, intelligitur *ἡ ἀπόπτυστος δρόσος*, quam ſolebat Ariphrades *ἐν τοῖς κασαυρίοισι λείχειν*, vt de eo loquitur in Eqq. 1282. (1294.). Sequentia etiam, quae dicit de Theoria, duplicem habent ſenſum. *Bergl.*

882. Haec non ad ſeruum, ſed ad Theoriam dicuntur, quam Senatui monſtrare et tradere vult, vt eſt. *σκεύη* omnia eius ornamenta et inſtrumenta dicuntur.

883. Prytanes erant 50. Nam Senatui Athenienſium Quingentumvirum et Concioni Prytanes, Proëdri et Epiſtatae praefuerunt: Prytanes inquam 50., Proëdri 9., Epiſtatae duo, vnus Senati, alter Populi. Hi magiſtratus erant *κληρωτοὶ*, in ſortem coniecti, Senatumque et Concionem indicebant, conuocabant, dimittebant. *Fl. Chr.*

885. *ἄραντας τὼ σκέλη.* Sic in Concionn. [265.] mulier ait: *εἰθισμέναι γὰρ ἐσμὲν αἴρειν τὼ σκέλη.* Et Martialis in hunc ſenſum dixit [XI, 72, 8.]: Tolluntur-que pedes: vt et Nouius Atellanarum ſcriptor apud Nonium [Marc. c. 7. n. 49. p. 751. ed. Gothofr.] dixit: Mammas teneas, pedes extollas; quae obſcoenitatis et nequitiae plena omnia. *Fl. Chr.* et inde *Bergl.*

886. *ἀνάῤῥυσιν.* Alludit procul dubio ad *μιαρὰν ῥαφίδα* et libidinoſam *αὐτομάτητα.* Eſt autem *ἀνάῤῥυσις* ſacrificium *h*) et *ἀναῤῥύειν* eſt, mactare et ſacra patrare, *τὴν θυσίαν ἐπιτελεῖν.* Heſych. *Ἀνάῤῥησιν, τὴν τελετήν.* Emendo facile: *ἀνάῤῥυσιν, τὴν τελετήν.* Eſt *Ἀνάῤῥυσις* dies Apaturiorum *i*). Nam Apaturia feſta Athenienſium ſacra dicta, quia fraude Xanthum ſuſtulerat Melanthus, qui poſtea rex. In Nebulis *k*) Schol. dicta ait *Ἀπατούρια*, quae apud Romanos *Saturnalia* eademque facit cum *Croniis.* Sudas (Suid.) cenſet quaſi

---

h) Dies ſacrificiorum ita dicitur. *Bergl.*

i) *Ἀνάῤῥυσις* vocabatur ſecundus *Apaturiorum* dies. Sed obſcoena in his eſt alluſio ad *τὴν τοῦ σπέρματος ῥύσιν.* *Brunck.*

k) Vid. Schol. ad Acharn. 146. et qui de Feſtis Grr. ſcripſerunt, etiam Potter. Arch. gr. I. p. 803. ſs.

ὁμοπατόρια, vt ἄκοιτις, ἄλοχος, "Αβιοι apud Stephanum. Apaturiorum dies fuerunt tres, nempe Δόρπεια cum Curiales epulabantur, inter ſe; Κουρεῶτις cum pueri et puellae inter Curiales referebantur, et Ἀνάῤῥυσις cum Ioui et Mineruae ſacra fiebant, de quibus Proclus in Timaeum Platonis [I. p. 27. ed. Bas. 1534.]. Grammatici addunt quartam Ἐπίβδα *l*). Nam Ἐπίβδαι, αἱ μεθέορτοι ἡμέραι, vel quia ἐπιβάλλονται ταῖς ἑορταῖς, vel, addito β, quia ἐπὶ τῇ δαιτὶ καὶ ἑορτῇ ἄγονται. Eas ego nominarem *Repotia*, vel *repotialia*. *Fl. Chr.* qui verba ita vertit: Sublimia vt vos crura tollentes ſtatim Tingatis huius ſacra patrantes focum. Proprie eſt: huius (in hanc) deducatis ſacrum. Vocab. Ἀνάῤῥυσις repetebatur ab ἄνω ἐρύειν victimas, noſter ad ῥεῖν, ῥύσις (fluentum) reſpexiſſe videtur.

887. τοὐπτάνιον. Vſtrina vel coquina, τὸ μαγειρεῖον. Sed impudentisſimus iſte obſcoenas interea partes Theoriae monſtrat. Propterea dixit κεκάπνικε: nam pars illa exhalat opaca Mefitim, et fumo nigra eſt διὰ τὰς τρίχας *m*). Vtinam pueris et in veſtibus haec ſint σκοτεινά. Nos certe inuiti his obſcuris lucem addimus, in quis nulli dii, vt σκοτεινὸς Heraclitus dicebat. *Fl. Chr.* Quatenus Theoria eſt feſtorum celebratio, ὀπτάνιον *n*) eſt culina, vbi poſt ſacrificium carnes coquuntur; quatenus eſt meretrix, τὸ αἰδοῖον, quod monſtrat. *Bergl.* τοὐπτ. ὑμῖν καλόν. Sic bene A. omiſſa partic. ὡς quae vulgo [ante καλὸν], metro reclamante inſeritur. ὀπτάνιον *coquinam* ſignificat. Sed impudentisſimus iſte etc. [E Not. Flor.]. *Brunck.*

888. (892. K.) κεκάπνικε. Scholia: ἐπειδὴ μέλαν ἐστὶ διὰ τὰς τρίχας. Sic in Vesp. 1372. vbi ſimile ſpectaculum exhibetur: τί δὲ τὸ μέλαν τοῦτ' ἐστιν ἐν μέσῳ; deinde alter: ἡ πίττα δήπου καιομένης ἐξέρχεται. *Bergl.* Monui ad Plut. 815. verſum hunc ſic legendum eſſe: διὰ ταῦτα καὶ κεκάπνικεν ἄρ' ἐ. γ. Secunda in κεκάπνικ'

---

l) Vid. Heſych. I. p. 429. ibique Intpp. Etymol. M. p. 357. Zonar. I. p. 800. Probabilius voc. deriuatur ab ἐπιβαίνειν, *inſequi.*

m) Herum partem repetiit Brunck. in not.

n) Scribitur et ὀπτανεῖον. v. Phot. p. 260. Zonar. II. 1459.

breuis eſt: proinde claudicat verſus ex illa ſcriptura. *Brunck.*

889. (893. K.) Quia dixit de culina, recte addidit *τὰ λάσανα,* quae ſunt trullae et *χυτρόποδες o*), et ne recedat a flagitio, ſic etiam vocantur femorum poſteriores partes, quia *δασεῖαι p*). Heſychius V. *Λάσανα* addit, *δια τοῦτο βαραθρα, τοὺς ἀφοδευτηρίους δίφρους:* non intelligo: loquitur tamen de ſellis familiaricis *q*), putemque legendum *βάθρα,* non *βάραθρα,* vel potius *ἀπόβαθρα* aut *ἀποβάθρας,* quae ſunt Suda teſte non ſolum *τὰ λάσανα* et *χυτρόποδες,* ſed *τὰ μαγειρεῖα, ὅπου τῇ Βουλῇ σκευάζεται μετὰ τὰς θυσίας κρέα.* Cenſebunt eruditi, quorum oculis haec ſubiicio non vt diſcant, ſed vt dicant ſententiam. *Fl. Chr.*

890. Legitur in aliis edd. omnibus *ἀγῶνά γ'.* Neſcio vtrum e cod. Rav. datum ſit *τ',* quod ſi recte factum, referendum erit ad *καὶ παγκρ.* v. 894.

892. *παλαίειν.* A ludis ſolemnibus ad ludos Venereos. Hinc Luciani Palaeſtra in Aſino [c. 8. ſs.] *r*) quae ipſum [Lucium] docuit in lecto luctari. *Bergl.* *τετραποδηδὸν ἑστάναι.* Idem eſt quod in Lyſiſtr. 231. *οὐ στήσομαι λέαινα. Bergl.* Quae ſequuntur omnia, et ad ſpectacula referuntur et ad *συνουσίαν. Fl. Chr.* *τετραποδηδὸν ἑστάναι* ſignificat, ni fallor, ſuper amatorem coxim reſidere, quod dicit Apuleius Metam. 2. cf. Ruhnken. in Iulium Rufin. p. 260. Böttiger Furienmaske p. 9. ſ. *Hotib.* Vtitur verbis gymnaſticis. Nam athletae luctatores inſtruebantur etiam ad luctae ſpeciem, quae inter eos, qui humi ceciderant, fiebat, vt aduerſarium ſcilicet ſubter ſe ponerent ipſi ſuperiores, et docebantur *τοὺς χαμαὶ τρόπους,* i. *humi modos.* Sic enim vocabantur. *Palmer.*

893. *ἐς γόνατα κύβδ' ἑστάναι.* Accipi haec posſint

---

o) v. Phot. p. 153.

p) Quaſi a *λάσιος* vocabulum ſit ductum.

q) V. Antiatticiſta in Bekkeri Anecd. gr. I. p. 106.

r) Conferri etiam poteſt c. 6. eiusdem libri, vbi auctor videtur ad Ariſtoph. praecedentem locum reſpexiſſe.

τὰ ἀπὸ γονατίου, de quibus videndus Lucianus, ſi quidem Lucianus, Aſino [c. 10.]. Quoniam tamen modo habuimus ἑστάναι, legam potius ἱστάναι, vt puella fingatur, non vir, ſtatui in genua. Cf. ſimilia Thesm. 495. Lys. 231. *Hotib.* Ob homoeoteleuton verſus hic, primum e Rav. editus et haud dubie genuinus, excidere facile potuit.

895. Vulgarium eſt Hemiſtichium: πὺξ ὁμοῦ καὶ τῷ σκέλει. Detorſit et παρὰ προςδοκίαν dixit πέει, pugnos ſimul ad luctam praetendens et inferiora ad pugnam Veneriam, vel potius Luciani Palaeſtram illam, quam ſcriptor ille Mileſiarum antiquarius [Apuleius] Fotida dixit, quae Lampadion dici poterat, niſi in alluſione nequitiam quaeſiuiſſet, quae ex mutatione *o* litterae in *u* reperitur. ὀρύττειν. Nam *fodere* etiam in obſcoenis et Lucillio *foſſor, ſubulo, pullipremo* [v. Auſon. epigr. 70.] eadem. Etiam pro pungere dixit Virgilius [Aen. VI, 882.]: *foderet calcaribus armos.* Sic περαίνειν Graeci. *Fl. Chr.*

896. τρίτη. Vltimis enim diebus Antiqui circenſes ludos edebant in certaminibus. *Fl. Chr.*

897. (900. Br.) ἡνίκα γε. Sic bene A. In B. ἡνίκα δὴ, reclamante metro. Vulgo ἡνίκα δὲ contra loquendi vſum. *Brunck.* Veram lectionem ſeruauit liber Ravennas, ἵνα δὴ κέλης — *Hermann.* de Metr. p. 154. In marg. Fl. Chr. γρ. ἵνα δή.

κέλης κέλητα. Solum puta cum ſola et reuera ſunt binei. Solitarius autem dicebatur ἱππαστὴς idemque aureax ex vett. glosſis s). Idem etiam μονάτωρ. *Fl. Chr.* Horat. [Serm. II, 7, 50.] *Clunibus aut agitauit equum laſciua ſupinum.* In Veſp. 499. κἀμέ γ' ἡ πόρνη ὅτι κελητίσ' ἐκέλευον, ἤρετο εἰ τὴν Ἱππίου τυραννίδα καθίσταμαι. *Bergl.* Vertitur: vbi ſingulator ſingulatorem praeuertet.

898. ἅρματα pro σώματα, inquit Schol. ἀνατετραμμένα. In Ran. 543. ἐν στρώμασι Μιλησίοις ἀνατετραμμένος κινῶν ὀρχηστρίδα. *Bergl.*

899. προςκυνήσεται. Sic Lyſiſtr. [227.] κακῶς παρέ-

s) Paulus ex Feſto p. 257. ed Gothofr.

ξω, κοὐχὶ προσκινήσομαι, id eſt, vt ait Martialis [XI, 105, 11.]: *Nec motu dignabor opus.* Inde κίναιδος. *Fl. Chr.* et inde *Bergl.* In marg. Fl. Chr. γρ. προσκινήσετε.

900. (903. K.) ἀπεψωλημένοι. Proprie ἀπεσκολυμένοι τὸ αἰδοῖον, quos καλήβους vocat Heſychius. Nam καλαβοῦσθαι eſt περισπᾶν τὰ ἰσχία. Idem Grammaticus V. Εὐνοῦχος mendum habet: male enim κάλαμος et legendum κάλαβος, errore ex antiqua ſcriptura ſolenter orto quae τὸ β deſignat vt μ literam ſine cauda. Iidem ſunt ψωλοὶ i. e. *verpi* et qui glande ſunt nudata *t*). Hinc recte idem Grammaticus: ἀπεσκόλυπτεν, ἀπέσκεπε τὸ δέρμα et ἀπεγύμνου τὸ αἰδοῖον. Sudas ait: κολλὺς γὰρ ἡ ἐπὶ τοῦ ἄκρου θρὶξ, quam intonſam ſeruabant vt diis offerrent velut Berenice caeſariem, et inde σκολύπτειν eſt κολούειν et τίλλειν. Sed abuſiue et tralatiue vſurpatur ἐπὶ τοῦ ἀπογεγυμνωμένου. *Fl. Chr.*

901. περὶ δὲ ταῖσι [vt ol. lectum et habet Rav.]. Expunge illud δέ. Vocat autem καμπὰς flexus, qui fiebant poſt euitatam metam ad carceres; vnde dixit Horatius: *Feruidis rotis* [Od. I, 1, 5]. Nam ipſa meta *flexus* dicitur, *campſa* in Gloſſis vett., vnde *campſare* et *flectere* promontorium *v*). Sic *Campi* dicti, quia libera erat planities et flectendis equis apta; et ſane Hippodromus a Siculis Campus dictus, teſte Heſychio. Quod autem ait πεπτωκότες, congeniculationem, vt puto, innuit: nam ſupra dixit ὑποπεπτωκότες. *Fl. Chr.*

903. ἴδ' ὡς προθύμως [vt Br. ed.]. Perperam vulgo: ἴθ' ὡς πρ. In B. ſcriptum: θέασ' ὡς *x*) gloſſa ſcilicet pro genuina lectione, quam repoſuimus. Nihil eſt in ſuperioribus, quod facile non intelligatur e notis in praecedentes fabulas. τετραποδηδὸν ἑστάναι ſchema innuit, de quo ad Lys. 231. et ad Eq. 1386. κέλης in re venerea quid ſit, declaratum in nota ad Lys. 60. Faceta

---

t) ἀπεψωλημένοι. Glande veretri nudata. *Bergl.* De voc. ψωλοὶ v. ad Plut. 267. Av. 507.

v) V. Forcellin. Lex. Latin. I. p. 367.

x) Hoc e Rav. recepit tamen Inv., alterum (ἴδ') e gloſſem. enatum ratus. Caeterum ante haec verba cenſendus Trygaeus eſt Theoriam tradidiſſe alicui, qui Prytanis perſonam referebat.

in metaphora pergens *ἅρματα* v. 901. (898.) dicit pro *σώματα*. Explicatur *προσκινήσεται* e Lys. 227. Denique languentis penis poſt rem peractam imago poſtremis verſibus depingitur. *Brunck.*

904. (907. K.) Notat Prytaneorum [Prytanum] auaritiam, qui gratis in conſilium non admittebant petitores, ſed induciarum nomen praetexebant *y*). Vulgo autem dicebant *ἐκεχειρία ἐστὶν, οὐ δυνάμεθα εἰςάγειν, induciae ſunt, non licet introducere.* Quod ego non ad inducias tantum belli (neque enim, ſi prouerbiale fuit, in pace valuit), ſed ad ferias et munerum vacationes referendum puto. Eſt autem *ἐκεχειρία* proprie *τῶν χειρῶν ἀνοχὴ*, cum feriatur bello apta manus, vt ait Auſonius [praef. ad Theodos. ſ. Carm. 469, 6. ed. Souchay], et otia ducit. Vnde *χείριος,* potitus hoſtium. Dicta autem quaſi *ἔχουσα χεῖρας* i. e. retinens manus. Nam *τὸ ἔχειν* id eſſe, imo ſeruare, etiam Homerus teſtis, *ὃς Κίλλαν ἔχεις:* tum qui Mineruam *Πολιοῦχον* dixerunt. Sic qui bellum prouocarunt, dicti *ἄρξασθαι χειρῶν ἀδίκων*. Hic autem non tam ait amari a Prytaneis *ἐκεχειρίαν*, quam *τοὺς ἔχοντάς τι ἐν ταῖς χερσίν.* Apud Pauſan. in Eliacis prioribus [V, 10, 3. 26, 2.] Iphitus deſcribitur coronam accipiens ab vxore Ecechiria, quam praeſidem induciarum vertit ille Romulus. *Fl. Chr. Prytanum auaritiam carpit, vt qui gratis petitorem nullum in Senatum admitterent, induciarum forenſium nomen praetexentes. Vulgo enim dicebant: ἐκεχειρία ἐστὶν, οὐ δυνάμεθα εἰσάγειν. Etſi non tam amarent ἐκεχειρίαν,* quam *τοὺς ἔχοντάς τι ἐν ταῖς χερσίν.* Verba ſunt *Sam. Petiti* ad Leg. Att. p. 273. Alludit etiam ad *ὑπέχειν τὴν χεῖρα,* quod *προτείνειν* dixit Thesm. 937.

ὦ Πρύτανι, πρὸς τῆς δεξιᾶς, ἥνπερ φιλεῖς
κοίλην προτείνειν, ἀργύριον ἤν τις διδῷ.

Brunck.

905. *Ἐκεχειρία* ſunt *induciae* et metaphorice *feriae* et *vacationes* quaeuis; nunc alludit etiam ad *ἔχειν*

y) Prytanes introducebant eos, qui Senatum vellent conuenire, ſed id aegre faciebant gratis. Ex Scholiis. *Bergl.* Quod recepit e Rav. Invern. *προῖκ᾽ ἂν πο.* dactylum quartae ſedi infert, nec opus eſt part. *ἄν.*

τι ἐν τῇ χειρὶ παρὰ τῶν δεομένων, vt dicit Schol., i. e. *habere aliquid* (ſcil. munusculi) *in manibus*, ab iis qui volunt introduci in Senatum. Hinc etiam vtitur verbo *ὑπέχειν* loco *προέχειν*, quaſi dicat *ὑπέχοντα τὴν χεῖρα* ad accipiendum munus, vt ſupra 430. *ὕπεχε τὴν φιάλην*, vbi v. Not. Prytanum *δωροδοκίαν* notat et in Thesm. 945. *πρὸς τῆς δεξ. — κοίλην — διδῷ. ἑτοίμην πρὸς τὸ λῆμμα*, vt loquitur Schol. i. e. *promte ſubiicientem manus ad accipiendum munus. Bergl.*

906. Haec eſt antiſtropha, reſpondens ſuperiori ſtrophae *Εὐδαιμονικῶς* [851.] omninoque eodem genere verſuum conſtat. *Fl. Chr.*

913. (916.) Mallem ita distinguere [ex vulg. olim ſcriptura]: *φήσεις. τί δῆτ᾽ ἐπειδὰν ἐκπίῃς οἴνου λεπαστήν;* hoc ſenſu: *dices* ſane, vt ais te pro ſeruatore me habiturum, cum erit vindemia; *quid vero tum dices, cum ebiberis vini calicem?* Alias, ſi illud *τί* pro indefinito accipiatur; erit: *φήσεις τι δῆτ᾽, ἐπειδὰν ἐκπίῃς οἴνου λεπαστήν· dices vtique aliquid tale, cum* etc. Caeterum Athenaeus XI. p. 485. videtur ad h. l. reſpexiſſe, cum inquit: *Ἀριστοφάνης ἐν Εἰρήνῃ· τί δῆτα νηπίοις οἴνου κύλικα λεπαστήν* z), vbi vitioſe: *τί δῆτα νηπίοις* pro *τί δῆτ᾽ ἂν εἰ πίοις* etc. Infra 1351. *φήσεις γοῦν ὅταν ἐσθίῃς οἶνόν τε πίῃς πολύν. Bergl.* Hic verſus a) iuſto longior eſt, in quo pes totus redundat. In A. vox *νέου* omiſſa: in B. voculae *τί δῆτ᾽* omiſſae, ſententia affirmatiua, absque interrogationis ſigno in fine. Verum hoc eſt et ſincerum. Repone itaque: *φήσεις, ἐπειδὰν ἐκπίῃς οἴνου νέου λεπαστήν* b). *Brunck.* in Add. In duobus primariis edd. legitur hic verſus, vt ſcriptus eſt in A. *φήσεις τί δῆτ᾽, ἐπειδὰν ἐκπίῃς οἴνου λεπαστήν;* mendoſe, quia ſpondeus eſt in ſexta ſede. Ant. Fracinus vocem *νέου* e codice inſeruit; recte quidem: nam in

---

z) Nunc legitur ap. Schweigh. T. IV. p. 297. (omisso voc. *φήσεις*): *τί δῆτ᾽ ἐπειδὰν ἐκπίῃς οἴνου νέου λεπαστήν;* et ſane videri poterat, *φήσεις*, ex interpretamento acceſſiſſe.

a) Vulgo ita lectus: *φήσεις τί δῆτ᾽, ἐπειδὰν ἐκπίῃς οἴνου νέου λεπαστήν.* Ita in marg. ed. Fl. Chr.

b) Ita etiam in ed. Lips. e Rav. ſcribi debuit et interrogandi nota poſt *λεπ.* mutari in punctum.

ea vis maior eſt ſententiae: ſed ſpurias voces, quae eiiciendae erant, male retinuit. Lectionem ab eo inuectam exhibent nouisſimae editiones, iuxta quam verſus iuſto longior eſt, toto pede extra numerum excurrente. Vera eſt ea, quam in cod. B. ſerius quam par fuerat animaduerſam reponimus. Nec tamen codices excutiendi erant, vt ex illis erueretur haec lectio. Si vel Kuſterus vel ego editiones diligentius inſpexiſſemus, eampſe, plane vt hic propoſita eſt, reperiſſemus in Frobeniana et in binis minoribus Batauis. Scilicet vidit Gelenius, qui ſic e coniectura emendauit, voculas *τί δῆτ'* a mala manu huc reuocatas fuiſſe e v. 863. Eadem ſententia ſic affirmatiue ſine interrogatione expreſſa eſt Eqq. 1588. *Idem* in Suppl. — *λεπαστήν.* Species eſt poculi maior calice. Alii tamen pro doliolo et *πιθαρίῳ* accipiunt. *Lepeſtam* c) Varro videtur vocaſſe in libro de vita populi Romani. Vtebantur hoc poculi genere antiqui, cum dapſilibus ſeſe inuitare volebant, et *λαφύκται* dicti, quia ab eo poculo *ἔλαπτον*, i. e. adfatim bibebant et in modum canum, qui lingua ſonum edente bibentes *λάπτειν* dicuntur. Ego puto ſic pateram dictam, qua ratione *λεπὰς* genus oſtrei dicitur *patella:* niſi *δεπαστὴν* malumus a *δέπας*. Sed *λεπαστὴ* ſane diverſum eſt aliquid, de qua vide ap. Athen. [XI. p. 484. f.] Anaxandrides Proteſilao (niſi locus mendoſus apud illum dipnoſophiſtam *d*)), vbi conuiuium narrat datum in nuptiis Cotyis, Thraciarum Regis, filiae, dixit in tetrametris: *φιαλήν τε λεπαστήν.* Tamen duo eſſe puto. Caeterum verſus hic corruptus eſt apud eundem Athenaeum. *Fl. Chr.*

914. *πρῶτον.* Sic dixit Theocritus de Daphnide: *Ἐν ποιμέσι πρῶτος ἔγεντο* [VIII, 92.] i. magni paſtor nominis et tantum non dei nomine dignus. Hoc voluit Maro in Bucolicis, ſed non expresſit et reticere maluit: *Ex illo Corydon Corydon eſt tempore nobis e).* Cona-

c) Imo *Lepiſtam* ſ. *Lepeſtam*, v. Non. Marcell. XV, 35. Feſtus p. 375. Gothofr. Cratinum, qui vocab. *λεπασταὶ* (*κύλικές τινες*) vſus ſit, laudauit Photius p. 157.

d) Nempe Lib. IV. p. 131. C. Caſaub.

e) Ecl. VII, 70. ſi locus genuinus eſt.

tus est Nannius persuadere legendum *noblis* pro *nobilis*. In quo frustra fuit apud bonos censores, qui, certo scio, illi non sunt creduli. *Fl. Chr.*

915. f. (918. Br.) *f*) Hic et sequens versiculus in vnum vulgo coniuncti sunt, omisso nomine *Τρυγαῖος*. Vt eos exhibui, sic scripti et digesti sunt in B. Metri autem ratio requirit, vt scribatur: *Τρυγαῖος ὡ'θμονεὺς ἐγώ*. Prima enim in *'Αθμονεὺς* corripitur. Dicitur autem per crasin Atticam *ὡ'θμονεὺς* pro *ὁ 'Αθμονεὺς* *g*), vt *ὤ'ρχων, ὡ'ττικὸς, ὡ'παιτῶν*. v. ad Nub. 1247. Huiusmodi occurrunt infinita. Sic vero scribi in senario ex metrica ratione minime necesse erat, et optime constat metrum in vulgata lectione: *πολλων | γαρ ὑ | μιν ἀξ | ιος Αθ | μονευς | εγω*. Alibi occupatum animum habebat Dawesius *h*), quando numeros illos vitii damnauit. Quod autem pro *ἄξιος* reponat *αἴτιος*, vt in Acharnn. 633., id non hic probo, vt in altero loco. Illic sententia ex ipsa colligitur, chorum significare velle, poëtam suum Atheniensibus bonorum multorum causam exstitisse:

φησὶν δ' εἶναι πολλῶν ἀγαθῶν αἴτιος ὑμῖν ὁ ποιητής.

Hic vero *πολλῶν ἄξιος* sententiae satis aptum est, vt locum tueri possit: nec video, cur *πολλῶν ἄξιος*, vt *πολλοῦ ἄξιος*, graece non dicatur. Hoc forte obseruo in Lysiae orat. contra Theomnestum initio: *νυνὶ δὲ αἰσχρόν μοι εἶναι δοκεῖ, περὶ τοῦ πατρὸς, οὕτω πολλοῦ ἀξίου γεγενημένου καὶ ὑμῖν καὶ τῇ πόλει, μὴ τιμωρήσασθαι τὸν ταῦτ' εἰρηκότα*. In *πολλῶν ἄξιος* ellipsis est substantiui *τιμῶν* vel similis alius. Verti itaque hic debuit: *optime enim de vobis promeritus sum ille ego Trygaeus Athmonensis. Brunck.* Vtrumque Arist. locum male sollicitasse Dawesium censet *Porson.* ad Eurip. Hec. 515. et h. l. *ἀθμονεὺς* (non *ὡ'θμ.*) recte scripsit.

---

f) *πολλῶν γὰρ* — Alludit ad psephismata, quibus causae eiusmodi redduntur, quare hic vel ille ornandus sit a populo. *Fl. Chr.*

g) Supra 190. *Τρυγαῖος 'Αθμονεὺς ἀμπελουργὸς δεξιός. Bergl.*

h) Miscell. Crit. p. 254. f. vbi *αἴτιος 'Αθμονεὺς* i. e. *ὁ 'Αθμ.* metri causa legi iussit.

920. (922. K.) *χύτραισιν.* Per *ollas* videtur olera vel legumina tantum aut pultem ptiſanamue ex frugibus, quae *ἀθάρα* dicitur, intelligere et ollis illis fictilibus viliores deos, vt Mercurium, accipiebant. Aliquando tamen formoſiorem hoſtiam ſtatuebant, puta bovem, capram aut ouem, et dicebant hoc, facere boue vel bidente vel ſue vel capra. Sic Maro: *cum faciam vitula* [Ecl. III, 77.], etſi Priſcianus meus manuſcriptus *vitulam* habet. Sed quid ſi *τὸ pro frugibus* dixerit propter *τὰς χύτρας* et *ὄσπρια* et *ἀθάρας*, quae fruges erant, vt dicat: nunc maiorem hoſtiam ſacrificabo? Non me latet, frugum cauſa ſacrificaſſe antiquos et ambaruale feciſſe ſacrificium. Sed quid periculi eſt acuere ingenium ad inueſtigandos antiquiores ritus? Quod ſaepius dixi, iterumque iterumque monebo: nihil me temere affirmare, quod ne hoc loco quidem facio, vt iſti ſpicilegii vitilitigatores (quorum ſeges in hoc ſaeculo denſa eſt) ne habeant, quo me audaciae et inſcitiae ſimul poſtulare merito posſint. *Fl. Chr.* *χύτραις ἱδρυτέον.* Subintellige *ἀθάρης* aut *φακῆς* aut *ὀσπρίων*, aut ſimile: ſolebant enim pultem coquere aut legumina, cum erigerent ſtatuam aliquam aut aram, et id dicebatur *ἱδρύειν χύτραις.* Sic Plut. 1198. *τὰς χύτρας, αἷς τὸν θεὸν ἱδρυσόμεθα, λαβοῦσ' ἐπὶ τῆς κεφαλῆς φέρε,* vbi v. Not. *Bergl.* V. Suid. in *χύτραις ἱδρυτέον.* *Brunck.*

921. Senſus eſt: ollisne (leguminum adhibitis) eam conſecremus, veluti Hermulam, quae queritur, ſe coli vili ritu? (i. e. vilem).

922. *Λαρινῷ βοΐ.* Pro magno et amplo boue *Larinum* dixit. Sic Xenophanes in Elegis [Stephani Poes. philos. p. 39.] *Taurum Larinum* et Lucilium *Lucanum*, quia in Lucania magni [Satir. VI, 2. ſ. ap. Nonium IV, 349.]. Dicti autem Larini boues vel a Larino bubulco (vt ait Lycus Rheginus), qui ab Hercule acceptos Geryonis boues ampliter ſaginauerat. Sunt autem Epirotici boues et a Chaonia, quae pars Epiri (prius Ceſtrina dicta), vbi tales nutricabantur et creſcebant, *κεστρινοὶ* vocati. Et Ariſtoteles eiusmodi tauros laudat in libris de Hiſt. Anim. vbi verbum *ἀτιμαγελεῖν*, quod eſt *compeſcere* vel potius *dispeſcere i)* vſurpat. [VI, 17,

---

i) Imo *abarmentari.* v. Schneid. ad Ariſtot. III. p. 478.

8. ed. Schneid. et III, 16, 7. vbi v. Schneid. p. 171. T. III.] Alii dictos volunt quasi *μεγαλορίνους*. Nam *λα* designat *τὸ μέγα*, vt *βου* particula. Athenaeus l. IX. [p. 389. T. III. Schweigh.] ait, Eratosthenem in Anterinnyde suas larinos vocasse a bubus larinis, qui sic dicti, vel quia *λαρινεύεσθαι* est *σιτίζεσθαι*, i. e. saginari et pinguescere (vt dixit Sophron: *βόες δὲ λαρινεύονται*) vel a Larina pago Epirotico vel a pastore Larino *k*). Ludit autem hic in ambiguitate vocabuli. Nam quia *βοη* clamor est bellicus (vnde *βοηθεῖν*), imo ipsum bellum sic vocatur (vt dixit Homerus, [Il. II, 408.] *βοὴν ἀγαθὸς Μενέλαος*· Theocritus [XVII. 99.] *βοὰν ἐστάσατο* i. *pugnam*): propterea auersatur hostiam bouis. *Fl. Chr.* „Graecis *λαρὸν* et *λαρινὸν* dicitur *τὸ ἡδὺ l*), quod placet ac gratum est: inde *λαρινεύειν* dictum, quod non simpliciter *σιτίζεσθαι* significat, vt Athen. interpretatur, sed *habere molliter et delicate*. Epirotici boues Larini dicti, quod ad victimas impinguabant, vt docet Varro Lib. II. de Re Rust. *m*).“ Casaubonus ad Athen. Lib. IX. c. 4. Graeci Grammatici a *Larino* quodam, aut a *Larina*, quae fuerit pagus aliquis Epiroticus, ita dictos boues istos putant. *Bergl.*

923. *βοΐ — βοηθεῖν.* Iocus e paronomasia. Sunt apud Romanum Comicum talia innumera, sed apud eum non memini exemplum legere, quod ad hunc versum laudat Berglerus *n*), *pernis pernicies veniet.* Nescio an ille Plauti locum mendae suspectum habuerit volueritque emendare, quod moniturus fuisse pro suo more videtur. Est ergo *μνημονικὸν ἁμάρτημα*. Leguntur in Captiuis IV, 3. hi versus:

Quanta pernis pestis veniet! quanta labes larido!
quanta sumini absumedo! quanta callo calamitas!
quanta laniis lassitudo! quanta porcinariis.

Simile est istud in Men. IV, 2, 46. *palla pallorem incutit. Brunck.*

---

k) Cf. Photius Lex. p. 152.

l) Photius p. 152. Zonar. II. 1289.

m) Cap. 5, 10. vbi cf. Schneid. T. I. P. II. p. 447.

n) Ex vocabulo male ominatur, quia *βοΐ* et *βοηθεῖν* similia. Sic: *Pernis pernicies veniet. Bergl.*

925. (927. K.) *Theagenes* pauper erat luxuriofus, obefo corpore et fuillo o) (mendum eft in fcholiis graecis τὸ σῶμα παχὺς καὶ λοίδορος, corrige καὶ χοιρώδης) ita ftulte vanus, mendax et iactator, (nam diuitem fimulabat), vt vulgo *Καπνὸς* dictus fuerit. (Corrigendus etiam Sudas, vbi legitur καπρός· nam reponendum καπνός.) Propterea ὑηνίαν illi tribuit, i. e. ftultitiam et ignorantiam et impudentiam, quamuis proprie fit δυςωδία, a fuibus fpurcis et fordidis, quibus, vt ait Varro [R. R. II, 4, 8.], *requies in luto.* Alius eft Theagenes, qui in Homerum fcripfit. Alius Megarenfium rex, Cylonis focer, vt ait Thucydides [I, 126.]. In dramate Eqq. Scholiaftes [ad 443.] ait, Cylonem Theagenis vxorem duxiffe in matrimonium. Ego Thucydidi potius haereo. *Fl. Chr.*

926. Legendum mihi videtur τῷ δὴ p) i. e. τίνι δὴ — Iftud τί male repetitum e v. 925. (922.). Poft fcriptam hanc notam aliud in Fracini editione quaerens, forte animaduerto eum fic edidiffe τῷ δὴ — et ex eo Frobenium, ita vt mirer, bonam illam lectionem in Kufterianam non immigraffe. *Brunck.* ὀΐ. Iones qui, diaerefin amant, ὄϊν dicunt δισυλλάβως, Attici, qui pars Ionum tamen funt, fynaerefi contra gaudent, et οἶν faciunt monofyllabum. Itaque placuit agreftibus vox Ionica vel propter oviculae naturam fimplicem et manfuem q) (cupit enim populum Athenienfem effe ἀμνὸν τοὺς τρόπους), vel quia ὀΐ exclamatio eft pathetica hominum moerentium et metuentium malum aut pericula imminentia. Verbum habemus Franci, quod huic fimile eft, fed συμφωνητικὸν et ἀποκριτικόν. Dicimus enim *oy*. Etiam in metu mali ipfum vfurpamus *oy* et *hóla*, quod idem eft, vt *ohe* Romanis: πὰξ Graecis proprium. *Fl. Chr.*

---

o) Ifte videtur fuiffe aliquis immundus, vt amica luto fus; hinc etiam Vesp. 1178. dicit eum cum ftercorario collocutum effe: ὦ σκαιὲ κἀπαίδευτε, Θεογένης ἔφη τῷ κοπρολόγῳ, καὶ ταῦτα λοιδορούμενος. *Bergl.* Et voc. ὑηνία etiam de ftultitia dicitur. v. Phot. h. v. et Ruhnken. ad Tim. p. 262.

p) Hoc e Rav. recte dedit Inv. Vulg. τί δὴ —

q) Hanc archaicam formam habet ed. Paris., et pro ea Kuft. pofuit communem, *manfuetam.*

927. *Ἰωνικόν.* Attici enim dicuut *οἷς*, Iones *ὅῖς*. *Bergl.* v. Maittair. de Dial. p. 134. ſ. vbi hic ipſe locus laudatur.

928. (930. K.) L. *ἵν᾽ ἦν τῇ ᾽κκλ.* et deinceps *λέγῃ* in ſubiunct. aut alias ſequente verſu legendum erit *λέγοντος*. *Reisk.* *ἵν᾽, εἰ τῇ ᾽κκλησίᾳ, ὡς χρὴ πολεμεῖν, λέγοι τις* — [vt Br. ed.]. Sic ſcripſerat Comicus. Ex interlineari gloſſa irrepſit in textum *ἐν*, et *εἰ*, quo ſententia carere non poteſt, extruſit. Inepta eſt vulgata lectio:

ἐπίτηδές γ᾽, ἵν᾽ ἐν τῇ ᾽κκλησίᾳ,
ὡς χρὴ πολεμεῖν, λέγει τις r).

Nihil frequentius ellipſi iſta praepoſit. *ἐν*. Perinde eſt *λέγειν τῷ δήμῳ* et *ἐν τῷ δήμῳ*, *λέγειν τῇ ἐκκλησίᾳ* et *ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ*. Repone vero verſus fulcrum, quod neſcio quo caſu [in ed. Br.] excidit: *ἐπίτηδές γ᾽ ἵν᾽* — *Brunck.* Non melior vulgata eſt, quam recepit Inv. aut reliquit, ſcriptura: *ἵν᾽, ἐν τῇ ᾽κκλ. ὡ. χ. π. λέγοι τις. εἰ* cum Optat. ſtructum, vbi in apodoſi Coniunct. legitur, illuſtrauit Matthiae Gramm. Gr. p. 748.

930. *οἴ.* Hic iam eſt particula exclamantis et abhorrentis. Vult autem dicere: vt abhorreant a bello nec asſentiantur in concione bellum ſuadentibus. *Bergl.*

938. *ὡς πάνθ᾽ ὅσ᾽ ἂν θεὸς* (Aldo et Iuntinis abeſt *θεὸς* s)) *θέλῃ γε* (Ravenn. abeſt *γε*) *χ᾽ ἡ Τύχη κατορθοῖ.* Antiſtrophicus verſus 1021. eſt iambicus trim. catal.; vnde intelligas *Τύχη* interpretamentum eſſe *τοῦ θεός*. legendum:

ὡς πάνθ᾽, ὅσ᾽ ἂν θεὸς θέλῃ κατορθοῦν.

Hotib.

939. *θύραισι καὶ δή.* I. e. *ἐξ ἑτοίμου*, in promtu vel extemplo, quod eſt verbum ſacrorum, vt *ilicet* fori et iudiciorum. *Fl. Chr.* Vide ad Theſm. 69. *Brunck.*

---

r) Oratio haec parum ſana: *ἵνα λέγει τις, οἱ καθημένοι λέγωσι.* Si in anteced. *εἰ* corripiendum eſt ante *ἐν*, lego: *Ἐπίτηδές γ᾽ εἰ ἐν τ. ᾽κκλ.* — *λέγει τις* (vel *λέγοι τις*) *οἱ* etc. [poterat tum ſcribi: *ἵν᾽ εἰ ᾽ν τ.*] vel ſi correptio fieri non poteſt, *λέγων* pro *λέγει*, vt ſit *λέγων* pro *λέγοντος*. *Bergl.*

s) Tuetur voc. *θεὸς* Schol. et Suidae auctoritate Porson. ad Eurip. Phoen. 5. vbi hoc voc. nunc male additum nunc perperam a librariis omiſſum eſſe docet.

vbi ostendit *θύραισι* (pro *ἐπὶ θύραισι*) poni aduerbialiter. Laudauit hunc ipſum locum Hermann. ad Viger. p. 829. vt doceret *καὶ δὴ* pro *ἤδη* (ſo eben) poni, ſed non eſt in promtu exemplum vbi ita in fine enunciationis legantur hae particulae, nec repugnarem, ſi hic legeretur: *ὡς ταῦτα δῆλα γ' ἔσθ'· ὁ γὰρ βωμὸς θύραις,* et in antiſtroph. 1024. *τίθεσθαι* putetur reticeri et ex interpretamento eſſe adiectum.

940. Stropha eſt ex anapaeſtis miſta proceleusmaticis. Lubet autem hic properare, vt ſtatuatur Theoria, dum ceſſat bellum volente deo dumque Pacis bona inuicem inducuntur. Propterea vero pro foribus hae ſtatuebantur arae: *ὑπὲρ τοῦ μὴ βραδύνειν τὴν ἀνάστασιν,* dixit modo Schol. *Fl. Chr.* Repones itidem metri cauſa: *κατεπείγετε νῦν, ἐν ὅσῳ* — cf. 1025. Iuntina minor *'Απείγετε,* maiore ſeu Fracinia verſus deſideratur. *Hotib.* Tum vero etiam v. 1025. in *πίφειγ'* finiendus et *ὅσα χρὴ* ad ſequentem verſum (1026.) referendum, cui reſpondent duo hi verſus 941. ſ., in vnum cum Br. coniungendi. Nam antea etiam disiuncti erant.

943. *μετάτροπος αὔρα.* Euripides Electr. 1147. *'Αμοιβαὶ κακῶν· μετάτροποι πνέουσιν αὖραι δόμων* (mutatae ſpirant aurae domus). Aeſchylus Pers. 947. *δαίμων γὰρ ὅδ' αὖ μετάτροπος ἐπ' ἐμοί.* *Bergl.*

945. (947. Br.) Poſt hunc verſum in codd. meis et in primariis edd. lacuna eſt vsque ad 1012. (1010.). Qui deerant verſus LXIV., primus ex integriore codice protulit in lucem Ant. Fracinus. *Brunck.*

946. In caniſtro *culter* condebatur et *οὐλοχύται* et *στέμματα* quae vellera ſunt vel velamina. Erat autem caniſtrum illud ex auro et ingenuae nobilesque virgines Dionyſiis illud ferebant, ſic dictum *ἀπὸ τοῦ κνεῖν.* Plato Comicus Puſione: *Φέρε τοῦτ' ἐμοὶ δεῖξον τὸ κανοῦν μοι δεῦρο, πῆ μάχαιρ' ἔνι.* Nam *σμῆγμα* adhibebant ad eradendas ſordes manuum. Aliud etymon *τοῦ κανοῦ* Heſychius adfert aitque eſſe *ἀπὸ τοῦ κανεῖν* a caede hoſtiarum. Et tamen *κανοῦν* vocat etiam *μαγίδα,* i. e. *χειρόμακτρον,* manubrium ex lino, et vere *ψῆγμα* illud, de

quo Antiphanes Coryco: ἀπονίψασθαι δότω τις δεῦρ' ὕδωρ καὶ σμῆγμα *t*). *Fl. Chr.*

947. πλὴν τὸ πρόβατον. Quaſi dicas: et ephippium et frenum habeo, tantum equum non habeo, ἐν ᾧπέρ ἐστι πάντα μοι τὰ πράγματα. Neque hodie certe mactabitur illa ouis, etſi omnia ad ſacrificandum parata ſunt, ἀλλ' ὄψει προφάσεις αὐτὸν παρέχοντα infra 1020. *Bergl.* πάρεστ' e Rav. recipi potuerat.

949. (951. Br.) Sunt hi verſus omnes iambici, quorum labem Fracinus non animaduertit. Turpiter hicce claudicat; ſcribe: ὡς, Χαῖρις ἢν ὑμᾶς ἴδῃ. Secundus abhinc in metricam legem peccat, quum in pyrrichium deſinat. Scribe:

τος, κᾆτα, τοῦτ' εὖ οἶδ' ἐγώ,
φυσῶντι.

Brunck. [Cui non recte obloquutus eſt Inv.] Sudas legit ἡμᾶς, melius ὑμᾶς. Neque tamen magni intereſt, vtram lectionem ſequamur. De Chaeride alias dixit *v*). Eſt autem tibicen ſacrorum ἄμουσος, quemque hic notat Comicus impudentiae paraſiticae. Sane videtur iſtud genus hominum ludibrium debuiſſe antiquis illis. Nam prouerbiale fere fuit, quod Athenaeus ſine auctore citat l. VIII. [p. 245. T. III. Schweigh.] *x*):

Ἀνδρὶ μὲν αὐλητῆρι θεοὶ νόον οὐκ ἐνέφυσαν,
ἀλλ' ἅμα τῷ φυσᾶν καὶ νόος ἐκπέτεται.

Vbi pulchre alluſum ad φύσιν et φύσαν. Latine verba reddere non pote; nos mentem tentauimus:

Nam tibicinibus mentem natura negauit:
Nempe illi dum flant, euolat illa ſimul:

Alius fuit Chaeris citharoedus. *Fl. Chr.*

954. τὴν χέρνιβα *y*). Aquale eſt vel trulleum.

---

t) Locum noſtrum attulit et explicuit Abreſch. ad Aeſch. I. p. 500. etc. vbi de form. ἐνῆρκται κανοῦν disputat, omninoque de caniſtro hoc agit.

v) Schol. ad Avv. 859. vbi etiam ad ſacrificium ſe parant, de iſto Chaeride: ὡς αὐτομάτως ἐπιόντος αὐτοῦ ταῖς εὐωχίαις (quaſi vltro et inuocatus accedat ad conuiuia). *Bergl.*

x) Ibi coniicitur legendum — οὖν ἐνέφυσαν, legitur autem φυσῆν et χὠ νόος.

y) In Avv. 851. tiam in ſacrificio: παῖ, παῖ, τὸ κανοῦν αἴρεσθε καὶ τὴν χέρνιβα. *Bergl.*

Aquae manale apud Nonium [15, 32. p. 793. f. Gothofr. vbi tamen Aquae manalis] vrceolum eſt, quod influebat in trulleum. Vetus Gloſſarium, *Aquimanile*, et putarem melius, vt a manu ſit. Sed illius Grammatici auctoritas, fulta Varronis teſtimonio, praepollet. Nam *manale* ſacrum eſſe, dubitari non vult. Sed vas eſt ad cluendas manus, vt vox et etymon declarant. Ad pedes lauandos proprium verbum *peluis*, graece πέλυς et ποδόνιπτρον, vt deſinant ineptire, qui peluim a perluendo dictum autumant. Ab antiquis *niptra* vel νίμματα dicta ipſa aqua, vnde *Niptra* titulus fabulae Pacuuianae. At χέρνιψ vel χερόνιπτρον videtur eſſe, quod Franci vocant *Basſin*, quaſi baſſus et humilis ſinus. Nam prius, quam ſacrificarent, liquore expiatorio vel aqua manuali abluebantur. Etiam dicitur χερνίβιον, et ſic Ariſtophanes ipſe Heroibus. Hinc luſtralis vnda, qua etiam vtuntur Chriſtiani, et quam ſacerdos ſpargit circa populum, antequam ſacra peragat. Propterea hic dicitur περίϊθι. Certum enim eſt, multas etiam veteres, etſi paganas, ceremonias a Chriſtiana militia ſeruatas eſſe, velut ambarualium et τῆς λυχναψίας veſtigia retinemus. Aqua autem illa ſpargi veteres vocabant χερνίπτεσθαι. Lege Athenaeum lib. IX. [p. 511. ſs. T. III. Schw.], vbi multa de hoc antiquo ritu diſces, neque operae tuae leue erit pretium conſultus ille Dipnoſophiſta. *Fl. Chr.*

955. (957. Br.) ἐπιδέξια, vna voce. Vid. Valcken. ad Hippol. 1360. Male Fracinus et ex eo reliqui diuiſim, ἐπὶ δεξιά. *Brunck.*

957. (959. K.) φέρε δή. Quia famulus poſtea dicit ἰδού, hic neceſſe eſt loqui Trygaeum. Eſt autem δᾳδίον *torris* vel titio, qui ab ara, vbi ſacrum fiebat, fumebatur et aquali tingebatur ſicque aſtantes luſtrabant et purabant. Nam aqua et ignis vera februa et purgationes: vnde *extorres* dicebantur, quia torris ille aqua tinctus nec exſtinctus intelligitur. *Fl. Chr.* Suidas hic legit δαλίον. De eadem re loquitur Euripides Herc. Fur. 928. μέλλων δὲ δαλὸν χειρὶ δεξιᾷ φέρειν, ἐς χέρνιβ' ὡς βάψειε. Locum citauit Kuſter. ad Suidam. Idem autem Suidas monet ſcribi etiam δᾳδίον in Comici loco. *Bergl.* In Fracini editione δαδίον, deprauatum ex δα-

λίον. Vulgatissimum est, quod alibi obseruaui, procliuem lapsum in permutatione literarum *Δ*, *Λ*, multis mendis ortum dedisse. Suidas, veram huius loci lectionem adfirmat: *δαλίον· οὕτως οἱ Κωμικοὶ διὰ τοῦ λ΄. Φέρε δὴ, τὸ δαλίον τόδ᾽ ἐμβάψω. ἐδόκουν γὰρ καθαίρειν ἀποβάπτοντες τοῦ πυρός. οἱ δὲ δαδίον γράφουσι.* Erudita est ad illum Suidae locum Kusteri nota. Hesych. *δαλίον· δαλόν. ἐν ταῖς ἱεροποιΐαις εἰώθασι τὸν δαλὸν ἐμβάλλειν εἰς τὴν χέρνιβα καὶ περιῤῥαίνειν τὸν βωμόν.* Huius moris mentio est ap. Comicum in Lys. 1129. *οἱ μιᾶς ἐκ χέρνιβος βωμοὺς περιῤῥαίνοντες.* — Et ap. Eurip. Herc. Fur. 930. *μέλλων δὲ κ. τ. λ. Brunck.*

958. *πρότεινε τῶν ὀλῶν* scil. *τι*, partem molae salsae porrige.

959. *ταύτην.* An facem intelligit, *τὴν δᾶδα z*), an Oporam potius, an *τὴν χέρνιβα?* Vix est, vt putem de face, cum dixerit *δαδίον:* tamen hoc loquendi genus insolens non est. *Fl. Chr.*

960. *τῶν κριθῶν.* Videtur in vsu fuisse positum, vt ordei sparsiones fierent in populum. Sic et apud Romanos ludis floralibus omnia semina spargebantur in populum, vt Tellus suis muneribus placaretur, vnde Persius [V, 177. s.] *vigila et cicer ingere large Rixanti populo.* Sed hoc loco interpretatus sum *molam,* ne recedat ab obscoeno sensu. Nam *molere* quid sit, sciunt vel *γέροντες φιλοῖφαι.* Et *κριθὴ* pars ea, qua viri sumus *a*). Ipsi medici, in quîs Aëtius, *κριθὴν* vocant *ποσθίαν*, et recensent inter tubercula, quae sub ciliis, translatiue tamen. Sane ipse medicinae Genius Hippocrates *κρίμνας* vocat *τὰ χείλη τῆς κύστεως γυναικείας,* ab eo, quod *κρίμνα* eodem auctore sunt *ἁδρὰ ἄλφιτα b*).

---

z) Ita interpretes omnes acceperunt. Neque enim commode alio referri potest. Etiam Fl. Chr. vertit: *Ipse expiator hanc mihi tradens facem.*

a) Iocus est in ambiguitate significationis. *κριθὴ* enim, vt *ἐρέβινθος*, virile membrum notat. Suidas: *κριθὴ, τὸ τῶν ἀνδρῶν αἰδοῖον· τὸ δὲ γυναικεῖον, μύρτον. καὶ κριθήδιον ὑποκοριστικῶς.* Pro *μύρτον* in Scholiis a Fracino editis est *βύσσον.* V. Hesych. in *βύττος. Brunck.*

b) v. Foësius Oecon. Hipp. p. 355. s.

Nam *κριθὴ* primum *κοῖ* dicebatur et *τὸ μνα* non magis adiuuat vocem, quam apud Latinos *men* vel *mentum*, *ber* et *vndus*; verbi gratia *fulmen*, *fulmentum*, *fiber*, *errabundus*, quibus et *crum* addi poteſt, vt *fulcrum*, *ſepulcrum*; imo ipſum *pulcrum*, etſi docti quidem deriuant quaſi *πολύχειρ*, vnde Virgilius [Aen. VII, 657.] *Pulcher Auentinus* i. e. fortis. *Fl. Chr.* Videtur facere Comicus, quod alias indecorum eſſe ait; nempe ſparſionibus riſum captare; nempe in Plut. 797. *οὐ γὰρ πρεπῶδές ἐστι τῷ διδασκάλῳ ἰσχάδια καὶ τρωγάλια τοῖς θεωμένοις προβαλόντ' ἐπὶ τούτοισιν ἐπαναγκάζειν γελᾶν.* Sed h. l. admodum ſcite id facit, ludens in homonymia vocis *κριθὴ*, quae et hordei granum ſignificat et membrum virile; nam lepidum eſt, cum dicit mulieres non accepiſſe *κριθήν*, ſed fore, vt ſub veſperam eis dent viri. *Bergl.*

964. *ἐς ἑσπέραν* [ol. vulg.] Hic, vt Conc. 1047. edere debebam *εἰς ἑσπέραν*. *Brunck.* Ita ed. Inv. Eſt autem non, *ſub*, ſ. *ad*, veſperam, ſed, veſpere. In ed. Brunck. atque hinc in Lips. poſt *ἔλαβον* eſt interr. ſignum; at affirmatur eas nondum accepiſſe.

965. In Eccl. 1059. *ἀντὶ τούτων τῶν ἀγαθῶν ἐς ἑσπέραν μεγάλην ἀποδώσω καὶ παχεῖάν σοι χάριν.* *Bergl.* *ἄνδρες.* Legendum *ὦνδρες*, vt congruat cum praecedenti *αἱ γυναῖκες.* *Brunck.* in Suppl.

966. (968. K.) In libamentis dicere ſolebant: *quis praes eſt?* Reſpondebant praeſentes per *εὐφημίαν*: *multi bonique* c); etiamſi eſſent, vt ait ille ſapiens, *οἱ πλεῖστοι κακοί.* Fundit vero aquam in ſpectantes, vt ex hac tolerantia boni tantum exiſtimandi ſint. Sed Ariſtophanes ex hac ſparſione riſum captare voluit. Mox (971.) legendum: *εὐχώμεσθα δὴ*, addito vtrobique ſibilo. Tamen ex animi mei ſententia etiamſi *τὸ δὴ* habeat certam nec inelegantem emphaſin, tamen in quinta ſede dactylus durus, anapaeſtus dulcior: neque nego licere id Comicis, ſed ſane in iſta ſede rarus pes digitalis. *Fl. Chr.* Neſcio, cur recentiores editores a Fra-

---

c) Haec e Scholiaſta ſunt verſa, cuius verba etiam attulit et vertit *Bergl.*

cino descinerint, cuius lectionem reuocauimus, mutata tantum interpunctione, quam ille pessime statuerat. Adludit ad sacrificiorum ritum, in quibus praeco clamabat: τίς τῇδε; Respondebat vero sacris operantium turba: πολλοὶ κἀγαθοί. Ideo Trygaeus dicit: τίς τῇδε; ποῦ ποτ' εἰσὶ πολλοὶ κἀγαθοί; At in Kust. edit. *d*) Trygaeo tribuuntur haec verba sensu cassa: τίς τῇδε ποῦ ποτ' ἐστί; huicque famulus respondet: πολλοὶ κἀγ. *Brunck.*

967. τοῖσι [vt ol. lectum]. Fracinus τοῖσσι. Scribendum τούτοις. Nam articulum ὁ loco pronominis demonstratiui non adhibent Comici. V. ad Plut. 44. *Brunck.* τοιςδὶ e Rav. dedit Inv. rectius.

969. Nempe saltatores siue chorum perfudit aqua, ridiculi causa, vt vult Schol. *e*). *Bergl.* Sensus paulo obscurior. Vult Scholiastes Trygaeum cum famulis chori personas aqua perfudisse ridiculi causa. καταχεῖ δὲ αὐτῶν (τῶν χορευτῶν) ὕδωρ ἐπὶ γέλωτι, πρὸς οὐδενὶ ἑτέρῳ. Qua in explicatione praeter ipsam explicationem nihil est ridiculi. Non enim, quae praecedunt, ad χορευτὰς referuntur, sed ad ipsos spectatores. καταχεῖν ὕδωρ metaphorice idem significat quod πλύνειν Acharn. 381. Epul. [Δαιτ. Fragm.] IV., πλυνὸν ποιεῖν Pl. 1061. id est, λοιδορεῖν. *Brunck.* Bonos pro more dicit seruulus, quos videri vult imbecillos; imbecilli enim videbatur esse, aqua consperſos non diffugere, sed statum tueri suum, quod faciebant nimirum spectatores, leuiculam ob causam theatro excedere nolentes. Brunkius τὸ καταχεῖν ὕδωρ accipiebat λοιδορεῖν, sed nihil hic contumeliae. *Hotib.*

970. Ol. vulg. ἐς ταυτὶ τοῦτ' quod tacite correxit *Brunck.* ταὐτὸ τοῦθ' ἑστᾶσι etiam Reisk. legi iussit.

972. Sequuntur anapaestici versus 42. vsque ad ταῦτ' ὦ πολυτίμητ'. Nos versus versibus reddidimus, verba neque potuimus neque voluimus. *Fl. Chr.*

---

d) Etiam Bergl. In ed. Fl. Chr. omnia haec: Ἀλλ' ἐς ἑσπέραν — κἀγαθοὶ tribuuntur Famulo, et h. l. legitur: τίς τῇδε ποῦ ποτ' εἰσὶ, π. κ.

e) Non hordeum fuisse sparsum, sed aquam, ridiculi causa, apparet 969. vbi non erat, quod haereret Brunckius. *Hotib.* ad 960.

976. Femininas formas (qualis haec eſt, πολυτιμήτη, quum iam paullatim obſoleuiſſent, poëtae et Attici, vel ornatus vel varietatis ergo, ſubinde reuocabant. Porſon. ad Eur. Med. 822.

877. μὴ ποίει γ' ἅπερ αἱ μοιχ. In Eccl. 1155. μηδὲ ταῖς κακαῖς ἑταίραις τόν γε τρόπον προσεικέναι. *Bergl.*

979. παρακλίνασαι. Ambiguum eſt. Nam et *accubare* ſignificat. Hic autem eſt παρανοίγειν et eo ſenſu dixit Homerus [Il. V, 751.] ἀνακλῖναι πυκινὸν νέφος. Notandum autem eſt, τὸ παρὰ eſſe notam comparationis. Id proprie dicitur *iuxta* vel *iuſta* potius *f*), vnde Latina *par, pariter, compar.* Caeterum vt hic Comicus dixit et iungit παρακλίνειν et παρακύπτειν, ſic Theophraſtus ἐπικύπτειν et ἐπικλίνειν, i. e. *inclinari* et *conquiniſcere g*). Plato in Phaedro ἀνακύπτειν dixit de anima, quae ſeſe erigit. Dubium autem mihi eſt, an de matronis moechis, an de meretricibus intelligat. Nam magna differentia eſt. Dalechampius in Athenaeo ſuo feminas ἐπὶ τῶν οἰκημάτων (legendum illic cenſeo ἀπὸ) vertit: feminis quae domi ſunt; cum debuerit, meo iudicio, meretricibus. Ait enim illic praeſtare peccare in togata quam praetexta, vt ait Horatius [Serm. I, 2, 63.]. Sane τὸ οἴκημα eſſe proſtibulum et lupanar ſciunt vel mediocriter literas graecas docti. *Fl. Chr.*

980. τῆς αὐλείας. Puto τῆς θύρας. Sed cum αὐλαία ſit etiam παραπέτασμα τῆς σκηνῆς (aulaea dicunt Latini:), fortaſſis eo alluſum. *Fl. Chr.* Eadem fere ſententia in Theſm. 804., vbi mulierum chorus: κἂν ἐκ θυρίδος παρακύπτωμεν, ζητεῖ τὸ κακὸν τεθεᾶσθαι· κἂν αἰσχυνθεῖσ' ἀναχωρήσῃ, πολὺ μᾶλλον πᾶς ἐπιθυμεῖ αὖθις παρακύψασαν ἰδεῖν. *Bergl.* Quod meretricum hic deſcribitur artificium, id mulieribus laudi vertitur in Theſm. 797. κἂν ἐκ θυρίδος etc. Piget monere, *ν* paragogicum quoties ad metri praeſcriptum addiderim. *Brunck.* Nimirum 980. et 985. vulg. παρακύπτουσι, 981. ἀναχωροῦσι legebatur.

---

f) v. Forcellini Lex. Lat. II. 658.

g) Hoc verbo Plautus vtitur. Cf. Non. Marc. 2, 118. et Priſcian. X. p. 885. Putſch.

et ſacrificiorum celebratio, per *ζωμὸν* intelligitur *ius culinarium*, ſed quatenus meretrix, intelligitur *ἡ ἀπόπτυστος δρόσος*, quam ſolebat Ariphrades *ἐν τοῖς κασαυρίοισι λείχειν*, vt de eo loquitur in Eqq. 1282. (1294.). Sequentia etiam, quae dicit de Theoria, duplicem habent ſenſum. *Bergl.*

882. Haec non ad ſeruum, ſed ad Theoriam dicuntur, quam Senatui monſtrare et tradere vult, vt eſt. *σκεύη* omnia eius ornamenta et inſtrumenta dicuntur.

883. Prytanes erant 50. Nam Senatui Athenienſium Quingentumvirum et Concioni Prytanes, Proëdri et Epiſtatae praefuerunt: Prytanes inquam 50., Proëdri 9., Epiſtatae duo, vnus Senati, alter Populi. Hi magiſtratus erant *κληρωτοὶ*, in ſortem coniecti, Senatumque et Concionem indicebant, conuocabant, dimittebant. *Fl. Chr.*

885. *ἄραντας τὼ σκέλη.* Sic in Concionn. [265.] mulier ait: *εἰθισμέναι γὰρ ἐσμὲν αἴρειν τὼ σκέλη.* Et Martialis in hunc ſenſum dixit [XI, 72, 8.]: Tollunturque pedes: vt et Nouius Atellanarum ſcriptor apud Nonium [Marc. c. 7. n. 49. p. 751. ed. Gothofr.] dixit: Mammas teneas, pedes extollas; quae obſcoenitatis et nequitiae plena omnia. *Fl. Chr.* et inde *Bergl.*

886. *ἀνάῤῥυσιν.* Alludit procul dubio ad *μιαρὰν ῥανίδα* et libidinoſam *αὐτομάτητα.* Eſt autem *ἀνάῤῥυσις* ſacrificium *h*) et *ἀναῤῥύειν* eſt, mactare et ſacra patrare, *τὴν θυσίαν ἐπιτελεῖν.* Heſych. *Ἀνάῤῥησιν, τὴν τελειτήν.* Emendo facile: *ἀνάῤῥυσιν, τὴν τελετήν.* Eſt *Ἀνάῤῥυσις* dies Apaturiorum *i*). Nam Apaturia feſta Athenienſium ſacra dicta, quia fraude Xanthum ſuſtulerat Melanthus, qui poſtea rex. In Nebulis *k*) Schol. dicta ait *Ἀπατούρια*, quae apud Romanos *Saturnalia* eademque facit cum *Croniis.* Sudas (Suid.) cenſet quaſi

---

h) Dies ſacrificiorum ita dicitur. *Bergl.*

i) *Ἀνάῤῥυσις* vocabatur ſecundus *Apaturiorum* dies. Sed obſcoena in his eſt alluſio ad *τὴν τοῦ σπέρματος ῥύσιν.* *Brunck.*

k) Vid. Schol. ad Acharn. 146. et qui de Feſtis Grr. ſcripſerunt, etiam Potter. Arch. gr. I. p. 803. ſs.

ὁμοπατόρια, vt *ἄκοιτις, ἄλοχος, Ἄβιοι* apud Stephanum. Apaturiorum dies fuerunt tres, nempe *Δόρπεια* cum Curiales epulabantur, inter se; *Κουρεῶτις* cum pueri et puellae inter Curiales referebantur, et *Ἀνάῤῥυσις* cum Ioui et Mineruae sacra fiebant, de quibus Proclus in Timaeum Platonis [I. p. 27. ed. Bas. 1534.]. Grammatici addunt quartam *Ἐπίβδα l*). Nam *Ἐπίβδαι, αἱ μεθέορτοι ἡμέραι*, vel quia *ἐπιβάλλονται ταῖς ἑορταῖς*, vel, addito *β*, quia *ἐπὶ τῇ δαιτὶ καὶ ἑορτῇ ἄγονται*. Eas ego nominarem *Repotia*, vel *repotialia*. *Fl. Chr.* qui verba ita vertit: Sublimia vt vos crura tollentes statim Tingatis huius sacra patrantes focum. Proprie est: huius (in hanc) deducatis sacrum. Vocab. *Ἀνάῤῥυσις* repetebatur ab *ἄνω ἐρύειν* victimas, noster ad *ῥεῖν, ῥύσις* (fluentum) respexisse videtur.

887. *τοὐπτάνιον.* Vstrina vel coquina, *τὸ μαγειρεῖον*. Sed impudentissimus iste obscoenas interea partes Theoriae monstrat. Propterea dixit *κεκάπνικε*: nam pars illa exhalat opaca Mefitim, et fumo nigra est *διὰ τὰς τρίχας m*). Vtinam pueris et in vestibus haec sint *σκοτεινα*. Nos certe inuiti his obscuris lucem addimus, in quis nulli dii, vt *σκοτεινὸς* Heraclitus dicebat. *Fl. Chr.* Quatenus Theoria est festorum celebratio, *ὀπτάνιον n*) est culina, vbi post sacrificium carnes coquuntur; quatenus est meretrix, *τὸ αἰδοῖον*, quod monstrat. *Bergl.* *τοὐπτ. ὑμῖν καλόν.* Sic bene A. omissa partic. *ὡς* quae vulgo [ante *καλὸν*], metro reclamante inseritur. *ὀπτάνιον* *coquinam* significat. Sed impudentissimus iste etc. [E Not. Flor.]. *Brunck.*

888. (892. K.) *κεκάπνικε.* Scholia: *ἐπειδὴ μέλαν ἐστὶ διὰ τὰς τρίχας.* Sic in Vesp. 1372. vbi simile spectaculum exhibetur: *τί δὲ τὸ μέλαν τοῦτ᾽ ἐστιν ἐν μέσῳ;* deinde alter: *ἡ πίττα δήπου καιομένης ἐξέρχεται. Bergl.* Monui ad Plut. 815. versum hunc sic legendum esse: *διὰ ταῦτα καὶ κεκάπνικεν ἄρ᾽ · ἐ. γ.* Secunda in *κεκάπνικ᾽*

---

l) Vid. Hesych. I. p. 429. ibique Intpp. Etymol. M. p. 357. Zonar. I. p. 800. Probabilius voc. deriuatur ab *ἐπιβαίνειν*, *insequi.*

m) Horum partem repetiit Brunck. in not.

n) Scribitur et *ὀπτανεῖον*. v. Phot. p. 260. Zonar. II. 1459.

venerat ad venandum reti venerio Argynnum, vt refert Plutarchus in opusculo de brutorum ratione [s. Gryllo T. X, p. 117. s. ed. Reisk.]. *Fl. Chr.*

1005. (1007.) ὀψωνοῦντας. Proprie et signate de piscibus *obsonari*. Plinius l. XVIII. c. 11. ait de panibus: alias ab opsoniis appellati, vt ostrearii. Ergo pisces *obsonium*, imo ostrea. Nam ὄψον et ὀψάρια non temere apud Graecos reperias aliud esse quam pisces. Sic post Menandrum Terentius obsonium dixit [Adelph. II, 4, 22.]. Sic Aemilius Probus [Corn. Nep. Them. 10, 5.] *l*): sic Lucius ille Madaurensis de magia suspectus, in prima apologia, qua suspicionem magiae amolitur, cum de piscibus emtis loquitur, dixit [p. 276. T. I. ed. Rodii]: *quis enim a cupediariis obsonare audebit?* Sed et in prima Milesia [Metam. I. c. 18. p. 75. s. ed. Oudend.] dixit: *si quid obsonare cupis:* quod explicat, cum subiicit: qui coenae affatim piscatum prospexeramus. Apud Athen. l. VII. Dipn. [p. 10. T. III. Schweigh.] cum aliquis quaesisset, num ante Sophoclem alius dixisset ἐλλοὺς ἰχθῦς, velut ipse vsurpauit in Aiace μαστιγοφόρῳ; respondit Zoilus: ego quidem non sum ὀψιφαγίστατος (verbum hoc vsurpauit Xenophon in *Απομν.* [III, 13, 4.]). Sed auctor Titanicae pugnae, siue Eumelus siue Aretinus lib. II. dixit: χρυσώπιδες ἰχθύες ἐλλοί. Sic Philo Iudaeus: τρόπον αἰθυιῶν κατοψοφαγοῦσι, quia fulicae et mergi e mari viuunt. Denique vbique fere ὀψοφάγοι sunt φιλιχθύες. Vt mirer, nuper exstitisse ex transalpinis hominibus quendam fastuosae doctrinae plenum, qui ex hac obseruatione, tanquam re noua et non a Victorio aliisque agitata, memores lectores doctos monuerit; ipse quidem dudum monitus multumque monendus, priuatas vt quaerat opes, instar illius Horatiani Celsi. Quidquid enim fere notat, aut notum est aut notatum fuit; locos obscuros et intactos ne adit quidem; quare? quia *Celsi praetereunt obscura poëmata Rhamnes* [Hor. A. P. 341.]. *Fl. Chr.* Τυρβιάζεσθαι cum Datiuo, vt ὠστίζε-

l) Verba, quae sequuntur, vsque ad haec: Sic Philo Iudaeus etc. desunt in ed. Par., in Kust. accesserunt.

σθαι in Acharn. 844., vbi etiam de turba in foro opſonantium: *οὐδ' ὡστιεὶ Κλεωνύμῳ. Bergl.*

1006. Morychi et Glaucetae *m*) helluonum ſimul meminit Plato Comicus ap. Schol. noſtri Comici ad Nub. 109. *ὦ θεῖε Μόρυχε, τὸ νῦν γὰρ εὐδαίμων ἔφυς, καὶ Γλαυκέτης ἡ ψῆττα, καὶ Λεωγόρας, Οἳ ζῆτε τερπνόν.* In illo loco male vulgo ſcribitur *Μόρυχέ τε* verſu primo et ſecundo *ἡ*. Caeterum obſeruandum, vt in eodem iſto loco Glaucetes vocatur *pſetta*, quod eſt piſcis genus, ita eumdem vocari *cetum* a noſtro Comico Theſm. 1062. *Κήτει Γλαυκέτῃ βορὰ πρόκειμαι·* quia eſt helluo piſcium. Morychi etiam tanquam helluonis piſcium noſter meminit Acharn. 887. vbi anguillam dicit *φίλην Μορύχῳ*. De Telea vid. in Avv. ad v. 169. *Bergl.* *Τένθαι* ſunt, vett. Grammaticis auctoribus, *λίχνοι*, guloſi, helluones. v. Photii Lex. p. 424, Zonar. II. p. 1717. Timaeus Gl. Plat. p. 252. ibique Ruhnk.

1007. *Μελάνθιον.* Hunc ſupra 811. vocabat *γοργόνα ὀψοφάγον, βατιδοσκόπην, ἰχθυολύμην. Bergl.*

1009. *πεπρᾶσθαι.* Differt a *πωλεῖσθαι.* Eſt enim quod Galli dicimus *être livré*, cum conſiſtit pretium et aufert licitator, quod pollicitus. *Fl. Chr.* *ὀτοτύζειν.* V. ad Avv. 1043. *Bergl.*

1011. Lege vtrobique *ὀλόμαν*, per *o* paruum vt ſint anapaeſti. Sunt autem, qui exiſtiment, haec ex Medea Eurip. eſſe, vbi habes [v. 95. ſ.]: *ὦ δύστηνος ἐγὼ μελέα τε πόνων, πῶς ἂν ὀλοίμαν.* Ego puto ex ipſius Melanthii Medea, quam hic amaro joco perlinit, ſumta eſſe *n*), vt non ſolum malum eſſe poëtam oſtendat ſed raponem et guloſum probet et in cute curanda plus operatum quam Apolline. *Fl. Chr.*

ἀποχειρωθείς. Sic verti *o*), quaſi ploraret Melan-

---

m) Quod in nomine proprio *Γλαυκέτῃ* dactylum anapaeſtis admiſcuit poëta, notauit Porſon praef. ad Eur. Hec. p. LII.

n) Haec ex Melanthii ipſius Medea, quam ſcripſerit, eſſe oportet. Schol. affert locum ex Eurip. Medea: *ὦ δύστηνος κ. τ. λ.* Exſtat ſimilior locus Iph. Taur. 153. *ὠλόμαν, ὠλόμαν· οὐκ εἰσ' οἶκοι πατρῷοι· οἴμοι φροῦδος γέννα. Bergl.*

o) Vertit Florens:

thius, elapſam e manibus ſibi anguillam. Eſt enim piſcis lubricus et qui facile capturam fallit, neque tamen male legeretur ἀποχηρωθεὶς per η. Sed ſic τὰς λοχευομένας non eſſet quartus caſus pluralis, ſed ſecundus ſingularis, qui dorice proferendus cum accentu circumflexo τᾶς etc. Male enim apud Sudam [Suid.] habes χειρῶσαι, ἐρημῶσαι· legendum χηρῶσαι. Caeterum vt ex Acharnn. fabula magis patet, anguillae cum betis coctae, cibus erat ſuauisſimus *p*). Dixit autem λοχευομένας, cum debuiſſet ἐφομένας. Antea in eadem Acharnn. fabula vocauit ἔγχελυν ἐντετευτλανωμένην. De betarum generibus legendus Athenaeus libris 9. [T. III. p. 368. Schw.] et 11. vbi [p. 503. A. lib. XI. ed. Cas.] ex Euphorione in Ἀποδιδούσῃ ait, τεῦτλον vocari etiam σεῦτλον vel σευτλίον, vt φακέα, τὴν φακῆν. Notandum quoque ἔγχελυν apud Atticos dici per υ, apud Boeotos per ι paruum *q*). Alexis neutro genere extulit ἐγχέλεια in Vlyſſe texente [Athen. VII, p. 107. T. III. Schw.]. *Fl. Chr.*

1012. τὰς ἐν τεύτλοισι λοχ. Id eſt, vt Acharn. 894. dixit, τὰς ἐντετευτλανωμένας. *Brunck.* Sunt anguillae, quae betis inuolutae coqui ſolebant. In Acharnn. 894. de anguilla: μηδὲ θανών ποτε σοῦ χωρὶς εἴην ἐντετευτλανωμένης, vbi Schol. citat praeſentem Comici locum. *Bergl.*

1013. τοὺς δ' ἀνθρώπους. Haec ſunt verba non Melanthii, ſed Trygaei, deſinuntque anapaeſtici hac Coronide. Sequuntur ſeptem ſenarii iambici. Sed non dubito, quin iſta (1015.) λαβὲ τὴν μάχαιραν, dicantur ex perſona famuli *r*). Notandae vero rudioribus graeca ἔλλειψις et Atticis familiaris etiam in πεζῷ λόγῳ phraſis, εἶθ' ὅπως. Deeſt enim et ſubintelligitur ὅρα vel quid ſimile. *Fl. Chr.*

Perii, heu perii, quando e manibus
Mihi betarum elapſa ſodalitas etc.
Senſus eſt: e manibus exciderunt mihi anguillae —

p) Cf. Athen. VII. T. III. p. 96. Schw. add. Schneid. ad Ariſt. de An. II, 9. p. 100. T. III.

q) Ita et Ariſtoteles auctore Athen. VII. p. 95. T. III. Schw.

r) Nam olim Trygaei erant.

1016. (1018. K.) *οἶν.* Ita omnes priſtinae. Nupera [Kuſt.] *τὸν ὗν.* Male. Nolebat enim chorus, vt ſus mactaretur, ſupra 927. ſed vt ouis 930. *Bergl.* Sic [*οἶν*] duo codd. et primariae edd., e quibus a Bergl. bene reuocatum fuit. In Froben. *τὸν ὗν,* typothetae, vt videtur, errore. Nomina iſta permutata fuerunt etiam in Av. 566. *Brunck.*

1018. *ἀλλ' εἴσω φέρων.* Sic in Avv. 1056. ſacerdos, qui hircum mactaturus erat: *ἀπίωμεν ἡμεῖς ὡς τάχιστ' ἐντευθενί· θῦσον εἴσω τοῖσι θεοῖσι τὸν τράγον. Bergl.*

1020. Praeter exſpectationem hoc dici videtur *πρόβατον σώζεται*, quum tamen mactanda ſit ouis. Nimirum maxima ouis mactatae pars ei ſeruatur, femoribus tantum allatis. Caeterum his dictis ouis videtur abducta eſſe.

1021. *Σὲ δὴ* — Hic verſus videtur eſſe trimeter iambicus catalecticus, ſequentes duo anapaeſtici, ſed videndam an *θύραισι* ſit *ἐξ ἑτοίμου,* vt ſupra. *Fl. Chr.*

1022. *σχίζας.* Sic antiqui vocabant proprie ligna, quae ſacrificiis adhibebantur, quae *fisſilia* (inde enim etymon *σχίζειν*) et *vſtilia* erant. Homerus [Il. I, 462.] *καῖε δ' ἐπὶ σχίζῃς ὁ γέρων. Fl. Chr.*

1024. (1026. K.) *τὸ φρύγανον.* Ignisſpices et pyromanticae artis periti, vt flammam excitarent, cremia vel *φρύγανα* ſupponebant *s*), quae fomitum inſtar erant et velut ſtipulae vel ſtuppae ſtatim flammam concipiebant et ſic *σχίζας* accendebant. *Τὸ φρύγανον* medium eſt aliquid inter fruticem et arborem, quaſi Althaea, et dictum *ἀπὸ τοῦ φρύγειν,* quod *torrere* eſt *t*). Inde enim *fruges,* quae primum *bruges,* et *frumenta,* quae antiqui torrebant. *Fl. Chr.*

1027. f. Multa in horum verſuum vulgata lectione ſcabies:

---

s) Haec ex Scholiis ducta ſunt, quae etiam Bergl. graece attulit et vertit.

t) Dicuntur ita virgulta, ſarmenta quaeuis et vera eſt nominis deriuatio a *φρύγειν.* Sed voc. *frux* etiam ab antiquo *frugo,* h. e. frango, repetitur.

v) ἐστὶ χρεὼν τόν γε σοφῇ δόκιμον
φρενὶ καὶ πορίμῳ τῇ τόλμῃ.

Ineptum eſt γε in priori verſiculo: ineptior adhuc articulus τῇ in altero. Abſolute πορίμῳ τόλμῃ dicere debuit Comicus, vt σοφῇ φρενί. Horum vni non magis articulus adiungi debuit quam alteri. Imperitum Grammaticum haec redolent, ad praeceptam animo formam metra redigentem. Sunt vero verſiculi iſti iambici, ſic optime ſcripti et digeſti in B.:

χρεών ἐστι τὸν σοφῇ δόκιμον
φρενὶ, πορίμῳ τε τόλμῃ.

χρεὼν in vnam ſyllabam coaleſcit. *Brunck.*

1028. πορίμῳ τε τόλμῃ. Sic Aeſch. Prometheo Desmota [905.] dixiſſe videtur, ἄπορα πόριμος. Eſt enim proprie πόριμος *perrumpere amans* Horatio, vel etiam *peruius. Fl. Chr.*

1029. τὸν Στιλβίδην. Quia laudauerat ille tantopere huius ſolertiam et ſapientem vocauerat, propterea ſe Stilbidem vocat. Erat autem Stilbides vates clariſſimus, oraculorum vett. interpres, quem Plutarchus in Nicia [c. 23. T. III. p. 394. Reisk.] hariolum fuiſſe ait, ipſius Niciae familiarem, quique multum ei ſuperſtitionis detrahebat. Eum hic obiter tangit Comicus noſter, tanquam in ſacrificando et miniſtrando φορτικόν. Philochorus [Fragm. p. 64. vbi cf. Siebelis] ait, eum fuiſſe in expeditione Sicilienſi, cum Athenienſes in Sicilia exercitum haberent. Eius meminit Eupolis in Vrbibus:

ὡς αὖ τιν' ἔλθω δῆτά τοι τῶν μάντεων,
πότερος ἀμείνων ἀμφοτέρων; ἢ Στιλβίδης;

Credibile autem eſt (quod ait graecus Schol.), alluſiſſe Comicum hunc (lego enim apud Gloſſographum παρέπαιξε, non παρέπλεξε) ad flammam, quae cum ſit lucida et στίλβουσα, facete dicitur στιλβίδης x). Verbum πιέζειν hic eſt κακῶσαι et male habere; ſic enim Theo-

v) ὁπόσα (vel vt Inv. e Rav. dedit ὁπόσ' ἂν) vulgo praecedenti verſui additur, et recte; eſt enim anapaeſticus tetrameter.

x) Stilbides fuit hariolus celebris. Ludit autem in huius nomine et verbo στίλβειν, *lucere:* appoſite, quia ignis lucet et ex igne vaticinabatur Stilbides. *Bergl.*

phrastus haec duo coniungit. Et in Euangelio *y*) est, maleficiis onerare, translatiue a veterinis, vt in Ranis videre est, vbi Xanthias ait, *πιέζομαι* [v. 30.], proprie Maro [Aen. VII, 737.]: *ditione premebat*, vt qui iniquo pondere premuntur, si onus deposuerint, verbo *σεισαχθείας* vti possint, quod verbum Athenienses per hanc metaphoram Solonis diuino commento vsurpauerunt. *Fl. Chr.* Fuit Stilbides haruspex celebris, quem Athenienses ad expeditionem Siculam secum duxerunt. Illius meminit etiam Eupolis in versibus a Schol. prolatis: *τίν' οὖν μετέλθω δῆτά σοι τῶν μάντεων; πότερος ἀμείνων ἀμφοτέρων; ἢ Στιλβίδης;* dixerat paulo ante Trygaeus: *nonne tibi videor, vt peritus haruspex, cremia ponere?* Nunc vero in eodem persistens ioco ait: *incensi ligni fumus haruspicem laedit.* Sed pro *haruspice* Stilbidem nominat. Nulla hic allusio ad *στίλβειν, splendere,* quod esset perpol frigidum. *Fl. Chr.*

1030. *z*) *καὶ παιδὸς οὐ δεήσει.* Notum est etiam Latinos *pueri* nomen pro ministro vel famulo vsurpasse. Vnde Varro citatur in *Marcipore a*) i. e. Marci puero et proinde famulo. *Fl. Chr.*

1031. Male et contra metrum et contra vsum part. *οὖν* (quae ex interpretamento accessit) e Rav. editum: *τίς ἂν οὖν οὐκ ἐπαιν.* pro vulg. *τίς οὐκ ἂν* —

1035. In binis codd. male: *οὐχὶ μὴ παύσει ποτ' ἂν ζηλωτὸς* — *Brunck.*

1037. Redit Famulus in scenam afferens femora (1019.) quae igni imponi a Trygaeo vult, sed ille mavult id a famulo fieri, ipse autem intrare, vt extis scilicet et farre ipse vesceretur.

1038. *θυλήματα.* Farinae sunt, quae diis offerebantur, litae vino et oleo. Teleclides *Στερροῖς· ὦ δέσποθ' Ἑρμῆ, κάπτε τῶν θυλημάτων·* vt antea citauimus. Propterea putant quidam, apud Festum [p. 354. ed.

---

y) Non ita ibi occurrit *πιέζειν.* Sed fortasse cogitauit Fl. Chr. *πεφορτισμένοι* Matth. XI, 28.

z) Haec in ed. Paris. a. 1589. non leguntur.

a) Vid. Forcellin. Lex. Latin. III. p. 32.

Dacer.] legendum: *Pollucere Mercurio*, non autem *Merces;* quaſi vero non etiam aliis diis polluceretur, vt apud Catonem Ioui Dapali (de R. Ruſt. 132, 1. Schneid. al. c. 133.] et Varronem, qui *pollucti* nomen generaliter et late diffundit, vt docuit doctisſimorum maximus, Ioſephus Scaliger. *Fl. Chr.*

1040. ἐπισχεῖν. Exponit Sudas [Suid.] κρατῆσαι et βραδύνειν. Proprie eſt, *ſtrigare*, vt in Aiace Magiſtoph. *b*): ἐπισχὼν χρυσόνωτον ἡνίαν. Nam qui ſtrigare volunt aurigae, habenas retinent (hoc eſt κρατῆσαι) et ſic βραδύνουσι. Sic vtraque Sudae expoſitio vera. *Fl. Chr.*

1043. ὡς ἀλαζὼν φαίνεται. Haec cum exclamatione dicuntur.

1044. (1046. K.) Erat quidem *Hierocles* hariolus, ſed nullius pretii; propterea dicit, eum tantum Hieroclem eſſe, quamuis gerat lauream Apollinarem, vt caeteri vates. *Bergl.* Ex lauri corona ſacerdotem et vatem arguebant: ſed nec ſemper tiara Regem, nec thyrſus Bacchum, nec laurus vatem ostendit. Nam Hieroclem iſtum nobiliorem facit ex nomine et vulgi opinione magis, quam ab arte. Itaque facete tanquam ineptum et vanum hariolum perſtringit. Cum enim famulus dixerit: vatem eſſe puto; negat Trygaeus aitque: non eſt vates ſed Hierocles tantum. Velut ſi temporibus noſtris obuius fiat aliquis ex futilibus iſtis Noſtradamis, et dicat alius: *en Prophetam! en Prognoſticum!* iure dixerim: *imo Noſtradamus.* Sane enim bonum vatem eſſe et Noſtradamum non contingit eſſe in eodem ſubiecto; imo ſunt ex diametro contraria. *Fl. Chr.* Inepte interpretes: Non is eſt ſed Hierocles; vel: non hercle, ſed Hierocles. Sequebantur illi Scholiaſtam: ὡς ἀφυῆ δὲ κ. τ. λ. Vides, hunc non magis formulae vim perſpicere, quam interpretes latinos, qui tamen recte verterunt Lys. 35. V. nos ad Eqq. 418. *Hotib.* qui ibi docuit οὐ μὰ Δί' ἀλλὰ eſſe *profecto.*

---

b) Soph. Ai. 846. ed. Lob. (al. 854.) ſed perperam locum interpretatur *Fl. Chr.*

1045. *Oreum* vrbs Boeotiae c) quam Homerus [Il. II, 537. vbi v. Heyn.] Iſtiaeam vocat. Quia vero Euboici pacem non optabant, propterea Hieroclem paci aduerſantem non ciuem facit, ſed hoſpitem et exterum ac vero ex Euboea. *Fl. Chr.* Vereor ne ſcriptura Rav. *οὗτός γε,* quam pro *αὐτός γε* recepit Inv., orta ſit e ſequ. verſu.

1048. (1050. K.) *κατὰ τὴν κνίσσαν εἰσελήλυθεν. ἦλθεν ὁ κνισσοκόλαξ,* inquit Aſius ap. Athen. III. p. 125. Non pigebit, adſcribere totum locum: *Χωλὸς, στιγματίης, πολυγήραος, ἶσος ἀλήτῃ Ἦλθεν ὁ κνισσοκόλαξ, εὖτε Μέλης ἐγάμει, Ἄκλητος ζωμοῦ κεχρημένος· ἐν δὲ μέσοισι Ἥρως εἱστήκει βορβόρου ἐξανυδύς. Bergl.*

1050. *καὶ τῷ.* Ita recte edd. priſtinae, quod eſt *καὶ τίνι.* Nupera [Kuſt.] *καί τῳ* quod eſt *καί τινι,* licet ſit interrogatio. *Bergl.*

1051. Per *ὀσφὺν* (quae vel cum Ariſtotele *ἰσοφυὴς* vel cum Apollodoro *ὀστοφυὴς*) intelligo terga perpetua luſtralia, vt diximus in Prometheo Aeſchuleo. Vult autem cauere, ne hanc partem tangat hariolus, tanquam diuinationi maxime accommodam. *Fl. Chr.* *ἀπὸ τ. ὀσφύος.* Verſus ignem volue veru. *Bergl.* [qui verba vertit: et *veru* a lumbo *tuo* remoue; at Brunck.: caue ne lumbum attingas.]

1052. ſ. *ποιεῖ καλῶς;* In B. interrogationis ſignum eſt, quod et hic poni debuit. *Brunck.* Poſt *ἡ κ. π. καλῶς* ponendum eſt ſignum interrogationis. *Cauda ouis bene ne asſatur? Reisk.*

1056. *πολλὰ πράττεις.* Curioſum vocat et *πολυπράγμονα.* Nos lingua vernacula dicimus: *tu te méles de beaucoup de choſes.* Hoc erat *ſatagere,* velut Afer ille apud Fabium Quintilianum Manlium Suram in agendo multum discurſantem et ſalientem non *agere,* ſed *ſatagere* dixit [Inſt. Or. VI, 3, 54.]. *Fl. Chr.* In Ran. 228. *ὦ πολλὰ πράττων. Bergl.*

1057. *κατάτεμνε.* Puto hic loqui Hieroclem et nihilominus illa: *ἡ γλῶττα χωρὶς τέμνεται,* quod prouer-

---

c) Vrbs Euboeae. *Bergl.*

biale, ex Homero fluxum, qui Od. γ. [332.] *Ἀλλά γε τάμνετε μὲν γλώσσας*, vbi aiunt esse pro, *fauere linguis*. Sane linguas sacras esse Mercurio etiam testatur Athenaeus l. I [p. 60. T. I. Schw.] et Sudas [Suid.] vbi habes: *ἡ γλῶσσα τῷ κήρυκι τούτων τέμνεται*. Quin et Callistratum laudat, quod facit graecus Scholiastes; vt mihi videatur aliquid deesse in graecis glossis ex Suda petendum, qui nihil aliud in farragine illa sua inculcat, quam quae ex Aristoph. interprete accepit. v. Plutum fabulam [1110.] et Erasmum in Adagiis [p. m. 281.]: *Lingua seorsum inciditur*. Interpres Apollonii Rhod. [Argon. I, 516.] allegoricam rationem edit, quare linguae Mercurio sacrae. *Fl. Chr.*

1058. *ἡ γλῶττα χωρὶς τ.* Ad hunc morem sacrificiorum alludit in Avv. 1701. *κἀπὸ τῶν ἐγγλωττογαστόρων κείνων — ἡ γλῶττα χωρὶς* — Item in Plut. 1111. *ἡ γλῶττα τῷ κήρυκι τούτων τέμνεται*. *Bergl.*

1059. *Ἀλλ' οἶσθ' ὃ δρᾶσον.* Imperatiuus hic videtur esse pro Indicatiuo, quod Atticum esse adnotat Corinthus [Gregor. Cor. de dial. p. 17. s. Schaef.] ex Euripidis Hecuba [Polyido]. Sed non male legatur *δράσων*. Sic enim Sophocles: *οἶσθ' ὡς ποιήσων* in Oedipo Rege *d*). Sic noster Comicus in Avv.: *οἶσθ' οὖν ὃ δράσων e*). Genus loquendi frequens Euripidi. Sic Latini: *scis quid facturus*. Caeterum neque male haec potius loquitur Trygaeus, et *νῦν* fortassis melius quam *νῷν* [1060.]. Adhuc ambigo. *Fl. Chr.* Mutandae, vt in versione feci, personae. *Bergl.* Vt hic aliisque in impressis omnibus, ita etiam in binis codd. distinctae sunt personae pessimum ad modum. Eas e manifesta loci sententia in ordinem optime restituit in versione Berglerus, quod serius animaduerti, tumque primum, quum eius versione vsus sum, textu iam typis descripto. Sic igitur locus hic constituendus est *f*):

Ἱερ. *ἡ γλῶττα χωρὶς τέμνεται.* *Τρυ.* *μεμνήσθω.*

---

d) V. 542. (al. 551.) sed ibi nunc recte *ποίησον* legitur. vidd. Brunck. et Erfurdt.

e) Sed et ibi v. 54. recte nunc: *ἀλλ' οἶσθ' ὃ δρᾶσον.*

f) Perperam obloquutus est Invern.

ἀλλ' οἶσθ' ὃ δρᾶσον; Ἱερ. ἢν φράσῃς. Τρυ. μὴ διαλέγου τῷν μηδέν· Εἰρήνῃ γὰρ ἱερᾷ θύομεν.
In binis codd. ſcriptum *ἱερᾷ*, non vt vulgo *ἱερά*. *Sanctae Paci ſacra facimus. Brunck.*

1061. *ὦ μέλεοι.* Ita incipit oraculum Athenienſibus datum ſub aduentum Xerxis, apud Herod. in Polymnia [VII.] c. 140. [vbi cf. Valcken.]. *Bergl.*

ἐς κεφαλὴν σοι. Deprecatur in illius caput et haec eſt apud Graecos deprecandi vulgaris forma. Alludit autem ad verba exſecrationis, quae habes apud Herod. Euterpe [II, 39.]. Nam Aegyptii ſacrificantes ſi quid vel ſibi vel ipſi Aegypto mali portendebatur, *vertatur*, aiebant, *in caput victimae*, *ἐς κεφαλὴν ταύτην τραπέσθαι.* Apud Homerum in vini libatione deprecationem habemus. *Fl. Chr.* Vide ad Plut. 546. vbi ego etiam obſeruaui, ab iſto ritu hanc formulam manaſſe. *Bergl.*

1064. *αἰβοῖ, βοῖ.* Sic optime ſcriptum in A. Vulgo *αἰβοῖ, αἰβοῖ*, peſſumdato, ob redundantem ſyllabam, verſu. *Brunck.* Interiectio hic eſt *θαυμαστική*, vt quidem puto. Nam quamuis ſaepe ſit *σχετλιαστικὴ* et pro *οἴμοι* vſurpetur, imo etiam laetantis, vt in Auium dramate, tamen etiam *τάττεται ἐπὶ θαυμαστοῦ*, teſte Heſychio. Miror autem graecum Scholiaſtam notare, hic eſſe parepigraphen, quum ipſa aliud ſit, et interiectio potius, ſine qua verſus modulis ſuis conſtat. At hic non item, vt verear, ne olim exſcriptor acceperit *παρεπιγραφὴν ἀντὶ τοῦ ἐπιῤῥήματος.* Videtur autem haec interiectio ex duabus compoſita *αἶ* et *οἶ* additumque *β*; nam *αἶ* et *οἶ* in *οἴμοι*, ſunt *ah* et *heu*, vel fortasſis quia *β* antiquum ſimile erat *τῷ μ* decurtato: fuerat olim *αἴμοι*, quod idem eſt cum *οἴμοι.* Iudicent literati viri, neque vitio vortant, ſi fortean offendimus in his minutiis. *Fl. Chr.* *ἤσθην χαρ. πιθ.* Quia epitheton leónum ſimiis impoſuit. *Bergl.*

1065. *κέπφοι.* Non putat graecus ſcholiaſtes, *τρήρωνες* epitheton eſſe *τοῦ κέπφοι*, ſed abſolute dictum, vt ſit ſenſus: *ita leues et futiles eſtis, vt tanquam columbae ſimplices vulpibus doloſis fidem habeatis.* Sed videtur *κέπφοι* epitheti eſſe loco pro *κοῦφοι.* Nam ab

illis auibus leuisſimis dicuntur homines leues et futiles κοῦφοι et κέμφοι (κέπφοι). Eſt autem κέπφος animalculum εὐήθες et εὐτελὲς (vtraque enim lectio apud Grammaticos reperitur, neque hanc in illam muto; nam et ſimplex eſt auicula et vilis nulliusque fere commendationis e mari victitans et ſpumas eſitans, caeterum plumoſo admodum corpore ſed carne ſtrigoſa et quaſi oſſea. Eam aiunt, dum parturit, clamore littora implere, vnde prouerbium κέπφος ὠδίνει, quod dictum de magnis promiſſoribus nihilque adferentibus dignum tanto hiatu *g*). Quale illud: *parturient montes*, quod Tarches rex Aegypti [Tachos] illudens Ageſilao, qui paruus erat et auxilio illi venerat, vſurpauerat per anapaeſticos *h*): ὤδινεν ὄρος, Ζεὺς ἐφοβεῖτο, τὸ δ' ἔτικτεν μῦν, quod ſcomma non impune acceptum ab Ageſilao. Putem autem (ſi huius auiculae etymon rimari etiam mihi liceat) dictum κέπφον, quaſi κύοντα ἐν φωνῇ. De Ceppho Aratus in Prognoſticis [916.], meminit et Nicander, et vero Callimachus in Iambis [Fr. 81.]. Sed mirum quantum disſident et veteres et recentiores in interpretatione huius vocis. Nam alii *mergum*, quidam *fulicam*, non nemo *ardeam i*). Sunt et qui confundant αἴθυιαν cum laro et gauia. Mihi gauia videtur eſſe καύηξ et indidem origo vocis, ſiue, quia καῦρος i. e. κοῦφος per epentheſin τοῦ κ, ab aura, ſiue ἀπὸ τῆς κάβης, i. e. τροφῆς (vnde κάπτειν) eſt enim vorax et ἀδηφάγος. Larus autem dicta vel quia λάλος (eſt enim clamoſa) vel quaſi λάβρος, ab impetu vorandi. Qua ratione αἴθυια dici potuit; nam et Eryſichthon dictus αἴθων ab ardente fame: etſi quidam a calore αἴθυιαν ἐτυμολογοῦσι. Sunt enim gauiae aliae albae, aliae fuſcae; et ardeam fortasſis eadem ratione dictam non inepte

g) ὦ κέπφοι. Prouerbialiter de ſtolidis, quia talis eſt auis illa. Sic Plut. 913. ὦ κέπφε. Ab hac aue eſt etiam prouerbium κέπφος ὠδίνει, vt hic in Pace notat Schol. V. Eraſmum [p. m. 749.]. *Bergl.*

h) Ita refert Athen. XIV. p. 233. T. V. Schw. ſed Plutarch. Ages. 36. (vbi v. Intpp.) Aegyptiis ſcomma illud tribuit.

i) v. Camus ad Ariſtot. H. A. T. II. p. 333. qui fulicam (poule d'eau) eſſe vult; Schneider. ad eundem Ariſtot. T. III. p. 161. procellariam pelagicam intelligit.

exiſtimamus ab ardore, quamuis alii quaſi arduam, *ἀπὸ τοῦ ἀέρα δύειν*, quod alte volat. Vulgus Graecorum *κέπφον* hodieque vocant *λοῦφα*, ſane detortum ex *κοῦφα*; nos Galli fulicam, *foulque*, inuerſe fortasſis, quaſi *coufe*, i. e. *κούφη*. *Fl. Chr.*

ἀλωπεκιδεῦσι. Sic bini codd. et priſcae edd., recte. Neſcio vnde in recentiores venerit *ἀλωπεκίδεσσι*. Sincera forma eſt *ἀλωπεκιδεὺς*, vt *πελαργιδεὺς* Av. 1356. *περιστεριδεὺς* ap. Suid. in *Χαιριδεῖς*. Vide Valckenar. in Annot. ad Theocr. Adon. 121. *Brunck.*

1066. *ὧν δόλιαι ψυχαί*. A doloſa et vulpina mente male audiebant Lacedaemonii. Nam et Euripides Andromacha 447. *Σπάρτης ἔνοικοι δόλια βουλευτήρια, Spartae incolae doloſa conciliabula. Fl. Chr.* Lacedaemonii intelliguntur, quorum pacem ſemper ſuſpectam habebant Athenienſes. Supra 216. *κἂν ἔλθοιεν οἱ Λάκωνες εἰρήνης πέρι, ἐλέγετ' ἂν ὑμεῖς εὐθὺς, Ἐξαπατώμεθα νὴ τὴν Ἀθηνᾶν, νὴ Δί', οὐχὶ πειστέον.* In Lyſiſtr. 631. *καὶ διαλλάττειν πρὸς ἡμᾶς ἄνδρασι Λακωνικοῖς, οἷσιν πιστὸν οὐδὲν, εἰ μήπερ λύκῳ κεχηνότι.* De iſtis Eurip. in Androm. *Σπάρτης κ. τ. λ.* quem locum citaui ſupra ad v. 722. *Bergl.*

1067. (1069. K.) *οὑτωσὶ θερμὸς* — nempe vt caro iſta, quae aſſatur. *Bergl.*

1068. (1070. K.) Inter hariolos et *χρησμολόγους* principem olim locum obtinuit *Bacis k*). Fuerunt autem tres Bacides, quod et Aelianus confirmat in Var. Hiſt. [XII, 35.]. Antiquisſimus ex Eleone Boeotica, ſecundus ex Attica, tertius ex Arcadiae ciuitate Capua, qui et Cydas dictus et *ἀλήτης* i. e. erro, vt ait Philetas Epheſius: vbi mendoſus fortasſis graecus Scholiaſtes. Nam *χύδας* melius legeretur pro *κύδας*, vt ſit quaſi *χυδαῖος*, qui eſt veluti *ἀλήτης*. Theopompum aiunt l. IX. Philippicarum de hoc Bacide multa mira retuliſſe, praecipueque, purgaſſe eum Lacedaemoniorum mulieres ex Apollinis numine, qui hunc illis purgatorem dicit. Ab hoc Bacide *χρησμολόγῳ* reſponſum olim eſt

---

k) Bacidis oraculorum meminit in Eqq. 123. et 998. item in Avv. 963. *Bergl.*

Aesopo, fabularum scriptori de diuitiis oraculum roganti:

ἀλλ' ὅταν οἰκήσωσι λυκοὶ πολιαί τε κορῶναι
ἐν ταυτῷ, τὸ μεταξὺ Κορίνθου καὶ Σικυῶνος etc.

Fuit autem etiam Bacis epitheton Pisistrati. Meminit Bacidos *χρησμῳδοῦ* et Plato in Theage [c. V. p. 204. T. I. Lips.]. *Fl. Chr.*

1070. *ἐξώλης ἀπόλοι'.* Eurip. Mede. 277. *πανώλης ἡ τάλαιν' ἀπόλλυμαι* (prorsus perii misera). *Bergl.*

1074. (1076. K.) *λύκος οἶν ὑμ.* Apud Sudam [Suid.] prouerbium habes: *λύκος ὄϊν ποιμανεῖ* de re impossibili *l*), secundum illud:

ὡς οὐκ ἔστι λέουσι καὶ ἀνδράσιν ὅρκια πιστὰ
οὐδὲ λύκοι τε καὶ ἄνδρες ὁμόφρονα θυμὸν ἔχουσι."

Fl. Chr.

1076. (1077. K.] *ἕως ἡ* [vt Br. ed.]. Sic scriptum oportuit, non, vt vulgo, *ὡς ἡ* — Nullibi *ὡς* adhibetur pro *ἕως*, *dum*, *donec*, *quamdiu*. Apud Hom. Il. *ὁ*, 539. *ἕως ὁ τῷ πολέμιζε μένων, ἔτι δ' ἥλπετο νίκην.* Eodem modo heroicis priscis poëtis *ἕως ἡ* pes erat spondeus, coalitis in vnam duabus primis syllabis. *Brunck.* Recte *ὡς* (quemadmodum) tuitus est Inu., quod refertur ad *πῶς* in anteced. versu, quem primus e Rav. recepit.

σφονδύλη m) genus est *τίφης* vel *σίλφης* hirudini simile sed mali odoris. Proinde et *σίλφιον* planta est graueolens perinde atque Assa teste Aretaeo, quod ego miror, cum antiquis fuerit suaue spirans. Apud Hesychium habes: *σφονδύλη, ὅμοιόν τι φασὶ σαλαφίῳ εἶναι,*

---

l) *Ante lupus sibi iunget ouem.* De his inter quos insanabile dissidium. Consimili figura dixit Horatius [Od. I, 33, 7.] sed prius Appulis iungentur capreae lupis. Erasmus [Adag. p. m. 291.]." *Bergl.*

m) Insectum esse foetidum apparet. *φεύγουσα* dicit, quia vult docere, non esse festinandum. Caeterum obseruandum, quae dixit Scholiastes: *incipit autem obscure loqui, inuitans sortilegos in obliquitate oraculorum. Bergl.* Vtrum, quod hic memoratur, insectum idem sit cum *σφονδύλη* s. *σπονδύλη* ap. Aristot., dubitatur (v. Camus ad Arist. H. A. II. 780.), nec magis consentiunt, quodnam genus sit (gryllotalpa an larua scarabaei melolonthae, an blattarum species, v. Schneid. ad Arist. H. A. III, 275. s.)

ὀσμὴν 'φαύλην ποιούμενον, εἴ τις ἅψεται αὐτῆς. Nefcio an aufim emendare: σίλφη ζωΰφίῳ, vel σιλφίῳ. Sane enim quid fit σαλάφιον, iuxta fcio cum imperitisfimis. Incipit autem hic oraculorum more res obfcuras et φορτικὰς blatterare. *Fl. Chr.* πονηρότατον βδεῖ. Hirudini fimilis eft ἡ σφονδύλη. Hirudo autem βδέλλα, fortasfis quia πονηρότατον βδεῖ. Quamquam Grammatici quafi βδάλουσαν, i. e. ἀμέλγουσαν τὸ αἷμα dixerint, vt Nicander: καὶ συνέβδελμαι ἑὸν γλάγος.

1077. χὠ κώθων ἀκαλανθίς. Acalanthidem alii auem *n*), quae et ἀκανθὶς, qui βασιλικὸς, Gallis *roytelet*, quae et ἀκανθυλλὶς et ἀστραγαλῖνος, et *carduelis* vet. Gloffario. Alii canem faciunt, aut nomen nobilis canis. Sane Hefychius vtrumque exponit, et celerem canem et auiculam. Vox autem κώδων pro epitheto eft. Nam vel canem intelligit rictantem et vlulantem acute inftar tubae vel tintinnabuli, vel clamofam auem. Neque vero nimis anxie haec veftiganda, quum de induftria Comicus ineptum hunc βωμολόχον inducat obfcura et fibi ipfi incognita effutientem. *Fl. Chr.* Tintinnabulum vocat canem ob latratum. Nomen ἀκαλανθὶς ab αἰκάλλειν *adulari*, deriuat Schol. ad Av. 873. vbi citat locum praefentem. *Bergl.* ἐπειγ. τυφλὰ τίκτει. Nullum animal praeter canem fertur ex feftinatione caecos fetus edere. Rationem adfert Erafmus in Adagiis [p. m. 259. vbi et hic locus tractatur]. Profecto canem potius effe putem ἀκαλανθίδα, cum Hefychius dicat effe ταχεῖαν κύνα. Antiqui celeriter natos olim vocabant *Numerios* et *Numeriam* deam propterea indigitabant. Nam numero aliquid fieri dicebant, cum cito fiebat. *Fl. Chr.*

1080. (1081. K.) διακαυνιάσαι. Verbum licenter et facete nouauit *o*). Eft autem κληρωθῆναι *forte duci*. Nam καῦνος eft κλῆρος, vt alibi dixit: πόσος ἐσθ' ὁ καῦνος; etiam Cratinus Pityna: ἀπὸ προτέρου τὸν καῦνον

---

n) v. ad Av. 871. Sunt qui vocabb. ἀκανθὶς et ἀκανθυλλὶς discernant. v. Camus ad Ariftot. H. A. II. 520. et 767. f.

o) A καῦνος i. e. κλῆρος, *fors*, vt inquit Schol. *Bergl.* Hefych. διακληρώσασθαι. καννὸς γὰρ ὁ κλῆρος. Vide Intpp. ad mendofam gloffam διακαυκανιάσαι. *Brunck.* Add. Zonar. II. 512.

ἀριθμήσεις i. e. *forticulam, πάλον.* Sic et *κυαμεύειν* dicebant. Iuit autem in prouerbium *Caunius amor*, de iis, qui infelicem amorem fortiti funt, quia Byblis, cum fratrem Caunum perdite amaret repulfamque a cafto iuuene tulifſet, fibi ipfa manus intulit. Ab illo Caunus dicta Cariae infula, quae olim morbofa fuit: v. de citharoedus Strabonicus, cum incolas videret male habitos et morbum iurantes, dixit falfe et venufte: *οἵηπερ φύλλων γενεὴ τοιήδε καὶ ἀνδρῶν.* Tamen videntur olim fuiffe inde commendabiles ficus. Sed ille, qui *Cauneas* cum audiuiffet, accepit *ὁμωνυμίαν* vocis contractae et putauit fibi dici: *caue ne eas*; peftilentem fortasfis eius gentis regionem innuebat. *Fl. Chr.*

1082. *σπεισαμένους.* Me nolente et imprudente fic excufum fuit. Repone vt eft in libris omnibus *σπεισαμένοις. Brunck.* Reliquit tamen *σπ—νους* Inv. in textis, fed de cod. lectione nihil monuit.

1082. *Οὔποτε διδάξεις.* Alludit ad fabulam Aefopicam, quo etiam Bafilius in epift. quadam: *μηδὲ βιάζου τὸν κάλαμον λοξὰ βαδίζειν, ὥςπερ τὸν παρ᾽ Αἰσώπῳ καρκίνον. Bergl.* Eft fab. Aefop. 205. collect. Furiae, qui et ipfe locum Bafil. ex ep. ad Calligraphum attulit.

1083. Harioli et arufpices habebant victum ex publico, vt habuit Lampon; fed praecipue belli tempore. Nam eorum tunc vfus erat maximus. Itaque non mirum, fi Hierocles ifte pacem auerfatur. *Fl. Chr.* Scholia: Sacrilegos victum habuiffe publicum in Prytaneo, patet exemplo Lamponis, cui is honos habitus. Vult itaque Comicus dicere: non amplius erit bellum. Nam ifte nihil accipiebat amplius e publico nifi belli tempore: tunc enim eft vfus aliquis vatum. Vid. etiam ad Nub. 331. *Bergl.*

Discrimen, quod inter formulas *τοῦ λοιποῦ* et *τὸ λοιπὸν* intereft, ita, h. l. laudato, explicuit Herm. ad Viger. p. 756. vt illud repetitionem eiusdem facti reliquo tempore, hoc continuum et perpetuum tempus indicet.

1089 (1090. K.) Verfus Homerici. *Bergl.* Ex variis locis haec conflata funt. Nam *ἀπωσάμενοι* occurrit Il. XVI, 301. *νέφος πολέμοιο* XVII. 243. *σπένδειν δεπάεσσιν*

Od. VII, 137. reliqua Il. I, 467. ſs. aliisue locis. Scribendum autem: ὥς (non ὡς) οἱ μ. — V. praeced. ed. Fl. Chr. ὥςπερ ſed in marg. γρ. ὅνπερ —

1093. κώθων vel κύαθος aut κύττος, ſecundum Heſychium, genus eſt poculi Laconici teſtacei monotae i. vnicam anſam habentis: vocatur etiam ἐρισκὸν πλυτάριον. Sumitur etiam ἐπὶ τοῦ ἀτάκτου et μεθύσου, vnde κωθωνίζων. Puto ego κώθωνα et κυλίχνην, quae *culigna* eſt, non multum differre. *Fl. Chr.* Cf. Eqq. 604.

1094. οὐ γὰρ ταῦτ' εἶπε Σίβυλλα. Sapit hoc proverbium. Et Chryſoſtomus dixit: οὐδ' ἂν ἀληθέστερα εἴπω τῶν Σιβύλλης ἢ Βάκιδος. *Fl. Chr.*

1096. Ἀφρήτωρ etc. Ariſtot. Polit. I. [c. 1. p. 8. Schneid. al. c. 2.]. *Bergl.* Verſus ſunt Homeri ex Il. ι, 63. 64. *Brunck.* Verſus ſaepius laudati et verſi. v. Heyn. ad Hom. T. V. p. 536.

1098. ſ. μή πως — μάρψῃ. Male haec vertit BergLerus: *ne dolo aliquo mentem tuam decipiens te miluius prehendat.* Nempe conſtructionem ſic inſtituebat: μήπως σε ἴκτινος μάρψῃ, φρένας ἐξαπατήσας δόλῳ. At vero ordo eſt: μήπως σε ἐξαπατήσας φρένας δόλῳ ἴκτινος μάρψῃ — Quid? τὰ σπλάγχνα, de quibus eſt ſermo *p*). Prodigioſum, ſi miluus Trygaeum vnguibus prehenſum abrepturus fuiſſet. ἐξαπατήσας σε φρένας eſt pro, ἐξαπ. σου φρένας. Elegantis huius conſtructionis exempla apud quosuis poëtas obuia. Noſter Av. 497. καὶ λωποδύτης παίει ῥοπάλῳ με τὸ νῶτον. 985. — χρὴ τύπτειν αὐτὸν πλευρῶν τὸ μεταξύ. Ach. 1029. ὑπάλειψον εἰρήνῃ με τὠφθαλμὼ ταχύ. Vid. quae notauimus ad Aeſch. S. Th. 836. Ceterum poſt μάρψῃ punctum, quod eſt ſignum abſolutae ſententiae, poni non debuit. Imperfectus enim eſt Hieroclis ſermo, quem perculſus his vocibus ἴκτινος μάρψῃ Trygaeus abrumpit. In verſione [Brunck.] etiam nomen *exta* poni non debuit. *Vide ne dolo aliquo mentem tuam decipiens miluus, corripiat* — Tr. *iſtuc tu caue. Brunck.*

---

p) In Avv. 892. οὐχ ὁρᾷς ὅτι ἴκτινος εἰς ἂν τοῦτό γ' οἴχοιτ' ἁρπάσας, vbi etiam de ſacrificiis eſt ſermo. Nempe aues rapaces inſidiabantur altaribus ſubdialibus. *Bergl.*

1099. σὺ φ. Alloquitur famulum.

1103. σπονδὴ, σπ. His verbis initium libationis denunciat. βαλανεύσω eſt, interpretibus Grammaticis antiquis (v. Zonar. I, 378.) i. q. διακονήσω. Sine interpretatione affert AntiAtticiſta (Bekkeri Anecd. Gr. I, 84.) vbi (vt in Zon.) ἐμαυτὸν pro ἐμαυτῷ.

1105. ἀλλ' οὔπω — Verba Hieroclis ſupra 1073. in ipſum vertit. *Bergl.*

1107. Dum libatur, has preces Trygaeus facit.

1108. τὴν γλῶτταν. *Linguam victimae. Bergl.*

1109. σπονδή. Imitatur Hierocles Trygaeum et ſibi quoque initium libationis fieri (h. e. vinum dari) vult. Verba, quae ſequuntur, ad famulum dicit Trygaeus. ταυτὶ haud dubie ſunt exta.

1111. (1112. Br.) Scribendum hic, vt ſupra 1076. (1074.) q) πρίν κεν λύκος οἶν ὑμεναιοῖ. Sic liquido ſcriptum eſt in B. cum leui tamen in accentu menda πρὶν κὲν — Satis temere, ne grauius dicam, auctor Doctrinae Particc. p. 1099. r) Deuarium reprehendit, vere asſerentem πρὶν ἂν cum Subiunctiuo ſemper conſtrui; quod ille vt falſum eſſe euincat, priorem illum adducit Comici verſum, in quo ὑμεναιοῖ optatiuum eſſe ait. Neſcio quibus graecae linguae rudimentis optimus ille vir eruditus fuerit: at ego, qui Clenardi Inſtitutionibus, Caninii Hellenismo, Welleri Grammatica vſus ſum, vbique vidi ſubiunctiui verborum in όω ſeu tertiae coniugationis contractorum, ſecundam et tertiam ſingularem contrahi in οῖ· χρυσόῃς, χρυσοῖς· χρυσόῃ, χρυσοῖ. Proinde ὑμεναιόῃ, ὑμεναιοῖ. Aliud itaque exemplum quaerat, quo Deuarium, virum graece doctissimum, erroris arguat. *Brunck.* in Suppl.

1113. Οὐ γὰρ — Hoc etiam Hierocles dixit ſupra 1081. *Bergl.*

1114. Haec ad ſpectatores conuerſus dixit Trygaeus, quos iubet vna extis veſci (συσπλαγχνεύειν).

---

q) Sunt verba Hieroclis v. 1076. *Bergl.*

r) P. 543. ed. Schütz. qui non emendauit, ſed Hermann. ad Viger. p. 442. ſ.

1115. τὴν Σίβ. ἔσθιε. Quia dixerat (1094.): οὐ γὰρ ταυτ᾽ εἶπε Σίβυλλα. *Bergl.*

1117. Euphanes Comicus ap. Athen. VIII. p. 343. τίς ἐκ μέσου τὰ θερμὰ δεινὸς ἁρπάσαι (quis tam eſt ſolers, vt e medio rapiat feruentes cibos?). *Bergl.*

1118. παῖ᾽, παῖε, παῖε τ. β. Sic optime Daweſius [Miſc. Crit. p. 280.]. Excidit in libris omnibus prima huius verſus ſyllaba. *Brunck.* Legebatur enim vulgo: παῖε, παῖε τ. β. *s*). Sed optima eſt cod. Rav. lectio. Dicit haec Trygaeus ad famulum, dum Hierocles rapit exta.

Βάκιν. Ita vocat Hieroclem, quia Bacidis oracula iactabat aſſidue. Simile eſt illud: παῖε, παῖε τὸν Διὸς Κόρινθον, de quo Scholia ad Ran. 442. τῶν Μεγαρέων ἀποστάντων Κορινθίων ἀπεστάλη κῆρυξ πολλάκις λέγων, ὅτι οὐκ ἀνέξεται ὑμῶν ὁ Διὸς Κόρινθος· ἐπέμενέ τε οὖν αὐτὰ λέγων· οἱ δὲ Μεγαρῆς — εἰς ὀργὴν τραπέντες ἔλεγον· παῖε, παῖε, τὸν Διὸς Κόρινθον· καὶ παροιμία ἐλέχθη ἐπὶ ταυτολογούντων ἀεὶ καὶ τα αὐτὰ πραττόντων. *Bergl.* μαρτύρομαι. Scil. ἐμὲ παιόμενον. Cf. Ran. 531.

1120. ἐπέχων. In Eccl. 318. ἐπεῖχε κρούων. Lys. 493. οἱ ἐπέχοντες ταῖς ἀρχαῖς. *Bergl.*

1121. (1122. Br.) τουτονὶ eumdem haruſpicem notat, ipſum Hieroclem. Neſcio quid Berglerus *t*) de alio ſacerdote Hieroclem comitante ſomniauerit, fretus loco in *Ranis* peſſime ab interpretibus accepto aliisque aliarum fabularum locis, in quibus compellantur

s) Hi duo verſus [neſcio quis alter ſit? v. Dawes. l. l.] videntur eſſe trochaici catalectici; tamen tanquam iambicos verti et putaui aut σὺ addendum, aut legendum, vt mox poſtea, παῖ᾽ αὐτὸν etc. Bacin autem vocat, qui Bacidem aemulatur et oracula vana deblaterat. *Fl. Chr.*

t) *Bergleri* nota ad v. 1123. (1124.) haec eſt: „Videtur ſacerdos aliquis adſuiſſe κατὰ τὸ σιωπώμενον, vt in Ran. 297. ἱερεῦ, διαφύλαξόν με. Nam ibi etiam nusquam alias apparet, adfuiſſe ſacerdotem: ſic etiam in Avv. 658. ſeruos compellat, quos nemo antea putaſſet adſuiſſe. Iſte itaque ſacerdos pelles quasdam videtur habuiſſe, nempe quas ex ſacrificiis alicubi acceperat; pelles enim victimarum ſacerdotibus cedebant. v. ad Plut. 1180. Has pelles iubet eum deponere. Florens putat Hieroclem vatem hic vocari θυηπόλον, cui nolo repugnare nimis."

famuli, *quos nemo antea putaſſet adfuiſſe.* Nimirum quia perſonae mutae ſunt, eorum in perſonarum ſyllabo mentio facta non fuit; ſed per ſe ſatis intelligitur, eos in ſcena adfuiſſe. Hic vero nullus alius eſt in ſcena ſacrificus praeter Hieroclem, qui prodierat pellibus aliquot inuolutus, quas nempe e ſacris, quibus eodem die praefuiſſe fingitur, abſtulerat, iuxta morem ad Thesm. 758. et Pl. 1185. obſeruatum. *Brunck.*

1122. *ἐκβολβιῶ.* Translatum a cepis et bulbis, qui, vt legantur, effodiuntur. Dixit ergo *ebulbitare* pro effodere. *Fl. Chr.* (e Scholiis, addit *Bergl.*)

2123. *Οὐ καταβαλεῖς.* Puto poſitum pro, *οὐκ ἐκκαταβαλεῖς*, per aphaereſin *τοῦ ε.* Per *θυηπόλον* autem aruſpicem intelligit. Is enim eſt, qui exta curat, vt augur eſt auſpiciorum. *Fl. Chr.*

1124. Verſus hic laudatur ab Aeſch. Schol. in Sept. Theb. ad locum illum [105.] *κτύπον δέδορκα.* Notat enim illic translatos eſſe ſenſus remotiores ad praeſentiores, quia dictum illud *δέδορκα*, non *ἤκουσα*; hic contra *ἤκουσας* pro *δέδορκας* v). *Oreus* x), opidum Euboeae, quod Athenienſes in totius Euboeae defectione etiam tenuerunt, cum res eorum afflictae et proſtratae eſſent a victoribus Peloponnenſibus, vt videre eſt apud Thucyd. VIII. *Ξυγγρ.* [c. 95.] Olim quidem eo cum Chalcidenſibus et Megarenſibus exercitum duxerant ipſi Athenienſes ibique Philiſtidem tyrannum interfecerant Oritasque in libertatem asſeruerant. Sed ſub belli Peloponnes. finem magnam cladem acceperunt, amisſis 25. nauibus et plurimis occidione occiſis, pluribus captis; vnde Piraeo nauali multum metuebant et de Alcibiade reuocando ſtatuerunt. Huc videtur adludere hic hariolus et, cum corui mentionem iniicit, pugnam et cladem rurſus portendere. *Fl. Chr.*

1125. *ἀποπετήσει.* Quaſi ipſe ſit coruus ille. Elymnium autem dicitur eſſe locus in Euboea, in qua etiam erat Oreum, vnde Hierocles erat. *Bergl.* *Ἐλύμνιον* locus eſt prope Euboeam, auctore Calliſtrato.

v) Cf. Abreſch. Anim. ad Aeſch. I. p. 2.

x) Vnde erat ipſe Hierocles, v. 1046. (1048.). *Bergl.*

Apollonius templum facit, quod νυμφικὸν quidam vocant, quia Iupiter illic Iunonem — Vnde Theocritus [Id. XV, 64.] πάντα γυναῖκες ἴσαντι καὶ ὡς Ζεὺς ἀγάγεθ' Ἥραν· quod mihi prouerbiale videtur, etsi magnum de hoc apud Paroemiographos silentium. Meminit Sophocles qui ait: πρὸς πέτραις Ἐλυμνίαις. Et in Nauplio: νυμφικὸν Ἐλύμνιον. Stephanus [Byz. p. 343. ed. Berk.] insulam facit Euboeae quae opidum habeat, feminino genere Ἐλυμνίαν etiam indigitat. *Fl. Chr.*

1126. Particula γ', quae vulg. deerat, e Rav. inserta, vi caret.

1127. τυροῦ τε καὶ κρομμύων. Qui est cibus militum. Intelligit autem per haec bellum. *Bergl.* κράνος autem cassidem indicat, atque hinc pro armis omnino dicitur. v. Ran. 1038.

1130. (1131. K.) Ex Schol. legerem πρὸς τὸ πῦρ et dimetrum trochaicum facerem y), nisi doctior aliquis cum ratione contra pertendat. *Fl. Chr.* διέλκων. Aristophanes ἐν Γεωργοῖς apud Stobaeum 53. Εἰρήνη βαθύπλουτε καὶ ζευγάριον βοϊκόν· εἰ γαρ ἐμοὶ παυσαμένῳ τοῦ πολέμου γένοιτο σκάψαντ' ἀποκλάσαι, καὶ λουσαμένῳ διελκύσαι τῆς τρυγός (vtinam — liceat — *loto potare mustum*). Sic et simplex verbum de *exhauriendis* poculis vsurpatur in Eqq. 107. ἕλχ' ἕλκε τὴν τοῦ δαίμονος τοῦ Πραμνίου, vbi v. Not. Vide et ad Alciphr. [I, 22. p. 123. Wagn.]. *Bergl.* Add. Toup. Emm. in Suid. II. p. 343. qui ἕλκειν docet esse trop. potare, διέλκειν *certare potando*, etiam v. φιληδεῖν, *delectari*, illustrat.

1131. μετ' ἀνδρῶν. Malim reponere ἄλλων. *Fl. Chr.* ἑταίρων. Sic bini Codd. recte, et ad sensum, et ad

---

y) Nempe vulg. ita descripti sunt versus:
ἀλλὰ πρὸς πῦρ διέλκων
μετ' ἀ. — φίλων.
Ad primum versum syllabas μετ' ἄν- reduxit Rav. Hermannus de Metr. p. 360. dimetros paeonicos ita scribit:
ἀλλα προς πυρ διελ-
κών μετ' ἀνδρων εται-
ρών φιλων, συγκεας
τών ξυλων ἀττ' αν ῃ
δάνοτατα του θερους
ἐκπεπρισμένα.

metrum, vt ex collatione antiſtrophici verſus 1164. liquet. Perperam vulgo *ἑτέρων. Brunck.*

1152. *οὐκ ἐᾷς* [vt vulg. erat] *τῶν ξύλων.* Nullum ex his verbis bonum ſenſum venari poſſum, cumque diutius me torſiſſet hic locus, conquiſiui qua potui exemplaria manu ſcripta. Atque adeo cum aditus mihi patuiſſet in bibliothecam Mediceam, quae Pariſiis eſt, quamque ſub Reginae matris praeſtantisſimae heroinae auſpiciis et ſtipendiis diligenti cuſtodia tanquam vigil draco mala aurea tuetur et ſeruat vir doctus et optimus Bellebranchaeus antiſtes, incidi in exemplaria vetuſta duo, ſed incertior inde discesſi, quam eram. Nam lectionem hanc deprehendi *οὐκ ἐάσω,* noſtra adhuc peiorem. Scio manu ſcriptos libros magnum adferre has litteras tractantibus auxilium, ſed profecto ſaepe accidit, vt falſas lectiones et corruptas, quas habent plerumque vetuſte ſcripti codices, amplectantur, qui iudicio prauo paruoque lectionis vſu praediti accedunt ad veteres illas tabulas et quaſi litterarum naufragia. Hoc eo dico, quia in hoc quaſi funambulo iuuentus noſtra hodie tota fere occupatur, et ſunt qui ex manuſcriptis ſuis tantummodo ſapere ſe poſtulent, nomenque docti ex aliorum commendatione, quibus libros ſuos vltro commodant, aucupantur, ipſi vix grammaticalibus principiis imbuti venditant nobis manuſcriptiones, et quamuis ſint audacisſima inſcitiae mancipia, impudentibus tamen vindiciis emancipari geſtiunt litterarumque fontes ſe habere autumant, ipſi pumicibus et ſpongiis expresſis ſicciores et inaniores; ac denique in diſciplinarum cenſu asſidui eſſe volunt, licet pauperes proletarii aut etiam capite cenſi. Hoc ineptum genus hominum inſolentium et *ἀλαζόνων* quantum mihi displiceret, non potui quin huic chartae committerem, tum vt iuniores ab exemplo et eiusmodi *κακοζηλίᾳ,* ſi poſſem, auerterem, tum vt animo tandem morem gererem meo, indignitate etiam permotus, cum meminerim ſciolum quemdam ex iſta gente, poſthac mihi grauius appellandum, etiam doctisſimo viro, Hadriano Turnebo, olim ita impoſuiſſe, vt a ſimplicisſimo viro vereque Romano poenitenda elogia extorſerit. Sed de his alias. Ne lectorem pluribus morer, manuſcriptionis auxilio deſtitutus confugi ad coniecturam, quae

mihi hic visa est εὐστοχωτάτη, et acie mentis recte collineasse. Ex tribus verbis οὐκ ἐᾷς τῶν, quae male distracta erant, feci εὐκεαστῶν, quod epitheton est τῶν ξύλων. Mutaui tantum priorem litteram ο in ε, qui facilis et frequens lapsus z). Nam ε maiusculum, in semicirculi formam ab antiquis designatum, fefellerit exscriptorem. Quomodo in epistola quadam Aristaeneti [I, 18.] ἐπιμελὴς οὐ πρέπον, pro εὐπρεπῶν a). Est autem εὐκεαστὸν, εὔσχιστον (sic corrige Sudam et Hesychium b)), ξηρὸν et εὔκαστον vel εὐκέατον (nam vtrumque dicitur) vt ap. Theocr. sub finem Herculis Leonicidae [XXV, 248.]: ἐρινεοῦ εὐκεάτοιο. Itaque ligna εὐκέαστα sunt κατακαύσιμα, quae Hesychius vocat ἄθνια: quae alii κάγκανα, Latini *cocula*, Sudas [Suid.] κῦλα παλαίθετα. Nam κᾶλον *lignum*, vnde *calones*; vnde καλόπους *pes ligneus*. Et fortassis καλιὰ inde, quasi οἶκος ξύλινος, quin et καλάμην ab eadem origine puto τῆς καύσεως. *Fl. Chr.* Οὐκ ἐᾷς corruptum, vt et alii iam viderunt. Lego ἐκκέας c). Hesych. ἐκκέας· ἐκκαύσας. Ita autem ibi legendum, non ἐκκαίας, vt ordo vocum indicat. Aeschylus in Agam. 858. ἤτοι κέαντες ἢ τεμόντες. Bisetus apud Nostrum legit Εὖ κείας, sed contra metrum, vt ex antistropha apparet. Poterat: Εὖ κέας. *Bergl.* d). Vulgo legitur: οὐκ ἐᾷς τῶν ξύλων, ἅττ' ἂν ᾖ — sine vllo sensu. Pejus in A. si quid pejus esse potest, οὐκ ἐάσω τῶν ξύλων. Manifesta sincerae lectionis vestigia. ΣΥΓΚΕΑΣ ab imperito librario mutatum fuit in ΟΥΚ ΕΑΣ. Certum est scripsisse Comicum vel ἐγκέας vel συγκέας. Hoc, quod praetuli, ad deprauatam lectionem propius accedit. *Comburens ligna aridissima.* De hoc participio v. Pierson. ad Moer. p. 231. Ἐγκέας esset, *in camino vrens.* Hoc fere adsecutum fuisse Berglerum video, qui coniecit ἐκκέας.

---

z) v. Koen. ad Greg. Cor. p. 170.

a) Ita Canterus, Mercerus, aliique emendarunt, v. Pauw. p. 122. et Abresch. p. 45.

b) Ita habet Zonar. II. p. 916. vbi tamen glossa scribitur εὐκέατον.

c) Ita e cod. Rav. edidit Inv.

d) Reiskius coniecit: οὐχ ἑκὰς τῶν ξύλων *haud procul a lignis.*

Vim verbi διέλκειν explicat Toup. ad Suid. III. 285. *Brunck. e*).

1133. δαινότατα [ita in Not. sed in Text. recte δανότατα *f*)]. Hesychius interpretatur densum et vstile: puto quia δαίειν est καίειν *g*). Sed Callimachus dixit [Fr. 289. vbi cf. Ern.] δανὰ ξύλα κεάσαι i. ξηρὰ σχίσαι. Nam et Erotianus Lexico [p. 234. ed. Franz.] notat, sic Hippocratem vsurpasse κεάσαι, i. σχίσαι. Quin Hom. Od. ο, [321. vbi v. Clark.] dixit διά τε ξύλα δανὰ κεάσσαι. Sic enim lego, non, vt vulgo legitur edit. Hervag. p. 180. ἀνακεάσσαι. *Fl. Chr.*

1134. ἐκσεσωρευμένα rectene an secus e scholiis hic reposuerim, alii iudicent. Certe ἐκπεπιεσμένα, quod legebatur, ab Aristoph. profectum non esse, metrum euincit. *Hermann.* de Metr. p. 361.

1135. (1136. K.) Verba κάνθρακ. κ. τ. λ. redduntur: et in carbonibus torrens cicer. Duplex enim voc. ἐρέβινθος vsus ap. Arist. v. Tittm. ad Zon. I. 858.

1136. τήν τε φηγόν. *Antiquam* rusticorum εὐτέλειαν laudat, qui cicere et glande fagina victitabant. Tamen per *legumen* ἐρέβινθον, et per arborem fagum obscoenas partes intelligit. Nam ἐρέβινθος etiam est αἰδοῖον [Nub. 1386.] et βάλανος, quae est in fagis, non recedit ab ea parte. Quin teste Galeno ἐρέβινθος Venerem excitat et semen generat. Ait enim ἐπεγείρει καὶ τὰς πρὸς συνουσίας ὁρμὰς, πεπιστευμένος ἅμα τὸ καὶ σπέρματος εἶναι γεννητικὸς, lib. I. de Alim. [c. 29. T. IV. p. 315 Bas.]. Quo loco distinguerem potius post πεπιστευμένως legeremque aduerbialiter aut delerem τὸ τῷ. Dixit autem ἀνθρακίζειν pro φρύγειν, i. torrere, vnde *fruges*, et similiter addit ἐμπορεύειν, vt scilicet, cum sicca esitauerint, ad bibendum proni sint, vt postea sequitur. *Fl. Chr.*

---

e) In textis ed. Fl. Chr. legitur male Οὐ κεαστῶν, et in marg. γρ. Οὐκ ἐᾷς τῶν. Ap. eundem in marg. 1126. γρ. τετράκις τὸ ἥδομαι.

f) Zonar. I. 470. δανὰ, τὰ ξηρὰ ξύλα — καὶ δανότατον τὸ ξηρότατον. Vbi cf. Tittm.

g) Ea, quae sequuntur, in ed. Par. non leguntur.

1137. (1138.) *χᾶμα τὴν Θρᾶτταν κινῶν.* Verſus hic trochaicus eſt, vel eſſe debet, dimeter catalect., vt antiſtrophicus 1170. At vero claudicat, ſpondeo tertiam ſedem tenente, ſiquidem prima in *κινῶν* longa eſt. Eadem hunc verſum inuaſit corruptela, quam primus obſeruaui in Ran. 543. [546.] vbi pro *κινῶν ὀρχηστρίδ'* ſtatui reponendum eſſe *φιλῶν ὀρχηστρίδ'*. Nec me illius emendationis admodum poenitet. Certum eſt enim *φιλεῖν* eo, quo dixi, ſenſu a Graecis vſurpatum fuiſſe. Sic Latini etiam *amare* adhibent. In Plauti Rud. II, 6, 7. percontanti Sceparnionem lenoni, quanam facie esſent mulierculae, quas in fano Veneris ſedere dixerat, reſpondet ille:

Scitula.
vel ego amare vtramuis posſim, ſi probe appotus fiem.

Quin vero *φιλῶν* hic etiam reponam, obſtat codicis B. ſcriptura, ad quam olim non aduerteram, quamque nunc primum deprehendo. Liquido exhibet *τὴν Θρᾶτταν κυνῶν.* Quum ſaepisſime librarius illius cod. litteras *ι* et *υ* commutarit, quod et plerisque omnibus ſolemne eſt, haud affirmarim in Ran. loco, vbi distincte *κινῶν* ſcripſit, ſcribere etiam *κυνῶν* tum debuiſſe, vt nec ſatis ſcio, an ex errore hic *κυνῶν* ſcripſerit, quum ob oculos habuiſſet *κινῶν.* Vtut iſta ſunt, certum eſt *κινῶν* hic metrum reſpuere, *κυνῶν* vero, *oſculans*, et metro et ſententiae apprime conuenire. Alibi etiam verba illa commutata vidimus. In Acharn. 1209. vbi bene vulgo legitur, adſtipulante eodem codice; *τί με σὺ κυνεῖς; — τί με σὺ δάκνεις;* alii duo Regii habent *κινεῖς,* quod prauum eſſe, ſententia, maxime vero metrum ostendit. Eſt enim verſus ille dimeter iambicus, cuius in ſecundam ſedem ſpondeus recipi non poteſt. Legendum itaque hoc in loco: *χᾶμα τὴν Θρ. κυνῶν h).* Nec reluctabor, ſi quis in Ranarum ſupra dicto verſu pro *κινῶν* vel *φιλῶν* reponendum cenſeat *κυνῶν*, e quo probabilius eſt, vulgatum ortum fuiſſe, quam e gloſſa, vt alioquin haud inepte conieceram. *Brunck.*

---

h) Vt Inuern. edidit. Idem vero etiam in edd. quinque vett. legi monuit Auctor Append. ad Toup. Emm. in Suid. IV. p. 488.

1139. (1140. Br.) ἔσθ' ἥδιον. Sic recte in B. Vulgo claudicante verſu, ἔστιν ἥδιον. ἢ τυχεῖν ἐσπαρμένα, nimirum τὰ σπέρματα, quod perinde eſt, ac ſi dixiſſet ἢ ἐσπάρθαι μὲν ἤδη. Nullam cauſam video, cur Markland. ad Iphig. Aul. 254. legerit ἢ 'ντυχεῖν, pro ἢ εὐτυχεῖν. *Brunck.* Doctisſimus Biſetus et coniector ſagacisſimus et qui vbique alibi Comici ſenſum optime capit, non mihi videtur h. l. intellexiſſe, quid velit Ariſtophanes. Sic enim interpretatur: Οὐδέν ἐστιν ἥδιον ἢ τὸ τῶν μετὰ πόνου καὶ ἐπιμελείας πρῶτον γεγεωργημένων καὶ ἤδη ἐσπαρμένων ἐν καιρῷ (ſuo tempore) τυγχάνειν καὶ ἀπολαύειν. Quod quidem verum eſt, ſed hic non eſt ſenſus verborum poëtae. Sed ſic: *Nihil enim eſt dulcius, quam habere ſementem iam factam et Iouem imbrem roſcidum immittere i).* Itaque bonae ſpei dulcedinem celebrat, quae ſaepe ipſam fructionem aequat vel ſuperat. *Palmer.*

1141. τηνικαῦτα. Sic ad metri legem ſcriptum oportuit. Vulgo τηνικάδε. Illud rurſus occurrit 558. et infra 1171. 1176. Peius in A. εἰπέ μοι, τί δ' ἂν τηνικάδε — *Brunck.* Κωμαρχίδη. Vnus e choro. Sic Vesp. 233. aliquis ex choro nominatur. *Bergl.* Videtur eſſe epitheton blandientis. Quia enim Trygaeus pacem conciliaſſe videtur populo Athmonenſi, Graecosque omnes, vt ipſe antea dixit, ſeruauit ſua ad coelum itione, propterea, quaſi meruerit principatum gerere totius vici, vocat Κωμαρχίδην. Haec mihi veri ſimilia videntur. Tamen dubitanter ſcribo neque affirmo, retinuique in interpretatione nomen Comarchidae exemplo Plautino, qui palliata verba veſtit ſaepe tunica Romana. *Fl. Chr.*

1142. τοῦ θεοῦ δρῶντος καλῶς. Mox: εὖ ποιοῦντος κὠφελοῦντος τοῦ θεοῦ τἀρώματα. *Bergl.*

1143. ſ. Haec Fl. Chr. reddidit:
Caeterum tres frige ſemodios faſelûm, o femina,
Inque fruges adde mixtas ac ſimul ficus lege (alii, deprome).

---

i) ἐπιψεκάζειν eſt omnino, pluuiam immittere, irrigare.

1145. (1146. K.) *Manes* pro feruo *k*) quolibet vfurpatur etiam a Demofthene [πρὸς Νικοστρ. T. II. p. 1253. R.] et Diogenes hoc nomine feruum habuit, ftatuaque fuit in Cottabismo fic dicta. Puto autem Syrae nomine feruam intelligi; nifi fic vocauerit Thraciam illam, quam, dum lauat vxor, paulo ante volebat perdepfere. Nam et Virgilius in Moreto [31.] feruam Simulo fecit Scybalen [Cybalen] Afram. Tamen apud Terent. [in Hecyra] Syrae dominae et matronae nomen eft, fortasfis a veftis fyrmate dicta. *Fl. Chr.*

1146. *Οἴναρα* funt vitis folia et *οἰναρίζειν, ἀποφυλλίζειν*, i. folia decerpere *l*), vt Soli fint apertae vuae. *Τυντλάζειν m*) autem eft *βωλοκοπεῖν*: ego verti *paftinare* [repaftinare, Bergl.]. Proprie *τύντλος* eft *lutum*; alias apud Grammaticos *τυντλαζειν* eft, *αὐτὸ καὶ αὐτὸ λέγειν*. Sed miror, quod *τὸ τυντλῶδες* exponunt *ὑλῶδες*: nifi *τύντλος* eft etiam genus illud herbarum, quo fegetes dicuntur infeftari et *ὑλομανεῖν*. Aut fi non eft, legerem *πηλῶδες*, non *ὑλῶδες*. *Fl. Chr.*

1147. *παρδακόν*. Hoc eft *δίυγρον n*). Sed Ariftophanes de induftria haec duo obfcura vocabula vfurpat, fortasfis ad infectationem poëtae cuiusdam, qui talibus verbis cum adfectatione vfus eft. *Fl. Chr.* Strabo legebat fuo tempore *πορδακόν*. Sic enim ille L. XIII. [c. 2. extr. T. V. p. 455. f. Tzfchuck. qui cf.] [*καὶ τὸ Σιμωνίδου*]· *σὺν πορδακοῖσιν ἐκπεσόντες ἱμάσιν, ἀντὶ τοῦ διαβρόχοις· καὶ ἐν τῇ ἀρχαίᾳ που κωμῳδίᾳ· Πορδακὸν τὸ χωρίον, τὸ λιμνάζον* (i. e. *paluftris*). Vbi non dubito, quin de hoc loco intelligat, licet Henr. Stephanus in *Πορδακὸν* citet Strabonem ex Simonide, quod eft eius *μνημονικὸν σφάλμα o*): nam nullus Simonides inter Co-

---

k) Manes feruile nomen vt et Syra. *Bergl.* 'κ τοῦ χ. recte e Rav. dedit Inv., nam *βωστρεῖν* eft i. q. *καλεῖν* arceffere.

l) Vertitur: *pampinare.*

m) Scholia: *lutum calcare.* *τύντλος enim lutum; nunc pro, glebas frangere. Bergl.* Cf. Etym. M. p. 771. Zon. II. 1754. 1757. Phot. 448.

n) Scholia: *δίυγρον. οὕτω γὰρ Σιμωνίδης καὶ Ἀρχίλοχος. Bergl.* Ita Schol. et Hefych. *Brunck.*

o) Imo refertur ad ea, quae antecedunt.

micos recenſetur, licet plures eo nomine numeret Suidas, quorum praecipuus fuit lyricus poëta, qui citatur a Schol. ad h. l. ſed qui *παρδακὸν* dixerit, non *πορδακόν*. *Palmer*. Exerc. ad Gr. auct. p. 541.

1148. *ἐξ ἐμοῦ* recte Bergl. explicat *e domo mea*. *σπίνοι* ſunt *fringillae*, v. ad Avv. 1079. *πυὸς* vertit Fl. Chr. *lacte preſſum*, alii *coloſtrum* ſ. *coloſtra*. Zon. II. 1597. *πῦος· τὸ σεσηπὸς αἷμα, καὶ τὸ γάλα ὁμοίως.* Tum laudato h. l. additur: *τὸ πεπηγὸς γάλα.* Ap. Phot. p. 352. ſcribitur *πύον* et, inter alia, explicatur *τὸ νέον γάλα*. Verſus 1150. et 51. in parentheſi ſunt accipiendi. Nam *ὧν τρία* 1152. reſpicit ad *λαγῷα* 1149.

1151. *κἀκυδ.* Pro *καὶ ἐκυδοιδόπα*. Eſt autem *κυδοιδοπᾷν* *turbare* et *omnia miſcere*: *ταράττειν* et *κυκᾷν* interpretantur Heſych. et Sudas [Suid.]. Nam inde origo: vel potius a *κυδοιμὸς* et *δοῦπος*. In Nubb. dixit *ἄνω κάτω κυδοιδοπᾷς* [616.]. *Fl. Chr.*

1153. *μυῤῥίνας*. Nam pueri in conuiuiis ſumto laureo aut myrteo ramo cantabant. Auctor Sudas [Suid.]. *Fl. Chr.*

1154. *τῆς αὐτῆς ὁδοῦ.* Nicoſtratus Comicus ap. Athen. XIII. p. 587. *ἔπειτα τῆς αὐτῆς ὁδοῦ πρὸς Ἀερόπην ἐλθοῦσα πέμψαι στρώματ᾽ αὐτὴν κέλευε.* *Bergl.* *Χαρινάδην.* Charinades iſte tardus erat et *νωθής*, vnde prouerbium: *κρεῖττόν σου Χαρινάδης βαδίζειν* de iis, qui gradum habent teſtudineum, non grallatorium, qualis Callipides apud Tranquillum [Tiber. 38.]. *Fl. Chr.* Hoc nomen proprium occurrit et in Vesp. 232. *Bergl.*

1157. (1158. Br.) Verſiculus hic eſt et eſſe debet dimeter trochaicus catalecticus, vt et vltimus alterius epirrhematis, quicum hunc congruere neceſſe eſt. Kuſterus iſtud ſi animaduertiſſet, nunquam veniſſet illi in mentem, deprauatam eſſe lectionem ſcribendumque *τἀρώματα*. Vide, ſi tanti eſt, illius indicem in *ἀρώματα*. *Brunck*. in Suppl. Verſui 1126. vulgo praefixum fuit *Ὠιδὴ καὶ στροφὴ κώλων ιγ*, verſui 1159. *Ἐπίῤῥημα στίχων ις καὶ κώλων γ*, verſui 1158. *Ἀντῳδὴ καὶ Ἀντιστροφὴ κώλων ιγ*, verſui 1171. *Ἀντεπίῤῥημα στίχων ις καὶ κώλων γ*.

1158. f. ἡνίκα κ. τ. λ. In Avv. 1095. ἡνίκ' ἂν ὁ θεσπέσιος ὀξυμελὴς [ὀξὺ μέλος] ἀχέτας θάλπεσι μεσημβρινοῖς ὑφ' ἡλίῳ μανεὶς [μεσημερινοῖς ἡλιομανὴς] βοᾷ. Eſt autem ἀχέτας pro ἠχέτης. Heſiodus [Opp. et D. 582. f. 543. Brunck. Gnom.] ἦμός τε σκολυμός τ' ἀνθεῖ καὶ ἠχέτα τέττιξ (ſonora cicada) Δένδρεῳ ἐφεζόμενος λιγυρὴν καταχεύετ' ἀοιδήν. *Bergl.* Inv. e Rav. ἡνίκα δ' ἂν pro ἡνίκ' ἂν edidit. Ita congruit lectioni ab ipſo v. 1126. receptae. νόμος h. l. de ipſo cantico f. cantu.

1162. ſs. Haec ita disponit Herm. de metr. p. 561.

εἰ πεπαινουσιν η-
δη' το γαρ φιτυ πρῳ-
ον φυει' τον τε φη-
ληχ' ὁρων οιδανον-
τ' ' ειθ' ὁποταν η πεπων
ἐσθιω κἀπεχω.

τὸ γὰρ quod vulg. ſequentem verſum incipit ad hunc retraxit Inv. auctoritate cod. ſui, ſimiliter vt in ſtrophico 1130.

1163. φίτυ vel φίτυμα eſt γέννημα et σπέρμα. Eupolis Autolyco: ἀτὰρ ἤγαγες καινὸν φίτυμα τῶν βοῶν. Sic enim corrigo et trimetrum facio. πρῷον autem dixit, quod alii πρώϊμον. Sunt enim quaedam vites, quae praegerminant, de quibus Theophraſtus L. V. de cauſis [plant. c. 2. et 18]. Proinde in genere ficuum *Prodromi. Fl. Chr.* Aeſchylus in Eumen. 914. στέργω γὰρ ἀνδρὸς φίτυ (viri germen) ποιμένος δίκην. Idem Prom. 233. ἀϊστώσας γένος τὸ πᾶν ἔχρῃζεν ἄλλο φιτῦσαι (producere) νέον· et alibi apud eumdem. Ex Schol. ad Sophocl. Ai. 1305. φιτύειν τὸ σπείρειν, ποιητικῶς· ὃ παράγεται ἀπὸ τοῦ φῖτυς, ὁ πατήρ. Docet etiam ibi jota eſſe locum. *Bergl.* Scholiaſtes legiſſe videtur πρῷμον, quod exſtat Vesp. 264. τῶν καρπίμων ἄττα μή 'στι πρῷμα. Iſtud πρῷον pro ſcripturae compendio accepit librarius cod. A. pleneque ſcripſit πατρῷον. *Brunck.*

1164. φήληξ ficus eſt immatura, ſed quae ſpeciem prae ſe fert maturitatis. Ea eſt ὄλυνθος πάρωρος i. groſſus immaturus, quamquam differre ait ὄλυνθον et πάρωρον Theophraſtus [de cauſſ. plant. V, 1.]. Iulius Caeſar Scaliger (heros et princeps nunquam ſine honoris praefatione nominandus) mauult ap. Theophr. legere

πρόωροι, differreque vult a *prodromis,* quod hi maturitatem consequantur, at non grossi *πάρωροι.* Ab ea cruda ficu, quae *φήληξ,* dictus impostor et deceptor etiam *φήληξ* et *φῆλος p*), fortassis a *σφάλλω, ἔσφηλα,* vnde *fallo,* sibilo exempto. Menander in Piscatoribus [p. 12. Cler.]: *Δύ' οἰκίας φηλοῦν γερόντων ὡς λέγεις ἀβελτέρων*· i. *duas domos decipere stultiorum vt autumas senum.* Sic enim supplendus versus ex Suda, apud quem *φηλοῦν* habes [pro *φηλῶν* Schol. Arist.] i. *ἀπατᾶν* et melius. Nam quomodo senes illi esse possent *φηλοὶ* et *ἀβέλτεροι?* Corrigendus tamen Sudas v. *φιλήκιστα.* *Ἄγρια σῦκα,* inquit, *τῇ δήξει πέπειρα.* Lego *φήληκες, τὰ ἄγρια σῦκα:* deinde legendum *τῇ δείξει,* non *δήξει.* Habent enim *ὄψιν πεπάνσεως,* speciem, vt diximus, maturitatis. *Fl. Chr.* Metrum postulare *οἰδάνοντ'* pro *οἰδαίνοντ'* monet Porson. ad Eur. Phoen. 1398. eamque formam illustrat.

1166. *κἀπέχω* pro *καὶ ἐπέχω,* quod Schol. exponit *τῷ στόματι προσάγω, ori admoueo q*), citatque locum Homeri [Il. IX, 485.]: *ὄψου ἄσαιμι προταμὼν καὶ οἶνον ἐπισχών. Bergl.*

1169. *κυκῶμαι* id est, *cyceona haurio r*). Prius dixit pulegii potione vti se in remedium fructuum esitatorum; nunc thymo vtitur. Fructibus autem et pomis esitatis qui potionem illam hauserunt tantum abest vt laedantur, vt potius inde pinguescant. *Fl. Chr.*

1170. (1171. Br.) Sententia cum hoc versu non absoluitur: quod sequitur *μᾶλλον* refertur ad v. 1161. *ἥδομαι διασκοπῶν τὰς ἀμπέλους μᾶλλον, ἢ προσβλέπων ταξίαρχον.* Perperam huius versus in fine punctum vulgo positum; sed, quod longe ineptius est, titulus cubitum longis litteris excusus *s*) sententiam intersecat

---

p) Add. Zonar. II. p. 1804.

q) Hic *ἐπέχειν* est *ori admouere,* quasi, *ἔχειν ἐπὶ τῷ στόματι.* Sic Homerus: *οἶνον ἐπισχών. Fl. Chr.*

r) Alii reddunt: *misturam bibo.* Scil. proprie est: mihi paro mixtam potionem.

s) Scil. *ΑΝΤΕΠΙΡΡΗΜΑ κ. τ. λ.* Caet. etiam Bergl. monuit, ad *μᾶλλον* esse ex 1160. *ἀπὸ κοινοῦ* intelligendum *ἥδομαι.*

eiusque nexum lectorem non finit animaduertere. *Brunck.* τοῦ θέρους. Nam aeftiuo tempore, dum mesfis eft, feriantur coloni et vinitores et iubent, vt ait Hefiodus [*Ἐργ.* 608.]. etiam famulos ἀναψύξαι φίλα γούνατα καὶ βόε λῦσαι. *Fl. Chr.*

1171. Contra dicit fe timore et adfpectu belli macrefcere. Tribunum militum funt qui ταξίαρχον interpretentur: vetus Gloffarium *Euocatum*. *Fl. Chr.*

1172. τρεῖς λόφους. In Acharn. 964. πάλλει κραδαίνων τρεῖς κατασκίους λόφους. *Bergl.* φοινικίδα. *Vel galea* eft, puniceo colore ornata, vel de *coccineis fagis* intelligit. Nam ruffati olim praeliabantur propter vulnera et cruoris afperfiones, vt falleret ipfos hoftes fanguinis concolor veftis. Sane teftatur Ariftoteles in Lacedaemoniorum *Πολιτείᾳ* (vt citatur a veteribus Grammaticis) eos φοινικίδι vti folitos in praeliis *t)*, tum quia color ille virum decet, tum vt condifcerent ex colore cruento fanguinis fufionem parui facere. Hodie colorem illum fibi fequeftrarunt ecclefiae Romanae proceres, quos Cardinales vocant et ritus huius originem [repetunt] ab antiqua ecclefia militante, quae fortes et viros et ἀριστεύοντας eos olim habebat et intrepidos matris ecclefiae propugnatores; ad hoc enim ille color vel a Lacedaemoniis ipfis arcesfitus. Videtur autem Graecorum ἐφεστρὶς fuiffe haec φοινικὶς, quam Latini *trabeam Troffulam* dixerunt, cocco purpuraque praetextam, quaeque *auguralis* dicta, et qualis fagus Punicus, quod non nefcire fe maximi patris maximus filius fatis ostendit ad Feftum [p. 577. ed. Dac.] Iofephus, inquam, Scaliger. Sane χιτὼν κόκκινος vel φοινικοῦς vexillum olim fuit in tabernaculo ducis pofitum (vtrumque fic vocat Plutarchus), id eft, vt ait Ifidorus [Origg. XIX, 10. T. IV. p. 449. ed. Arev.] tunica coccinea vel phoenicea, quae poftea *ruffata* dicta, quaque vfi Romani milites dicti *Ruffati*. Ea folebat, vt ait idem Grammaticus in *ante principia*, poni ad futurae pugnae indicium et inlicium. Quo Ifidori loco *principia* accipio pro praetorio: nam et *principium* pro magiftratu dicitur a vet. Gloffario. [v. Forcellini Lex.

t) v. Manfo Sparta I, I, p. 176.

Latin. III. 542.]. *Fl. Chr.* φοιν. ὀξεῖαι πάνυ Berglerus vertit: *rubram galeam acutam admodum.* Quam concinnum ſit hoc et elegans, viderit Burmannus. Ego abſurdum eſſe aio. φοινικὶς nunquam *galeam* ſignificavit. V. Plut. 731. 735. vbi Pluti caput galea non erat inuolutum. Neque Periclides Lacon, quum ad aram ſederet ὠχρὸς ἐν φοινικίδι (Lys. 1140.) galeam habebat in capite, φοινικὶς hic vt in Lys. loco, militare ſagum ſ. chlamydem ſignificat, quae plerumque apud alias gentes, apud Lacedaemonios ſemper, punicea erat. ὀξεῖαν autem neutiquam ſignificat *acutam.* Ad colorem refertur, viuidumque, ſaturum et intentiorem notat. V. Salmas. ad Scriptt. Hiſt. Aug. p. 398. *Brunck.*

1173. (1174. K.) βάμμα Σαρδιανικόν. Sardoae tincturae magna fuit commendatio. Nam eximiae illic purpurae. Antea in Acharnn. dixit ἵνα μή σε βάψω βάμμα Σαρδιανικόν v), i. μή σε πληγέντα φοινίξω, ne tibi plagas cruentas et praegnantes infligam. Quod autem ait Κυζικηνὸν βάμμα, tangit falſe ducem, puta Cleonymum, quem ὀξυκέφαλον notat, cum ait ὀξεῖαν φοινικίδα, deinde obiicit illi κιναιδείαν. Erant autem Cyziceni infames illa libidine et volſura x), et, vt ait Heſychius, διὰ τὸ Ἴωνες εἶναι, ἐκωμῳδοῦντο ἐπὶ μαλακίᾳ. *Fl. Chr.*

1174. μάχεσθαι ῎χοντα. Sic melius ſcribitur, quam, vt vulgo, μάχεσθ᾽ ἔχοντα. *Brunck.*

1175. βάμμα χεζικηνικόν. Vulgo Κυζικηνικὸν y), fri-

v) Plato Comicus ap. Athen. II. c. 9. [T. I. p. 183. ſ. Schw.] κἂν φοινικίσι Σαρδιανικαῖσι [Σαρδιαναῖ ι Schw.] κοσμησάμενοι κατάκεινται, vbi v. Caſaub. In Acharn. 112. ἵνα κ. τ. λ. *Bergl.*

x) Ad haec verba Chr. Fl. haec animaduertit *Palmer.* Exercc. p. 749. „Subtiliter certe, ne dicam euanide: nam per ὀξεῖαν φοινικίδα nihil aliud intelligit Comicus, quam tunicam vel chlamydem acutisſimi coloris (nam quod Schol. interpretatur περικεφαλαίαν, non ego credulus illi; alibi enim non inuenitur) et βάμμα Κυζικηνὸν intelligit purpuram dilutam et ad pallorem inclinantem: pallor enim eſt pauoris indicium. Ducem igitur illum vt meticuloſum arguit, qui cum opus erat pugnare, pallidus ob timorem fiebat."

y) Ad hoc *Reisk.* „ergo apud Cyzicum tingebant galbeum bene? vult enim dicere: ſit flauus et ochraceus prae pauore."

gide et inepte. Perierat facetus iocus, quem ingeniose restituit acutus Britannus, Ier. Markland. ad Eur. Suppl. 1181. Probe iam intelligitur quam ridiculus sit Berglerus cum sua *galea*, quam hic etiam ingeminat. Si cui forte e subito metu profluat aluus, foeda tinctura infici possit eius chlamys, non vero galea. At superest in hoc versu menda. Legendum *αὐτὴ βέβαπται*, scil. ἡ φοινικὶς, quam prius dicebat ille *εἶναι βάμμα Σαρδιανικὸν*, et postquam conspecto hoste pugnare oportet, *αὐτὴ βέβαπται βάμμα κεζικηνικόν*. Sic totus locus verti debuit: odiosum centurionem tres cristas habentem puniceamque chlamydem coloris intensissimi, quam ille tincturae esse ait *Sardianicae*; sin forte pugnandum sit ei ista amicto chlamyde, tunc illa tingitur tinctura *merdianica*. *Brunck*.

1176. *ξουθὸς ἱππαλεκτρυών*. In Ran. 957. *Bergl.* Sic ap. Theocr. in Dioscuris [XXIII, 72.] *ἀλεκτρυόνες* vocantur *ὄρνιθες φοινικολόφοι*. Aeschylus in Myrmidonibus [T. II. p. 641. de Pauw] Hippalectryonis meminit rubras alas habentis, ad quem alludit. Tamen Hesych. exponit *μέγαν ἀλεκτρυόνα*, qua ratione τὸ βου in compositione *magnum* significat. Sic antea *ἱπποκάνθαρον* dicit, i. e. magnum et Aetnaeum, quamuis pro equo fuerit: vel intelligendum de pictura peristromatum veterum, vbi grypes et vultures, vt ait idem Hesychius; vel hoc ait propter *τρυφάλειαν ἱπποκόμον* equina seta ornatam. Corrige et distingue ap. Hesych. [T. II. p. 66.] *Ἱπποκόμον τρυφάλειαν ἐξ ἱππείων τριχῶν τὸν λόφον* [sic ed. Alb.] *ἔχουσαν*. Male enim vulgo *λόγον*. *Fl. Chr.*

1177. *τοὺς λόφους σείων*. Aesch. in Sept. Theb. 390. *τρεῖς κατασκίους λόφους σείει κράνους χαίτωμα tres vmbrosas cristas quatit, quae sunt cassidis capillitium.* *Bergl.* *λινοπτώμενος*. Qui retia seruant, vt ait Maro, *λινόπται* z) dicuntur Aristoteli, vt qui tendunt, *παλευταί*. Nam *videre* antiquis est *seruare*: *tueri* vtrumque significat. Sic in epigramm. *θῖνας ἐπιβλέπετε*, i. *φυλάτ-*

---

z) Hinc corrigendum, quod ap. Phot. Lex. p. 165. legitur *λινοίπαι*.

τετε. Hinc *episcopi* nomen. Sic et *οἰνόπται* dicuntur vinearum custodes. In illa Noua vetere Quercoli comoedia retia obsidere dicitur. *Retia vosmet obsidete, dum percurro cubilia;* vbi notanda vis praeposit. *ob,* quae est pro circum, vt *obstetrix,* etsi alii pro *adstetrix.* Sic Horatius vsus praepositione *post* [Od. III, 1, 40.] *Post equitem sedet atra cura,* i. e. circa equitem. Et sic dixerat Theocritus *ἐφι ·τάμεναι* [f. ἐπισταμεναι] *μελεδῶναι* in Piscatoribus [XXI, 5.]. *Fl. Chr.*

1179. (1180. K.) *ἐγγράφοντες — ἐξαλείφοντες. Scriptus miles et dilectus* Liuio lib. VII. [41, 4.] cum legis sacratae militaris meminit, quae lata fuit C. Marcio et Q. Seruilio Coss. et sic concepta est: *ne cuius militis scripti nomen nisi ipso volente deleretur.* Delere autem militem ex catalogo armatorum officium erat Taxiarchi, quem facio tribunum militum. Nam deni *ταξίαρχοι* ex tribubus singulis fuerunt. *Fl. Chr.* Hanc rem tangit etiam in Eqq. 1366. *ἔπειθ' ὁ πολίτης ἐντεθεὶς ἐν καταλόγῳ οὐδεὶς κατὰ σπουδὰς μεταγραφήσεται, ἀλλ' ὥςπερ ἦν τὸ πρῶτον, ἐγγεγράψεται. ἄνω, κάτω susque deque, temere.* In Eqq. 862. *Bergl.*

1181. *σιτί' viaticum. ᾔδειν.* Scholia: Attice pro *ᾔδει· vt illud: ὁ δὲ θεὸς ὑμῖν οὐ προσῄειν,* nempe in Plut. 696. *Bergl.*

1182. Duodecim statuae erant, quibus militum nomina scribebantur. Pandionis statua vna erat ex illis 12. *a*) et fortassis scriptus ille erat ex Pandionide tribu, ex qua fuit etiam Aristophanes. *Fl. Chr.*

1183. (1184. K. et Br) *Ἔθει τὸ κακὸν* [vt olim legebatur]. Delerem *τὸ* et *κακῶν* libenter legerem. Est autem *ὀπὸς* arborum lacryma et lactis stilla, vel *πιτύα.* Hic sudorem illum intellige, qui in statuis ligneis visitur ex austrina tempestate ortus; imo in aereis et marmoreis templorum signis pendentes guttae sudantium

---

a) Scholia: *Vna est ex* XII *columnis, in quibus militum nomina scribebantur et edicta. Vidit igitur, inquit, suum ipsius nomen inscriptum columnae Pandionis.* Istae columnae dicebantur *ἀνδριάντες τῶν ἐπωνύμων,* et aliquando simpliciter *οἱ ἐπώνυμοι. Bergl.*

praebent ſpeciem, quoties aër tepidus illis adhaereſcens et nactus ſuperficiei frigus aliquod cogitur velut in lacrymas *b*). Corrigendus interea apud Heſychium locus *c*) vbi ait: *Λάγανον, ὁδὸς δριμὺς:* lego, *λασάριον, ὀπὸς δριμύς. Fl. Chr.* Vel nominatiuus eſt [*τὸ κακὸν*] hoc ſenſu: *currit perditus;* licet enim ita dicere per appoſitionem: *ἐκεῖνος τὸ κακὸν,* vt Lys. 813. *παρακύψασαν ἰδεῖν τὸ κακόν;* vel accuſatiuus conſtructus cum *βλέπων,* vt *βλέπειν τὸ κακὸν* dicatur, quemadmodum *βλέπειν τὸ δεινὸν* Ran. 594. *ὀπόν·* Scholia *δριμύτητα καὶ πικρότητα.* Dicitur autem vt *βλέπειν κάρδαμα* Vesp. 453. *Bergl. ἔθει· κακὸν βλ. ὀπὸν* [vt Br. ed.]. Sic optime A. Vulgo ſoloece et repugnante metro *τὸ κακόν.* Eſt autem *κακὸν ὀπὸν βλέπειν* idem quod *βλέπειν νάπυ, βλέπειν κάρδαμα* aliaque huius generis apud Comicum frequentia. V. ad Acharn. 254. *Brunck.* E lect. ab Inv. e Rav. recepta *θεῖ τῷ κακῷ* haec poſtrema iungenda ſunt cum *ἀπορῶν,* incertus quid ob hoc malum faceret. Caet. *εἶδεν αὐτὸν* eſt, vt bene Bergl. explicuit, nomen ſuum in catalogo militum vidit. Intelligitur aliquis e ruſticis. Poſt *δρῶσι* comma poni debet. Patet autem hinc, quam vetuſtae ſint fraudes in militibus conſcribendis adhibitae a centurionibus.

1185. *ῥιψάσπιδες. παρ' ὑπόνοιαν* pro *ἐχθροί. Bergl.*

1186. (1187. K.) Etiam *εὔθυναι* ſunt *δίκαι* et *τιμωρίαι d*), vnde *ἀπευθύνειν* eſt *κολάζειν* et poenas repoſcere. Sic Euripides Bacchis. *Fl. Chr.* Lesbonax Protreptico [p. 25. f. T. VIII. Orr. Grr. Reisk.] *ὑμεῖς, ἐὰν θεὸς θέλῃ, δίκην αὐτοῖς ἐπιθήσετε.* Eurip. Mede. 803.

---

b) Multa dixit Flor. Chriſtianus ad h. l., ſed ſcopum non attigit. Biſetus vero ad verum ſenſum nobis praeluxit, dum *κακὸν ὀπὸν, δριμύτητα καὶ πικρότητα* i. *malum ſuccum, aſperitatem et amaritudinem* interpretatur. Ergo *κακὸν ὀπὸν βλέπων* nihil aliud eſt, quam *βλέπων δριμύ.* Sic in Ran. [562.] *ἔβλεψεν εἰς ἐμὲ δριμύ, inſpexit in me aſpere.* Et in Concion. [291.] *βλέπειν ὑπότριμμα,* et alibi *βλέπειν ὀρίγανον* et *βλέπειν κάρδαμα. Palmer.*

c) T. II. p. 407. Alb. non legitur ſuo ordine.

d) Ea quae ſequuntur, in ed. Par. deſunt. *εὔθυναι* inprimis dicuntur multae ſoluendae ab iis, qui male magiſtratu functi ſunt: v. Vocc. Iur. ap. Bekker. Anecd. I. 187. Photii Lex. p. 30.

ὅς ἡμῖν σὺν θεῷ τίσει δίκην (poenas dabit). Idem Troad. 867. κεῖνος μὲν οὖν δέδωκε σὺν θεοῖς (diis fauentibus) δίκην. *Bergl.* Scriptura μὲν γάρ μ' e Rav. recepta, minorem orationi vim conciliat, quam vulg. πολλὰ γὰρ δή μ'.

1188. f. Prouerbialis eſt ſenarius: οἴκοι λέοντες, ἐν Ἐφέσῳ δ' ἀλωπέκες. Sic enim lego [ap. Schol.] non δὲ Λάκωνες e). Hoc vero dictum de Lacedaemoniis, ſi Aeliano credimus [V. H. XIII, 9.] f), auctorem habet Lamiam, ſcortum Athenienſe, quae Lyſandro ſeuere et frugaliter ex Lycurgi legibus antea viuenti, poſtea in Ionia molliter et delicate ſe habenti, hoc obiecit. *Fl. Chr.*

1190. Ἰού, ἰού, ὅσον τι χρ. In Nubb. v. 1. *Bergl.* Dicit haec Trygaeus, dum videt magnam hominum multitudinem confluere velut ad epulas nuptiales.

1191. (1195. Br.) ταυτηΐ. Parepigraphe eſt ad hunc verſum: περικεφαλαίαν δίδωσιν, ἵνα τοῖς λόφοις ἀπομάττῃ τὴν τράπεζαν. *Brunck.* Dat ei galeam. Infra 1217. ἵν' ἀποκαθαίρω τὴν τράπεζαν τουτῳΐ. *Bergl.*

1193. Inter placentarum genera recenſentur *Amyli* ab Athen. l. IV. g), dicti fortasſis, quia ſine molae opera facti. Galenus neutro genere extulit τὸ ἄμυλον, cuius vires et qualitates (ſi tamen qualitatem habet quod eſt ἄποιον) deſcribit in lib. I. de Alim. vbi pro ἀποίους οὔσας legerem οὐσίας [c. 15. T. IV. p. 510. ed. Bas., in qua tamen ἀπόνους exhibetur] cum bona medicorum venia, qui ſi Scaligerum filium ab Hippocrate emendando arcent, multo magis me a Galeno. Et tamen ſumus ἰατρῶν παῖδες, non βυρσοδεψῶν. *Collabi*

---

e) Scholia: *prouerbium de illis Laconibus,* qui in Aſia rem *infeliciter geſſerunt: domi leones, in Epheſo Lacones.* Alciphron. Lib. II. ep. 1. quae eſt Lamiae meretricis ad Demetrium: καὶ μάλιστα οἱ μισητοὶ Λακεδαιμόνιοι, ἵνα δοκῶσιν ἄνδρες εἶναι οἱ ἐν Ἐφέσῳ ἀλωπέκες, vbi videri poſſunt quae notaui [p. 275. ed. Wagn.]. *Bergl.*

f) Vbi recte Periz. animaduertit, dictum Lamia antiquius videri.

g) Imo l. XIV. p. 553. et 557. T. V. Schw. vbi τὸ ἄμυλον. Nam l. IV. p. 29. T. III. tantum in Matronis carmine memorantur.

autem paſtilli ſunt e maioribus formati in quadrangulum, qua ratione vocati *κόλλικες ἄρτοι.* Eos ex nouo frumento fieri ſolitos teſtatur apud Athenaeum [III. p. 110. Cas.] Philyllius in Auge (lego illic *Αὔγῃ* non *αὐτῇ h*)) his verſibus: *Πυρῶν ἐγκόνους τριμήνων, γαλακτοχρῶτας κολλάβους θερμούς.* Nam calidos eſitabant, vel, vt ait Ariſtophanes in *Ταγηνισταῖς* dramate [Athen. III. p. 375. T. I. Schw.] *χλιαρούς.* Dicti autem *collabi,* quia facti inſtar citharae clauorum, circa quos tenduntur nerui; qui claui collabi etiam dicti et *κόλλοπες.* Nam bouis ſpinae pars *κόλλα* dicta vel *κόλλοψ.* Vnde *κολλᾶν*, ita iungere vt aegre diuellas: et inde exoleti olim vocati *κόλλοπες*, quia iam induruerint et in illa *κόλλῃ* occalluerint. Apud Plautum Trinummo [IV, 3, 4.] legitur: *ne bubuli cottabi in te crepent:* vbi reponit Alciatus *collabi,* et pro neruis accipit, quibus obnoxium ſeruile tergus. Caeterum quod collabis iunxit lepores, ſic Teleclides *Στερροῖς* [XIV. p. 648. Caſaub.] eosdem iungit amylis iſto verſu: *χαίρω λαγῴοις ἐπ᾽ ἀμύλῳ καθημένοις* i. e. iacens in amylis oppido iuuat lepus. *Fl. Chr.*

1195. Venit *δρεπανουργὸς*, falcium faber. Supra 547. *ὁ δὲ δρεπανουργὸς οὐχ ὁρᾷς ὡς ἥδεται. Bergl.* *ἀναβάττω i*). Lego *ἀναβράττω,* id eſt, verſo turdos, vt coquantur: qua voce vſus eſt in Acharn. [1005.] et in Ran. [555.] dixit *κρέα ἀναβραστά*, i. coctas carnes. *βράσσειν* proprie eſt *κινεῖν* et *σείειν* vel potius *καγχλάζειν μετὰ κινήματος.* Vnde dicta *βραχέα* vada in mari, quae male *Breuia* vulgo vocant et potius *Fremia* dicerem cum principe Critico [Scaligero]. Et *ἀποβράσματα* dicta purgamenta frugum per cribrum vel ramenta et furfures farinae per linum colatae. Dixit enim Callimachus [Fragm. 232.] *οὐδὲν ἀπέβρασε φαῦλον ἀλετρίς.* Hinc mens infirma neque conſiſtens dicta *βράσσων νόος.* Sed *βράσσον* exponitur etiam *βραδύτερον.* Et Grammatici *τὸ βράσσειν* vel *βράττειν* dicunt non ſolum eſſe *ζέειν k*), ſed

---

h) *Αὔγῃ* eſt ap. Schweigh. T. I. p. 430. editum.

i) In ed. Fl. Chr. eſt *ἀναβράττω* ſed in marg. *γρ. ἀναβάττω.*

k) Cf. Zonar. I. 409. vbi hic ipſe locus laudatur.

et *ἀναβάλλειν*, vt Hesychium corrigendum existimem v. *βράττειν*. Nam ait esse *πληθύνειν* et *βαρύνειν*· puto *δηθύνειν*, *βραδύνειν* *l*), nisi me fallit mea coniectura, quod saepe nimis accidere potest. Nam arsura et coctura illa fit *ἀμβολάδις*, vel (vt latinus poëta) *in numerum*. Nos idiomate gallico hoc verbi vsurpamus, cum vulgo dicimus *brasser quelque chose*; quod ad brachia referendum non puto, idque verbi in cereuisiae confectione proprie vsurpatur: nam ea fit versando et motando quasi in trua; vt ab hac origine Elei *τορύνην*, quae *trua* est, vocare soliti sint *βρατάναν*, teste Hesychio. Caeterum *κιχλῶν* vel Syracusana lingua *κιχηλῶν*, tria genera facit Aristoteles [H. A. IX, 18, 2. et Athen. II. p. 65. v. Schneid. ad Arist. IV. p. 120. ss. Camus II. p. 595.]: *ἰξοφάγους* quae picis similes, *τριχάδες* *m*) quae merulis, et *ἰλλάδες* vel *τυλάδες*, quae sunt *συναγελαστικαὶ*, vt ait Alexander Myndius et nidificant instar hirundinum. *Galli* plures species agnoscunt: *Grive, Rasle, Mauvis.* Miror, cum lingua Gallo-Francorum sit Romanensis, *turdi* nomen, quod genus est, non agnosci nisi apud Vascones Aquitanos, qui *Tourd* vocant. Sed profecto regio illa, Aquitaniae pars, (quod pauci Francorum aut norunt aut fatentur,) integriore vtitur Romanensi lingua quam nos. Caeterum Epicharmus vocat *κίχλας ἐλαιοφυλλοφάγους*, quia, vt lentisci et myrti, sic olearum baccis, crebro et libenter victitant. Homerum autem ferunt Epyllion scripsisse titulo *Ἐπικιχλίδων*, quia a pueris donatus fuit turdis, cum illud *ἐπύλλιον* cecinisset. *Fl. Chr.*

1196. (1198. Br.) *ὅσ'* *quanta.* Vulgo *ὅς* *n*), *qui. Brunck.*

1198. *κολλύβου*. Collybus species est vilis numismatis. Sic autem dicit pro: nec obolo. *Bergl.*

---

l) v. Intpp. Hesych. I. p. 761. f.

m) Male ap. Fl. Chr. *τροχάδες*.

n) Mallem *ὅσ' ἡμῖν* pro *ὅσα*, vt sit: *quanta bona in nos contulisti. Bergl.* Ita etiam scripsit Porson. Aduers. p. 225. (197. Lips. ed.), qui formulam illustrat. *ἡμᾶς* autem non est sollicitandum.

1199. (1201. Br.) Vulgo legitur claudicante verſu: *νυνὶ δὲ πεντήκοντα δραχμῶν ἐμπολῶ.* Nullibi praeterquam hoc in verſu et in Plut. 1019. occurrit ap. Comicum nomen *δραχμὴ*, priori longa. Manifeſtum eſt, librariorum culpa ſyllabam excidiſſe. Daweſius Miſc. Crit. p. 203. coniecerat: *νυνὶ δὲ πεντ. δραχμῶν ἐγὼ 'μπολῶ* o). Probabilius mihi videtur id, quod repoſui: *νυνὶ δὲ πεντ. δρ. αὖτ' ἐμπ. αὐτὰ* i. e. *τὰ δρέπανα*. *Perſonne n' auroit voulu d' une faux pour un morceau de pain et maintenant je les vends un louis. Brunck.*

1200. *οἰδὶ* (vt Inv. e Rav. dedit), aut *ὁδὶ* (vt vulg.) ad cadorum fabricatores pertinet, qui vna cum aliis aduenerant, quamquam non diſerte nominati.

1202. In A. ſic ſcriptus et diſtinctus hic verſus: *καὶ τῶνδ' ὅ τι βούλει προῖκα. καὶ ταυτὶ δέχου.* Eadem est in B ſcriptura, ſed ſine interpunctione. Perperam vulgo: *καὶ τῶνδ' ὅ τι βούλει. προῖκα γὰρ ταυτὶ δ.* In Aldina punctum non ante, ſed poſt *προῖκα* poſitum, vnde pronum erat colligere, *γὰρ* male ſcriptum fuiſſe pro *καί*. *Brunck.* *τῶνδ' ὅ τι β.* Cados intelligit; nam aderat *καδοποιός*· neque male forſitan legatur, *κάδων δ' ὅ τι* etc. Aduertenda autem dramatis oeconomia ex h. l. et iis quae ſequuntur. Nam vt populi animum, quo cupit, deducat, inducit coram et belli et pacis operas et artifices. Similem dramatis *καταστολὴν* exhibet in Acharnn. Nam et illic pacis conciliatori dona dari iubet ab omnibus Graecis, at non Lamacho bellum ſuadenti. *Fl. Chr.*

1203. *ἀφ' ὧν γὰρ* — Sic bene vterque cod. Perperam vulgo *γ' ἄρ'* p). *Brunck.* *ἀπεδόμεθα.* Ex lucro, inquit, noſtro et rebus venditis dona tibi ferimus et gratum animum exhibemus. *ἀπόδοσις* eſt venditio h. l. et alibi ſaepe. Emendandus Heſychius: *ἀπόδοντο, ἀπώλοντο.* lege *ἐπωλοῦντο.* Nam *ἀποδόσθαι* eſt *πιπράσαι* et *πωλῆσαι*, *Fl. Chr.* Omnes edd. *ἀπεδόμεθα*, contra me-

---

o) *'Εγὼ* enim neceſſarium eſſe cenſet inter *οὐδεὶς* et *ὁδί.* Caet. idem p. 204. monet verba etiam sic poſſe collocari: *νυνὶ δὲ πεντήκοντ' ἐγὼ 'μπολῶ δραχμῶν.*

p) Ita Edd. Miror, quod in omnibus, cum non niſi *γὰρ* requiratur. *Bergl.* *γὰρ* etiam Dawes. exhibet l. mox laud.

trum. *Bergl.* Qui *ἀπεδόμεσθα* dedit. Ad haec Dawesius M. Cr. p. 242. „Qui verſui vnice conſulet, ei *ἀπεδόμεσθα* placebit, qui vero vtrique [verſui et orationi], is non niſi *ἀπεδιδόμεθα* comprobabit: hoc enim poſtulat, quod ſequitur, *ἐκερδαίνομεν.*" Tacite Br. *ἀπεδόμεσθα* recepit.

1205. Ante Brunck. fuit *ἴθι νῦν.*

1207. (1208. K.) *ὅπλων κάπηλος.* Sic *καπηλεύειν μάχην* Aeſchulus dixit et Ennius *cauponare bellum* [in Fragm. et l. V. Ann. vbi v. Heſſel. p. 61. qui et Aeſch. laudauit, add. Irmiſch. Exc. ad Herodi. 6, 7, 22. T. III. p. 541.]. *Fl. Chr.*

1208. *Λοφοποιός*, criſtarum artifex. Supra 543. *ἐκεινονὶ γὰρ τὸν λοφοποιὸν οὐχ ὁρᾷς τίλλοντ' ἑαυτόν. Bergl.* *προθέλυμνον μ' ἀπώλεσας.* In Eqq. 524. *ἐφόρει τὰς δρῦς καὶ τὰς πλατάνους καὶ τοὺς ἐχθροὺς προθελύμνους.* Idem eſt *πρόῤῥιζος* Ran. 595. *πρόῤῥιζος — κάκιστ' ἀπολοίμην.* *Idem.*

1209. *λοφᾷς* q). Verbum nouauit riſus captandi gratia, quaſi dicas *criſtare*, vt veteres dixerunt aliquando *galeare* et *clypeare*. Hic *λοφᾷς* eſt *λοφοπωλεῖς*. *An*, inquit, *multas habes criſtas, quas des venum?* Apud Graecos reperio *λοφοπωλεῖν* vſurpatum pro *ἐπινεύειν*, quia, vt emtores inducerent, ſolebant capiti imponere criſtas, et hoc pacto innuebant emtoribus, integras eſſe ſetas et *ἀβρώτους* (male puto *ἀβρόχους* r) apud Sudam) vt ſic emerent. Crediderim tamen adluſum ad verbum *λωφᾷν*, quod eſt *deſinere*, et nihilominus finxit (quia male per pacem eſt illis artificibus) morbi nomen *λοφᾷν*, vt *ὑδερᾷν, σπληνιᾷν, χαλαζᾷν.* Nam et medici agnoſcunt in partibus humani corporis *λοφίαν*, eminentiam illam, quae ſub Atlante eſt et dorſum reſpicit, quae et *ἀσφάλεια* et *λοφυσία.* Quin et *παραλοφία* cauitas illa eſt, quae *μέχρι τέρθρων.* Nam *τέρθρον*

---

q) Finxit verbum ſimile illis, quae ſignificant ſpecies quasdam morborum, vt *ὑδεριᾷν, σπληνιᾷν, λιθιᾷν, χαλαζᾷν.* Quod poſterius occurrit etiam ap. Comicum Eqq. 380. Significat autem multitudinem criſtarum. Ex ſcholiis. *Bergl.*

r) Ita etiam Phot. Lex. p. 170.

et λόφος extremitates et fummitates. Caeterum λοφᾷν etiam dicitur de auibus ἐπιτυμβιδίοις i. quae tumulum et velut cucullum habent fuper capite. Auctor incertus (fed Babrium effe autumo, μυθογράφον) s) dixit de galerita vel casfita:

καὶ παῖδας εἶχε ληΐου κόμῃ θρέψας
λοφῶντας ἤδη καὶ πτεροῖσιν ἀκμαίους.
Segete in comanti habebat altiles pullos
Iam crifta adulta, iam volatili pluma.

Et innuit, puto, pullos casfitae quae congefferat in tempeftiuiorem fegetem. Apologus eft Aefopicus, quem venufte recitat Gellius, vel, vt aliquid νεωτερίσω, Agellius [Noct. Att. II, 29.]. *Fl. Chr.*

1211. (1213. Br.) τοῦ δορυξοῦ κεινουΐ. Sic in binis codd. fcriptum, vt eft in primariis edd. In recentioribus 'κεινουΐ, vt fupra 547. *Brunck.*

1212. (1213. K.) κατατίθεσθαι *deponere* eft et *exfoluere* pretium pollicitum. Hefych. καταθεῖναι τὴν τιμὴν, ἐνλυπῆσαι. Putarem ἐκλῦσαι vel ἐκτῖσαι, i. *exfoluere t*). *Fl. Chr.*

1213. ὅ τι δίδωμ'; αἰσχύνομαι. Sic bene fcriptum et distinctum in vtroque codice. *Brunck.* Ita etiam distingui et ad αἰσχ. fubintelligi εἰπεῖν voluit *Reisk.* Idem mox σφήνωμα coniecit leg.

1214. ὅτι τὸ σφήκωμα πολὺν ἔχει πόνον [vt Br. ed.]. Quis dubitet, numerofam illam compofitionem a poëta effe? Vulgo: ὅτι τὸ σφήκωμ' ἔχει πόνον πολύν. *Brunck.* Nimirum ob caefurae rationem ita correxiffe Br. contra libros videtur.

σφήκωμα. Locus galeae, in qua fetae alligantur, quem Hefych. vocat λόφουρον, quafi criftae caudam. Graeci milites ex cauda equina criftas ornabant. Inde ἱππουρὶς galea dicta. Vnde et illud v): *Galeaque hir-*

s) v. Tyrwhitt. diss. de Babrio p. 57. ed. Harl. add. de Furia ad Coll. fabb. Aefopp. 415. p. 98. Not. et Schneider. ad Ariftot. H. A. T. IV. p. 488. fq.

t) Per καταβαλεῖν interpretatur Photius p. 102.

v) *criftaque hirfutus equina* legitur Virg. Aen. X, 869.

ſutus equina. At Romanorum militum criſtae erant e pennis elegantioris auitii. Apud Polybium id videre eſt. Nam πτέρινον φάλον vocat *x*). Male autem Laſcaris illic legebat πτερίνῳ στεφάνῳ pro τε φάλῳ. Tamen Lipſius l. III. de Mil. Rom. p. 191. nihil mutat et retinet στεφάνῳ, vt ſit στεφάνη et proprie *apex*. Abſurdum enim eſt, corona plumea ornari militum galeas. Quod merito reprehendit aduerſus Titii controuerſos locos Yvo Aremoricus in ſuis in locos illos Animaduerſis: cuius viri eximiam doctrinam ac inſuperabile ingenium ex aureolo illo libello tanquam ex vngue leonem admirari cogor. Et ſane vnus ille aut alter eſt (dicam libere quod ſentio, cum bona vt ſpero magni amici venia) quem cum Ioſepho Scaligero comparandum habemus *y*), cuique omnes magnam gratiam habere debemus Cisalpini, quod Itali aceti et libera Francorum ingenia nimium aſtringentis vim retuderit et acrimoniam remolliuerit feceritque, vt Titius ille Horatianus [Epp. I, 3, 9. et 19.]:

Faſtidire lacus et riuos ausus apertos
Iam ſit auis Titia aut moueat cornicula riſum.

Sane iſtius plumas iam non ego empſitem titiuillitio. *Fl. Chr.*

1215. αὐτοῖν [vt Br. dedit.] Sic in A. In B. αὐτόν. Vulgo αὐτῶν. *Brunck.*

1216. ἵν' ἀποκαθαίρω τ. τρ. Supra 1192. (1191.) *Bergl.*

1219. Nec metro nec vſui loquendi aeque conuenit ἀπὸ τ. οἰκ., quod e Rav. recepit Inv., quum ἐκ τ. ο. vt vulg.

1220. (1222.) Perperam vulgo interpunctus eſt hic verſus. Accuſatiui τὼ λόφω pendent a verbo πριαίμην. *Brunck.* Facilior eſt vetus interpunctio, velut Iuntinarum: τριχοῤῥυεῖτον, οὐδὲν ἐστὸν τὼ λόφω· οὐκ ἂν etc. intellecto in πριαίμην pronomine criſtas indicante. *Hotib.*

---

x) VI, 23, 12. vbi tamen πτερινῷ στεφάνῳ legitur, nec vllam varietatem notauit Schweighäus. Anim. VI. p. 351.

y) At ille Yvo Villiomarus Aremor. eſt ipſe Ios. Scaliger. v. Saxii Onom. litt. III. p. 552.

1222. (1225. K.) *τί δαί* Attice pro *τί δέ* z). Dixit autem *θώρακος σκύτει* a) pro *θώρακι*, periphrastice. Nam thoracum alii *ἁλυσιδετοὶ* (ferreae ſunt ex annulis tunicae, nos vocamus *cottes de maille*) alii *στατοί*. Hic *στατὸν* deſignat: comparat enim *λασάνῳ σταθέντι* i ollae vel trulleo, pro ſella familiarica. Et fortasſis, cum ait *δεκάμνῳ*, ad *στατὸν* alluſit, qui eſt *πέντε μνῶν*. Tamen ſine periphraſi proprie dixit *σκύτει* (alias *κύτει*, neque male, quia *τὸ κοῖλον τοῦ θώρακος* innuit) et recte: nam lorica eſt tegmen de loro factum, vnde *ſcutum*. Virgilius lib. XI. de Ornyto [679. ſ.] *cui pellis latos humeros exempta iuuenco Pugnatori operit*. Sic a capra *aegis* dicta, eſtque munimen corporis aereum, diciturque *aegis*, cum numinis pectus operit; cum hominis, *lorica*. *Fl. Chr.*

1223. *ἐνημμένῳ*. Ab *ἐνάπτομαι*, *induo*. Videtur autem loricae ſuperinductum, aut intus ſubductum fuisſe corium. *Bergl.*

1224. *ποιήσει ζημίαν*. In Plut. 1125. *ὅςτις ἐποίεις ζημίαν*. *Bergl.* *ὅπως μὲν οὖν* initio verſus et v. ſeq. *ἄπαιρε* (pro *ἀπόδου*, *vende*) legi vult *Reisk.*

1225. *ἰσωνίας*. Id eſt, tantidem pretii. Sed interim non abludit ab Ionia, et Athenienſes, qui Iones perſtringit tanquam deliciis immerſos et propterea care et abunde cacantes. *Fl. Chr.* Phot. p. 89. *ἰσωνία* interpretatur *ἰσοτιμία*. Vertitur: da mihi eam (loricam) eodem pretio, quo tibi conſtitit. Oratio Trygaei v. 1226. abrumpitur et continuatur v. 1228. *χρήματα* autem opes eius, ea, quae posſidet, ſunt. Vulgo vertitur *merces*.

1228. *τρεῖς λίθους οὐ δεξιῶς*. Putabam primum pro *οὐ* legendum *εὖ* ſed quia tres lapides videtur ſumere velle laeua, imo vtraque manu, vt *τὸν πρωκτὸν* tergeat, nihil muto. Sunt, qui putent tres illos lapides accipi poſitos pro *λασάνῳ* et ſella, ad quam conquiniſcant

---

z) Non idem prorſus eſt, quod *τί δέ*. Tres eius ſignificationes, *quid ita* (vbi mirandi vim habet), *quid tandem*, *quid porro*, illuſtrat Herm. ad Vig. p. 848.

a) Ita ap. Fl. Chr. legitur.

ἀποπατοῦντες. Sed praestat intelligere de prouerbio, quod duobus senariis comprehenditur:

τρεῖς εἰσὶν ἱκανοὶ πρωκτὸν ἐκμάξαι λίθοι,
ἂν ὦσι τραχεῖς, ἂν δὲ λεῖοι, τέτταρες· id est:
Ad tersionem podicis tres asperae
Petrae satis sunt, siue laeues quatuor.

Nam in Pluto [818.] dixit *ἀποψώμεθα οὐ λίθοις, ἀλλὰ σκορόδοις. Fl. Chr.* Lapillis vsos fuisse veteres abstergendis natibus, postquam aluum exonerassent, ostendit etiam hic Pluti locus v. 817. *ἀποψώμεθα δ' οὐ λίθοις* etc. Prouerbium ad h. l. profert Scholiastes: *τρεῖς εἰσὶν — τέτταρες b).* Post verba *τρεῖς λίθους* plene in A. distinctum. Tunc post *οὐ δεξιῶς* positum interrogationis signum: vt locum hunc interpungi debere intellexit Berglerus, quod ostendit eius versio. *Brunck.*

1230. (1231. K.) Foramina, quae in ima sunt naui, ad quae alligantur remi, vocantur *θαλάμιαι c)*, vnde *θαλαμῖται* vel etiam *θαλαμακεῖς* vltimus ordo, nempe remigum, qui ad proram. *Ζυγὸς* media pars, quae est *περὶ τὸ κατάστρωμα*, vnde *ζυγῖται*: et *θράνος* pars superior ad puppim. Quamuis in his variant et dissentiunt Grammatici. Ea foramina Vitruuius [X, 4, al. 9, 2. ed. Schneid. qui cf.] vocat *columbaria*, quia facta sunt instar *τῶν τοῦ περιστερεῶνος τρωγλῶν.* Erat autem *θαλαμιὰ* inferior pars nauis, quae *θαλαμίτας* vel *θαλαμίους d)* habebat. *Fl. Chr.* *θαλαμίαι ὀπαὶ* vocabantur in inferiore naui foramina, per quae exserebantur remi. *θαλαμίας* autem per iocum appellat thoracis laterum aperturas, per quas exseruntur brachia, occasionem captans Trierarchorum auaritiam perstringendi, qui nauium aliquot foramina obturare solebant, vt remigum stipendia lucrifacerent *e). Brunck.*

---

b) Eadem ex Plut. et ex Schol. attulit *Bergl.*

c) *θαλαμιὰ* proprie nauis foramen quoddam est. *Bergl.*

d) Zonar. I. p. 1020. *θαλάμιος· ὁ πρὸς τῇ πρώρᾳ καθήμενος,* vbi cf. Intp.

e) Nimirum Trygaeus dicit, loricam aptam esse ad exonerandam aluum in eam, et videtur id gestu etiam demonstrare (*ὡδὶ* 1228.), et cum alter quaereret, qua parte aut qua ratione abstersurus (lapidibus) esset nates, respondit, vtraque manu exserta per aperturam loricae se vsurum esse.

1231. *καὶ τῇδ'.* Duae tantum illae voculae Trygaeo tribuendae erant: ſermonem eius abrumpit loricarius, quaerens: *ἄμ' ἀμφοῖν δῆτ'*; Vulgo vocula *ἄμ'* Trygaeo male continuatur. *Brunck.*

1232. *ἵνα μή γ' ἁλῶ.* In trierarchos inuehitur, quorum munus erat nauium armamenta procurare victumque remigum, i. e. farinam, caepe et caſeum *f*). Imperabant autem ſinguli trierarchi ſingulis triremibus et in remiges imperium habebant, vt praetores in ipſos trierarchos. Nos hodie videmur vocare Comitem. Solebant autem ſaepe trierarchi obturare nauis aliquot foramina, vt ſic lucrifacerent ſtipendium remigum, quod a publico accipiebant. Drachmam enim merebant, quae quatuor ſolidis Turonenſibus aequatur. Etſi variant etiam auctores; nam alii duos vel tres obolos mercedem dixerunt eſſe remigis. Sed arbitror tres illos remigum ordines non ex aequo meruiſſe. Nam reperio in veterum gloſſis, Thalamitas exiguam mercedem retuliſſe, quia breuibus et curtatis remis vtebantur, neque tantum laboris hauriebant, vnde *θαλαμίδιοι κῶπαι* a Grammaticis dicuntur *αἱ ἠρέμα ἐλαύνουσαι.* At *θρανῖται,* quia longiores remos habebant vexabanturque maiore labore, ſaepe, praeter publicum ſtipendium, donatiuum etiam a trierarchis auferebant. Cogebantur autem ductores nauium tot ſufficere remiges, quot nauis habebat foramina. Itaque nonnulla obturabantur, ne fraudare viderentur remiges, ſi vacuae eſſent *θαλαμιαί. Fl. Chr.*

1233. *χιλίων δραχμῶν.* Decem minae eo redeunt *g*). Nam mina vel mna pendit drachmas Atticas centum, et cum drachma ſit quatuor ſolidorum Turonenſium,

---

f) Curatores triremium cogebantur tot remiges conducere, quot eſſent nauis foramina remis exſerendis. Saepe autem vt ſtipendia remigum lucrifacerent, vnum alterumue foramen obturabant et celabant. Hos tangit hic Comicus. *Bergl.* De trierarchiae moleſto munere v. Wolf. Prolegg. ad Demoſth. Or. Lept. p. C. ſs. *κλέπτων ἁλῶ* reddit Bergl. *ne celaſſe* nauis foramen *deprehendar*, rectius Br. *ne furtum feciſſe. deprehendar* obturando nauis foramine.

g) Hinc antea *δεκάμνον* dicitur h. e. vas (lorica), quod decem minis venditur.

ſumma erit circiter centum aureorum ſcutiferorum ex Budaei ſupputatione. Quod quidem mihi immane pretium videtur et praetore vel imperatore tantummodo dignum. *Fl. Chr.*

1237. *θλίβει τὸν ὄῤῥον h*). Imitatur eos, qui experimenti cauſa thoracem induunt, quique *δυσωνοῦντες*, aut quia iniquius eſt pretium neque placet indicatura *i*), ſimulant premi ſe aut collo aut humeris tenus. Hic ſumto thorace Trygaeus inſidet tanquam trullae vbi adſellet, ad mouendum ſpectatoribus riſum. Eſt autem *ὄῤῥος*, qui et *ὀῤῥοπύγιον*, teſte Galeno *k*), *ἱεροῦ ὀστέου τὸ πέρας*, i. ſpinae terminus, vt ait Apuleius. Nos vocamus *le croppion*. Aliis *τράμις* vel *περίναιον* vel *ἱππόταυρος*, qua linea ſubeſt per medium veſicae discurrens, ſed proprie pars illa ſic definitur, quae *τοῖς σφαιρώμασι* i. natibus ſubiacet. Inde verbum *ὀῤῥωδεῖν* vel a tremore vel a ſudore, quia timentibus ex horrore pars illa praecipue *ἰδεῖ* i. e. *ἱδρώει*. Hippocrates vocauit *τράμιν*, vt teſtis Erotianus [p. 360. ed. Franz.], et ſic Hipponax et Archilochus vſurparunt. Lyſimachus *σφυκτῆρα* dixit, ſi vere refert ille Hippocraticus *Λεξικογράφος*, neque potius legendum *σφιγκτῆρα*, vt olim corrigebamus. Neque audiendi ſunt, qui et *τράμιν* et *ἰσχία* confundunt. Sane enim *τράμις* vere eſt illa linea, vnde *ὑπόλισποι* Athenienſes ridentur, tanquam *ἐνδεῶς πυγῶν ἔχοντες*. Strattis feminam hoc defectu notam *διάτραμιν* recte dixit. *Fl. Chr.*

1238. *Σα*. In indice perſonarum huius fabulae eſt *Σαλπιγγοποιός l*). Sed videtur potius eſſe *σαλπίγγων κάπηλος* propter verbum *ἐπριάμην* ſequenti verſu *m*).

---

h) Pro *θλίβει τὸν ὦμον*. Imitatur enim eos, qui, quaſi emturi, induunt loricas experiundi cauſa, an etiam quadrent; deinde, ſi emere nolint, praetexunt cauſam, *quia humerum premat.* Ex Scholiis. *Bergl.*

i) Nam vendere decem minis loricarius voluerat iuſſeratque Trygaeum pecuniam proferre.

k) vid. Galeni Expos. Voc. Hipp. p. 536. Franz. et Foës. Oec. Hipp. p. 463.

l) Nunc recte *Σαλπιγκτὴς* legitur.

m) Videtur potius eſſe tubicen et *σαλπιγκτὴς*, quam *σαλπιγγο-*

Bergl. τί δ' ἔγωγ' ἄρα τῇ σάλπ. τ. χρ. Sic [vt Br. ed.] A. Vulgo [etiam ap. Inv.] τί δ' ἄρα τῇ — *Brunck.*

1240. (1242. Br.) μόλυβδον. Sic A. et mox quarto verſu. Vulgo μόλιβδον. Neſcio cur Daweſius ἐγχέας mutari voluerit in ἐγχέων. Debebat ergo etiam ſeq. v. pro ἐνθεὶς reponere ἐντιθείς. *Brunck.*

1242. De *cottabis* nos ſupra ſatis multa *n*). Addemus, κατακτοὺς vocatos, qui κάτω ἄγονται. Aliud autem eſt Ariſtotelis κατακτὸν in meteoris, vbi diſtinguit θραῦσιν et κάταξιν. Nam illic fractio eſt, hic demiſſio pendula. *Fl. Chr.* Quid hoc nomine intelligendum ſit, praeter Schol. docent Athenaeus initio l. XV. Pollux VI, 109. et Meurſius in Graecia ludibunda V. Κοτταβισμός. *Brunck.*

1245. ἐντευθενὶ idem eſt quod antea ἄνωθεν, *in ſuperiori parte*, quae labio admouetur. Senſus: ex hac parte ſuſpenſam lancem adde, et plane tibi fiet illud, quo poſſis ficus in agro ſeruis tuis appendere. De voc. πλάστιγξ v. ad Ran. 1415. vbi Spanh. cenſet h. l. eſſe *patellam*, confundens hunc locum cum antecedente. Phot. πλάστιγξ, τοῦ ζυγοῦ τὸ ἀντίῤῥοπον. add. Zon. II. p. 1553.

1246. (1247. K.) καὐτός [vt ol. lectum] σοι γ. Si non mendoſa eſt lectio, referendum ad μόλιβδος, ſed vereor vt legendum ſit καὐλὸς pro καὶ αὐλὸς, vt ſit tubae tibia. Quamquam neque male καυλὸς legatur, vt ſit στατὴρ, praeſertim cum ſequatur ἱστάναι, quod eſt expendere et σταθμίζειν, etiam aliquando δανείζειν. Sane alteram lectionem videor mihi odorari et augurari ex verbis graeci Gloſſographi *o*). Sed nec male κᾆτα leges, pro καὶ εἶτα, et ſic contumacem modulo ſyllabam non habebis. *Fl. Chr.* καὐτό σοι. Ita ſcribo. Ed. nupera καὐτῷ σοι contra metrum. Aldina καὐτό σοι,

---

ποιὸς quando ait, ſe tubam emiſſe 60. drachmis i. e. ſemimina et quinta parte ſemiminae. *Fl. Chr.*

n) V. Intpp. ad Nub. 1063. Vertitur a Br.: plumbum ſi infundas in hanc cauitatem, deinde ſi ſuperne virgam infigas longiusculam, fiet tibi penſilis cottabus.

o) Ea, quae ſequuntur, in ed. K. acceſſerunt.

nec non Iunt. et Brubachii; Farrei vero *αὐτόν σοι*. *Bergl.*

1248. (1250. Br) *ὥς μ' ἀπώλεσας vt me perdidiſti!* Male vulgo ὅς — Sic Nub. 1265. *ὦ Παλλὰς, ὥς μ' ἀπώλεσας. Brunck.* Voc. *δυςκάθαρτος* vertitur *implacatus.* ὅτ' pro ὅτε quando, et per *τῶνδε* galeas, quas monſtrat, intelligit.

1252. Syrmaea ſuccus eſt herbae, qua potione Aegyptii vti ſolent ad curandas diarrhoeas *p*). Herodotus Euterpe [2, 77. vbi v. Gronov.] *συρμαΐζειν* dixit pro *purgare.* Sudas alicubi potionem facit hordeaceam, quin etiam cibum ex adipe et melle. Erotianus ait longam eſſe *ῥαφανίδα*, quam quidam cum ſale eſitantes purgantur, quod et Didymus prius dixerat. Hinc *συρμαϊσμὸς* Hippocrati. *Fl. Chr.* *συρμαίαν.* Quia Aegyptii ſaepe ſyrmaea vtuntur ad purgationem alui, vt teſtatur Herodotus in Euterpe. Hinc etiam Comicus Thesm. 864. vocat eos *μελανοσυρμαῖον λεών. Bergl.*

1253. (1255. K.) *οἴμοι, ὦ κρανοποί'* — Excudi debuit, vt emendate ſcriptum eſt in A. *οἴμ', ὦ κρανοποί'* — Illud e prioribus edd., me imprudente, remanſit. *Brunck.* Emendatum in Lips.

1254. *ἀλλὰ τί* — His verbis mallem praeponi Haſtarii perſonam. Ad illum enim directa praecedentia Trygaei verba, quibus par eſt, ipſum aliquid regerere. Alioquin diceret mox Trygaeus *μάθῃς* et *ἀποδώσει*, tametſi tertiae illae perſonae ad indefinitum *τις* poſſunt referri. *Brunck.* Suppl. — *ἀλλὰ τί ἔτ' ἐστὶ* — Poteſt quidem et haec diſtinctio perſonarum tolerari, ſed tamen aliter diſtinxi in verſione *q*). *Bergl.*

1256. (1255. K.) *τοιαυτασί.* Ita omnes edd. priſti-

---

p) De variis voc. ſgfatt. cf. Foës. Oecon. Hipp. p. 601. add. Galen. Gloss. p. 574. et Dict. Herod. p. 616. Franz. Photius p. 410. Zon. II. 1684. 1693. Wessel. ad Diod. S. I, 64. ad Herod. 2, 125.

q) Scilicet omnia haec vulg. tribuuntur *Κρανοποιῷ*, ſed in verſione Berglerus verbis *ἔτ' ἐστὶ* — Trygaei perſonam praefixit, interrogatione poſt *ἀλλὰ τί* poſita et continuata dein oratione.

nae, nupera τοιαυταισί *r*). Ostendit ei, quales anſas debeat facere galeis, vt earum aliquis ſit vſus, nempe aures ei prehendens, vt ex iis fiant cadi, quorum anſae dicantur ὠτάρια. Scholia: ὠτάρια τοῖς κράνεσιν, ἵνα γίνωνται κάδοι· δείκνυσι δὲ τὰ ὦτα αὐτοῦ. *Bergl.* Anſas (λαβὰς) galeis fieri vult, vt vertantur in cados, qui anſati vel auriti erant, vnde *diotae* dicti Horatio [Od. I, 8, 9. vbi v. Intpp.]. *Fl. Chr.*

1258. (1260. Br.) Per metrum liceret legere δορυξὸς, et forte ſic ſcripſerat Comicus. V. ſupra ad v. 447. *Brunck.*

1259. τούτῳ γ' ἐγὼ — Attice pro παρὰ τούτου. Sic Latini *regnata Lycurgo* [Virg. Aen. III, 14.], et ſic dictum: *dispari domino dominaris* [Cic. Off. 1, 139.]. *Fl. Chr.* Inuernizii nota ad praeced. verſum pertinet, vbi in ed. Brunck. γ' poſt μηδαμῶς omiſſum eſt, non monito lectore.

1261. χάρακας. Sunt pali, ridicae, vel pedamenta, quibus fulcitur vitis. Alias χάραξ vallum eſt militare, quod boni olim et fortes milites patienter etiam per longa itinera portabant, vnde Muli Mariani *s*). Hodie ipſa arma oneri ſunt nec honori Neoptolemis noſtris, imo etiam ipſis fere lixis et calonibus. Periit enim omnis disciplina militaris et iuſti belli forſan legitimae cauſae. *Fl. Chr.*

1262. ὑβριζόμεθα. Sic recte A. Vulgo, reclamante metro, ὑβριζόμεσθα, quae menda ſine codicis ope ſuſtolli poterat. *Brunck.* ἐκ ποδῶν [vt ol. vulg.] Lege ἐκποδὼν aduerbialiter, et vno verbo. *Fl. Chr.*

1264. οὐρησόμενα. Aut mingunt hic pueruli *t*) (quemadmodum vertimus) aut potius obſeruant et meditantur quae canenda ſunt. Nam οὐρεῖν accipio pro ὡρεῖν, quod eſt φυλάττειν· niſi malumus ſeruare eos

---

r) Operarum errore in Frobeniana excuſum τοιαυταιοὶ, quod in Kuſterianam migrauit. *Brunck.*

s) Frontin. Strat. IV, 1, 7. et Feſtus p. 15. et 248. Dacier. et ad vtrumque Intpp.

t) Ita ab omnibus vertitur, *micturi*

res conuiuarum *v*), quod non puto. Nam et Catullus in Epithalamio [carm. 62, 12. ſ.] pueros canentes inducit et meditantes quod canant. *προαναβάλλεσθαι* autem eſt vox cantaturis propria: nam, vt antea diximus, *ἀναβολαὶ* ſunt principia carminum et velut praeludia. Et mox *ἀναβαλοῦ* dicet pro, *incipe*. Ingenioſe autem et feſtiuiter excogitauit puellos duos, Lamachi et Cleonymi filios, vt inde occaſionem arripiat ipſos inſectandi, illum tanquam *φιλοπόλεμον*, hunc tanquam *ῥιψάσπιδα*. Vſurpat autem prior puerulus principium Epigonorum Antimachi. *Fl. Chr.*

1265. *μοι δοκεῖ*. Sic codd. et primariae edd. Neſcio cuius libidine in recentioribus *μοὶ δοκεῖ*. Vide ſupra ad v. 1213. *Brunck.*

1268. *Παῖς Λαμάχου* [vt vulgo inſcribebatur]. Filius Lamachi. Scholia latine conuerſa: Nihil elegantius hac inuentione. Duos enim ſiſtit pueros cantantes, vt occaſionem habeat perſtringendi horum patres, alterum tanquam patrem bello deditum, alterum tamquam timidum quiue clypeum abiecerit. Primo ita fecit cantantem bello dediti filium. Et videſis, quam congruas res illi tribuerit. Eſt autem iſtud ex Epigonis Antimachi: *νῦν δ' αὖτ'* etc. *Bergl.* Locum interpretatur *Flor. Chriſtianus:*

Rurſus *ab armigeris* nunc incipiamus. Try. Abi aufer
Cantare *armigeros*, infelicisſime, pacis
Tempore praeſertim, indocte, execrande puelle.

Felix quidem ideo, quod ipſa orationis indole vrgente *ὁπλοτέρων ab armigeris* reddiderit, infelix, quod non viderit eos operam ludere, qui voci *ὁπλοτέρους* cum *ὅπλα* quidquam praeter ſonum commune esse ſtatuant *x*). Verbi autem illius notionem, cum non niſi *ὁπλοτέρους* admodum atque *ἀμαθεῖς* lateat, adſtruere ſuperſedeo. Sed neque pluribus praeſtare ſatagam,

---

v) Nimirum exiſtimauit Fl. Chr. iungi posse *τὰ τ. ἐ.* ea, quae ſunt inuitatorum, bona eorum; ſed rectius *τὰ παιδία τ. ἐ.* iunguntur. *δεῦρο* autem fere ad *ἐπικλήτων* refertur, rectius cum *ἐξέρχεται* ſtruetur.

x) Scholia: *Alludit ad vocem ὅπλα, arma. Bergl.*

Aristophanem scripsisse — *ὁπλοφόρων ἀνδρῶν ἀρχ.* — *ὁπλοφόρους ᾄδων.* Hac vtique de re si quis dubitare poterit, ei opinor in sententiam meam adducendo mille argumenta frustra impenderim. *Dawes.* M. Cr. p. 281. Initium est versus iste: *νῦν αὖθ' ὁπλοτέρων ἀνδρῶν ἀρχώμεθα, Μοῦσαι, Epigonorum*, non, vt ait Schol., Antimachi; sed longe antiquioris poëtae, Homeri scilicet ipsius, vel saltem Homeridarum alicuius. Antimachus Colophonius, quem Platone priorem aetate fuisse ait Suidas, *Thebaidem* fecit, quae si Athenis, quum Comicus noster fabulas suas docebat, nota fuit, non tamen ita erat peruulgata et tanti habita, vt eam pueri etiam discerent *y*). *Epigonorum* vero quisquis fuerit auctor, ex Herodoto constat antiquissimum fuisse. Bene autem poëta ille secundi belli Thebani duces, eorum, qui in priore bello occubuerant, filios, *ὁπλοτέρους* appellat, eo sensu, quo nomen istud apud Homerum occurrit frequentissime, i. e. *νέους* et *ὅπλα αἴρειν δυναμένους z*). Quia vero ab *armis*, *ὅπλοις*, ducta est vox illa, eam Trygaeus abominatur. Scholiastes: *παρὰ τὸ ὅπλον παίζει.* Facetum hoc est et comicum. Frustra Dawesius optimam lectionem sollicitat, reponendumque statuit *ὁπλοφόρων* et *ὁπλοφόρους*, quod, vt mollissime dicam, nimis quam frigidum est. Sane antiquus poematis auctor, ex quo hic versus desumtus est, Epigonorum historiam exordiens, *ὁπλοφόρων* eos non indigetasset nomine, quo nec a prioribus ducibus nec a quibusuis aliis bellatoribus distincti fuissent. Versum illum tanquam ex Homeri *Epigonis* profert auctor certaminis Homeri et Hesiodi, ed. Th. Robinson. p. 243. *Brunck.*

1270. (1272. Br.) *εἰρήνης οὔσης.* Perperam vulgo

---

y) Sed alii Antimachum Teium antiquiorem a Colophonio distinguunt. v. Fabric. B. Gr. II. p. 104. s. ibique Harles.

z) Sic vocantur iuuenes et tirones, qui militiae dare nomen incipiunt: sed quia ab armis ducta vox est, quasi *armites* dicas, propterea Trygaeus abominatur. Lego autem *ᾄδων*, non *εἶδον*. *Fl. Christ.* Scil. in textis ed. eius est *εἶδον*, sed marg. *γρ. ᾄδων.*

inseritur particula γε. *Brunck.* Absolute ponuntur neutra ἀμαθὲς, κατάρατον, loco Mascull.

1271. (1272. Kust.) Versus, quos cantat puer, sunt omnes ex Homero expressi. In Iliad. δ'. legitur v. 446.

οἱ δ', ὅτε δή ῥ' ἐς χῶρον ἕνα ξυνιόντες ἵκοντο,
σύν ῥ' ἔβαλον ῥινοὺς, σὺν δ' ἔγχεα καὶ μένε' ἀνδρῶν
χαλκεοθωρήκων· ἀτὰρ ἀσπίδες ὀμφαλόεσσαι
ἔπληντ' ἀλλήλῃσι, πολὺς δ' ὀρυμαγδὸς ὀρώρει.

Hi versus totidem verbis repetuntur Iliad. θ'. 60. *a*). Forte Aristophanis aetate alterutro in loco ad eum modum, quo hic leguntur, contracti erant. *Brunck.*

1276. Si genuina est scriptura ταύτας ὀμφ. neque ἀσπίδας ὀμφ. reponendum, ad risum mouendum putandus est dixisse οἰμωγὰς ὀμφαλοέσσας, quibus verbis sensus non inest.

1277. (1278. K.) In Nubb. 757. περὶ τοῦ; σὺ γάρ μοι τοῦτο φράσον, ὦ Σώκρατες. *Bergl.*

1279. (1281. Br.) πάσασθαι. Sic optime A. Vulgo μάσασθαι. Homericum est, quod reposuimus. *Brunck.* Composita enim haec sunt ex variis locis et verbis Hom. sed verba καὶ τὰ τοιαυτὶ non puto cum δαίνυντο iungenda, verum referenda ad ᾆδε, quod subintelligitur, vt varia varii generis proponantur, quae cantare debeat, ad epulas spectantia.

1281. ἐκόρεσθει pro ἐκορέσθησαν, ἔκλυον *b*) autem pro ἐξέλυον. *Bergl.* Neutrum ita in Homm. carminibus nunc legitur.

1282. (1284. Br.) κἆτ' ἤσθιον. Sic liquido scriptum in A. Editt. omnes, praeter nouissimam (Bergl.), habent κατήσθιον. Mendam sustulit Berglerus, sine libri veteris ope, quae minime erat necessaria. Sic ille: „κἆτ' ἤσθιον. *Ita emendo. Omnes, quas vidi,* κατήσθιον. Certissimam esse emendationem euincit, non codicis quae nunc accedit auctoritas, sed res ipsa, sensus et metrum. Ita scribendum esse monue-

---

a) Homeri locos etiam Bisetus atque inde Bergl. laudarunt.

b) Ita in ed. Lips. reponendum est pro vitiosa scriptura ἔκλυνον.

rat etiam Dawesius c). Qui solito acutius hic vidit, turpiter lippiuit Berglerus ad Av. 825. Sed bonam ibi lectionem reposuerat Kusterus, cui obloquendi fere nullam occasionem negligit Transsilvanus: et veterem lectionem procul dubio reuocasset, si mendam prior sustulisset Kusterus. *Brunck.*

1283. (1284. K.) *ταῦτ' ᾆδε.* Ita ed. Farrei. Caeterae antiquae: *ταυτάδε*, quod nihil est. Nupera (Kust.) *ταῦτα δὲ*, quod huc nihil facit. Vulgo male: *ταῦτα δέ.* Caeterum Euripides idem dicit: *τοιαῦτ' ἄειδε, καὶ δόξεις φρονεῖν*, in Antiope apud Stobaeum [Fragm. XXXIII, 3. Musgr.] *Bergl.* Perperam in B., vt in primariis edd. *ταυτάδε.* In A. *ταυτὰ δέ.* Zanettus e facili coniectura edidit *ταῦτ' ᾆδε*, emendata ad metri legem, et ex vi sententiae, scriptura vt reponendum esse vidit etiam Dawesius *d*), et ex Farreana sua, cui falso gloriam huius emendationis tribuit, reposuit Berglerus. *κεκορεσμένοι* pro vulgato *κεκορημένοι* ex analogia scribendum esse monuit Dawesius [p. 282.] *Brunck.* Pristinum tamen reuocauit Inv.

1284. *ἄσμενοι.* Hoc referendum est ad *πεπαυμένοι*, non ad *θωρήσσεσθαι*, quamquam neque sic male et melius fortassis: nam *θώρηξις* est *ebrietas*, vox Hippocrati, medicorum deo et deorum (quales antiqui Paganorum) medico familiaris *e*). Fuit cum putarem legendum *πεπασμένοι*, vt esset idem ac *κεκορημένοι* et quasi echo daret illi responsum *ἄσμενοι.* Tamen nihil muto et calidum *f*) fortasse nimis hoc inuentum.

---

c) Misc. Crit. p. 282. vbi haec eius verba: „Quippe verbum hic haberi oportet, quod τῷ δαίνυντο sensu aequi polleat: id quod de κατήσθιον (*devorabant*) neutiquam dici potest. Hanc porro scripturam (κἀτ' ἤσθ.) exigunt, quae in sequente versu habentur ἤσθιον κεκορεσμένοι: quippe haec locutio tantumdem valet, quod ἐκόρεσθεν, κἆτ' ἤσθιον: eiusdem autem sententiae repetitionem ipsa loci natura postulat."

d) p. 281. M. Cr. sed ita iam etiam ediderat Flor. Christ. ita liberius interpretatus: Haec sunt canenda, saturitas, esus, dapes.

e) Vid. omnino Foës. Oecon. Hipp. p. 275.

f) Immo ingeniosum adeo, vt nihil a te alias vel simile vel

Coniectura tantum fuit, in qua facile aberrasse a scopo, in quem coniicimus. Sane enim (neque dolo nec ambitione dico) verum vestigo, ruspor, percontor. Is meus est finis. Caeterum videtur huic versui, vt hexameter sit, deesse vltimus spondeus, velut οὕτως aut quid simile. *Fl. Christ.* [In eius enim ed. versus finitur v. ἄσμενοι.] πεπανμένοι scil. τῆς ἐδωδῆς, quod manifestum est. Sic libri omnes. Florentis coniecturam maximo Dawesius probauit opere, et adstruere conatus est, πεπασμένοι, quam ego licet ingeonisam, nec recepi, nec vellem recepisse. Minime necesse est, vt semper argutus sit poëta noster: vbi argutias captauit, eas contenti simus, si probe intelligamus, quod plerisque interpretibus licet a veteri Schol. monitis, hic non contigit. Acumen non persensit Dawesius, quod est in ambiguo sensu verbi θωρήσσεσθαι, significantis *armari, thoracem induere*, καθοπλίσασθαι, et *inebriari*, ἐμπίπλασθαι οἴνου. v. Etym. M. p. 460. Ex hac ambiguitate petitus lepidus iocus in Ach. 1135. vbi, quum Lamachus sibi thoracem adferri iussisset dixissetque: ἐν τῷδε πρὸς τοὺς πολεμίους

---

secundum excogitatum sit, at timide adeo *gelideque* ministratum, vt vix persensisse videaris, quantum vulgatae lectioni praestet. — Vocis πεπανμένοι tam nude positae vagus nimis est sensus, ne dicam nullus. Porro si — verbo θωρήσσοντο *se armabant*, nihil ad gulam spectans subiecisset, quo Trygaei ingenio litaret; mirum ni grave aliquod, *frontem* puta *perfrictissimam*, vel *in mentiendo securitatem* vel *ineptias* saltem atque *ignorantiam* sibi exprobratam continuo sensisset. — Huius vero inuenti laudem vir eruditus coniectura, quam subiungit, perquam inficeta ipse quodammodo imminuit; coniecturam dico, qua invenustum istud οὕτως versum terminare voluit. Nos lubenter sic scripsimus: Θ. ἄ. ἔπ. πεπασμένοι. Τρ. ἄσμενοι. εἶεν. Nempe ipso hoc verbo εἶεν idem iam supra (1782.) assensum significauit. Libet tamen aliam non plane poenitendam versus complendi rationem suggerere, retentis etiam ipsis vulgatae lectionis verbis, adiecta duntaxat post πεπανμένοι orationis nondum finitae nota, ut intelligatur scilicet Trygaeus puerum interpellare ac leniter reprehendere; istum puta in modum:

θωρήσσοντ' ἄρ' ἔπειτα πεπανμένοι — Τρ. ἄσμενοι, ὦ τᾶν·

ac si dixisset: Immo πεπασμένοι cane, non πεπανμένοι. *Dawes.* p. 283. f.

θωρήξομαι· congium Dicaeopolis sibi dari iubet aitque: *ἐν τῷδε πρὸς τοὺς ξυμπότας θωρήξομαι.* Hic vero puer quum dixiſſet, heroas facto edendi fine *θωρήξασθαι,* intelligit Trygaeus maioribus eos ſeſe poculis inuitaſſe ideoque addit: *ἄσμενοι, οἶμαι.* In impreſſis omnibus deeſt vltimus pes huius verſus. Reponendum eſſe coniecerunt alii *οὕτως,* alii *εἶεν,* vel *ὦ, τἀν,* quorum omnium nullum verum eſt. Bini codd. optime *ἄσμενοι, οἶμαι.* Vide autem, quam longe euagati fuerint interpretes, vt quaererent, quod erat ipſis *ἐν ποσὶ,* ſub oculis poſitum, quodque habebant in manu. Non interpretationem ſolum noſtram, ſed lectionem etiam exhibet vetus Schol., cuius verba in recentioribus edd. a typothetis male fuere distracta. Scripſerat ille, vt eſt in primariis edd. *Ἄσμενοι οἶμαι*] *πρὸς τὸ πεπαυμένοι,* etc. Vocem textus *οἶμαι,* in Critici interpretationem transtulerunt. Vere autem *ἄσμενοι* ad *θωρήσσοντο* refertur, quod primo negatum agnoſcit poſtea Criticus, modo *θωρήσσοντο* accipiatur pro *ἔπινον,* quo ſenſu id reuera accipit Trygaeus. Bene Berglerus: *ἄσμενοι propterea dicit, quia praecedens θωρήσσοντο pro inebriari, vt in Acharn.* 1135. *Brunck.* Zonaras vel Grammaticus quem ſecutus eſt (Lex. I. p. 1068. ſ.) discrimen confinxit inter *θωρήσσεσθαι, καθοπλισθῆναι* et *θωριχθῆναι, μεθυσθῆναι,* ſatis iam ab editore doctiss. confutatus, qui plura de h. v. collegit.

1287. Vim partic. *καὶ* ita interpoſitae (vt h. l. *τοῦ καί ποτ'*) vt reddi posſit *praeterea,* illuſtrauit copioſe Porſon. ad Eur. Phoen. 1373.

1288. *Λαμάχου.* Particula *λα* intentionis eſt et *αὐξήσεως,* vt *βου.* Lamachum hunc ex nomine facit *βουλόμενον μάχεσθαι* (fuit enim *φιλοπόλεμος,* caetera vir fortis). Nam *λῇς* etiam Dores pro *βούλει* vel *θέλεις* vſurpant. Ego audacter ſatis Trebellium ex Lamacho feci in interpretatione, ad hoc tantum vt ad bellum alluderem. *Fl. Chr.*

1289. Verſus fini (*εἰ σὺ μὴ ᾖς,* vt vulg.) ſemipes deeſt. Nec vero ſat commode habet ipſa conſtructio: *ἐθαύμαζον, εἰ σὺ μὴ ᾖς g).* Poſtulat cum metri tum

g) Imo ſoloeca eſt.

Hellenismi ratio: — εἰ σὺ μὴ εἴης. Similiter dicunt Latini, mirabar ni tu *esses*. *Dawes*. p. 284. Vulgo εἰ σὺ μὴ ἦς, mutilo versu. In A. εἰ σὺ μὴ ἦσθα. Perperam μὲν pro μὴ dedi *h*): negatio hic omnino esse debet. Quin recipi debuit elegans et certa Dawesii emendatio: εἰ σὺ μὴ εἴης *mirabar*, *ni tu esses i*). *Brunck*. Eam recepit e Rav. Inuern.

1290. βουλομάχου. Vi etymologiae idem βουλόμαχος et λάμαχος. Nam λῇς est βούλει *vis*. Κλαυσίμαχον autem Lamachum vocat, quasi fleturum, quia iam belligerare non possit. ἡμέρα γὰρ ἐξέλαμψεν ἥδε μισολάμαχος, inquit supra v. 304. *Bergl.*

1291. (1292. K.) ἰόν. Ita ed. Brubach. Caeterae antiquae υἱὸν, male. Nupera (K.) ἰὼν, non male quidem, sed praestat ἰὸν, nam et superius in neutro genere στάν. *Bergl.* Sequuti sunt recentiores edd.

1294. Rescribendum est ᾄσει. Futurum vtique actiuum a verbo ᾄδω formatum Attici non agnoscunt, sed medio duntaxat ᾄσομαι vtuntur. Vulgati autem ᾄσεις literam finalem deceptis librarii scribentis auribus acceptam, cum vox subiecta ab eadem incipiat, non immerito retuleris. *Dawes*. M. Cr. p. 285. Perperam vulgo ᾄσεις. V. ad Vesp. 1228. *Brunck*. Reuocauit ᾄσεις Inuern. sed vera est Daw. et Br. sententia.

σώφρονος. Eadem ratione Cleonymum istum Paci dicit esse εὐνούστατον v. 672. *Bergl.*

1295. Vt supra puerulus Lamachi incepit a principio Epigonorum Archilochi, puto, quia μάχας canebat: sic iste alter Cleonymi ab Archilochi elegidio, qui poëta melior fuit quam miles. Nam et ipse suorum vitiorum praeco fuit (in quo culpatur a Critia apud Aelianum *k*)) ac ne turpissimum quidem omnium quod est ignauiae et imbelliae ῥιψάσπιδος indictum

---

h) In textis scil. Brunck. legitur: εἰ σὺ μὲν ἦσθα —

i) Is p. 284. docet cum metri tum Hellenismi rationem postulare hanc lectionem.

k) Var. Hist. X, 13.

voluit. Quod Horatius aemulatus videtur, cum ait in odis [II, 7, 10.]. *Senſi relicta non bene parmula l)*. Illud enim, *non bene*, ignauiam prodit et facinus οὐκ ἀμώμητον. Notum eſt Archilochum in pugna contra Saos [Saïos] Thraciae gentem id perpetraſſe, quod in elegia ſua ſatis teſtatur. *Fl. Chr.* Diſtichon eſt Archilochi, quod exſtat apud Strab., Plutarch. Sextum Empir. In pentametro male vulgo legitur ἐντὸς, tanquam ſi aduerbium eſſet. Scribi debuit ἔντος, quod nomen in ſingulari parum vſitatum: plurale ἔντεα apud quosuis poëtas frequens. *Brunck.* Ita emendatum eſt in ed. Liebelii Fr. Archil. fr. 51. p. 146. ſs.

Vbi Br. poſuit *Παῖς β'*, vulgo erat *Παῖς Κλεωνύμου*. Pro *Σαΐων* male *Reisk.* coniecit *Σαμίων*, ſed idem recte ad ſeq. verſum adſcripſerat: „ἔντος (accentu retracto) i. q. ὅπλον, *munimentum*, *quo me armem*. Saepe ap. Hom. ἔντεα pro ὅπλα, τεύχη." Idem etiam v. 1289. recte iam coniecerat εἴης.

1297. πόσθων non ſolum puerorum τὰ αἰδοῖα, ſed et puerulі ſic vocantur *putilli* nomine. Sic ap. Virgil. in Catalectis [IX, 2. Heyn.] *potus m)* recte vocatur πόσθων, vt notauit Scaliger. Sed profecto diſſimulandum non eſt, illic Virgilium de induſtria breuiaſſe priorem ſyllabam τοῦ *potus* [putus] et luſiſſe in homonymia vocis quae et Bacchum et Venerem (qualis Silenus Bacchicus voluit apud Euripidem *n)*) deſignat. Heſychius non ſolum πόσθων *o)* ait, ſed ποσθωνεύς, Quin et σμορδονεὺς et σάθων *p)*, quae omnia ſunt ὑποκοριστικὰ et dicta ἐπὶ τοῦ αἰδοίου τῶν παίδων, niſi men-

---

l) Hunc locum etiam laudat *Bergl.* e Flor. Chr., et ex Schol. eventum repetit.

m) Scribitur ibi nunc *putus*.

n) Cyclop. 163. ſs.

o) Non ſolum puerorum τὰ αἰδοῖα ſed et ipſi pueruli ſic vocantur. Ex Heſychio. Sic a σάθη, quod idem eſt quod πόσθη, dicitur σάθων. Antiſthenes σάθωνα vocauit Platonem, vt refertur ap. Athen. p. 507. *Bergl.*

p) add. Phot. p. 567.

dofa illic exemplaria. *Fl. Chr.* Photius ab Hefychii interprete citatus [nunc in ed. Herm. p. 529.]: *πόσθων κυρίως λέγεται παιδαρίον. οὕτω γὰρ ὑποκοριζόμενον q) ἔλεγον ἀπὸ τοῦ αἰδοίου. πόσθιον γὰρ τοῦτο καλοῦσιν. δηλοῖ r) δὲ καὶ τὸν παιδαριώδη καὶ ἄφρονα κατὰ μεταφοράν. Brunck.*

1298. Etiam Archilochi eft Hemiftichium initiumque disticti alterius, quod integrum reperitur apud Plutarchum ad hunc modum *s*):

ψυχὴν δ' ἐξεσάωσα φυγών, ἀλλ' ἀσπὶς ἐκείνη
ἐῤῥέτω, ἧς αὖθις κτήσομαι οὐ κακίω.

Id eft:

Seruavi fugiens animam clypeumque valere
Iusfi: haud peiorem nempe parare licet.

Hinc Demofthenes fugam, vt opinor, fuam vt excufaret, habuit. Notum enim illud illius: *ἀνὴρ δὲ φεύγων καὶ πάλιν μαχήσεται,* i. e. *rurfus poteft pugnare qui fugit femel. Fl. Chr.* Initium eft fequentis Archilochi diftichi: *ψυχὴν* — *κακίω.* Apud Sextum p. 161. ed. I. Alb. Fabricii aliter legitur hexametri initium: *αὐτὸς δ' ἐξέφυγον θανάτου τέλος. ἀσπὶς* — *Brunck.* — *κατῄσχυνας δὲ* — In B. vt vulgo *κατῄσχυνάς τε* et huic particulae alia fuperfcripta *γε t*). Neutra hic locum habet. Cum praecedente verfu definit haec fabula in A. *Brunck.*

1301. *ὢν.* Ita ed. nupera (Kuft.). Caeterae, quas vidi, *ἂν* habent. *Brunck.*

1302. Verfus 1302 — 1312. haud dubie funt ftrophici, fed etiam quatuor illos, qui fequuntur, ftropham et antiftropham accipio *διστίχους,* vt pro epodo accinantur ifta *κᾆτ' εἶτ' εὐξαμένους* — *σίδηρον,* quibus

---

q) Scrib. *ὑποκοριζόμενον,* vt Br. dedit.

r) In ed. Herm. eft *δεῖ.*

s) Aliter legitur initium in Fragmentis Elegg. Archil. ap. Liebelium p. 146. f. Et ap. Plut. quidem Inft. Lacon. 54. T. I. P. II. p. 957. Wytt. prior pars hexametri (vsque ad *ἀσπὶς*) non legitur, et in pentametro eft: *ἐῤῥέτω· ἐξαῦθις* —

t) *τε* pro *γε* fcribi maluit *Reisk.*

finitis, dum Trygaeus redit cum vxore, fubfiftit aliquantum actio. *Hotib.*

1503. φλᾶν de efu etiam in Plut. 694. κἀγὼ τότ' ἤδη τῆς ἀθάρης πολλὴν ἔφλων v). Alibi iunxit φλᾶν et σποδεῖν, fed non de efu, nempe Nubb. 1380. κἄπειτ' ἔφλα με κἀσπόδει. *Bergl.* Perperam vulgo hic verfus in duos diuifus eft. *Brunck.*

καὶ μὴ κενὰς παρέλκειν. Puto intelligi de maximis. Nos vernacula lingua dicimus: *marcher à vuide. Fl. Chr.* Subauditur γνάθους aut σιαγόνας, vt fit fenfus, qualis eft in ifto Alexidis loco ap. Athen. XIV. p. 642. ὁ πρῶτος εὑρὼν κομψὸς ἦν τραγήματα· τοῦ συμποσίου γὰρ διατριβὴν ἐξεῦρέ πως, κἀργοὺς ἔχειν μηδέποτε τὰς σιαγόνας (et vt otiofas quis nunquam habeat maxillas). Videtur autem prouerbiale fuiffe κενὰς παρέλκειν, quo alludere videtur Antiphanes ap. Athen. X. p. 446. qui ex contrario dixit: πίθι οὖν, ὦ ἑταῖρε, καὶ μὴ μεστὰς ἀεὶ ἕλκωμεν, vbi fubauditur κύλικας, hoc fenfu: bibe igitur, amice, et ne plenos femper calices trahamus. *Bergl.*

1504. (1506. K. 1507. Br.) Dimeter eft iambicus, vltimo pede claudicans [in vulg. ἐμβάλλετε], quum in pyrrhichium definat. Sinceram lectionem exhibent codex et primariae edd. [etiam Fl. Chr.] e quibus reponi debet: ἀλλ' ἀνδρ. ἐμβάλλετον. ἐμβάλλετε in minori Bataua a. 1624. primum reperio, forte e Porti praua emendatione. *Brunck.*

1505. σμήχετε [vt ol. vulg.] Legitur σμώχετε apud Sudam, quod eft μάσσατε, fed idem etiam σμήχετε. Lego autem fequente verfu οὐδὲν, non οὐδέ [vt eft in ed. Fl. Chr.]. Eft enim verfus Anacreonticus dimeter catal. *Fl. Chr.* σμέχετ' cod. et Suidas, cuius locum mox proferam. Vulgo σμήχετ'. A. x). *Brunck.*

---

v) Nimirum etiam hic φλᾶν redditur comedere, σποδεῖν confumere. Phot. p. 474. φλᾶν interpretatur μαλάττειν, ἀναμαλάττειν. Eft enim pr. vt θλᾶν, comminuere, comprimere; σποδεῖν autem f. σποδοῦν abiicere.

x) Lennep. Etym. p. 674. verbum σμώχω, mandendi fignificatu vfurpatum a μύω i. q. μάω, μάσσω, deriuat. Phot. et

1306. (1309. Br.) Dimeter iambicus catalecticus, in primo pede [οὐδὲ] claudicans, qui trochaeus eſt. *οὐδὲν* ſcribendum eſſe monuerat Florens, cui obtemperare debebam. Et ſic eſt apud Suid. in *σμώχετε*, vbi hi verſus proferuntur. *σμώχετε, ἀντὶ τοῦ μασσᾶσθε. Ἀριστοφάνης· ἀνδρικῶς ἐμβάλλεσθε καὶ σμώχετ' ἀμφοῖν τῶν γνάθοιν. οὐδὲν γάρ, ὦ πονηροί, λευκῶν ὀδόντων ἔργον ἐστίν, ἢν μή τι καὶ μασσῶνται.* Nec minus quam metrum ſermonis ratio *οὐδὲν* flagitat: nihil enim praeceſſit, ad quod referatur *οὐδέ*. Oportet vel abſolute, *οὐ γὰρ ἔργον ἐστὶ* vel *οὐδὲν γὰρ ἔργον ἐστί*. Vtriusque formulae exempla paſſim apud Comicum obuia. Lyſ. 124. *ἀλλ' οὐδὲν ἔργον ἱστάναι.* Plut. 1154. *οὐκ ἔργον ἔστ' οὐδὲν στροφῶν.* Lyſ. 614. *οὐκ ἔτ' ἔργον ἐγκαθεύδων.* Av. 4308. *οὐκ ἔτ' ἔργον ἱστάναι. Brunck.*

1306. *οὐδὲ γὰρ — λευκῶν ὀδόντων ἔργον ἐστίν.* Euſtathius ad Iliad. p. 346. l. 47. *οὐδὲν λευκῶν ἀνδρῶν ὄφελος.* *Nullus enim uſus alborum virorum.* Apud Comicum hic *ἔργον* accipitur, vt in Pluto v. 1155. *οὐκ ἔργον ἐστ' οὐδὲν στροφῶν.* Ceterum recte hic Florens pro *οὐδὲ γὰρ* legit *οὐδὲν γάρ. Bergl.*

1307. (1310. Br.) Hic verſus perperam vulgo in duos diuiſus eſt, quorum prior ſic habet: *λευκῶν ὀδόντων ἔργον ἐστίν.* Scilicet dimeter eſt hypercatal. quo metri genere nuſpiam vtitur Comicus in regularibus ſyſtematibus, quale eſt hocce. Vnus in cod. verſus eſt: ſed perperam plene ſcriptum *ἐστίν,* cuius vltima elidi debebat. *Brunck.*

1312. *πρὸς ταῦτα βρύκετ'.* Etiam *βρύκειν* eſt *λάβρως ἐσθίειν.* Vſus eſt Hipponax, *καὶ λάγως καταβρύκων. Fl. Chr.* Euripid. in Cyclope v. 355. *εὐρείας φάρυγγος, ὦ κύκλωψ, ἀναστόμου τὸ χεῖλος, ὡς ἕτοιμά σοι ἑφθὰ καὶ ὀπτὰ καὶ ἀνθρακιᾶς ἀποχναύειν, βρύκειν.* Eubulus Comicus ap. Athenaeum XIII. p. 572. *καὶ τῶν κρεῶν ἀπέβρυκον αἰσχρῶς· Bergl.*

1315. *καὶ τὰ σκεύη πάλιν εἰς τὸν ἀγρόν.* Supra v. 550. *ἀκούετε λεῴ, τοὺς γεωργοὺς ἀπιέναι τὰ γεωργικὰ σκεύη λαβόντας ἐς ἀγρόν. Bergl.*

Heſych. interpretantur *μετὰ σπουδῆς ἐνεργεῖν.* Alias eſt atterere, terendo purgare.

1316. Ὑπέρβολον. De isto supra 680. *Bergl.*

1317. κἄπειτ' ἐπευξαμένους. Anapaestici sunt. Propterea legerem εὐξαμένους, sine praepositione ἐπί. *Fl. Chr.* κἄπειτ' εὐξαμένους τοῖσι θεοῖς. Dimeter anapaesticus. E librarii libidine legitur vulgo, iugulato versu, ἐπευξαμένους. Vide not. ad Acharn. 78. in Addendis. *Brunck.*

1318. διδόναι πλοῦτον. Ad Plutum v. 134. *Bergl.* τοῖς Ἕλλησιν. Perperam vulgo omissum ν paragogicum, quia vltima breuis produci non potest vi tenuis et liquidae initio sequentis versus. *Brunck.*

1326 — 1356. Denuo incipiunt strophica, quae sic digerenda puto:

	Δεῦρ', ὦ γύναι, εἰς ἀγρὸν,	στροφὴ ά.
	Χὤπως μετ' ἐμοῦ καλὴ	
	Καλῶς κατακείσει.	
	Ὑμὴν, Ὑμέναι', ὤ!	
Χορ.	Ὦ τρισμάκαρ, ὡς δικαί-	ἀντιστρ. ά.
	ως τἀγαθὰ νῦν ἔχεις!	
	Ὑμὴν, Ὑμέναι', ὤ!	
	Ὑμὴν, Ὑμέναι', ὤ!	
Τρ.	Τί δράσομεν αὐτήν;	στροφὴ β'.
	Τί δράσομεν αὐτήν;	
	Τρυγήσομεν αὐτήν!	ἀντιστρ. β'.
	Τρυγήσομεν αὐτήν!	
Ἡμιχ. ά.	Ἀλλ' ἀράμενοι φέρω-	στροφὴ γ'.
	μεν οἱ προτεταγμένοι	
	Τὸν νυμφίον, ὦ 'νδρες!	
	Ὑμὴν, Ὑμέναι', ὤ!	
Ἡμιχ. β'.	Οἰκήσετε γοῦν καλῶς,	ἀντιστρ. γ'.
	Οὐ πράγματ' ἔχοντες, ἀλ-	
	λὰ συκολογοῦντες.	
	Ὑμὴν, Ὑμέναι', ὤ!	
Τρ.	Τοῦ μὲν μέγα καὶ παχὺ,	στροφὴ δ'.
	Τῆς δ' ἡδὺ τὸ σῦκον οὖν.	
	Ὑμὴν, Ὑμέναι', ὤ!	
Χορ.	Φήσεις γ', ὅταν ἐσθίῃς,	ἀντιστρ. δ'.
	Οἶνόν τε πίῃς πολύν.	
	Ὑμὴν, Ὑμέναι', ὤ!	
Τρ.	Ὦ χαίρετε, χαίρετ', ἄν-	ἐπῳδός.
	δρες, κἂν ξυνέπησθέ μοι,	
	Πλακοῦντας ἔδεσθε.	

Genus verſuum, de quo monuimus ad Equ. 1119. Stropha et antiſtropha ſecundae, item ſtropha quarta, choro vulgo inepte tribuuntur. Male, opinor, Trygaeus accepiſſet χορευτὰς, ipſius mulierem τρυγήσοντας tanquam ſeruam; nec de huius σύκῳ quicquam illi ſcire poterant. Iſta 'Υμὴν, 'Υμέναι, ὦ, prima antiſtropha eſſe repetenda, vt iuſtum habeamus numerum verſuum quisque videt; omnibus vero ſtrophis idem faciendum eſſe, id quod vulgo fit, nemo facile concedet, fatebiturque potius, repetitiones iſtas inutiles non Ariſtophani eſſe imputandas, ſed librariis, qui ſimilia ſimilibus appingere conſueuerunt. Strophae 4. verſu 2. οὖν vulgo abeſt, ſed in ſequente inconcinne legitur γοῦν. Intelligas iam, οὖν, quod et ſententiam iuuat, et ad metri integritatem requiritur, forte ſedem mutaſſe ſuam, vt primum ſcripſerint φήσεις γ' οὖν, mox φήσεις γοῦν. Τῷ οὖν Trygaeus approbat chori ſententiam, συκολογήσειν ipſum cum muliere in agris otioſum. Recte autem Rauennas φήσεις γ', ὅταν ἐσθίῃς. Antiſtropha quarta quae exciderant, ut ex ſtrophae ratione colligitur, verba 'Υμὴν, 'Υμέναι, ὦ, addidi. Praeterea nihil deſiderari arbitror. *Hotib.*

1327. χὤπως. Sic bene cod. et primariae editt. Perperam in recentionibus χ' ὅπως. Vide ſupra v. 437. *Brunck.*

1330. ὦ τρισμάκαρ. Puto hic chorum loqui, quia mox ait ἀναλαβόντες τὸν νυμφίον, vel quia dicitur τρυγήσομεν αὐτὴν, quae etſi abeſſe a quibusdam exemplaribus Scholia teſtentur Graeca, tamen lepida ſunt, et ad nomen Trygaei ipſius adludunt, qui ὀπώραν τρυγήσει. Nam ὀπώρα etſi fructus omnes molliores comprehendit, tamen pro racemis praecipue accipitur. Et ſic apud Philoſtratum in Imaginibus, apud quem titulo ξενίων non paruum erit pretium operae ſtudioſis, ficuum commendationem et dignitatem legendo agnoſcere. *Fl. Chriſt.* Praepoſui Chori nomen, ut eſt in Editione Farrei. *Bergl.* Vulgo Trygaeo haec continuabantur.

1336. τρυγήσομεν. Alludit ad nomen Trygaei et Oporam. *Bergl.*

1339. *οἱ προςτεταγμένοι.* Vulgo adduntur hae voces, *οἱ χορευταὶ ἀναλαβόντες.* In Codice inter lineas ſcriptae illae ſunt minio, tanquam gloſſa, ſeu *παρεπιγραφή.* Quum in alio quopiam codice lateri adſcriptae fuiſſent, inde facile in textum ſe intruſerunt. Eas deleui multoque melius facturum me fuiſſe opinor, ſi priores illas etiam *οἱ προςτεταγμένοι* eieciſſem: nullus enim dubito, quin ad *παρεπιγραφήν* quoque pertineant, quae ſic olim concepta fuiſſe videtur: *οἱ προςτεταγμένοι τῶν χορευτῶν ἀναλαβόντες τὸν Τρυγαῖον φέρουσιν.* Sane verba illa *οἱ προςτεταγμένοι, illi quibus mandatum hoc eſt,* ſiue cum Daweſio *y*) legas, *οἱ προτεταγμένοι,* et quocunque modo interpreteris, inepta ſunt. Optime vero absque iis procedit ſententia: *ἀλλ' ἀράμενοι φέρωμεν τὸν νυμφίον, ὦ 'νδρες.* In codice ſic ſcripti ſunt iſti verſus:

ἀλλ' ἀράμενοι φέρω-
μεν οἱ προςτεταγμένοι.

Prioris ad latus, tanquam ſi verſiculus etiam eſſet, ad textum pertinens, ſcriptum primo fuerat: *ἀντὶ ζεύγους οἴνουσιν αὐτήν.* Lituram induxit librarius, eademque

---

y) Miſcell. crit. p. 285. Verba eius haec ſunt: Iſta *οἱ χορευταὶ ἀναλαβόντες,* utpote primitus interpretamentum *τῶν ἀράμενοι οἱ προτεταγμένοι,* ad ſcholia deinceps releganda, vel, ſi ita vis, delenda cenſeo. *Προτεταγμένοι* autem poſtulat, de qua editores nil quidquam ſuſpicati ſunt, metri ratio. — Praeterea Dawes.
v. 1329. legit *Ὑμὴν, Ὑμέναι' Ὑμὴν,*
Ὑμὴν Ὑμέναιε.
v. 1332. 1333. *Ὑμὴν, Ὑμέναιε Ὑμὴν,*
Ὑμὴν Ὑμέναιε.
eodemque modo corrigit vv. 1341. 1342., 1346. 1347., 1352. 1353. „Iſta, inquit, *Ὑμὴν, Ὑμέναιε* etc. ad normam a *Catullo* ſeruatam exegimus, apud quem ſaepius legitur:
Hymen, o Hymenaee Hymen,
Hymen o Hymenaee.
De vv. 1334 — 1337. „Iſta, inquit, ſenſu caſſa atque inſuper contra metri legem quatuor verſus catalecticos ſimul praeferentia, *τί δράσομεν* etc., non ſine Scholiaſtae auctoritate eliminauimus, qui ea in nonnullis exemplaribus deeſſe teſtatur.“ — 1344 ſq. ſic dividit Dawes. *οὐ πράγματ' ἔχοντες ἀλ-λὰ* etc. poſt 1348. 1351. 1353. ponit lacunae ſigna. 1350. vulgatum *φήσεις γοῦν* Dawes. quoque mutat in *φήσεις γ'.*

illa verba minio ſuperſcripſit priori verſiculo: poſteriori ſuperſcripta altera, quam dixi, gloſſa: *οἱ χορευταὶ ἀναλαβόντες.* Manifeſtum eſt in fine huius dramatis plurimos excidiſſe verſus. Depravata illa verba *ἀντὶ ζεύγους οἴνουσιν αὐτὴν,* recte olim ſcripta cohaeſiſſe videntur cum quatuor illis verſiculis 1356 — 9. quos in nonnullis exemplaribus non comparuiſſe teſtatur Scholiaſtes; tametſi eos non minus a Comico eſſe quam reliquos omnes arbitror. Sed ante et poſt illos nunc hiat ſententia. Codex quem adhibuit Ant. Fracinus integrior fuit noſtris, illisque quos nacti fuerant Aldus et Bern. Iunta. Forte deliteſcit alicubi codex alius melioris adhuc notae, qui, ſi aliquando e tenebris eruatur, locum hunc redintegrabit. Interea nihil immutare volui, nec Daweſii criſin ſequi. Quum tamen maximam partem iambicum eſſe videatur choricum hoc ſyſtema, verſus ad hunc modum melius digeri poterant:

1329. *δεῦρ', ὦ γύναι. ἐς ἀγρὸν,*
1333. *ὦ τρισμάκαρ', ὡς δικαί-*
ως τἀγαθὰ νῦν ἔχεις.

Dimetri ſunt brachycatal. *Brunck.*

1342. Poſt hunc verſum lacuna eſt in cod. vacuo relicto ſpatio ſemipaginae, id eſt ſex vel ſeptem verſuum. Alias, ſententiis non cohaerentibus, res ipſa clamat quaedam intercidiſſe. *Brunck.*

1348. *τοῦ μὲν μέγα καὶ παχὺ* z). Non obſcurum quid ſibi velit, quamuis res in obſcuro ſitae ſint. Et ſane nequitiae plenus eſt hic locus: Neque fruſtra hortorum ille cuſtos ficulnus factus eſt. Nos autem *εὐφημεῖν καλόν.* Itaque finem his collectaneis faciemus, lectorem obſecrati vt Chriſtiani meſſoris operam boni conſulat, neque vitio vertat, ſi plurimum ſpicum in hac meſſe reliquerit, in quo legendo plus fortaſſis laudis reportabit, ſpicilegiorum *ὀπισθοβάτις,* quam ipſius meſſoris improbus labor. *Fl. Chriſt.*

1350. *φήσεις.* Supra. v. 917. *Bergl.*

---

z) Obſcene. *Bergl.*

COMMENTARII

IN

ARISTOPHANIS ECCLESIAZVSAS.

Argum. gr. p. 515. l. 2. ἐκκλησιάσασαι. Sic membr. Vulgo ἐκκλησιάζουσαι. *Brunck.*

l. 5. πώγωνας περιθέτους ποιοῦνται, καὶ — Haec, quibus carent impreſſi, verba addunt membr. in quibus etiam ἀναλαμβάνονται pro vulgato ἀναλαμβάνουσι. Quae mox ſequuntur duo participia in ordinem ſuum repoſui. *Brunck.* Scilicet pro προασκήσασαι καὶ προνοήσασαι τὸ σῶμα etc. dedit quod in Inuern. editione legitur.

l. 8. ἐξ tacite omiſit Brunckius.

Ariſtophanis Grammatici argum.

1. Σκίροις. Σκίρα, τὰ, ἑορτή ἐστι τῆς Σκιράδος Ἀθηνῆς, *dies Mineruae Sciradi ſacer.* Cereri quidam, alii Liberae ſacrum fuiſſe aiunt. Agitabantur autem *Scira* menſe Scirophorione: haec ex Scholiaſte Graeco [ad v. 18.]. Eadem ex Suida, eadem ex Harpocratione peti poſſunt. Arbitror et Scirophoria dicta fuiſſe. Heſychii locum emendato qui in vicinia eſt. Vbi enim legitur σκιρθῶσι, σκληρυνθῶσι, legendum eſt σκιρωθῶσι. *Faber.*

2. περιθέμεναι poſitum pro περιθεῖναι. Hic alii peccavere, qui id haud viderint. *Faber.*

7. μυρίων. Lege, μυρίῳ, vel μυρίως. Vtrouis modo legas, perinde eſt, modo ne vulgatam lectionem

retineas. *Faber*. Recte recentiores editiones *μυρίῳ*. cf. H. Stephan. Thes. T. II. p. 989. Sequitur in Porti et Kusteri editionibus argumentum graece a Biseto conscriptum:

Αἱ Ἀττικαὶ γυναῖκες τὰ τῆς πόλεως πράγματα διοικεῖν ἐπιθυμοῦσαι πρὸς τὴν Πραξαγόραν τούτου τοῦ τολμήματος ἡγεμόνα, τῶν ἀνδρῶν ἔτι κοιμωμένων, ἐκ τῶν οἰκιῶν πρωϊαίτατα συνέρχονται, ἵνα μετ' αὐτῆς περὶ τῆς πολιτείας μεταβολῆς βουλεύσωνται. Τέλος δὲ βουλευσάμεναι, καὶ τὰς τῶν ἀνδρῶν καθευδόντων ἐσθῆτας λάθρα λαβοῦσαι, καὶ ταύτας ἐνδυσάμεναι, καὶ πώγωνας ἀνδρείους τῷ προσώπῳ περιαψάμεναι, καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις ἅπασι τὸν κόσμον, καὶ τὸ σχῆμα τῶν ἀνδρῶν ψευσάμεναι εἰς τὴν ἐκκλησίαν οὕτω συνέρχονται. Ἐκεῖ δὲ ἡ Πραξαγόρα τῶν ἄλλων γυναικῶν πολλῷ ἐμπειροτέρα, καὶ περὶ τὸ λέγειν δεινοτέρα, μακρὰν δημηγορίαν ἤδη προμεμελετημένην, καὶ ταῖς γυναιξὶ προδεδηλωμένην, πρὸς τὸν δῆμον ποιεῖται. ταύτης δὲ τὸ κεφάλαιον ἦν, πολλῶν ἕνεκα τὰ τῆς πόλεως πράγματα, καὶ τὴν τούτων διοίκησιν, καὶ ἐπιτροπὴν ταῖς γυναιξὶ δεῖν ἐπιτρέπειν. οὕτω γὰρ τὴν πόλιν εὐδαιμονεστάτην ἔσεσθαι. τούτων δὲ ταῖς τοῦ δήμου γυναικείοις δόλοις ἀπατηθέντος ψήφοις κυρωθέντων αἱ γυναῖκες τὰ προσωπεῖα, πᾶν πρόσχημα, καὶ κόσμον ἀνδρεῖον καταθεῖσαι, λάθρα εἰς τοὺς ἰδίους οἴκους ἐπαναχωροῦσιν. Ἐν ταύτῃ δὲ τῇ ἐκκλησίᾳ παρῆν ἀνήρ τις ὄνομα Χρέμης, ὅς τισιν ἄλλοις ἀνδράσι περὶ τῆς τῶν ἰδίων γυναικῶν νυκτερινῆς ἀπουσίας ἐν ἀλλήλοις μεμφομένοις, καὶ λυπουμένοις, τὰ ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ κυρωθέντα δηλοῖ. ἡ δὲ Πραξαγόρα ὡς χειροτονηθεῖσα στρατηγὶς, καὶ τῆς πόλεως κυβερνήτρια τὴν τῆς πολιτείας ἰδέαν, καθ' ἣν εἰς τὸ λοιπὸν δεῖ τοὺς πολίτας ζῆν, προστάττει. Τῆς δὲ καινῆς πολιτείας ταῦτά ἐστι τὰ κεφάλαια. Πρῶτον μὲν ἡ Πραξαγόρα κελεύει πάντας τοὺς πολίτας πάντα τὰ ἑαυτῶν χρήματα, καὶ πᾶσαν οὐσίαν εἰς ἀγορὰν ἀποφέρειν, ἵνα μηδεὶς μηδὲν ἴδιον, καὶ οἰκεῖον ἰδίᾳ ἔχῃ, ἀλλὰ πάντα πᾶσιν ὦσι κοινά. Ἔπειτα δὲ κελεύει τὰς γυναῖκας ἐν ταῖς τριόδοις πᾶσιν αὐταῖς χρῆσθαι βουλομένοις, προῖκα τὴν συνουσίαν χαρίζεσθαι ἵνα δὲ μὴ αἱ παλαιαὶ, καὶ δυσειδεῖς γυναῖκες ἀμεληθεῖσαι μένωσι, ψήφισμα ἐποίησε μηδενὶ τῶν ἀνδρῶν ἐξεῖναι πρὸς τὰς νεωτέρας, καὶ καλλίους γυναῖκας προσέρχεσθαι, πρὶν ἂν πρὸς τὰς παλαιὰς, καὶ δυσειδεῖς γυναῖκας προσελθεῖν. διὰ τοῦτο δὲ μέγας θόρυβος, καὶ βοὴ παρα-

χρῆμα ἐγείρεται. Νέος γάρ τις νέαν ζητῶν ὑπὸ τινῶν παλαιῶν καὶ δυσειδῶν γυναικῶν καταλαμβάνεται, καὶ ἀθλίως ἕλκεται, καὶ τὸν τῆς Πραξαγόρας νόμον φυλάττειν, καὶ πληροῦν ἀναγκάζεται. Ἐν δὲ τῷ τοῦ δράματος τέλει θεράπαινά τις εἰς τὴν σκηνὴν εἰσάγεται, καὶ τοὺς τοιαύτῃ πολιτείᾳ χρωμένους μακαρίζει, καὶ τὸν ἑαυτῆς δεσπότην ζητεῖ. τούτου δὲ εὑρεθέντος ἅπαντες μετὰ τοῦ χοροῦ ἐκ τοῦ θεάτρου ἀπέρχονται, καὶ τῷ δράματι τέλος οὕτως ἐπιτίθεται. Ὁ δὲ Ἀριστοφάνης διὰ τούτων τοὺς φιλοσόφους, οἷς ἐχθρὸς ἦν, μάλιστα δὲ τὰ τοῦ Πλάτωνος περὶ πολιτείας βιβλία ψέγειν, σκώπτειν, καὶ κωμῳδεῖν δοκεῖ.

Concionantes Fabula

quando et quo ſucceſſu acta fuerit.

Ex *Samuelis Petititi* Miſcell. lib. I. cap. xv.

Exſtat fabula, editaque eſt anno quarto Olymp. XCVI., Praetore Athenis Demoſtrato *a*), ut liquido poteſt demonſtrari e Philochoro, qui biennio ante huius fabulae editionem vult ictum fuiſſe foedus inter Athenienſes et Boeotos: quo referuntur haec Ariſtophanis [v. 193. 59. huius f.]

τὸ συμμαχικὸν αὖ τοῦθ' ὅτ' ἐσκοπούμεθα,
εἰ μὴ γένοιτ' ἀπολεῖν ἔφασκον τὴν πόλιν.

Scholiaſtes: *περὶ τοῦ συμμαχικοῦ Φιλόχορος ἱστορεῖ, ὅτι πρὸ δύο ἐτῶν ἐγένετο συμμαχία Λακεδαιμονίων καὶ Βοιωτῶν.* Corrigendum eſt: *Ἀθηναίων καὶ Βοιωτῶν b*). Inita eſt haec belli ſocietas inter Athenienſes et Boeotos anno ſecundo Olymp. XCVI., Diophanto Archonte. Diodorus Sic. Lib. XIV. [c. 82. init.] *ἐπὶ Διοφάντου Ἄρχοντος Ἀθήνησι Βοιωτοὶ καὶ Ἀθηναῖοι, πρὸς δὲ τούτοις Κορίνθιοι καὶ Ἀργεῖοι συμμαχίαν πρὸς ἀλλήλους ἐποιήσαντο.* Neque eventus belli tam prospere, quam rebantur, illis ceſſit. Comicus noſter [v. 195.]: "*Ὅτε δὴ γ' ἐγένετ'* (*τὸ συμμαχικὸν* ſcilicet) *ἤχθοντο.* Nam cum ad Nemeam fluvium manus conſeruiſſent, plures Athenienſium Boeotorumque, quam Lacedaemoniorum, milites deſiderati ſunt. Anno vero ſequenti, tertio Olymp. XCVI., Eubulida Athenis Praetore, cum Corinthii, ut refert Diodorus [Lib. XIV. c. 86.], inter ſe diffiderent, atque ſeceſſionem facerent, utrinque eſt dimicatum inſtructa acie; ſed fuſi ſunt Boeoti, eorumque *σύμμαχοι.* Memi-

---

a) Cf. Corſini Faſt. Att. III. p. 286 ſq.

b) Cf. Philochori fragmenta p. 70. ed. Siebelis.

nit Ariſtophanes [v. 200.]: *Κορινθίοις ἄχθεσθε.* — — *Ἦσαν γὰρ διάφοροι. Diſſidebant enim*, inquit Graecus interpres. Atque hinc patet, productum fuiſſe hoc drama anno quarto Olymp. XCVI., Demoſtrato Athenis Praetore, idque Panathenaeis, quae peragebantur Hecatombaeone menſe, in quo *Πρυτάνεις καὶ Ἄρχοντες* ſemper ſuas *Πρυτανείας* et Magiſtratum inibant. Itaque toto hoc dramate de ordinanda Republica anni illius, qui iam vertebat, agitur, habeturque *ἡ κυρία ἐκκλησία*, quaſi eſſet illa, quae cogebatur ſtata die, Hecatombeonis *ἑνδεκάτῃ*. Praeterea haec ad Panathenaeorum pompam, *ἐν ᾗ οἱ γέροντες θαλλοὺς ἔχοντες ἐπόμπευον* [Schol. ad Veſpas. 542.], referri debent.

Κόμιζε τοὺς θαλλοὺς καὶ καθίστη πλησίον. [Eccleſ. v. 774. (743. Br.)]

Meminit etiam Scirorum [v. 18. 59.], quaſi paulo ante praeceſſiſſent, quod verum eſt. Nam agebantur die XII. menſis Scirrophorionis, qui Hecatombaeonem praecedebat, vbi vult agitata fuiſſe a mulieribus conſilia de occupanda per fraudes Republica:

Ἀνθ' ὧν συνοίσει καὶ τὰ νῦν βουλεύματα,
ὅσα Σκίροις ἔδοξε ταῖς ἐμαῖς φίλαις.

Demum, quia Hecatombaeone menſe *Μετοικίσια* feſtum celebrabatur, et inquilini *ἐνοίκια* pendebant, migrabantque ex aedibus in alias, cum videret neſcio quis vaſa quae efferrentur, petit, an migret in alias aedes [v. 784. (753 Br.)]:

— Τί τὰ σκευάρια ταυτὶ βούλεται;
Πότερον μετοικιζόμενος ἐξενήνοχας
Αὐτά.

De Codicibus ſuis Brunckius haec adnotavit: „In membranis Regiis, ſeu cod. MMDCCXII ſeruati fuere huius Fabulae verſus tantum 444 priores: reliqua pars, et quae forte olim eodem in libro ſequebantur alia dramata, temporis iniuria periere.

In altero Regio MMDCCXV exſtat haec Fabula, nec tamen integra: deſinit in v. 1155. ſed non itidem ob foliorum aliquot interitum. Extremam Fabulae partem non deſcripſit librarius: duo vltimi verſus in ſumma pagina conſpiciuntur, cuius reliquum ſpatium, vt et ſeptem ſequentium, vacuum: poſtea demum incipit fabula *ΕΙΡΗΝΗ*, quae huius codicis vltima eſt. In eo nec argumentum eſt nec perſonarum ſynopſis: quin etiam nullibi in fabulae ſerie perſonae notatae. Mediis in verſibus vbi perſona mutatur, aliquantulum vacui relictum ſpatii: initio verſuum nullus perſonarum index. Ariſtophanis Fabularum quae ſuperſunt, haec omnium erat depravatiſſima.“ — De altero Codice Regio, in quo haec fabula peſſime interpolata eſt, vide Reiſigii Praefat. ad Coni. L. I. p. VIII. ſqq.

1. *ὦ λαμπρὸν ὄμμα.* Orditur ſtylo tragico, quaſi Soli aut Lunae neſcio quid narraret. Vt v. g. Sophocl. Aiac. 860. [845. Br.] *ὦ τὸν αἰπὺν οὐρανὸν διφρηλατῶν ἥλιε — ἄγγειλον ἄτας ἐμάς·* et Euripides initio Phoeniſſ.: *ὦ τὴν ἐν ἄστροις οὐρανοῦ τέμνων ὁδὸν — ἥλιε, θοαῖς ἵπποισιν εἱλίσσων φλόγα.* Saepe autem Comicus iocatur, Tragicorum cothurnos rebus vilibus et friuolis aptando. Quod et alios Comicos feciſſe apparet; ſic, cum in Medea Eurip. v. 57. dicatur *ὥσθ᾽ ἵμερός μ᾽ ὑπῆλθε γῇ τε κοὐρανῷ λέξαι μολούσῃ δεῦρο Μηδείας τύχας.* Philemon [Athenaei VII. p. 288. D.] inde fecit: *ὡς ἵμερός μ᾽ ὑπῆλθε γῇ τε κοὐρανῷ λέξαι μολόντι τοὔψον ὡς ἐσκεύασα. Bergl.*

ibid. *τοῦ τροχηλάτου λύχνου.* Sic *Patinam* vocat *τροχήλατον* Xenarchus Comicus apud Athenaeum II.

p. 64. — τῆς τροχηλάτου κόρης Πίμπλησι λοπάδος στρογγυλοσώματον κύτος· *Rotae — agitatione — factae Puellae Patinae implet capacem ſinum.* ubi recte Caſaubonus: τροχήλατος κόρη *dicitur Patina fictilis: alluſione clara ad figulinam rotam.* Illa autem verba itidem tragicum quiddam ſpirant; vt recte idem Vir Magnus vidit, cum inquit: *Non dubito de induſtria Poetam Tragica et ampullata loquendi genera vſurpaſſe, vt ſuorum aequalium Tragicum aliquem aut dithyrambicum ineptum irrideret: quod videmus ab Ariſtophane et ſaepiſſime fieri, et ſemper vrbaniſſime. Bergl.*

2. εὐσκόποισιν. Scholiaſtes, Ἡ ἔννοια, inquit, κάλλιστα τοῖς σοφοῖς εὑρημένον τοῖς εὖ σκεπτομένοις· οἱ δὲ, τοῖς φύλαξιν. Itaque, ſi Graecum magiſtrum ſequamur, εὔσκοποι erunt *ſapientes*; ſin autem placeat minus pro *vigilibus* accipies. Sed cave facias. Nam vtrumque illud falſum eſt: neque εὔσκοπος eſt *ſapiens*, neque εὔσκοπος eſt φύλαξ. Deinde iſtud ἐξῃτημένον nunquam erit εὑρημένον; contra enim pugnat Linguae Graecae vſus: (Suſpicari tamen aliquis poſſit, ſcriptum olim fuiſſe ἐξῃσκημένον, vnde forſan exierit gloſſema illud εὑρημένον.) Praeterea quid hoc ſit, εὑρημένον ἐν τοῖς σοφοῖς? nihil. Dicendum enim fuerat, εὑρημένον τοῖς σοφοῖς. Quocirca omiſſis illis nugamentis, lege mecum ut interpretatus ſum c) εὐσκότοισιν ἐξῃτημένον, ſenſu planiſſimo et neceſſario. Ceterum hinc intelligas licet ſatis vetuſtam eſſe in ſcriptore noſtro hanc labem; ſed et aliae multae ſunt labes, vti in progreſſu operis cognoſces. *Faber.*

ibid. ἐξῃτημένον. Faber hic retinet lectionem vulgatam; ſed pro εὐσκόποισιν, legit εὐσκότοισιν. Scaliger malebat, ἐξῃσκημένον. At rectius Palmerius legendum cenſet, ἐξηρτημένον, (ab ἐξαρτᾶσθαι, *ſuſpendi*) et εὐσκόποισιν retinet, locumque hunc optime his verbis exponit: „Senſus planior foret et melior, ſi legeretur ἐξηρτημένον. Signum nempe erat lucerna accenſa in loco edito ſuſpenſa, ut ibi convenirent mulieres. Nam

c) *tenebricoſis in locis apprime expetitum* vertit.

εὔσκοποι τόποι ſunt *loci eminentes*, qui undiquaque proſpiciuntur; et utitur ea voce Ariſtoteles lib. IX. *de Hiſtor. Anim.* cap. 41. et ideo poſtea dicit Ariſtophanes ex perſona Praxagorae lucernam alloquentis:

"Ορμα φλογὸς σημεῖα τὰ ξυγκείμενα.

Nam fruſtra lucernam accendiſſet ad ſignum dandum, niſi in loco eminente, vnde facile videri poſſet, ſuſpendiſſet." Haec Palmerius recte. Eandem emendationem orbi erudito propoſuit Cl. Ienſius *Lect. Lucian.* Lib. I. cap. 5. qui cum Palmerii nullam faciat mentionem, non dubito, quin ignorauerit, locum hunc a viro illo docto iam ante emendatum fuiſſe. *Kuſt.* ἐξῃτημένον. Ita Ed. nupera [Kuſter.], ſubſcripto Iota priori η (quaſi eſſet ab ἐξαιτοῦμαι) quod nulla vetus Ed. habet. Legendum autem puto ἐζητημένον. vt in Theſmoph. vſ. 445. εὖ διεζητημένους. aliorum coniecturae ſunt, ἐξησκημένον et ἐξηρτημένον. Antecedens autem εὐσκόποισι nollem cum Fabro in εὐσκότοισι mutare (ita etiam vult, vnde etiam vertit: in locis tenebricoſis:) ſed cum Scholiaſte expono: τοῖς σοφοῖς τοῖς εὖ σκεπτομένοις. ut ἐν εὐσκόποισι ſit: *inter ſapientes, inter prudentes et circumſpectos:* (vt contra ἄσκοπος, eſt ἀνόητος, ἀπροόρατος apud Heſychium) aut, *inter eos, qui a ſcopo non aberrant,* quod eodem redit. Ita Mercurius dicitur εὔσκοπος ab Homero. [Il. ω. 24.] *Bergl.* ἐν εὐσκόποισιν ἐξηρτημένον. Sic legi debere in patulo eſt. Vide Io. Ienſii Lect. Lucian. p. 41. Mendoſe Codd. et impreſſi ἐξῃτημένον, quod nihili prorſus eſt. *Brunck.*

5. γονάς τε γὰρ σάς. Ridicule. De lucerna enim tanquam de Deo vel Heroe aliquo loquitur. De illorum enim partu et natiuitate ſignate dici ſolebat *Γοναί*. Hinc Polyzelus Comicus ſcripſiſſe legitur, *Διονύσου Γονάς*, *Μουσῶν Γονάς*, *Ἀφροδίτης Γονάς d)*, teſte Suida: Philiſcus, *Διὸς Γονάς*, *Πανὸς Γονάς*, *Ἑρμοῦ Γονάς*, teſte eodem: Araros, filius Ariſtophanis, *Πανὸς Γονάς*, teſte eodem Suida, et Athenaeo, p. 175. [T. II. p. 181. Schw.]. *Kuſter.* cuius notam repetiit *Bergl.* Mendoſe in codd. γονάς τε γὰρ δισσάς. *Brunck.*

---

d) Ἀφροδίτης γονάς etiam Antiphanes. Athen. T. IV. p. 307.

4. ῥύμης ἄπο. Scribe, ῥύμης ὕπο. *Kuster.*

5. μυκτῆρσι λαμπρ. i. e. In naribus ellychnia habes, quae edunt flammam Solis aemulam; vel vſum et vicem Solis noctu praebentem. *Kuſt.* μυκτῆρσι. Ita vocat canaliculos prominentes in lucerna in quibus cubant ellychnia. appoſite admodum: nam ſic λύχνος δίμυξος, τρίμυξος· *duo aut tria habens ellychnia.* Hinc etiam προμύξαι λύχνον, *emungere lychnum. Bergl.* λαμπρὰς ἡλίου τιμὰς vertendum fuiſſe *ſplendidum ſolis munus* monet *Seidler.* ad Eurip. Electr. 988.

6. ὅρμα. *excita flammae ſigna conſtituta*, i. e., ad quae mulieres conſtituerunt conuenire. *Bergl.*

ib. φλογὸς σημεῖα. intelligendum eſt iſthuc de divinatione per lucernas. Alibi paſſim. *Faber.* Faber haec refert ad diuinationem per lucernas, et proinde vertit, *ſigna fauentia;* ſed male. Nam nec ξυγκείμενα unquam recte interpreteris *fauentia*; nec de de diuinatione per lucernas locus hic intelligendus eſt; ſed ſimpliciter de ſigni datione per lucernam, vt nempe conuenirent mulieres. *Kuſt.*

8. κἀν τοῖσι. ita Edd. priſtinae; non κἀν τοῖσιν, vt nuper [Kuſter. qui vitium reliquit e Gelenii et Porti edd.]. *Bergl.*

ibid. Ἀφροδίτης τρόπων. Ritus modosque Veneris vel *Figuras*, vt eſt in Priapeis, *tot figuras, quot Philaenis inuenit.* vel etiam aliter Graece μηχανάς. vnde τὸ Κυρήνης δωδεκαμήχανον. Vide in Ranis v. 1362. *Bergl.* Verti *Schemas*; quod in hac materia proprium eſt vt quod maxime. Suetonius *in Tiberio* c. 43. *Ne cui exemplar imperatae schemae deeſſet.* Martialis *figuras* vocauit; vt et ſcriptor liberi carminis: *rogatque tentes ſi pictas opus edat ad figuras.* (Ibi *opus* ſignificat τὸ τῆς συνουσίας ἔργον, quod ἐν παρέργῳ dictum.) De Schemis Venereis plures olim ſcripſere; in quibus inſignes fuerunt illa Philaenis, tum Cyrene, quae δωδεκαμήχανος dicta fuit, διὰ τὸ τοσαῦτα σχήματα ἐν τῇ συνουσίᾳ ποιεῖν [Schol. ad Ranas 1363.]; dein Elephantidem quoque de praeclaro argumento ſcripſiſſe comperio; vt ne Aſtyanaſſam praeteream; ita enim me alicubi apud Heſychium [T. I. p. 588.] legiſſe memini. Pa-

trum autem noſtrorum memoria Caraccii fratres ea praeſtitere; quae etc. opus elaboratiſſimum, ſed quod laudare nihil attinet; certe haud neceſſe eſt. *Faber.* Deprauata in codd. lectio τρόπω. [Voluit fortaſſe τρόπῳ. Sic certe B. Iunta.] Qui olim de *Schemis Venereis* ſcripſere, eorum in numerum perperam refert ingenioſus Faber Cyrenen meretricem, cuius mentio in Ran. 1328. Ad figuras quascunque opus illa quidem edebat, ſed de illis aliquid ſcripſiſſe non comperitur. Obſcenarum iſtius generis deſcriptionum auctor nobiliſſimus fuit Polycrates Athenienſis, qui Philaenidis nomen commentationi ſuae inſcripſit, vt caſtam mulierem libidinis infamaret; at eius calumniam contudit Aeſchrio Samius in choliambis qui apud Athenaeum leguntur p. 335. [T. III. p. 236. Schw. cf. Naekii Choeril. p. 193 ſq.] Quod addit Faber de *fratrum Caracciorum* elaboratiſſimo opere, id vero non eſt conſentaneum. Nam XVI. quas innuit figurae ex *Iulii Romani* delineatione aeri inciſae fuerunt a *Marco Antonio Bononienſi.* (*v. Dictionn. de Bayle art. Aretin.*) Exſtant Bern. Monetae in XV. tabulas diſticha, cum praefatione, et diſticho in *P. Aretini imaginem.* Venuſtos elegos impurus neſcio quis bibliopola non ita pridem in lucem edidit, foediſſimis mendis contaminatos. Lectoribus rem gratam facturum me arbitror, ſi illorum partem aliquam hic exhibeam.

Aretine, tuae memorantur vbique figurae:
nam ſolet has vulgi dicere lingua tuas,
et quod ſcalptoris fieri commune decebat,
in ſolum vatem transtulit illa decus.
Tu verſus patrios ſub imagine quaque locaras
bis ſeptem, quos nunc vix reperire datur.
His ego, iacturae parua heu ſolatia magnae
ſubſtitui Latio diſticha tincta ſale,
hortorum placitura Deo, qui, ruſtica quamuis
ſuetus verba loqui, frater Amoris erat.

In P. Aretini imaginem.

Excudit Veneres Marcus, quas Iulius ante
pinxerat; has ſcribens vicit vtrumque Petrus.

Brunck.

10. χορδουμένων. Sic et reliquae Editt. habent. At Suidas in hoc loco olim legit λορδουμένων: quam le-

ctionem vulgatae praeferendam esse iam monuimus ad dictum Suidam v. *λορδουμένων:* vbi etiam diximus, *τὸ λορδοῦσθαι* interdum de obscoena corporis incuruatione dici. Ibi Nos vide. *Kust.* quocum *λορδ.* se legendum censere dicit *Bergl.* — *κινουμένων,* inquit Scholiastes; at ego secus intelligo, *συμπεπλεγμένων, ἐμπεπλεγμένων, συννημένων.* Suidas autem legerat, *λορδουμένων,* quod erit *συγκεκαμμένων.* Sed minus placet. *Χορδούμενα σώματα* mire expressit Lucretius, in his rebus ingeniosissimus: [IV. 1098.] *Denique cum membris conlatis flore fruuntur Aetatis.* et alibi: [ibid. 1101.] *Affigunt auide corpus.* et: [ibid. 1106.] *vsque adeo cupide Veneris compagibus haerent.* Est aliquid apud Petronium; sed otiosi quaerant. Ceterum pene omiseram monere legendum esse, ne quid in legem Paediam peccetur: *χορδουμένων τε σωμάτων ἐπιστάτην.* Neque id modo metri, sed et sensus ratio postulat e). *Faber.* *λορδουμένων.* Sic bini codd. recte. Vulgo *χορδουμένων,* quod frustra tuetur Faber. Vide Suidam in *λορδουμένη* et *λορδουμένων,* collato Toupio T. II. p. 134. [T. I. p. 390 sqq. ed. Oxon.] *Brunck.*

13. *ἀφαύων τὴν ἐπανθ. f) τρίχα.* De eadem re Chorus mulierum in Lysistr. v. 827. *ἀλλ᾽ ὅμως οὐκ ἂν ἴδοις καίπερ οὔσης γραός, ὄντ᾽ αὐτὸν κομήτην, ἀλλ᾽ ἀπεψιλωμένον τῷ λύχνῳ.* In Thesmoph. v. 242. podicis etiam pilos ustulat Euripides Mnesilocho: *ἀνίστασ᾽ ἵν᾽ ἀφεύσω σε, κἀγκύψας ἔχε — ἐνεγκάτω τις ἔνδοθεν δᾷδ᾽ ἢ λύχνον.* *Bergl.* Longe melius videatur, si scribas *ἀφεύων.* *Ἀφαύειν* enim potius sit *arefacere* et *siccare* quam *ustulare*; *εὕειν* autem est *φλογίζειν:* vsus est Hesiodus cum alicubi [*Ἔργ.* 650. Brunck. II. v. 323. Gaisford.] de vxore quae incommodis moribus sit, ait, *illam virum vrere sine face, εὕει ἄτερ δαλοῦ·* quod et eleganter et vere dictum est. Inde *εὔστρα, ustrina;* vsus est Comicus *ἐν Ἱππεῦσι* [1236. Br.], et Homer. in *Odyss.* [*σ*. 300.] Magistri [Schol. minor et Eustathius. 1446, 22. ed. Rom.] exponunt, *ἐργαστήριον ἐν ᾧ χοῖροι εὕονται·* at

e) Scilicet *τε* in quibusdam edd. exciderat.

f) In Nubib. v. 974. *τοῖς αἰδοίοισι δρόσος καὶ χνοῦς ὥσπερ μήλοισιν ἐπήνθει.* *Bergl.*

Pollux [VI. 91.]: *Βόθρος ἐν ᾧ εὕεται τὰ χοιρίδια.* Ceterum de depilatione aut deglaberatione per lucernam alibi noſter. *Faber.* *ἀφεύων.* Sic bini codd. recte. Vulgo *ἀφαύων.* Vide Thesm. 216. 590. maxime vero Lyſ. 825. vbi gloriatur mulier ſe *τὸν σάκανδρον* habere *οὐ κομήτην, ἀλλ᾽ ἀπεψιλωμένον τῷ λύχνῳ.* *Brunck.* Cf. Schw. ad Athenaeum T. VII. p. 633.

14. *καρποῦ.* i. e. *σίτου.* vid. Coray ad Plutarch. Vit. T. V. p. 352.. — *Στοάς.* Id eſt, *horrea.* *Horreum* non modo *σιτοφυλακεῖον* eſt, ſed et cella vinaria. Horatius *Od.* 12. [v. 18.] lib. 4. *Eliciet cadum, Qui nunc Sulpiciis accubat horreis.* Et odario illo diuiniſſimo lib. 3. quod 28. eſt. [v. 8.] *Parcis deripere horreo Ceſſantem Bibuli conſulis amphoram.* *Faber.* *Στοὰς — ὑποιγνύσαισι.* De furtis mulierum in Thesmoph. v. 426. Chorus mulierum: *ἃ δ᾽ ἦν ἡμῖν πρoτοῦ αὐταῖς ταμιεύεσθαι προαιρούσαις λαβεῖν ἄλφιτον, ἔλαιον, οἶνον.* mox *πρoτοῦ μὲν οὖν ἦν, ἀλλ᾽ ὑποῖξαι τὴν θύραν* etc. *Bergl.*

ibid. *Βακχίου τε νάματος.* Sic codd. editio Bern. Iuntae, et Venetae. Perperam Aldus, quem recentiores ſequuntur, *Βακχείου*, metro repugnante. De binis huius nominis formis videndus praeſtantiſſimus Valckenarius in egregio ad Eurip. Phoen. commentario p. 11. *Brunck.*

17. *συνοίσει.* Viderunt alii legendum eſſe *συνείσει* pro communi *συνοίσει, eris conſcius.* Ita et Theocritus in aureo illo Idyllio, cui titulus eſt *Ἠλακάτη* [XXVIII, 2.], dixit ſermone ad colum conuerſo, *γυναιξὶν νόος οἰκωφελέεσσι σὸς ἐπήβολος.* *Faber.* Edd. omnes quas vidi *συνοίσει*, quod huc non quadrat. *συνείσει* ſcribendum eſſe Biſetus et alii viderunt etiam. Ceterum idem dicit quod Sophocles in Electr. v. 30. *τοιγὰρ τὰ μὲν δόξαντα δηλώσω.* *Bergl.* *ἀνθ᾽ ὧν ξυνείσει.* Sic Bergl. *g*) ad Biſeti aliorumque ſententiam: certa eſt emendatio. Codd. etiam male *συνοίσει.* *Brunck.*

18. *Σκίροις* interpretantur Scholiaſtae de feſto, quod Scirophorione menſe fiebat *h*). Sed cum men-

---

g) qui non *ξυνείσει* ſed *συνείσει* habet. *συνείσει* etiam *Reisk.*

h) Scira eſt Feſtum Athenis quoddam. In Thesmoph. v. 841.

ſis ille fuerit aeſtiuus, et fere ſolſtitialis, cui non conuenit, vt populi conuocatio fiat πρὸς ὄρθρον, *ad diluculum*, vt fit in hac fabula; puto non de feſto, ſed de loco τὸ Σκίροις intelligi debere. Nam locus fuit Atticae in Athenarum ſuburbio Σκίρα, de quo Strabo lib. IX. [T. III. p. 347. Tzſchuck.] et Pauſanias in *Atticis* [36, 3.], Suidas [T. III. p. 332. add. Phot. Lex. p. 385.]. Stephanus *i*) quidem in ſingulari Σκίρον vocat: alii vero omnes Σκίρα, vel Σκύρα *k*), τά. *Palmer.*

19. ἀλλ' οὐδεμία πάρεστιν. In Lyſiſtr. v. 4. νῦν δ' οὐδεμία πάρεστιν ἐνταυθοῖ γυνή. *Bergl.*

20. πρὸς ὄρθρον ἐστίν. Sic alter Reg. omiſſa particula, quam, vt impreſſi, inſertam exhibent membr. *l*). Poſt haec verba in vtroque cod. diſtinctum, ſcriptumque ἡ δ' ἐκκλ. — Vulgo totus verſus ſic legitur, tanquam abſoluta phraſis: καίτοι πρὸς ὄρθρόν γ' ἐστὶν ἡδ' ἐκκλησία. *Brunck.* Infra v. 84. ἡ 'κκλησία — ἐξ ἕω γενήσεται· — ὥστε δεῖ σε καταλαβεῖν ἕδρας. *Bergl.*

21. καταλαβεῖν δ' ἡμᾶς. Sic bini codd. Omiſſa vulgo particula connexiua. Subauditur δεῖ [cf. Schaefer. ad. Lamb. Boſ. p. 597.], aut repetendum proximum verbum ἔσται. *Brunck.*

22. ὡς Σφυρόμαχος. Vulgo ὡς Σφ. — contra loci ſenſum. Alluditur ad plebiſcitum quoddam rogante

---

Στηνίοισι καὶ Σκίροις ἔν τε ταῖς ἄλλαις ἑορταῖς, αἷσιν ἡμεῖς ἤγομεν. *Bergl.* Σκίρα, ἑορτὴ παρ' Ἀθηναίοις, ἀφ' ἧς καὶ ὁ μὴν Σκιροφοριών. [Sunt Schol. ad h. l. et Harpocrat. verba.] videndus de hoc feſto Meurſius in Graecia feriata. *Brunck.*

i) v. Σκίρος. de quo loco cf. Hemſterh. ad Polluc. T. II. p. 1082. Elmslei. ad Eurip. Heraclid. p. 117.

k) Vitioſa ſcriptura veterum editionum Pollucis IX, 96. et Cod. apud Wyttenbach. ad Plutarch. T. VI. p. 896. Σκιρά, ὀξυτόνως, ap. Photium p. 385. ſcribitur et in Bekker. Anecd. I, 304. vbi minus recte Σκειρά per diphthongum, vt apud Heſychium T. II. p. 1204. In Athenaeo T. IV. p. 339. vitioſius etiam editum τοῖς Σκείῤῥοις. cf. Schweigh. Not. T. VI. p. 259. Schotti nota ad Proclum, quam affert, eſt p. 456. ed. Gaisford.

l) Recte γ' ab Inuern. reuocatum. καίτοι — γε quaeuis pagina offert.

Sphyromacho latum, cuius nescio an alibi mentio occurrat. *Brunck.* *Σφυρόμαχος.* Alii [vt adnotauit Schol. editus, et Grammaticus in Cod. Rauenn.] *Λεόμαχος*, alii *Κλεόμαχος.* Schol. *ὁ Σφυρόμαχος ψήφισμα εἰσηγήσατο, ὥστε δεῖν τὰς γυναῖκας τὰς ἑταίρας χωρὶς τῶν ἐλευθέρων καθέζεσθαι.* Melius in collectaneis Suidae [v. *Σφυρόμαχος*]: *εἰσηγήσατο ὥστε τὰς γυναῖκας καὶ τοὺς ἄνδρας χωρὶς καθέζεσθαι.* Caeterum in versu mendum est; legi enim debet *δεῖν*, non *δεῖ m*). Illam autem lectionem *κἀγαθιζομένας*, pro *συγκαθεζομένας*, eiiciendam puto vna cum Biseti interpretatione. Locum autem hunc, meo iudicio difficilem, sic interpretor: Sphyromachum decreuisse vt mulieres in theatro separatim spectarent, neque cum viris sederent; nisi quae meretrices haberi vellent. Sed quam multae separatim spectabant, quae licet meretrices non dicerentur, illis tamen non magis castae erant? Ait itaque Praxagora, quae genus muliebre norat scilicet. Nunc certe liberum nobis erit (nam priores sumus et vacat theatrum) ea loca capere, quae antea *ἑταίραις* a Sphyromacho assignata fuerant. Antehac subsellia nostra vsurpabant meretrices; sed illa nobis vindicabimus. Ridiculum hic est. *Hem! qui minus licet nobis ibi sedere? quia matronae εὐσχήμονες sumus; nugae. An quia ea non habet matrona quae meretrix? an quia minus perita rerum est? siquis ordinem nostrum nouit, scit ille nil scire meretriculas, quod a primariis feminis recte atque ordine praestari nequeat.* Si ipsum Sphyromachi decretum hodie superesset aliud fortasse quid ad hunc locum dici posset. *Faber.*

23. *καγαθιζομένας* [vt vulgo legitur.]. Bisetus *τὸ ἀγαθιζομένας* hic exponit *ἀγαθὰ λεγούσας.* At Palmerius vocem hanc deductam putat ab *ἀγαθὶς, glomus;* putans scilicet locum hunc sic interpretandum esse: *Oportet meretrices, etiam cum glomerant, latere.* Sed neutra interpretatio mihi probatur, Non viderunt

m) Reiskius *δεῖν* et deinde *λαβεῖν* pro *λαθεῖν* legens „Quae hic, inquit, *ἀγαθιζόμεναι* rariore vocabulo appellantur sunt meretrices, alias *αἱ χαριζόμεναι.*“

enim vocem illam mendo laborare, eiusque loco fcribendum effe, *ἐγκαθιζομένας*, vt recte coniecit Magnus Scaliger. Sic infra v. 90. *ἣν δ' ἐγκαθιζώμεσθα πρότεραι*, etc. Vide etiam Fabrum ad h. l. *Kufter.*, cuius notam repetens *Bergl.* haec addit „vertendum itaque: *oportet meretrices, etiam cum in medio fedent, latere.* Nempe vt meretrices inter matronas fedentes faepe fallunt, et pro matronis etiam habentur; ita nos etiam oportet clam inter viros federe ornatas habitu virili. Alludere autem videtur ad dictum aliquod Sphyromachi illius: aut potius decretum quoddam eius aliorfum torquet; vt infra v. 1085. Canoni Pfephisma. Scholiaftes monet legi etiam *Κλεόμαχος* aitque Cleomachum fuiffe Hiftrionem Tragicum, et irrifum effe, quia in dramate aliquo inepte quiddam et *κακεμφάτως* pronunciauerit; forte eo refpexerit Comicus. Vt in Ranis v. 303. vbi de Euripidis Hiftrione: *ἔξεστι δ', ὥσπερ Ἡγέλοχος, ἡμῖν λέγειν, ἐκ κυμάτων γὰρ αὖθις αὖ γαλῆν ὁρῶ.* quamuis autem Edd. et Scholia confentiant in *Σφυρόμαχος*, tamen mallem *Φυρόμαχος n*)." Haec *Bergl.* *ἐγκαθιζομένας λαθεῖν*, idem eft quod *ἐγκαθίζεσθαι λάθρα*, Thesm. 184. Sic recte emendaffe videtur Scaliger. In codd. fcriptum: *δεῖ τὰς ἑταίρας καθαγιαζομένας πως λαθεῖν.* Aldus edidit *δεῖ τὰς ἑταίρας καθαγιζομένας* [imo *κἀγκαθιζομένας.*] *λαθεῖν*, quae lectio per ceteras deinceps editiones propagata fuit. *Brunck.* Codices fere *καθαγιαζομένας*, Ravennas: *δεῖ τὰς ἑταίρας πῶς κωλαθιζομένας λαθεῖν.* Faber coniecit *δεῖν* et *λαβεῖν*, quae vera puto, commate pofito poft *ἔτι*, legendumque adeo effe:

— — *καταλαβεῖν ἡμᾶς ἕδρας,*
ἃς Σφυρόμαχος ποτ' εἶπεν, εἰ μέμνησθ' ἔτι,
δεῖν τὰς ἑταίρας πως καθαγιζομένας λαβεῖν.

καθαγιζομένας (*ἕδρας*), facrificio quafi confecratas, tanquam templum; quod ridiculum in perfonis turpioribus. Nefcio, quid displicuerit haec lectio viris doctis. *Hotibius.*

---

n) Nititur, ni fallor, haec coniectura locis Athenaei, vbi Phyromachi nomen exftat, T. II. p. 127., T. III. p. 264., ad quem locum Coray ap. Schweigh. Not. T. IV. p. 559., in eandem cum Bergl. fufpicionem incidens, „Forfan idem qui apud Ariftoph. Conc. 22. vocatur *Σφυρόμαχος.*" denique T. IV. p. 14.

Eadem haec omnia laborant difficultate. Nam cur Praxagora fe reliquasque mulieres vel comparet cum *ἑταίραις*, vel eas fe fedes occupaturas effe dicat, quas Sphyromachus *ἑταίραις* affignauerit, intelligi plane non poteft. Tenendum equidem puto Scaligeri *ἐγκαθιζομένας*, idque multo grauiorem quam Scaligeri auctoritatem habet ab Scholiafta ad. v. 1., quam rem editores folita negligentia praeterviderunt. Scholiaftae verba alio tempore examinanda apponam vt vulgo leguntur. Sic igitur ille ad initium fabulae: *Πραξαγόρα λύχνον ἔχουσα προέρχεται. ὑποπτεύεται δὲ ὁ ἴαμβος ἢ τοῦ Ἀγάθωνος, ἢ τοῦ Δικαιογένους, διὰ τὰς ἑταίρας ἐγκαθιζομένας· πρὸς ὃ οὐδὲν εἶπεν, ἀλλὰ μόνον ὅτι τὰς ἑταίρας δεῖ πῶς. βούλεται δὲ εἰπεῖν, ὅτι τοὺς ἄνδρας προλάβωμεν εἰς τὴν ἐκκλησίαν.* Duo ex his lucramur: *ἐγκαθιζομένας* et *πῶς* vel *πως*, quod praeterea vtriusque codicis Parifini et Ravennatis auctoritate confirmatur, vt repudiari nequeat. vnde enim illatum dicas? Quae fi vere dixi, neceffe eft *ἑταῖραι* eiiciantur. Hermanni emendationem *ἑτέρας* (fcil. *ἕδρας*) confirmatam reperi optima Bern. Iuntae editione, in qua fcriptum exftat *δεῖ τὰς ἑτέρας κἀγαθιζομένας λαθεῖν.* Sic igitur legendum:

καταλαβεῖν δ᾽ ἡμᾶς ἕδρας,
ὡς Σφυρόμαχος ποτ᾽ εἶπεν, εἰ μέμνησθ᾽ ἔτι·
δεῖ τὰς ἑτέρας πως ἐγκαθιζομένας λαβεῖν.

Quae res his verbis fpectetur fic nihilo quidem clarius: at fenfus tamen ineft. De Scholiaftae interpretatione, qua nihil offenfus effe videtur Cafaubonus ad Theophraft. c. 5. p. 71. Fifcher., fuo loco dicetur. *Dindorf.*

24. Hic verfus et duo fqq. in neutro cod. leguntur. Horum in vltimo male vulgo excufum *θοιμάτια*, et *κλεψάσαις λαθεῖν.* Frequens in permutatione verborum *λαθεῖν, λαβεῖν, λαλεῖν* librariorum lapfus. *Brunck.* *τί δῆτ᾽ ἂν εἴη.* Terentius et Plautus vbique: *Quid hoc fit; Quid dicam effe.* Non minus belle. *Faber.* Euripides Rhef. 577. *τί δῆτ᾽ ἂν εἴη; μῶν λόχος βέβηκέ πῃ;* Ceterum vt hic mulier in concionem itura, ceteras praeftolatur, et de caufis difputat fecum, quae eas domi detineant; ita in Vefpis 273. viri eodem ituri, quendam exfpectantes dicunt: *τί ποτ᾽ οὐ πρὸ θυρῶν φαίνετ᾽ ἄρ᾽ ἡμῖν ὁ γέρων, οὐδ᾽ ὑπακούει; μῶν ἀπολώλεκε*

τὰς ἐμβάδας; ἢ προςέκοψε τῷ σκότῳ τὸν δάκτυλόν που; *Bergl.*

25. τοὺς πώγωνας. Et infra v. 68. *Bergl.*

29. μὴ καί τις ὢν ἀνὴρ ὁ προσιὼν τυγχάνῃ. Sic in altero Regio: at in membr. τυγχάνεις o). Scribere debuit librarius τυγχάνει, quod et genuinum eſſe poſſit. μὴ, eo quo hic ponitur ſenſu, cum indicatiuo conſtrui poteſt; quod alibi oſtendetur. *Brunck.*

30. ὁ κῆρυξ. Iſte praeco, ſi Diis placet, gallinaceus eſt, qui Prudentio alicubi dicitur, ales diei nuntius. Ideo autem gallum praeconem habuerant mulierculae, quod πρὸς ὄρθρον ἦν ἡ ἐκκλησία. *Faber.*

31. ἡμῶν προσιόντων. Bene interpres ad manifeſtum loci ſenſum, poëtaeque mentem, *prodeuntibus nobis domo:* ſed leuiter graeca deprauata ſunt. Legendum προϊόντων. προσιὼν bene poſitum erat v. 29. quod librario fraudi fuit. Nihil frequentius permutatione verborum προϊέναι, προσιέναι: προελθεῖν, προσελθεῖν. Vide Abreſch. ad Ariſtaenet. p. 24. Quia autem mulier hic de ſe loquitur, non ideo plurale participium genere feminino poni debuit, quod cenſebat Faber. p). Vide quae notauimus ad Eurip. Med. 516. *Brunck.*

31. κεκόκκυκεν. κοκκύζω, ait Interpr. in *Βατράχοις* [Schol. ad v. 1427. ed. Kuſter.], eſt, *δίκην ἀλεκτρυόνος ᾄδειν.* Proprie autem et κυριολεκτικῶς, cuculli vox eſt κοκκύζω. Euſtath. [p. 1277, 1. ed. Rom.] *Faber.* Nempe, vt et Faber autumat, Praeco ille eſt gallus gallinaceus: qui etiam dicitur κοκκύζειν, vt docet Pollux. Lib. V. 89. *Bergl.*

32. ἐγρηγόρουν. Sic alter Reg. In membr. ἐγρηγορεῖν. Vulgo ἐγρηγορῶ. *Brunck.* ἐγρηγορεῖν Ravenn. quoque. Inde ἐγρηγόρειν ſcribendum eſſe recte monuerunt Cenſor. edit. Inuern. in Diar. Ienenſ. a. 1797. Nr. 227. Schneider. ad Xenoph. Anab. p. 239. et Rei-

o) Sic MS. Monacenſ. quoque apud Reiſig. I. p. VII.

p) Lege προσιουσῶν. Mulieres enim in Scenam prodeunt. *Faber.*

ſig. I. p. X.. — Porſon. ad Xenoph. Anab. p. LII. (in Schneideri editione l. l.) corrigit ἐγρηγόρῃ.

34. θρυγανῶσα. Suidas locum hunc citans, pro θρυγανῶσα legit τρυγονῶσα, per τ et ο; idque cum Scholiaſte vertit, ἡσύχως κνῶσα, *leniter ſcalpens:* quae interpretatio recte ſe habet. Significat enim idem quod κνύειν; vnde κνῦμα: de qua voce in nota ſequente dicetur. Quare miror, doctiſſimum Fabrum τὸ θρυγανῶσα hic vertiſſe, *leniter concrepans digitis:* quod longe aliud ſonat. *Kuſt.* θρυγονῶσα. Ita Edd. priſtinae, in Scholiis etiam. Nupera [Kuſt.] θρυγανῶσα. *Bergl.* τρυγονῶσα τὴν θύραν. Sic alter Reg. In membr. τρυγανῶσα. Primariae editt. θρυγονῶσα: recentiorum quaedam θρυγανῶσα. Poſtremam ſcripturam tuetur Heſychius: θρυγανᾷ. κνᾶται, ξύει. Noſtram Suidas: τρυγονῶσα, ἡσύχως κνῶσα. Ἀριστοφάνης· τρυγονῶσα τὴν θύραν. *Brunck.*

36. τὸ κνίσμα. Reſcribendum eſt τὸ κνῦμα q), auctoritate Suidae v. κνῦμα, et Herodiani Grammatici apud Euſtath. ad *Odyſſ.* N. p. 1746, 7. Eſt autem κνῦμα, non, vt Faber vertit, *pulſatiuncula digitorum;* ſed ὁ ἠρεμαῖος κνησμὸς, (vt Suidas recte) i. e. *lenis ſcalptio*, quae fit vnguibus vel digitis. Solebant enim amantes, qui noctu ante amicarum aedes ſtabant, intromitti ab illis cupientes, ianuas potius digitis ſcalpere, quam easdem pulſare, vel digitis concrepare; quoniam pulſatio et crepitus ſunt ſoni diſtinctiones, et qui facilius animaduertuntur, praecipue quia non niſi ab hominibus proficiſci ſolent. At ſcalptio, licet audiatur, vel ob hoc ipſum tamen magis fallit, quod cauſa eius ad animalia etiam domeſtica, puta, feles, canes, etc. referri queat. Eſt autem κνῦμα a κνύειν; qua voce vſus eſt Comicus noſter in *Thesmoph.* v. 488. vbi foemina de amante ait: ουτος ποθῳ μοῦ ̓́κνυεν

q) τὸ κνῦμα. Sic recte membr. In altero τὸ κνῆμα. Perperam vulgo τὸ κνίσμα. Suidas: κνῦμα, ὁ ἠρεμαῖος κνησμός. vbi hunc Comici locum profert. Nomen deriuatum eſt a κνύω, quo verbo in hoc ipſo ſenſu vtitur Comicus Thesm. 481. ουτος πόθῳ μου ̓́κνυεν ἐλθὼν τὴν θύραν. *Brunck.*

ἐλθὼν τὴν θύραν. Suidas, qui locum illum adducit v. *ἔκνυεν*, vocem eam exponit, *ἔξυεν ἠρέμα*, leniter fcalpebat: quod confirmat noftram de fignificatione vocis *κνῦμα* fententiam. Ad *τὸ κνύειν* vel *κνῦμα* (vt hoc obiter moneam) refero etiam locum illum Tibulli Lib. I. Eleg. 2, 31. *Et vocet ad digiti me taciturna fonum.* Interpretes quidem illic aliter: fed, ut puto, falluntur. *Kufter.* *τὸ κνίσμα.* Quafi tantum fcalpferit fores, vt leuis sonus ederetur; qua in re vtitur verbo *κνύειν,* quae eft eiusdem originis, in Thesmoph. v. 488. *οὗτος πόθῳ μ' οὔκνυεν ἐλθὼν τὴν θύραν.* quem locum citauit Cl. Kufterus, qui pro *κνίσμα* legere mavult *κνῦμα.* *Bergl.*

58. *Σαλαμίνιος.* Quippe nautae, (tales autem erant plerique Salaminiorum,) in Venerem effufi. Rem autem mire expreffit Ariftophanes, cum dixit *ἤλαυνε,* quae vox rei eft nauticae, nec minus vxoriae. Latini *agitare.* Exempla vtriusque linguae in propatulo funt. Scaphas autem dici mulieres, pertractatum eft. *Faber.* *Σαλ.* Hoc praemittit, quia verbum *ἐλαύνειν* inferet, quod de *agitatione nauium* vfurpatur. Erant autem Salaminii infulani, ac proinde faepe nauigabant. Nifi potius vult dicere remigem nauis Salaminiae; quos inprimis oportebat ftrenue remos ducere: nam nauis illa, vt et focia eius Paralos, erant *μάλιστα ταχυναυτοῦσαι.* Scholia: *δύναται δὲ καὶ ἀπὸ τῆς Σαλαμινίας νεὼς νοεῖσθαι τὸ Σαλαμίνιος.* *Bergl.*

59. *ἤλαυνέ με.* Tanquam de naue, fed fimul aliud fignificatur. Vt in oraculo de Adonide, quod Plato Comicus eius Patri redditum dixit, in dramate cognomini, referente Athenaeo X. p. 456. [T. IV. p. 172. Schw.] *Ὦ Κινύρα βασιλεῦ κυπρίων ἀνδρῶν δασυπρώκτων, Παῖς σοι κάλλιστος μὲν ἔφυ θαυμαστότατος τε Πάντων ἀνθρώπων, δύο δ' αὐτὸν δαίμον' ἔχητον· Ἡ μὲν ἐλαυνομένη λαθρίοις ἐρετμοῖς, ὁ δ' ἐλαύνων· O Cinyra Rex Cypriorum hirfutorum, Filius tibi natus eft admirandae formae, pulcherrimusque omnium hominum: hunc Deus et dea ceperunt: ifta agitatur occultis remis, ille agitat.* Intelligitur autem Bacchus et Venus, qui ambo Adonidem amarunt. *Bergl.*

41. *r*). Hic et ſeq. verſus eidem vulgo continuantur mulieri: in membr. diuerſae tribuuntur, praefixa perſona, *γυνή*. Similis locus eſt in Lyſ. 65. *ἀτὰρ αἵδε καὶ δή σοι προσέρχονταί τινες. Brunck.*

43. *οὐκοῦν ἐπείξεσθ'*. Malim ego legi, *ἐρωτηματικῶς*, ſic *οὔκουν ἐπείξεσθε; Faber.* Tacite ſequuti ſunt Brunck. et Inuern. Recte.

44. Verſum hunc et ſeq. adducit Scholiaſtes ſupra ad *Acharn.* v. 960. *Kuſter.*

ibid. *οἴνου*. Facete admodum. Hinc intelligi vult Comicus merobibas et multibibas eſſe mulieres; ſed cum *ἐρεβίνθων* addit, ſalaces eſſe innuit. *Ἐρέβινθος* enim, cicer, vox eſt flagitioſa; *αἰδοῖον* ſcilicet: cuius ſignificationis apud hunc noſtrum plura ſunt veſtigia. Ait enim in *Βατράχοις* [544. Br.] *ἐγὼ δὲ πρὸς τοῦτον βλέπων τοῦ 'ρεβίνθου 'δραττόμην*. Ad quem locum *τοῦ 'ρεβίνθου*, inquit interpres, *τοῦ αἰδοίου*. In Acharnenſibus autem [801. Br.]: *Δ. Τρώγοις ἂν ἐρεβίνθους; Κ. κοῒ, κοΐ. Ἔπαιξε πρὸς τὸ αἰδοῖον τοῦ ἀνδρὸς, ἐπεὶ καὶ ἐρέβινθον αὐτὸ καλοῦσι.* [ſunt verba Schol.] Huius autem ſignificationis ratio ex eo petenda videtur, quod *ἐρέβινθος* ſit *ἐπεγερτικὸς πρὸς τὰ ἀφροδίσια*. Deinde in *ἐρέβινθος* eſt aliquid ad *ἐρᾶν* et *βινεῖν*, quod etſi nouum affero, placebit tamen; et Comici genii eſt. Cum autem cicer frixum aut toſtum bibendi *ὄρεξιν* faciat, ideo ſtatim poſt vini mentionem cicer addit. Senſus autem huius loci eſt, (nam opinor, haud abs re fuerit, ridere) *Quae poſtrema omnium venerit, ea nobis et florem Liberi, quantum ſit ſatis, dare tenebitur; tum validos artitosque virgatores praebeat, qui nos ſtrenue et belle. Faber.* cuius notam repetiit *Bergl.*

45. *ἡμῶν*. Sic bini codd. et primariae editt. Male in aliis *ἡμῖν*. Ordo eſt: *τὴν ὑστάτην ἡμῶν ἤκουσαν ἀποτίσειν τρεῖς χοᾶς οἴνου.* Suidas etiam in *χοᾶ*, vbi hos verſus profert, legit *ἡμῶν*. *Brunck.*

---

r) v. 41. 42. Brunck., vt Inuern., aſſignauit *Γυν.* A. Reiskius „41. eſt Praxagorae."

46. Perperam rurſus in impreſſis continuantur Praxagorae hi verſus, quos lineola in membr. praefixa indicat alius eſſe perſonae. At id multo melius adhuc monſtrat ipſa dialogi ratio. *Brunck.* *s*).

48. *κατὰ σχολήν.* Suidas [quem Kuſter. quoque citat]: *ἀντὶ τοῦ μόλις, ἢ ἀψοφητί.* Non placent iſtae interpretationes. *κατὰ σχολὴν* eſt *otioſe,* eo ſenſu quo dixit Terentius in Andria [II. 5, 25.] *aliam otioſius quaeret. ἑτέραν κατὰ σχολὴν ζητήσει. A ſon aiſe. Brunck.*

51. *Φιλοδωρήτου — Χαιρητάδου.* Sic recte ſcripta virorum haec nomina exhibent membr. In altero *Χωρητάδου. Brunck.*

53. *Ὅ,τι περ ἔστ' ὄφελος.* Schol. *τουτέστιν εὐγενεῖς, nobiles et generoſae* fortaſſe. Sed tutius multo, et propius eſt ea ratione intelligere, qua verti, *mulieres ſcilicet quae alicui rei ſunt,* vt diceret Comicus Afer. *Faber.* Locum hunc adducit Suidas. v. *ὅ,τι περ* et v. *ὄφελος;* vbi phraſin hanc cum ſcholiaſte exponit per *εὐγενεῖς* i. e. *nobiles, generoſae:* quae interpretatio tamen non tam late patet, quam ſenſus et vis verborum Graecorum. Nam *τὸ ὄφελος* apud Graecos, et praecipue Atticos, non ſolum dicitur de iis, qui genere, ſed etiam qui diuitiis, honoribus, virtute, fortitudine, etc. inter reliquos excellunt. Phraſis eſt elegans et noſtra animaduerſione digna. Lucianus in *Herodoto t*), ſub finem [T. I. p. 837. ed. Reitz.]: *αὐτοί τε οὖν ἤδη συνεληλύθατε, ὅ,τι περ ὄφελος ἐξ ἑκάστης πόλεως.* Vbi interpres non male: *Vos itaque conueniſtis ex ſingulis ciuitatibus praeſtantiſſimi quique.* Arrianus de Expedit. Alex. M. Lib. II. cap. VII. p. 71. ed. Gronov. *ἀλλὰ Περσῶν ὅ,τι περ ὄφελος καὶ Μήδων.* Vbi interpres Latinus male, *ſed*

s) Brunckium ſequutus eſt Inuern. — *Reiskius.* „46. eſt alterius mulieris. 47. *καὶ μοὶ δοκεῖ* etc. eſt Praxagorae."

t) Eundem locum et alium e Luciani Timone [T. I. p. 162.] *χαῖρε, ὦ Τίμων, τὸ μέγα ὄφελος τοῦ γένους, τὸ ἔρεισμα τῶν Ἀθηναίων, πρόβλημα τῆς Ἑλλάδος· Salue, Timo, praecipuum tui generis praeſidium, fulcimentum Athenienſium, propugnaculum Graeciae.* affert *Bergl.* qui monet Fabrum bene h. l. reddidiſſe: *Quae ſunt alicuius momenti.*

ſummam imperii Perſici ac Medici. Vertendum enim erat: *Sed florem Perſarum et Medorum.* Vel, *Perſarum et Medorum lectiſſimos quosque.* Syneſ. *de Regn.* p. 51. ed. Petav. ἀνάγκη συνεραστάς σοι γενέσθαι πολλοὺς. ὧν τι καὶ ὄφελος. Vbi Petauius recte: *Neceſſe enim erit riuales tibi eſſe multos, qui quidem aliquo in honore ac pretio ſint.* Vide eundem in notis ad illum locum, vbi ad phraſin hanc illuſtrandam praeter alia adducit etiam illud ex Theocrit. Idyll. XIII. 18. — — οἱ δ' αὐτῷ ἀριστῆες συνέποντο, Πασᾶν ἐκ πολίων προλελεγμένοι, ὧν ὄφελός τι. Id eſt, *Praeſtantiſſimi quique et lectiſſimi ex omnibus ciuitatibus eum ſequebantur.* Huc facit, quod τὸ ὀνήϊστὸς (quae eſt vox Ionica, et, vt notum eſt, proprie ſignificat idem quod ὠφέλιμος) ſimili ſenſu capiatur in dicto illo Heracliti apud Laert. Lib. IX. ſect. 2. ἄξιον Ἐφεσίοις ἡβηδὸν ἀποθανεῖν πᾶσι, οἵτινες Ἑρμόδωρον ἑωϋτῶν ὀνήϊστὸν ἐξέβαλον λέγοντες· Ἡμέων μηδὲ εἷς ὀνήϊστὸς ἔστω. εἰ δέ τις τοιοῦτος, ἄλλη τε καὶ μετ' ἄλλων. Hic enim τὸ ὀνήϊστὸς ſignificat eum, *qui excellit,* interprete ipſo Cicerone, qui ῥῆσιν illam Heracliti ſic Latine reddidit lib. V. [c. 36.] *Tuſcul. Quaeſt. Eſt apud Heraclitum Phyſicum de principe Epheſiorum Hermodoro. Vniuerſos ait Epheſios eſſe morte mulctandos, quod, cum ciuitate expellerent Hermodorum, ita locuti ſunt: Nemo de nobis vnus excellat: ſed ſi quis extiterit, alio in loco, et apud alios ſit.* Idem dictum Heracliti refert etiam Strabo lib. XIII. pag. 950. edit. nouiſſ. Amſtel. *Kuſter.*

55. τὴν νύχθ' ὅλην. Locum hunc adducit Scholiaſtes ſupra ad *Equit.* v. 659. *Kuſter.*

56. τριχίδων. Sunt qui Sardas putant; alii pro aloſa ſumi volunt. Quam tamen pro θρίσσα accepit Theodorus. Qui piſcis, vt ait Scholiaſtes, τὴν βῆχ' ἀνεγείρει: ita enim lego, non ἀναγείρει. *Faber.*

ibid. ἐμπλησμένος. [ſic veteres edd.] Suidas legit ἐμπλήμενος, h. v. quae lectio praeferenda eſt. Nam et ſupra *Equit.* v. 951. Comicus noſter dixit ἐμπλήμενος τευθίδων: et in *Vesp.* v. 422. ὀργῆς ἐμπλήμενος. Ἐμπλησμένος vero pro ἐμπεπλησμένος, inſolens eſt, nec vſitatum Atticis. *Kuſter.* ἐμπλήμενος. Membr. ἐμπεπλησμένος: alter, vt vulgo, omiſſo augmento, ἐμπλη-

σμένος. Suidas nostram lectionem habet in ἐμπλησμένος v). At in τριχίδες, vbi locum hunc iterum profert, habet πεπλησμένος. Proba est vtraque lectio: at Comicus priorem frequentat. Vide Vesp. 424. 1127. Equit. 935. *Brunck.*

57. ὡς ἂν ἀνέρωμαι τάδε. Certissima est Dawesii [Miscellan. p. 300. (535. ed. Kidd.)] emendatio. Vulgo ὡς ἀνείρωμαι τάδε, duplici vitio. Primum εἴρομαι vel ἀνείρομαι dialectus Attica respuit. Tum ὡς, vt finale significans, non solet Noster sine particula ἂν cum subiunctiuo adhibere, quod obseruaui ad Lys. 384. et quantum ad hoc spectat emendatior est binorum codd. scriptura, ὡς ἂν εἴρωμαι τάδε. *Brunck.*

61. λόχμης x) δασυτέρας. Eadem metaphora vtuntur Latini, *silua comae*, et *pilus fruticans*, apud Iuuenalem. (Athenienses tum temporis affectabant hirsutos esse sub axillis, quo scilicet fortes et atroci animo viderentur. Hinc in suffragiis ferendis, quae fiebant per χειροτονίαν, brachia altius extollebant, vt latere nudato pars illa fruticante pilo neglecta conspiceretur. Vide Casaub. ad Theophr. Charact. [cap. 19. p. 199 sq. Fisch.] *Faber.*

62. Dawes. Misc. p. 216. (389. Kidd.) ὁπόθ' ἀνήρ.

63. δι' ἡμέρας. Haec verba male vulgo cum ἀλειψαμένη coniunguntur, et in versione ab interprete neglecta fuerant. *Brunck.* qui comma post ὅλον posuit et sustulit post ἡμέρας.

64. ἐχλιαινόμην πρὸς τὸν ἥλιον. Id Graecis dicebatur ἡλιοῦσθαι et ἡλίωσις: Latinis *insolari* et *insolatio*. Verum cui non dictus Hylas? *Faber.* Dawes. l. l. ἐχλιανόμην propter Lysistr. 387. χλιανεῖς, monente Porsono apud Kiddium.

65. τὸν ξυρόν. Sic Aldus: at bini codd. editio Bern. Iuntae, et vtraque Veneta τὸ ξυρὸν, quod prae-

---

v) Sic, παροξυτόνως, quod placet Duckero ad Equites 930. supra pag. 258. Male.

x) λόχμης. Nescio quid cogitauit alterius R. librarius, quum scriberet λίχους. *Brunck.*

ſtat et reponi debuit. Neutro genere hoc nomen Comicum noſtrum extuliſſe inde probabile eſt, quod maſculinum ξυρὸς, tanquam rarius, notatione dignum iudicauerit Pollux, eoque vſum fuiſſe Archippum obſeruet, L. X. 177. τὸ δὲ ξυρὸν πολλῶν εἰρηκότων, παρατηρητέον, ὅτι Ἄρχιππος ἐν τῷ Ῥίνωνι ἀῤῥενικῶς αὐτὸ εἴρηκε. *Brunck.*

67. προσφερής. Lege προσφερὲς, etiam ſi vulgata lectio ferri poſſit: tamen hanc noſtram aio eſſe Ἀττικωτέραν. *Faber.* Ignoſcendum hoc Fabro, vt multa huiusmodi in eius notis.

70. τὸν καλὸν ἔγωγε. [ſic Brunck. edidit]. Vulgo omiſſus articulus cum metri labe et contra Atticismi rationem. Ignoranti poetas Atticos in καλὸν primam ſemper corripere, melior videri poſſet alterius R. lectio. νὴ τὴν Ἑκάτην, ἔγωγε καλὸν τουτονί. Qui voces hoc ordine diſpoſuit librarius metro ſe recte conſulere arbitrabatur. Marklando, viro alioqui doctiſſimo, fucum forte feciſſet. Is enim ad Eurip. Suppl. 728. dubitat an vera ſit illa de quantitate nominis καλὸς obſeruatio, Scenicorumque verſus aliquot profert, quorum vulgata ſcriptura aliud quid ſuadere videtur. Sed a corruptelis librorum non minus quam ab *hypotheſibus* cauendum eſt. In Iphigen. A. v. 21. recte edidit optimus Musgrauius: τοῦτο δέ γ' ἔστιν τὸ καλὸν σφαλερόν. In Euripidis verſu ex Archelao, quem ignorans Musgrauius vndenam deſumtus eſſet inter incerta fragmenta retulit XXXIV. Regius Stobaei cod. praeter dramatis titulum ſinceram lectionem exhibet, quae absque eo etiam reponi poterat et debebat: σὺν μυρίοισι τὰ καλὰ γίγνεται πόνοις. In Sophocl. Philoct. v. 1304. (vulgo 1342.) e codd. legendum eſt: ἀλλ' οὔτ' ἐμοὶ καλὸν τόδ' ἐστιν, οὔτε σοι. Verſum autem 1381. (vulgo 1421.) quomodo legi debeat iam dudum declaraui ad Aeſchyl. S. Th. 784. ἃ σοί τε κἀμοὶ κάλ' ἐσορῶ τελούμενα. Nec harum rerum perito cuiquam non probabitur illa emendatio, quam abunde confirmant quae ad Lyſ. 408. et alibi obſeruaui, prae inepta τοῦ δεῖνα [Vauvillerii] coniectura, ἃ σοί τε κἀμοὶ κάλ' ἂν ὁρῶ τελούμενα. Quid, malum, ſibi vult eo loco particula ἂν in certa affirmatione? Anne dicere debuit

Neoptolemus? *quae tibique et mihi honesta futura videre possim.* At dubitantis hoc est: ille vero minime dubitat, certusque ait: *quae tibique et mihi honesta futura esse perspicio.* Emendationem huius comici versus praecepit Dawesius [Misc. p. 300. (555. Kidd.)], quem adeas. *Brunck.* Veram scripturam praebet Cod. Rauenn. in quam dudum inciderat Bentleius apud Kiddium. l. l. Cf. Reisig. I. p. 178. Heindorf. ad Plat. Phaedon. p. 62.

71. *Ἐπικράτους.* Erat hic ampla vberrimaque barba nobilis; quamobrem, vt quidem videtur, a Platone Comico [ap. Schol. ad h. l.] *Σακεσφόρος* eo dictus est, quod ea latitudine illius barba foret, vt scutum referret. Erat autem Epicrates rhetor, aut tribunus, seu demagogus. Platonis autem versus, quia summae elegantiae est, et ad ridiculum facit, afferam. *Ἄναξ ὑπήνης Ἐπίκρατες σακεσφόρε. Faber.* Ita vocatur etiam ab Aristippo in Epistola, quae est inter Socraticas 13. cum inquit: *καὶ τῶν τὰ κοινὰ πρασσόντων Ἐπικράτεα τὸν Σακεσφόρον.* Alias *σακεσφόρος* cognominatur Aiax a Sophocle in cognomini dramate v. 19. quia prae ceteris Heroibus magnitudine insignem gerebat clypeum. Scite autem transfertur; nam cum *σάκος, σάκους,* fit *clypeus*, *σάκος, σάκου*, i. e. *saccus*, accipitur quandoque pro *barba*; ut apud Nostrum infra v. 501. *σάκον πρὸς ταῖν γνάθοιν.* vnde *σακεσφόρος* dicitur pro *σακοφόρος·* quod idem est ac *σακκογενειοτρόφος.* de quo vs. 501. *Bergl.* Vide Suidam v. *πώγων*, et v. *Ἐπικράτης;* itemque Maussac. ad Harpocrat. v. *Ἐπικράτης. Kuster.*

72. *κατανεύουσι γάρ.* Sic bene membr. In altero *κατανεύσαιτε γάρ.* Bern. Iunta, *κατανεῦσαι γάρ.* Male Aldus, quem alii fere omnes sequuntur pro *γὰρ* dedit *γοῦν. Brunck.*

74. *Λακωνικάς.* *Ἐμβάδας* scilicet, quarum in aliis fabulis saepe apud Aristophanem nostrum mentio est. Calceamentum virile erat, rubro colore. *Faber.*

75. De Rauennatis libri scriptura vid. Reisig. I. p. 245.

77. *τὸ τοῦ Λαμίου.* Lamia fuit femina, et Lamias

vir, carceris custos; vt ait Scholiastes. In masculino genere dicit Lamiam, et alludit ad locum Pherecratis, qui de Lamia femina: ὅτι σκύταλον ἔχουσα ἐπέρδετο. vt est apud Scholiastem, cuius verba adduxi in Vespis v. 1177. ad haec verba ἡ Λαμί' ἁλοῦσ' ἐπέρδετο. *Bergl.*

78. *y*) ὧν πέρδεται. Id est ὑφ' ὧν φερομένων πέρδεται, τοσοῦτο βάρος ἐστίν. ὅπερ ῥηθὲν εἰς ἄκρον τοῦ γελασίμου ἐλαύνει· quae vel scriptoris facundissimi virtus est, naturae tristiori commodissima. *Faber.* Legendum censeo: τοῦτ' ἔστ' ἐκεῖνο, τὸ σκύταλον, ᾧ πέρδεται: Hoc illud est, baculus, quamobrem pedit. Immanis fingitur ille baculus, vt pedat, cui sit gestandus. Abundabant eiusmodi iocis Comici: cf. Ranas primas, Equ. 1007. De Lamia pedente vid. Schol. ad h. l., Brunck. ad Vesp. 1216. *Hotib.* cuius interpunctionem tantum, non reliquam mutationem, probat Reisig. I. p. 279. Sine caussa anonymus in Classical Iournal Nr. III. p. 507. ἐκεῖνο in ἐκείνων mutat.

79. ἐπιτήδειος *z*). Cum haec historia nulli, quod quidem sciam, adhuc innotuerit, eaque in altissimo silentio apud Scholiasten cubet, licebit, opinor, in ea investiganda ariolari. Mihi itaque persuadeo, carnifici cuipiam os sublitum fuisse, eique non verba data, quod vulgo dicimus, sed praegrandem aliquem stipitem, qui veste virili exornatus ei suppositus fuerit, miseri alicuius loco, qui ad mortem rapiebatur. Vtrum autem antagonistarum aliquem, in cuius dramate id sit factitatum, mordeat Aristophanes, haud sane affirmarim; sed nec negare in animo est. Ait autem mulier attulisse se baculum, qui ea sit magnitudine, vt aptissimus decipiendo carnifici possit haberi. Credo ego hanc historiam Cratinum spectasse. Nam a pluribus veterum video illum laudari ἐν Πανόπταις: quemadmodum in ὑπομν. εἰς τὰς Νεφέλας [ad v. 981. Kust. p. 405. Hermann.]. Ceterum quod ego

---

y) v. 78. Praxagorae, v. 79 — 81. mulieri cuidam tribuit Brubachii editio. Recte, monente Reisig. I. p. 308.

z) Alludit hic proculdubio Aristoph. ad historiam aliquam suo tempore gestam; quae cum ignoretur, non mirum est locum hunc esse obscurum. *Kuster.*

monendum iudico, non modo τὸ σκύταλον, ſed et ὁ σκύταλος dici neceſſe eſt. Alioqui non ſit quo referatur ἐπιτήδειος, etc. *Faber.*

ibid. et ſqq. — ἐπιτήδειός γ' ἂν ἦν, Τὴν τοῦ Πανόπτου διφθέραν ἐνημμένος, Εἴπερ τις ἄλλος, βουκολεῖν τὸ δήμιον. Haec manus Comici. Excarnificant eum cum ſuo carnifice (nam vulgo legitur τὸν δήμιον) interpretes graeci ac latini. Quamobrem fere ſugillari ſoleant Cliſthenes, Cleonymi et eius farinae homines quam plurimi, dixi ad Veſp. 22. Eorum e numero et hunc Lamiam fuiſſe arbitror, etſi ſcholia norint tantum eum πένητα καὶ ἀπὸ ξυλοφορίας ζῶντα: nam de δεσμοφύλακι nugae, exortae illae ex falſa lectione τὸν δήμιον. Paſtori Argo comparatur Lamias, ingentem baculum ferenti; populus Athenienſis Ioï vaccae, quem optime ille queat paſcere, homo quadratus, ſicut Cleon, vt qui tantum geſtet baculum. Noſti, quid ſaepe ſit βουκολεῖν, paſcere, quo pertinet prouerbium Vulpes bouem ducit. *Hotibius.*

80. τοῦ Πανόπτου. Aeſchyl. in Suppl. v. 510. ποῖον πανόπτην οἰοβουκόλον λέγεις; reſpondetur: Ἄργον, τὸν Ἑρμῆς παῖδα γῆς κατέκτανε. *Bergl.*

81. Vulgo legitur: εἴπερ τις ἄλλος βουκολεῖν τὸν δήμιον. In membran. vox ἄλλος omiſſa. At in altero ſcriptum: εἴπερ τι βουκολεῖν ἐθέλει τὸν δήμιον. Quod recepi, mutato tantum ἐθέλει in ἐθέλοι a). — βουκολεῖν non pro *cuſtodire* accipio, ſed pro *decipere.* Ordo eſt: ἐπιτήδειος ἂν ἦν — βουκολεῖν τὸν δήμιον, εἴπερ τι ἐθέλοι. Referuntur autem iſta ad Λαμίαν, non vero ad ὁ σκύταλος, vt arbitratur Faber. Obſcurus eſt locus, quia rei tum publice notae, ad quam Comicus alludit, non ſuperſunt hodie ſatis manifeſta veſtigia, quibus inſiſtentes, ſenſum deprehendere poſſimus. E ſcholiis colligere eſt Lamiam illum fuiſſe carceris cuſtodem, et alludere Comicum ad Sophoclis Inachum, quo in dramate inducebatur Argus Ionem ſeruans. Vtique nomine πανόπτου Argus innuitur. Hoc fundamento nititur coniectura Viri elegantiſſimae

---

a) Vulgatam ſcripturam recte reuocaſſe Inuern., vix opus eſt moneri.

doctrinae E. H. van Eldik, locum ſic legentis et explicantis *b*):

ἐπιτήδειός γ᾽ ἂν ἦν,
τὴν τοῦ πανόπτου διφθέραν ἐννημμένος,
εἴπερ τις ἄλλος βουκολεῖν τὸν δέσμιον.

Iuuencam exſpectaſſes, cuius cuſtodia Lamias, Argi inſtar, dignetur: praeter opinionem intulit, ni fallor, τὸν δέσμιον. *Schemate iſthoc* παρὰ προςδοκίαν *gaudet Comicus, ſaepius non animaduerſo.* At ego nullus video cur contra codd. fidem τὸν δήμιον loco moueri debeat; prorſusque me fugit, ſi quid faceti eſt in eo quod ſic praeter exſpectationem infertur. In eadem alluſione ad Sophoclis Inachum permanens, per τὸν δήμιον Mercurium intelligo, qui Argum obtruncans *carnificis* munere fungebatur. *Lamias iſte, ſi Argi renonem indueret, nedum a carnifice obtruncaretur, ipſe carnifici quibus vellet modis os ſublineret.* Longe vero probabilius eſt quod primo ait Scholiaſtes Lamiam fuiſſe hominem pauperem ἐκ ξυλοφορίας victitantem, qui ſaepe magna onera ferens pedebat, quod nimio pondere preſſis contingere ſolet: vide Ran. 9. et Petronium cap. 117. Ferebatur autem fabula de larua quadam, cui nomen *Λαμία*, in qua narrabatur, ὡς ἡ *Λαμί᾽* ἁλοῦσ᾽ ἐπέρδετο, vt eſt in Veſp. 1177. Ex his omnibus collatis intelligendus eſt iocus, qui eſt in v. 78. *Brunck.* βουκολεῖν *cuſtodire.* Quia Argus cuſtos pecoris, Lamias cuſtos carceris, vt Scholiaſtes hic etiam dicit, vt vs. 77. *Bergl.* τὸν δήμιον. Videtur omnino nomen proprium eſſe debere hominis alicuius in carcerem coniecti, aut potius digni, qui eo coniiciatur, ad quem cuſtodiendum aptus ſit Lamias cum ſuo ſcipione. Sed quia tam mali ominis nomina non ſunt vſitata; quis enim filio ſuo imponeret nomen *Δήμιος*, quod carnificem ſignificat? putarem pro δήμιον ſcribendum eſſe *Δημέαν*. Hanc coniecturam non poſſum aliunde confirmare, niſi quod videatur ad huius Demeae opificium reſpexiſſe, cum Lamiae, quem cuſtodiendo Demeae aptum dicit, tri-

---

b) Suſpicionum Specim. p. 20. siue in Schaeferi Theſauro Critico p. 195.

buit διφθέραν· nam Demeam Collytenſem, victum ſibi quaeſiuiſſe ἀπὸ χλαμυδουργίας dicit Xenophon. II. Apomn. [c. 7, 6.]. *Bergl.* τὸν δήμιον miniſtrum publicum, qui metuendum erat ne mulieres ex his locis abacturus eſſet, recte intelligere videtur Hermannus.

82. λέγοιτ' ἂν ὅπως [ſic enim Br. edidit.]. In membr. λέγεθ' ὅπως. Vulgo λέγοιθ' ὅπως c). Particula potentialis hic omnino requiritur. Mirum eſt quam ſaepe illius omiſſio editores fefellerit. Exſtant apud Stobaeum Menandri verſus ex Boeotia, miſere deprauati, qui ſic ad codicis fidem legendi ſunt:

πολλὰ δύσκολα
εὕροις ἂν ἐν τοῖς πᾶσιν· ἀλλ' εἰ πλείονα
τὰ συμφέροντ' ἔνεστι, τοῦτο δεῖ σκοπεῖν.

Vide iam quid ſit in Floril. Grotii p. 455. λέγοιμ' ἄν, λέγοις ἂν centies in his fabulis occurrunt. Infra 152. Lyſ. 97. 119. Ran. 1401. et alibi paſſim. *Brunck.*

85. ἐξ ἕω. Supra v. 20. πρὸς ὄρθρον γ' ἐστὶν ἥδ' ἐκκλησία. In Acharn. v. 19. οὔσης κυρίας ἐκκλησίας ἑωθινῆς. *Bergl.*

87. λίθῳ. Βήματι Schol. ita et Ariſtoph. in *Acharn.* [685. Br.]: quo loco ſenes de ſe aiunt: τονθορύζοντες

---

c) λέγοιθ' ſuſpectum. forte deeſt unus verſus, a quo id verbum olim pendebat, aut σπεύδοιθ' vel potius σπεύδετε δ' ὅπως. *Reisk.* Recte hoc animaduertit Reiskius λέγοιθ' librarios addidiſſe, quum genuina vox excidiſſet. Apertior fraus eſt in λέγεθ', quod Brunck. membr., Cod. Monacenſ. ap. Reiſig. I. p. 308., edd. Iuntinae 1515. et 1540. et aliae habent; certa res fit e Cod. Rauenn., in quo nihil horum legitur. Quaerendum igitur quomodo id quod excidit probabiliter reſtitui poſſit. Elmsleio ad Acharnenſes p. 118. ſcribendum videtur οὕτω(ς) δ' ὅπως. poſſes etiam — et hoc quidem paulo probabilius — ἄγε νυν ὅπως, vt in Equit. 1011. Sed ſuſpicor antiquitus ſcriptum fuiſſe ΠΡΑΞΑΓΟΡΑΔΟΠΩΣ (i. e. Πραξαγ. ὅρα δ' ὅπως), quod male intellexerunt. Infra 312. (300. Br.) ὅρα δ' ὅπως ὠθήσομεν. Denique Reiſigius I. p. 308. coniicit νῦν οὖν ὅπως καὶ τἀπὶ τούτοις δράσομεν. Verba νῦν οὖν enim vt interierint, aliquid cauſſae quaerendum eſſe videri in prauo perſonae ſigno Γυ. Meam coniecturam Hermanno placere memini. Quod in codd. haec alii mulieri tribuuntur, librariorum eſt emendatio, facta ex quo v. 79—81., quas mulieris cuiusdam eſſe paulo ante vidimus, Praxagorae continuati ſunt. *Dindorf.*

δὲ γήρᾳ τῷ λίθῳ προςέσταμεν. Vbi vetus interpres annotat fuiſſe *βῆμα ἐν τῇ Πνυκὶ δικαστηρίῳ*. Adeundus Meurſius, qui haec, ni fallor, alicubi pluribus perſecutus eſt. [Atticar. Lectt. I. 6. p. 15 ſq.] *Faber*. In Pace 679. *ὅστις κρατεῖ νῦν τοῦ λίθου τοῦ 'ν τῇ πνυκί*. *Bergl*.

88. *ταυτί γέ τοι*. Elmsl. ad Acharn. 108. p. 116. corrigit: *ἔγωγέ τοι*. rariſſima enim eſſe apud Ariſtoph. *ὁδί γε, οὑτοσί γε*, et ſimilia. Vulgata ſcriptura ſaniſſima eſt.

90. *τάλαινα*. Ita vulgo Graeci: Theocrit. [IV, 60.] *ἀκμάν γ', ὦ δείλαις*. Non quod miſeros haberi vellent quos ita *προσεφώνουν*; aliquando enim *φιλοφρονητικὸν* erat, aliquando *ἐπιτιμητικόν*. *Faber*. cf. Seidler. ad Eurip. Electr. p. 154.

92. *ἐστί μου*. Sic bini codd. Elegantius eſſet: *γυμνά δ' ἐστί μοι τὰ παιδία*. *Brunck*. Facile caremus hac elegantia, quae etiam alibi Brunckio mirum quantum placet.

95. *πλήρης ὁ δῆμος*. Euripides in Androm. v. 1097. *ἀρχαί τ' ἐπληροῦντο*. Idem Iphig. T. v. 306. *πολλοὶ δ' ἐπληρώθημεν ἐν μικρῷ χρόνῳ*. *Bergl*. Ceterum Elmsl. ad Acharn. 523. ſine idonea cauſſa corrigit *καλά τἂν πάθοιμεν*.

97. *Φορμίσιον*. Quia Phormiſius quidam *δασὺς ἦν d)*, ideo eius iconiſmo vſus eſt Poeta, vt et eugium ſignificaret. Eugium autem ea pars qua mulieres maxime mulieres ſunt. *Faber*.

102. *Ἀγύῤῥιος*. Muliebris patientiae ſcortum *e)* Agyrrius. Pronomus autem auloedus fuit bene barbatus. Hoc nomen ſaepe commutatum vidi in Agyrium. Studioſi emendabunt. *Faber*. Citat Suidas v. *Ἀγύριος*. Eiusdem Agyrrii mentio in *Pluto* v. 176. vbi Nos vide. *Kuſt*. eundem locum citat *Bergl*. *Ἀ-*

---

d) Scholiaſt. ad h. l. et ad Ran. 996. citat *Bergl*.

e) Hoc quidem Faber, vt eſt in talibus ingenioſus, excogitavit. Cf. Tittmann. ad Zonaram. T. I. p. 21. vbi hic verſus citatur.

γύῤῥιος. Sic bene membr. vt in Pl. 176. At alter eodem errore qui ibi notatus fuit, *Ἀργύριος*. Similem mendam in Philemonis verſibus apud Athenaeum p. 340. E. corrigendam eſſe monuit ſummus Bentleius. Huius Agyrrii meminit etiam Plato Comicus his verſibus [apud Plutarch. X. orat. vit. p. 801. B.]:

λαβοῦ, λαβοῦ τῆς χειρὸς ὡς τάχιστά μου·
μέλλω στρατηγὸν χειροτονεῖν Ἀγύῤῥιον. *Brunck.*

Pronomum bene barbatum fuiſſe ex Schol. monet *Bergl.*

103. *πρότερον δ' ἦν οὗτος γυνή.* Eadem ratione vir vocatur foemina apud Aeſchinem contra Timarchum [p. 128. Reisk.]: *ἐκκλησίας οὔσης, εἶπεν, ἀναστὰς, ὦ Ἀθηναῖοι, κλέπτουσιν ὑμῶν κοινῇ ἀνὴρ καὶ γυνὴ χιλίας δραχμάς. θαυμασάντων δὲ ὑμῶν, πῶς ἀνὴρ καὶ γυνὴ, καὶ τίς ὁ λόγος, εἶπε μικρὸν διαλιπών· ἀγνοεῖτε, ἔφη, ὅ,τι λέγω; ὁ μὲν ἀνήρ ἐστιν Ἡγήσανδρος ἐκεῖνος νυνὶ, ἔφη· πρότερον δ' ἦν καὶ αὐτὸς Λεωδάμαντος γυνή· ἡ δὲ γυνὴ Τίμαρχος.* *Bergl.*

104. *νυνὶ δ' ὁρᾷς.* Pro *ὁρᾶτε*: vt apud Homerum *Il. η.* [448.] Ita *ἄγε* pro *ἄγετε*, et alia id genus apud Latinos. Poteſt et aliter verti: *Nunc, vt vides, ciuitatis longe potentiſſimus eſt. Faber.* *πράττει τὰ μέγιστα.* Id eſt, *potentia, opibus et honoribus praeſtat reliquis:* vel, *ſummum in Republ. locum tenet:* non vero, vt interpretes [Faber.], *maximas res gerit.* Vide quae de phraſi hac Attica notauimus ſupra ad *Plut.* v. 341. *Kuſt.* In Auibus v. 800. *εἶτ' ἐξ οὐδενὸς μεγάλα πράττει.* qui locus, ſi et antecedentia ſpectes, ſimilis eſt huic. *Bergl.*

105. *τούτου γέ τοι.* Hunc locum peſſime intellexit Scholiaſtes *f*): ait enim eſſe *ὑπέρβατον*: deinde *τὸ ἑξῆς τῶν ῥημάτων* tale eſſe: *τούτου γέτοι οὕνεκα τοσοῦτον τόλμημα τολμῶμεν, νὴ τὴν ἐπιοῦσαν ἡμέραν, ἣν πως παραλαβεῖν* etc. Nullum hyperbaton eſt; dein ſic explicandum: *τούτου γέτοι (δηλαδὴ τοῦ Ἀγυῤῥίου) τόλμημα τολμῶμεν, τουτέστιν, πώγωνας περιθώμεθα, ὥστε γυναῖκας οὔσας λαθεῖν καὶ δημηγορῆσαι περὶ τοῦ, τὰ τῆς πό-*

f) Scholiaſtae aſſentitur *Bergl.*

λεως πράγματα ἁπαξάπαντα ἡμῖν ἐπιτρέπεσθαι. *Faber.* Somniant de nescio quo hyperbato, Scholiastam audientes, quos iam Faber merito retudit. Seruanda est lectio librorum, τοσούτου γ᾽ οὕνεκα, propter ea, quae iam dictura est Praxagora, vt rempublicam feminae capessant. Eam ob causam, inquit, τούτου (Ἀγυῤῥίου) τόλμημα τολμῶμεν, i. e. viros nos assimulemus, sicut ille fecit. Nihil planius. *Hotibius.* Tum τὸ τόλμημα potius dicendum fuisset. Vera est Scholiastae ratio, Reiskio quoque probata. „Pertinet, inquit, οὕνεκα ad praecedens τούτου.“ cf. Brunckii notam ad v. sq.

ibid. νὴ τὴν ἐπιοῦσαν ἡμέραν. Paulo aliter iurant apud nos plebeiae mulierculae, *oui par le saint jour de Dieu qui luit.* Atticae autem iurabant non per praesentem diem, sed per crastinum; itaque idem erat ac si dixissent, *Ne viuam die crastino, nisi etc.* quod et rusticae nostrae dicunt, *Que je ne voie jamais le jour de demain.* Qui verterunt ἐπιοῦσαν ἡμέραν per *diem praesentem*, habebant in animo ἐπιούσιον ἄρτον Euangelii: sed miror hactenus non vidisse doctos ἐπιούσιον ἄρτον significare *panem*, seu cibaria, quae in diem crastinum necessaria sunt, vt absque omni sollicitudine Deo vacemus. Verum his locus non est; alibi erit, si quando notulas meas ad N. Testam. vacabit relegere, quod erit aut non, certe dormire haud malum est. *Faber.*

106. τοσούτου. Legendum omnino τοσοῦτον, vt in Scholiis. *Bergl.* τοσοῦτον οὕνεκα. Sic bini codd. Immo in altero posita distinctio post τοσοῦτον, recte. Edit. B. Iuntae τοσοῦτόν γ᾽ οὕνεκα. male in ceteris τοσούτου γ᾽ οὕνεκα. Verborum constructionem, et quomodo hyperbaton resolui debeat, distinctio indicat: τούτου γέτοι οὕνεκα, νὴ τὴν ἐπιοῦσαν ἡμέραν, τόλμημα τολμῶμεν τοσοῦτον, ἤν πως — *Brunck.*

109. Citat Suidas. v. θεῖ. *Kuster.* οὔτε θέομεν, οὔτ᾽ ἐλαύνομεν. Alludit ad Prouerbium: ἂν ἀργύριον ᾖ πάντα θεῖ κ᾽ ἐλαύνεται· *Si pecunia adsit, omnia ventis remisque feruntur.* Meminit Schol. et Suidas in θεῖ. Occurrit apud Aristaenetum Epist. 14. Lib. I. — vbi

meretrix auara adolescenti: *ἀλλ' ἐὰν ἀργύριον ᾖ, πάντα θεῖ κ' ἐλαύνεται.* vbi vide Mercerum. *Bergl.*

110. *θηλύφρων ἐξουσία.* Euripidem sapit. Condimentum comoediae lasciuientis, characterum mixtio, quod hic obseruandum. Itaque *θηλύφρ. ἐξουσία*, vt *cor Ennii, ἶς Ἡρακλείη*, etc. *Faber.* *θηλύφρων ξυνουσία.* Sic bini codd. et editio Bern. Iuntae, recte. Vulgo *θηλύφρων ἐξουσία.* *Brunck.*

112. *λέγουσι γάρ.* Huc pertinet illud in Equitibus v. 874. *οὐκ ἔσθ' ὅπως ἐκείνους (τοὺς κινουμένους) οὐχὶ φθονῶν ἔπαυσας, ἵνα μὴ ῥήτορες γένωνται.* *Bergl.*

113. Hesych. *σποδεῖσθαι. περαίνεσθαι.* Isto sensu hic accipiendum. hinc iocus in Equit. 425. et rursus 879. *Brunck.*

115. *δεινὸν δ' ἐστίν.* Media particula in binis codd. omissa. Vtique sine vllo incommodo abesse potest. *Brunck.*

ibid. *ἡ μὴ 'μπειρία.* Hanc vocem in versione innouare necesse fuit [vertit *inexperientia*], quo exprimerem illud *ἡ μὴ 'μπειρία.* Ita enim legi debere et ratio postulat, et iam pridem viderat ex Phauorino Canterus vir summae in Graecis diligentiae *g*). Igitur *ἡ μὴ 'μπειρία*; (non autem *ἡ 'μὴ 'μπειρία*, vt vult Scholiastes, qui ait dictum pro *ἡ ἐμὴ ἐμπειρία*, quod disertim falsum est) erit hyphen, cuiusmodi est apud Comicum minorem [Terent. Andr. I, 2, 4.] *semper-lenitas*; apud Lucretium [II, 929.], *non sensus: Scire licet gigni posse ex non sensibus sensus.* Ita Virgilius *ante mala.* Tibullus *ante-comas.* Catul. *olim furores.* Plaut. *nunc-homines.* Ita et apud Herodianum [I, 8, 3.] est *ἀεὶ καταφρόνησις*, *perpetuus contemtus.* *Faber.* cf. Valcken. et Monk. ad Eurip. Hippol. 196.

117. *ὅπως προμελετήσωμεν.* Rarissime apud Comicum occurrere *ὅπως*, *vt* finale significans cum subiunctiuo constructum sine particula *ἄν*, obseruaui ad Lys. 584. et Ran. 1363. Aliud exemplum est in Vesp. 1525.

---

g) Nihilominus *Berglerus* „ἡ 'μὴ 'μπειρία pro ἡ ἐμὴ ἐμπειρία· *mea experientia.*“

Nihilominus hic legi mallem: *ὡς ἂν προμελετήσωμεν, ἃ κεῖ δεῖ λέγειν. Brunck.* Kiddius ad Dawes. Misc. p. 137. *ὅπως προμελετήσαιμεν.* Nihil mutandum. Vid. Hermann. Obss. in Aeschyl. et Eurip. p. 21.

118. *οὐκ ἂν φθάνοις τὸ γένειον ἂν περιδουμένη;* Obserua particulam *ἂν* geminatam, vt in Eurip. versu ex Heraclidis [721. Elmsl. quem vide.], quem protuli ad Pl. 1133. *φθάνοις δ' ἂν οὐκ ἂν τοῖςδε συγκρύπτων δέμας;* Huius Comici versus si Musgrauio in mentem venisset, futilem inepti hominis coniecturam non recepisset. *Brunck.*

120. *οὐ λαλεῖν ἐπίσταται.* In loquacitatem mulierum; vnde Eunomia apud Plautum [Aulular. II. 1, 5.] facetissime: *Nam multum loquaces merito omnes habemur, Nec mutam profecto repertam vllam esse Hodie dicunt mulierem vllo in seculo.* Et in Cistellaria [I. 2, 3.] *Largiloquae extemplo sumus, plus loquimur quam sat est. Faber.* cuius notam repetiit *Bergl. ὦ μέλε.* Ita et infra *ὦ τάλαν.* Dicendum autem erat *ὦ τάλαινα;* sed apud Comicos frequenti in vsu est, neque generis ratio habetur, quemadmodum aliquando numerus negligitur; vt *εἰ δ' ἄγε πάντες* et *οὐχ ὁρᾷς;* cum interiicitur, pro *οὐχ ὁρᾶτε; Faber.*

121. *περίδου.* Rhetores enim seu *δημαγωγοὶ* coronati dicebant. Aristoph. in *Θεσμοφ.* [379.]: *Τίς ἀγορεύειν βούλεται; Γ. Ἐγώ. Κ. περίθου νῦν τόνδε πρῶτον πρὶν λέγειν.* Per *τόνδε* autem intelligit *στέφανον*, non autem indumentum, quod quidam *μαμμάκουθος* existimauit. Infra autem planissime est: *Τίς ἀγορεύειν βούλεται; Γ. ἐγώ. Πρ. περίθου δὴ τὸν στέφανον τύχ' ἀγαθῇ. Faber.*

124. *σκέψαι τάλαν.* Scholiastes inepte: *παρέλκει τὸ τάλαν.* Legendum puto *σκέψαι πάλιν. Hotib.* Recte legitur *τάλαν.* V. Iacobs. Addit. Animadv. in Athenaeum p. 311.

126. *σηπίαις h).* Mira vero *εἰκασία*, quam recte *ἀπρόςλογον i)* ait esse Schol. quibus saepe vtuntur mu-

h) In Acharnens. v. 1040. *τὰς σηπίας στάθευε. Bergl.*

i) Talis est et illa in Vespis v. 1307. *ἔοικας, ὦ πρεσβῦτα, νεο-*

lierculae, vbi incaluerunt in dicendo, et vernilitate dicendi κωτίλλουσι. Huiusmodi autem multae εἰκασίαι in noſtro idiomate ſunt, quas nec vrbanitas refugit. *Faber.*

128. ὁ περιστίαρχος *k*). Quis apud veteres Athenienſes diceretur Περιστίαρχος abunde conſtat ex Suida, Polluce, et aliis. *Kuſter.*

ibid. περιφέρειν *l*). Alias ad luſtrationem comitii adhibebatur χοιρίδιον, *porcellus*, et dicebatur καθάρσιον de quo Pollux VIII. 104. vnde χοιρίδιον περιφέρειν idem eſt quod καθάρσιον περιφέρειν· Aeſchines in Timarch. [p. 48. Reisk.], cuius locum plenius deſcribam, propter illa, quae mox apud Comicum ſequuntur: ἐπειδὰν τὸ καθάρσιον περιενεχθῇ, καὶ ὁ κῆρυξ τὰς πατρίους εὐχὰς εὔξηται· προχειροτονεῖν κελεύει τοὺς προέδρους περὶ ἱερῶν τῶν πατρίων, καὶ κηρύκων, καὶ πρέσβεων, καὶ ὁσίων. καὶ μετὰ ταῦτα ἐπερωτᾷ ὁ κῆρυξ. τίς ἀγορεύειν βούλεται τῶν ὑπὲρ πεντήκοντα ἔτη γεγονότων; Illud καθάρσιον a Comico noſtro alibi dicitur κάθαρμα· locum adducam Nota ſeq. *Bergl.*

ibid. τὴν γαλῆν. Comica licentia pro τὸ χοιρίδιον *m*). Porcello enim luſtrabatur concio: qui autem

---

πλούτῳ τρυγί. Nempe talibus etiam riſus captatur. *Bergl.* Ceterum ἀπρόλογος, vitium editionis Kuſter., e Schneideri Lexico eiiciendum.

k) Nom. pro vocatiuo. *Bergl.*

l) περιφέρειν circumferre. Vox luſtrationibus ſolennis. Vtuntur et Latini, ſed ſignificatione paulo alieniore. Plaut. in *Amphitr.* [II. 2, 144.]: *quaeſo, quin tu iſthanc iubes Procerrita circumferri* Virgil. [Aen. VI, 229.] quoque non abhorruit: *Idem ter ſocios pura circumtulit vnda.* Ad quem locum Seruius: Circumtulit eſt purgauit. Nam luſtratio, etc. quae inde petito, ſi ſit tanti. Graeci περικαθαίρειν dicunt. *Faber.*

m) Sunt qui putent dictum παρὰ προσδοκίαν et ridiculi gratia, cum χοιρίδιον dici oportuerit: porcellum ſcilicet (καθάρσια enim, ſeu περίστια, erant porcelli, quibus ad luſtrationem vtebantur veteres.) Vſos autem vel fele vel muſtela, (vtrumque enim ſignificat γαλῆ,) ſane nullus memini. Ita tamen intellexit ſummus ille Caſaubonus cum in Theophraſti *Characteres* [c. 16. p. 177. ed. Fiſcher.] ſcripſit:

lustrabat περιστίαρχος appellabatur. Pollux VIII. 104. περὶ Περιστιάρχων. ἐκάθαιρον χοιριδίοις μικροῖς οὗτοι τὴν ἐκκλησίαν καὶ τὸ θέατρον. καθάρσιον δὲ ἐκαλεῖτο τοῦτο τὸ χοιρίδιον. Sic constituendus videtur Onomastici locus. κάθαρμα etiam vocabatur illa hostia. Noster Acharn. 44. πάριθ', ὡς ἂν ἐντὸς ἦτε τοῦ καθάρματος. Locus Aeschinis in Orat. c. Timarch., quem Schol. ad illum versum adducit, est in edit. Reiskii p. 48. *Brunck.*

129. πάριτ' [nam sic vett. edd.]. Lege πάριθ', non πάριτ', id est, *prodi*, non *prodite*. *Faber.* In Acharnens. v. 45. vbi etiam idea concionis exhibetur, dicit Praeco: πάριτ' εἰς τὸ πρόσθεν, πάριθ', ὡς ἂν ἐντὸς ἦτε τοῦ καθάρματος. *Bergl.*

129. Citat Suidas v. Ἀριφράδης. *Kust.* Ἀρίφραδες παῦσαι λαλῶν. Quasi mulieribus sit immistus, garriatque plus quam illae, quae tamen valde sunt loquaces. Solebat autem iste ἐς τὰ πορνεῖ' εἰσιὼν ἑκάστοτε λείχειν τὴν ἀπόπτυστον δρόσον, vt Comicus de eo loquitur partim Vesp. v. 1281. partim in Equit. v. 1280. Ceterum παῦσαι λαλῶν, κάθιζε. vt alias in Concione: σίγα, κάθιζε. in Acharn. v. 123. *Bergl.* Ariphrades notus ex Equit. 1281. et Vesp. 1280. Facete hic fingit Comicus eum inter mulieres sedere. *Brunck. n).*

Quid quod etiam purgandi vim quandam in hoc animali (mustela) *inesse crediderunt Athenienses? qui propterea quando in concionem conueniebant, circumferri felem* (γαλῆν) *iubebant: eratque hoc purificationis et lustrationis certum genus. Aristoph. Concion.* ὁ περιστίαρχος περιφέρειν χρὴ τὴν γαλῆν. *Faber.*

n) Ridicula Fabri ad h. l. nota haec est: „Ἀρίφραδες. Salem Atticum! Nam qui poterat ingeniosius hominem traducere, quam facere vt immistus mulierculis conuentus particeps foret, eique, vtpote plus paulo loquaciori, silentium a Praxagora imperaretur? Scholiastes citharoedum fuisse ait, qui αἰσχρὸς πρὸς τὰς γυναῖκας fuerit, id est *cunnilingus*, vt Latine et simpliciter a Martiale dicitur. Vnde ἐν Ἱππεῦσιν scriptum est: τὴν γὰρ αὑτοῦ γλῶτταν αἰσχραῖς ἡδοναῖς λυμαίνεται, ἐν κασαυρίοισι λείχων τὴν ἀπόπτυστον δρόσον. *Quem rorem?* Dii boni! Nunquam erit ille, *Humor algens quem serenis astra sudant noctibus.* Nunquam *vniones*, nunquam *coelestia mella*, ex illa prouenient, scio. O vere foedas, foetidasque ineptias! o nasi, vbi eratis cum

130. *τίς ἀγορεύειν βούλεται;* Formula erat in concionibus et comitiis populi Athenienſis olim vſitata, qua cuiuis, qui vellet, dicendi poteſtas concedebatur. Eandem formulam habes et infra Thesmoph. v. 386. *o*) et apud Lucianum in *Deorum Concil.* ſub init. vbi Mercurius vt praeco Deorum haec pronuntiat. *Ἄκουε, σίγα. Τίς ἀγορεύειν βούλεται τῶν τελείων Θεῶν;* Vide plura hac de re apud S. Petit. *de Leg. Attic.* p. 209. [p. 291. Weſſel.] *Kuſter.*

131. Loci huius meminit Suidas v. *περίθου.* Conf. etiam Noſtrum infra in *Thesmoph.* v. 387. vbi itidem foemina concionatura coronam ſibi iuſſu praeconis imponit. *Kuſt.* *τύχῃ 'γαθῇ.* Priores edit. *τύχ' ἀγαθῇ:* quod vel metrum reſpuit. *Idem.* Perperam membran. et primariae editiones *τύχ' ἀγαθῇ.* *Brunck.*

132. *πρὶν πιεῖν.* Haec in bibacitatem mulierum. In eam rem ſaepe luſit Plautus, praeſertim vero prima *Curculione* Act. I. Sc. I. Interim Athenienſes ipſos non minus exagitat quam has malas merces. *Faber.* *ὦ θερμόταται γυναῖκες, ὦ ποτίσταται, κἀκ παντὸς ὑμεῖς μηχανώμεναι πιεῖν.* inquit in Thesmoph. v. 745. *Bergl.*

133. Veteres coronati potabant, vt ſatis notum. *Bergl.*

135. *κἀκεῖ.* Sic bene cod. vterque et editio Bern. Iuntae. Vulgo *ἐκεῖ.* *Brunck.*

136. *ἰδού γε, σοὶ* — *ecce, bibere tu putas ciues in concione.* Sic recte Reiſig. I. p. 25.

138. Poteſt defendi *ἐνθυμουμένοις ſi quis ſecum reputet atque expendat ipſorum actiones.* f. tamen

---

haec fiebant? *Per pice torrentes atraque voragine ripas.* O ſalſamentum, quod ſola Mephitis amet! Sed audi quod ſupereſt: *καὶ μολύνων τὴν ὑπήνην, καὶ κυκῶν τὰς ἐσχάρας.* Notum autem quid intelligat per *ἐσχάρας*, videlicet *τὰ τοῦ Φορμισίου χείλη.* Latini, ſi memini, *landicam* vocant. In Veſpis: *Γλωττοποιεῖν εἰς τὰ πορνεῖ' εἰσιόνθ' ἑκάστοτε.*"

o) eundem locum affert *Bergl.* qui praeterea haec addidit „vtrobique Coronam iubetur ſumere illa, quae eſt verba factura. De formula illa praeconum vide paulo ante ad v. 123."

leg. ἐνθυμούμενοι, *quae agunt destinato consilio. Reisk.*

139. ὥσπερ μεθύοντ᾽ ἐστί [sic vulgo legebatur]. Legi et restitui, μεθυόντων. Neque aliter ferri potest; et id metrum et ratio efflagitant. *Faber.* Assentitur *Kuster.* μεθυόντων in Iuntina [anni 1515.] legi annotat *Bergl.*

140. σπένδουσι. Quod ex religionis praescripto fiebat a viris, vbi in concionem ventum erat, id amore vini fieri interpretatur muliercula sitiens. *Faber.* Vulgo legitur ἢ τίνος χάριν τοσαῦτα γ᾽ εὔχοντ᾽ — quae venustus Faber sic reddidit: *Sin minus, cuius rei gratia ita diis supplicarent, vinum nisi adesset?* Recte ad poetae mentem et loci sententiam: sed deprauata erant graeca. Bern. Iunta edidit: τοσαῦτ᾽ ἐπεύχοντ᾽. Potentialem particulam, quam linguae ratio abesse non patitur, reposui. Sed ἐπεύχοντ᾽ in imperfecto indicatiui seruari debebat *p*). Vide quae notaui ad Lys. 149. [cf. Herm. ad Viger. p. 812. f.] et ad Pl. 583. locus itaque sic legendus:

ἢ τίνος ἂν χάριν
τοσαῦτ᾽ ἐπεύχοντ᾽, εἴπερ οἶνος μὴ παρῆν;

In membr. scriptum τοσαῦτά γ᾽ εὔχονται εἴπερ ἐμπεπτωκότες. — In altero τοσαῦτά γ᾽ εὔχοντ᾽ εἴπερ ἐκπεπτωκότες, intermediis in vtroque omissis. πεπωκὼς et πεπτωκὼς in libris saepe permutantur, quod obseruauimus ad Lys. 395. *Brunck.*

142. ἐκπεπωκότες. Scaliger legit, ἐμπεπωκότες *q*): quod praefero. *Kuster.*

143. καὶ τὸν παρ. ἐκφ. οἱ τοξόται *r*). Nempe vt in conuiuiis; Aristophontis Comici parasitus apud Athe-

---

p) Ediderat Brunckius ἢ τίνος ἂν χάριν τοσαῦτ᾽ ἐπεύχοιντ᾽. — τοσαῦτά γ᾽ εὔχοντ᾽ legi voluerant *Faber.* et *Reisk.* Veterem lectionem recte reuocauit Inuern.

q) ἐμπεπωκότες. Ita edit. Farrei. quaedam editt. male ἐκπεπωκότες. *Bergl.* ἐμπ. primus edidit Bern. Iunta.

r) τοξόται. Ita vocant lictores, satellites, apparitores. Noster alibi saepe. Caeterum plerumque Scythae erant *Faber.*

naeum p. 258. dicit: Ἄν τις ἑστιᾷ, πάρειμι πρῶτος· ὥστ' ἤδη πάλαι Ζωμὸς καλοῦμαι· δεῖ τιν' ἄρασθαι μέσον τῶν παροινούντων; παλαιστὴν νόμισον αὐτάργειον μ' ὁρᾷν. Ita etiam in Concionibus; infra 258. ἢν σε τοξόται ἕλκωσιν ὅ,τι δράσεις ποτέ; refpondetur: ἐξαγκωνιῶ ὡδί· μέση γὰρ οὐδέποτε ληφθήσομαι. *Bergl.*

144. οὐδὲν γάρ εἶ. Euripides in Hercul. f. 634. Φιλοῦσι παῖδες οἵ τ' ἀμείνονες βροτῶν, Οἵ τ' οὐδὲν ὄντες. in Iphig. Taur. 115. τοὺς πόνους γὰρ οἱ 'γαθοὶ Τολμῶσι· δειλοὶ δ' εἰσὶν οὐδὲν οὐδαμοῦ. Iftud οὐδαμοῦ ita vfurpauit etiam in Herc. f. 840. ἢ θεοὶ μὲν οὐδαμοῦ, τὰ θνητὰ δ' ἔσται μεγάλα μὴ δόντος δίκην. Vide ad Aues 800. *Bergl.*

146. ὡς ἔοικεν, ἀφαυανθήσομαι s). In binis codd. vt in edit. Bern. Iuntae, ὡς ἔοικε φαυανθήσομαι. Vide not. ad Ran. 1098. *Brunck.* Recte Rav. ὡς ἔοικ'. Vide Hermann. Praefat. ad Epitom. doctr. metr. p. XIV. Idem vitium in Anaxandride Athenaei T. III. p. 95.

148. diftingu. *Prax.* Ἴθι δὴ στεφανοῦ. *Mulier.* καὶ γὰρ τὸ χρῆμ' ἐργάζεται (id eft, vt alibi effert, καὶ γὰρ αὐτὸ τοῦτο δρῶ.) *Prax.* Ἄγε νυν. *Reisk.* χρῆμ' ἐργάζεται. Schol. ἀνύεται. Malui vertere, *vrget. Faber.*

150. t) διερεισμένη v). Recte Schaefer. ad Dionyf. Halic. de compof. verbor. p. 164. διερεισαμένη. — τῇ βακτηρίᾳ. Edit. Bern. Iuntae τῆς βακτηρίας, qua in lectione rurfus confentientes habet binos codd. *Brunck.*

151. ἐβουλόμην μὲν ἕτερον ἂν τῶν ἠθάδων. Vt oratores folent. Demofthenes Philippica I. init.: εἰ μὲν περὶ καινοῦ τινος πράγματος προυτίθετο, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, λέγειν, ἐπισχὼν ἂν ἕως οἱ πλεῖστοι τῶν εἰωθότων γνώμην ἀπεφήναντο, εἰ μὲν ἤρεσκέ τί μοι τῶν ὑπὸ τούτων

---

s) ἀφαυανθήσομαι. Diffiliam: ἐκ τοῦ ἑπομένου fcilicet. Quae enim extra modum funt exficcata, diffiliunt. Ita et in Ranis [1089. Br.]: μὰ Δί' οὐ δῆθ', ὥστ' ἀπαφαυάνθην Παναθηναίοισι γελῶν. *Faber.*

t) Verfus tragicus. *Idem.*

v) διερειδομένη. Nam alias deberet aut διηρεισμένη, aut διερηρεισμένη effe, quorum neutrum metrum admittit. *Reisk.*

ῥηθέντων ἡσυχίαν ἂν ἦγον. εἰ δὲ μὴ, τότ' ἂν αὐτὸς ἐπειρώμην, ἃ γινώσκω, λέγειν. Isocrates initio Archidami. *Bergl.*

152. ἥσυχος. Debuerat verti: *Quieta et otiosa*; sed meminisse necesse est mulieres quidem loqui, at assimulare se viros cum cultu, tum oratione. *Faber.*

153. κατά γε τὴν ἐμὴν, (subaudi γνώμην) μίαν scilicet κάπηλον, quod nomen e proximo καπηλείοισι adsumendum. Sic, mutata solum distinctione [comma scilicet post ἐμὴν olim aberat], locum hunc, qui antea obscurus erat, illustrauit Toupius, quem vide in Suidam I. 80. [T. I. p. 107. Oxon.]. *Brunck.* Caute Criticus praestantissimus in Appendice ad Toup. T. IV. p. 411. „*Considerandum, an recte dicatur* οὐκ ἐάσω μίαν *pro* οὐδεμίαν ἐάσω." Confidentius dicere debebat soloecam esse orationem. Comma, quod addiderunt, recte abest a veteribus editionibus. Porro Scholiast. ἐμὴν μίαν.] λείπει γνώμην. Vides eius explicationi μίαν praefixum; quod si ipse, vt puto, praefixit, non potuit, nisi cum antecedentibus cohaerebat. Corrigo κατά γε τὴν ἐμὴν μιᾶς, quod prope abest a Reiskii ratione, cuius haec est ad hunc locum nota: „*locum aliquando suspectum habebam, et pro* μίαν *coniiciebam* βίαν *). *Certe, ni fallor, visus mihi sum aliquando* βία *pro* δύναμις *legere in libro I. Athenaei. Sed* μίαν *docte tuetur in literis ad me datis cl. Valckenaer, cuius sententiae non possum non subscribere. Subintelligitur nempe* γνώμην, *et idem valet atque si dixisset* κατὰ τὴν ἐμοῦ καίτοι μιᾶς γνώμην. *similiter* μίαν *pro* μίαν γνώμην *dixit Aelianus Hist. Anim.* V. 9. 4. *et Polybius* p. 469. 58. κατά γε τὴν ἐμὴν *dixit. vid. Wetsten. ad N. T.*" add. Schaefer. ad Bos. Ell. p. 85. Boeckh. in Plat. Min. p. 126. *Dindorf.*

154. ἐν τοῖσι — Bini codd. ἐν τοῖς, quod mihi gratius ad aures accidit. *Brunck.* ἐν τοῖς iam *Reisk.*

---

*) βίαν etiam Dawesius Misc. p. 302. (537. Kidd.) Kiddius p. 539. κατά γε τὴν ῥώμην ἐμὴν (eadem elegantia qua Toupius olim κατά γε τὴν γνώμην ἐμὴν), quocum locum Sophocl. Trachinn. 1019., iam antea a Dawesio temere arreptum, comparat.

155. μὰ τὼ θεώ y). Faber vertit *per Castorem et Pollucem*. At rectius vertisset, *per Cererem et Proserpinam*. Quoniam enim ex hoc loco patet, μὰ τὼ θεὼ, fuisse formulam iurisiurandi muliebris: magis vtique foeminis Atticis conueniebat, iurare per Cererem et Proserpinam, quam per Castorem et Pollucem. Vide etiam Nunnesium ad Phrynich. pag. 59. qui nostram sententiam confirmat. *Kuster*. Cf. Schaefer. Meletem. p. 30.

157. Supra v. 132. *Bergl.*

160. ὦ — Sic in binis codd. accentu notata admirandi haec interiectio. In impressis ῶ. *Brunck.*

161. οὐκ ἂν προβαίην. Sic etiam legitur apud Suidam v. ἀκριβῶ [et Zonar. I. p. 114.]. At quis non videt metri gratia scribendum esse, οὐ προβαίην ἂν πόδα. Vel (quod potius credo) versus recte se habebit, dummodo pro ἐκκλησιάζουσα legatur ἐκκλησιάσουσα. *Kust.* z). Altera emendatio verior, eamque citat Porson. ad Eur. Orest. 1427. cf. Erfurdt. Koenigsb. Archiv. III. p. 430. Hermann. Elem. doctr. metr. p. 131. *a*) Sed Buttmann. Gr. Gr. T. I. p. 403. „in Eccl. 161., wo ἐκκλησιάζουσα gegen das Metrum stand, hat man die einzig richtige Besserung, nehmlich das Fut. ἐκκλησιῶσα, bis itzt übersehen.“

162. εἰ μὴ τοῦτ' ἀκριβωθήσεται. Cum futuro in-

---

y) μὰ τὼ θεώ. Per Cererem et Proserpinam iurat Foemina Attica. Vid. ad Acharn. v. 905. *Bergl.*

z) οὐ προβαίην sine ἂν volebat *Reisk.* Kusteri coniecturas commemorat *Bergl.* sed iudicio abstinet. Praetera Bergl. haec adnotauit. „οὐκ ἂν προβαίην τὸν πόδα. Nota istud verbum transitiue positum, vt apud Eurip. in Electr. 94. καὶ τειχέων μὲν ἐντὸς οὐ βαίνω πόδα. vbi vide Notam Cl. Barnesii.“

a) Vulgo legitur metro prorsus corrupto: ἐκκλησιάζουσ' οὐκ ἂν προβαίην τὸν πόδα τὸν ἕτερον, εἰ μὴ — In altero Regio haec est scriptura: ἐκκλησιάζουσ' οὐ προβαίην τὸν πόδα τὸν ἕτερον, εἰ μὴ — ad metri legem bene: sed vides particulam potentialem quae male vulgo in priore versu ponitur, in altero propriam suam sedem habere, et librarii culpa omissam fuisse; proinde rescribi debuisse, τὸν ἕτερον ἄν, εἰ μὴ — *Brunck.*

dicatiui εἰ bene conſtruitur, licet in altero membro verbum ſit optatiui modi cum particula ἄν. Eurip. Hippol. 484. ἦτ' ἄρ' ἂν ὀψέ γ' ἄνδρες ἐξεύροιεν ἄν, εἰ μὴ γυναῖκες μηχανὰς εὑρήσομεν. In Philemonis verſibus e Rhodia, quos protuli ad Pl. 1064. bene legeretur:

εἰ πάντες ἀποθανούμεθ', οἷς μὴ γίγνεται
ἃ βουλόμεσθα πάντες ἀποθανοίμεθ' ἄν.

Sed praeſtat eo in loco codicis fidem ſequi. *Brunck.*

165. αἱ καθήμεναι. Sedebant enim in Concione: Demoſth. Philipp. II. [p. 66. Reisk.] vbi de Oratoribus et Auditoribus: πρῶτον μὲν ἡμεῖς οἱ παριόντες· mox deinde ἔπειθ' ὑμεῖς οἱ καθήμενοι. *Bergl.*

167. Ἐπίγονον b). Hunc tanquam mollem et effoeminatum atque comtulum inſtar mulieris, ridet. Similiter Agathonem in Thesm. 102. cum enim is prodiret, diceretque quidam illum eſſe Agathonem, alter inquit: ἀλλ' ἦ τυφλὸς μὲν εἰμὶ, ἐγὼ γὰρ οὐχ ὁρῶ ἄνδρ' οὐδέν' ἐνθάδ' ὄντα, Κυρήνην δ' ὁρῶ. erat autem Cyrene meretrix. Sic et Cliſthenem ibid. v. 580. nam illo accedente, Chorus mulierum dicit: γυνή τις ἡμᾶς προστρέχει. *Bergl.* δι' Ἐπίγονόν γ' ἐκεῖνον. Sic optime bini codd. vulgo μὰ Δί, Ἐπίγονόν γ' ἐκεῖνον, ſine ſenſu. μὰ repetiit oſcitabundus alius librarius e v. 158. *Brunck.*

169. ἄπεῤῥε καὶ σὺ, καὶ κάθησ' — Sic libri omnes, niſi quod mendoſe in codd. vt in primariis editt. eſt κάθησθ' — Sollicitandum non erat καὶ σὺ, quod optime habet, nec cum Marklando ad Eurip. Suppl. 1181. legendum, ἄπεῤῥε, χ' ἥσυχος κάθησ' ἐντευθενί. In hanc cogitationem non incidiſſet vir optimus, ſi Comici editione vſus fuiſſet, quae perſonas recte diſtinctas, vti nunc primum conſpiciuntur, exhibuiſſet. Mulieri IX. haec dicit Praxagora: quia vero mulieri VIII. iam

---

b) Hominem belle pictum et baſilice ornatum. Putat illa ſe coram mulieribus dicere, quia reſpexit Epigonum. Idem ſane dicit Ariſtophanes ac ſi inclamitaret e proſcenio:

Νῦν, ὦ θεαταὶ, λακκόπρωκτον ἔστ' ἰδεῖν,
Μᾶλλον δὲ γυναῖκα μεστὴν εὐρυπρωκτίας.

Sed vnde illi duo verſus? quaere, et fruſtra quaeres, ni dixero tibi in aurem, quis illorum Faber ſit. *Faber.*

dixerat v. 144. οὐ μὲν βάδιζε, καὶ κάθιζ'. οὐδὲν γάρ εἶ. Huic, quae post illam pro concione verba facere temere aggressa est, ait: καὶ σὺ, *et tu quoque, vt prior illa, facesse hinc. Brunck.*

173. ἐμοὶ δ' ἴσον. *Aeque ad me attinet.* Potes et aliter vertere, videlicet, *aequa mihi huiusce regionis cura vobiscum est.* Ceterum fallitur Scholiast. c), qui ad haec verba: τὰ τῆς πόλεως, ait: ἐντεῦθεν ἡ ὑπόκρισις τῆς δημηγορίας. Neque enim hinc eam orditur Praxagora, sed ab hoc versu: ἐμοὶ δ' ἴσον etc. *Faber.* Perperam vulgo ἐμοὶ δ' ἴσον. Vide not. ad Lys. 759. *Brunck.* qui edidit ἐμοί γ' ἴσον. Error in Brunckianis editionibus satis frequens. Cum vulgata, quae recte habet, compara Acharn. v. 509., eodem modo a Brunck. corruptum, et Tragicorum locos apud Elmslei. ad Eurip. Heraclid. 986. et Porson. ad Eur. Orest. 511.

175. ἅπαντα βαρέως πράγματα. Inconcinne in vtroque codice, ἅπαντα πράγματα βαρέως. *Brunck.*

178. γίγνεται est in primariis editt. et in binis codd. Nescio cuius editoris libidine vulgo legatur γίνεται. *Brunck.*

179. πλεῖον' ἔτι — Corrige typothetae [qui πλεῖον' ἔτι dederat] errorem. *Brunck.*

181. Versum hunc et sequentem adducit Suidas v. ἑκάστοτε. *Kuster.* Add. Zonar. I. p. 680. qui priorem versum omisit. Vterque ἀντιβολεῖσθ'.

184. Ἀγύῤῥιον. Supra v. 102. Forte alludit ad ἀργύριον. *Bergl.*

185. χρωμένων. subaud. ὑμῶν. Fugit hoc Bosium. *Hotib.*

192. ἀλλ' οὐκ ἂν εἶπον. Sic bene vterque cod. Perperam impressi οὐκ ἂν εἴπω. Quum dixisset Praxagora: *Lepida vero et iocosa nobis faceres, in concione si id diceres*, respondet mulier: *At non dicerem*, ἀλλ' οὐκ ἂν εἶπον. Vnde liquet bene me in superiore versu

c) Librariorum culpa est. Non adeo ineptus fuit Schol.

pro vulgato εἶπας, repoſuiſſe εἶπες. *Brunck.* νυν ſine accentu exarandum. *Reisk.*

193. Vnicus eſt hic locus in hac fabula, vnde poſſit aliquid colligi de tempore didaſcaliae eius, ſi quid commentati eſſent Scholiaſtae: ſed tacent, niſi quod ad v. 196. dicit breuiter, *Κόνωνα λέγει:* quod non dubito ex ampliori quodam antiquo ſcholio deſumptum fuiſſe. Debebat certe adiicere, quibus auctoritatibus aut coniecturis fultus id aſſereret: quod quando non fecit, id tentabo ſupplere. Omnino enim verum puto Cononem innuere voluiſſe Comicum noſtrum. Et primum quidem *τὸ συμμαχικὸν* non poteſt intelligi quam de celebri illa ſocietate, quae inter Athenienſes, Boeotos, Argiuos, et Corinthios facta eſt contra Lacedaemoniorum nimiam potentiam: vnde ortum eſt bellum, quod dictum eſt *συμμαχικὸν* et Corinthiacum; de qua ſocietate Xenophon, ſed ſine anni notatione, lib. IV. c. 4. Diodorus vero. l. XIV. [c. 82.] ad Olymp. 96. a. 2. Archonte Diophanto eam diſtricte ponit: *Τούτων δὲ τὴν ἀρχὴν παρειληφότων, Βοιωτοὶ καὶ Ἀθηναῖοι, πρὸς δὲ τούτοις Κορίνθιοι καὶ Ἀργεῖοι συμμαχίαν πρὸς ἀλλήλους ἐποιήσαντο. μισουμένων γὰρ τῶν Λακεδαιμονίων,* etc. Quod autem ad v. 196. adtinet, is optime de Conone intelligitur. Nam eius praecipue opera et ſuaſione Rex Perſarum pecunias miſit, quibus adiutus Conon ſocios Lacedaemoniorum ad Athenienſes deficere perſuaſit, et capta Cythera Corinthum iuit, et ibi ſocietatem prouexit datis pecuniis. Anno vero ſequente, cum muros Athenarum inſtauraſſet, a Teribazo Sardis incarceratus eſt: vnde nunquam rediit. Ideo dicit Ariſtophanes *ᾤχετο.* Haec omnia ex Diodoro lib. XIV. et ex Aem. Probo, ſeu Cornel. Nep. in vita Cononis conſtant. Ideo credo hanc fabulam prodiiſſe poſt Cononis incarcerationem, quae euenit Eubulide Archonte, anno 3. Olymp. 96. Caeterum apud Scholiaſten, vbi verba Philochori adducit, corrigenda eſt vox *Λακεδαιμονίων,* et pro eo ſubſtituendum *Ἀθηναίων*, ex hiſtoria, et id etiam optime cenſet doctiſſimus Petitus *d*). *Palmer.* cuius notae partem repetiit *Bergl.*

---

d) cf. quae Petitus ſupra p. 626. dixit.

195. ὅτε δὴ δ' ἐγένετ' — Sic bene ambo codd. Vulgo ὅτε δή γ' — *Brunck.* Cf. Reiſig. I. p. 228.

196. ὁ τοῦτ' ἀναπείσας. Cononem intelligi ait Scholiaſtes *e*), et probat Palmer. *Bergl.* In Cononem hoc minime cadere mihi videtur. Totus hic locus admomodum obſcurus eſt ob monumentorum hiſtoricorum penuriam. *Brunck.*

199. *Κορινθίοις ἄχθεσθε.* ἤχθεσθε et poſt σοι ponendum punctum. *Reisk.* Legendum credo ἤχθεσθε: maxime ſi, vt Palmerio videtur, edita fuit haec fabula poſt initam Athenienſibus cum Corinthiis, Argiuis et Boeotis contra Lacedaemonios ſocietatem. Praeterea manifeſta eſt oppoſitio temporum quibus diuerſimode erga ſe inuicem affecti erant Corinthii et Athenienſes, quae nulla eſſet, ſi ἄχθεσθε in praeſenti retineretur. *Brunck.* Signo interrogandi diſtingue poſt ἄχθεσθε et mox poſt ἀμαθής. *Hotib.*

201. *Ἀργεῖος — Ἱερώνυμος.* Comice alterum pro altero poſuit. Nam *Ἀργεῖος σοφὸς ἦν, Ἱερώνυμος δὲ ἀμαθής. Faber.* Senſus hic eſſe videtur: *Argiuus antea rudis audiebat: nunc vero Hieronymus rerum peritus eſſe comperitur.* Quibus in verbis rurſus eſt oppoſitio opinionis quae antea obtinuerat, et illius quae tum fovebatur de Argiuis. Proinde Hieronymus ille Argiuus fuerit, atque diuerſus ab eo cuius meminit Diodorus Lib. XIV. cap. 81. qui Athenienſis erat *f*). Porro qui ſequuntur duo verſus

202. 203. Cimmeriis tenebris involuti ſunt; nec dubito quin eorum ſcriptura deprauata ſit: Vulgo legitur ἀλλ' ὁρίζεται. In membr. vero, vt in ed. B. Iuntae, ἀλλ' οὐχ ὁρίζεται. Concedamus negationem inepte a librario additam fuiſſe; tamen ſenſum quem e vulgatis Faber elicuit, ea neutiquam admittunt: *Sed eam*

---

e) ἀποδρὰς ᾤχετο. Intelligit Cononem, ait Schol. *Faber.*

f) Illo tempore fuit Hieronymus vir clarus, et quem Conon, dum ad conueniendum Regem Artaxerxem pergebat, ducem claſſis Regiae et Athenienſis cum Nicophemo reliquit. Ideo et hoc cum ſupradictis concordat. Vide Diodor. lib. XIV. *Palmer.* cuius notam repetiit *Bergl.*

excludit Thraſybulus ipſe. Nec ὁρίζω nec ὁρίζομαι *excludendi* ſignificatione vsquam occurrit. Multo meliorem lectionem dat alter Regius, cui facile eſt ſequentem verſum accommodare: ἀλλ' οὐ χρῄζετε. Bini verſus itaque ſic legi poſſint:

σωτηρία παρέκυψεν *g*)· ἀλλ' οὐ χρῄζετε,
Θρασύβουλον αὐτὸν οὐχὶ παρακαλούμενοι.

Et hoc quidem in verſione ſecutus ſum: at in re obſcura et admodum incerta emendationem meam in textum inferre veritus fui, quo recipietur olim, ſi eruditorum virorum trium aut quatuor, quorum eſt hac de re ſententiam ferre, calculo comprobabitur. Thraſybulus autem hic intelligitur nobilis ille Athenienſium libertatis vindex, ſiue ſuadeat Comicus ciuibus ſuis, vt eum, forte tum abſentem, arceſſant et reipublicae praeficiant, ſiue metonymice Thraſybuli nomine quemuis alium ſignificare velit popularis ſtatus defenſorem, qui rempublicam tutam ab omni periculo praeſtare poſſit. Nec priori interpretationi repugnat temporum ratio *h*). Nam ſi, iuxta Palmerium, prodiit haec fabula poſtquam Conon a Tiribazo in vincula coniectus eſt, id eſt poſt annum 3. Ol. XCVI. nihil obſtat quin ipſum Thraſybulum hic intelligamus, qui quarto poſt anno demum ab Aſpendiis interfectus fuit, ſcilicet anno 3. Ol. XCVII. Vide Diodorum L. XIV. cap. 99. *Brunck.*

ἀλλ' ὁρίζεται. Sic fere ſcripti et et Iuntina maior;

---

g) παρέκυψεν. Id eſt, *leuiter caput exſeruit*, vel, *vix ſe nobis oſtendit*: non vt Faber, *detortis oblique oculis nos aſpexit. Kuſt.* Vix apparuit, emicuit. *Bergl.*,

h) Θρασύβουλος. Caue confundas cum illo inclyto Thraſybulo, qui rempublicam Athenienſem liberauit: tempora pugnant. Cum autem dicit οὐ παρακαλούμενος, ita intellige, hunc quidem vocari Thraſybulum, ſed eum nihil habere commune cum praeſtantiſſimo illo Thraſybulo, qui ſuperioribus annis ſalus reipublicae fuerat, ad reſtituendam libertatem votis popularium ſuorum vocatus. *Faber.* Θρασύβουλος. Ad hanc vocem ſic Schol.: οὗτος αὐθάδης καὶ δωροδόκος, ὑπερόπτης ὢν τοῦ δήμου, etc. Non fuit igitur ille Thraſybulus ὁ Θράσωνος, de quo Plutarch. in Alcib. [c. 36.] qui hoc tempore vigebat. et Alcibiadem ad populum calumniatus eſt poſt malam ad Epheſum pugnam. *Palmer.*

minor οὐχ ὁρίζεται: Brunckii Regius alter ἀλλ᾽ οὐ χρῄζετε, quo recepto locum ſic conuertit Gallus eruditus: Salus leuiter caput exſeruit; at illam reſpuitis, nec Thraſybulum ipſum aduocantes. Sententia quidem ſatis bona, ſed fides vnius codicis parum idonea, mutationesque frequentiores. Vnam vocem ὁρίζεται corruptam reor, legendumque ita:

Σωτηρία παρέκυψεν, ἀλλ᾽ οὐ ῥύσεται
Θρασύβουλος αὐτὸς οὐχὶ παρακαλούμενος.

Totum locum ſic *παραφραστέον*. Corinthiis (denuo) ſuſcenſetis? At illi vt vobis nunc ſunt beneuoli, ita et vos illis inuicem ſitis curatote. Argiui (ceteri) rudes? At Hieronymus (Argiuus) ſapiens (propterеaque ceteri Argiui ſunt ferendi). Salus caput exſeruit (eo tempore, quo in libertatem vos vindicauit Thraſybulus, in quo fortuna vobis ducem ac praetorem digniſſimum oſtendebat), ſed nimirum haud ſeruabit vos ipſe Thraſybulus, niſi eum ad clauum reip. aduocaritis. Similiter Demea Terentianus Ad. 4, 7. extrema: ipſa, ſi cupiat, Salus ſeruare prorſus non poteſt hanc familiam. Thraſybulus anno demum Olymp. 97, 3. ab Aſpendiis interfectus eſt, vt monet Brunckius. Alium eius nominis male hic intelligunt Scholiaſta, Faber, Hemſterh. ad Plut. 550. *Hotib.* Anonymus in Claſſical Iournal Nr. III. p. 570. coniicit ἀλλ᾽ ἐρίζεται, quod ſic interpretatur: *An opportunity of eſtabliſhing ſecurity preſents itſelf; but even Thraſybulus himſelf contends againſt you becauſe heis not invited to join you.* Si quid mutandum, de quo dubitari poſſe in animadv. oſtendam, ſuſpicor ἀλλ᾽ ὀργίζεται. Idem aliquando Hermann. coniiciebat. *Dindorf.*

205. Legendum ὑμεῖς γάρ ἐστ᾽, ὦ δῆμε. Vid. ad Nub. 1349. *Hotib.* Vid. infra ad 582.

206. Verſum hunc et duos ſeqq. adducit Stobaeus Eclog. X. περὶ ἀδικίας καὶ φιλαργυρίας etc. p. 126. [p. 274. ed. Schow.] *Kuſter.*

207. σκοπεῖθ᾽ — [ſic Br. editio] Vulgo σκοπεῖσθ᾽, quod retineri debebat. In binis codd. σκοπεῖς. Membr. ὅτι τί κερδανεῖς. Alter, ὅτι τί κερδανεῖ. *Brunck.*

208. τὸ δὲ κοινόν. Ita ἁπλῶς Graeci, Latinique bona publica vocant. Horatius [Od. II. 15, 14.]: *Commune magnum. Faber.* ὥσπερ Αἴσιμος. Apud Stobaeum loco laudato male legitur ὥσπερ σιμός. Adrianus Iunius Centur. III. 95. locum hunc fic citat, ὥσπερ Σιμόεις κυλίνδεται: additque Simoëntem effe fluuium Troianum, Homeri et Virgilii fcriptis nobilitatum. Sed vulgata lectio (quam non folum omnes editt. agnofcunt, fed etiam Suidas v. Αἴσιμος [et Zonar. I. p. 72.]) mutari non debebat, tum fenfus tum etiam metri gratia. Nam cum fyllaba prima in Σιμόεις breuis fit, fyllaba vna verfui deerit, fi lectionem illam admittas. Rectius ergo de Aefimo quodam, homine claudo et nullius pretii, locum hunc accipiendum effe monent Schol. et Suid. *i*) *Kufter.*

209. σωθήσεσθ' ἔτι. Schol. male: nam ait hic παρέλκειν τὸ, ἔτι. Valde fallitur. Vult enim Praxag. fpem aliquam falutis etiamnum fupereffe; nondum peffundatam rempublicam. *Faber.*

211. ἡμᾶς παραδοῦναι. Sic bini codd. et editio Bern. Iuntae. Perperam vulgo ὑμᾶς, quum fequatur χρώμεθα, et mox rurfus ἡμῶν. *Brunck.* καὶ ἐν ταῖς οἰκίαις. In Lyfiftr. etiam vtitur hoc argumento, v. 498. οὐ καὶ τἄνδον χρήματα πάντως ἡμεῖς ταμιεύομεν ὑμῖν. *Bergl.*

215. Citat locum hunc Suidas v. Βάπτουσι [et refpicit Zonar. I. p. 378.]. *Kuft.* βάπτουσι, πλύνουσιν. Schol. et ex eo Suidas. *Brunck.*

219. χρηστῶς *k*). ἀντὶ τοῦ φυλακτικῶς. Ἀριστοφάνης· — ἀντὶ τοῦ, ἐφυλάττετο τὸν ἀρχαῖον νόμον, καὶ μὴ ἐπολυπραγμόνει, καὶ τὰς καινὰς ἔφερε (l. εἰσέφερε) πολιτείας. Verba funt Suidae, qui hunc locum profert, *non in iis quae hodie exftant fabulis* reperiendum, vt Kuftero videbatur *l*). *Brunck.* Pro οὐκ ἂν ἐσώζετο

---

i) Αἴσιμος. Scholia: χωλὸς, ἄτιμος, καὶ ἀμαθής. Talis fuit ifte Aefimus. *Bergl.*

k) f. εἰς τοῦτο (*in eo, per id*) χρηστῶς εἶχεν *bene valeret, bene fe haberet vrbs*, κἀσώζετο (id eft καὶ ἐσώζετο.). *Reisk.*

l) Hac admonitione nihil opus erat. Correxit enim errorem

Elmsl. ad Acharn. v. 127. p. 118. ſcribit *οὐκ ἐσῶζετ' ἄν.* Recte habet vulgaris ordo, quem Suidae quoque auctoritas tuetur. Vide quae ad Acharnens. locum dicentur.

220. *εἰ μή τι καινόν.* Notat Athenienſes tanquam nouatores. Infra etiam v. 585. *περὶ μὲν τοίνυν τοῦ καινοτομεῖν μὴ δείσῃς· τοῦτο γὰρ ἡμῖν δρᾶν ἀντ' ἄλλης ἀρχῆς ἐστι, τῶν δ' ἀρχαίων ἀμελεῖσθαι. Bergl.*

221. *φρύγουσιν.* Schol. ad verbum *φρύγουσιν* addit, *λείπει τὸ, τρίχας:* ego autem aliter ſenſi; vnde et verti *obſonia*, vel *fruges frigunt,* aut *torrent.* Etſi ſciam non ita ſolere noſtras. Et Fotis illa Apuleiana et Palaeſtra Luciani non ſedebant. Scholiaſtes ſcripſerat *κριθὰς,* quod iuratus dixerim. *Faber.*

222. *ἐπὶ τῆς κεφαλῆς.* Peculiaris mulieribus ferendorum onerum ratio: vnde quaſi rem nouam annotauit Mela, Aegyptios onera capitibus accipere. Lib. I. c. 10. Forum ac negotia feminae, viri penſa ac domos curant. Onera illae humeris, hi capitibus accipiunt. *Faber.* Propria mulieribus ferendorum onerum ratio: vnde quaſi rem nouam et a more aliarum gentium alienam annotauit Herodotus, Aegyptios onera capitibus accipere, in Clione [imo, II. 35.]: *τὰ ἄχθεα οἱ μὲν ἄνδρες ἐπὶ κεφαλέων φορέουσι, αἱ δὲ γυναῖκες ἐπὶ τῶν ὤμων.* Et Nymphodorus Hiſtoricus ap. Schol. Sophocl. ad Oed. Col. v. 329. [337. Br. T. III. p. 59.] *καὶ τοὺς μὲν ἐπὶ τῶν κεφαλῶν φέρειν τὰ φορτία, τὰς δὲ ἐπὶ τῶν ὤμων ἠνάγκασε.* Loquitur autem de Seſoſtri rege Aegyptiorum, qui viros coegerit more mulierum viuere. *Bergl.*

225. Paraſitus in Plauti Menaechm. IV. 1. roganti mulieri, quid ſibi cum marito ſit agendum, reſpondet:

Idem quod ſemper, male habeas.

Brunck. in Supplem.

227. *αὐταῖς παροψωνοῦσιν.* Lege leuiſſima mutatione, *αὐταί. Kuſt.* *αὐτοῖς παροψωνοῦσιν.* Id eſt *τοῖς*

Kuſter. in nota ad h. l. Vide, inquit, Suidam v. *χρηστῶς,* vbi locus hic adducitur.

μοιχοῖς. Pofitum αὐτοῖς, pro αὐτῶν χάριν. Vid. not. ad Ran. 615. Vulgo male legitur αὐταῖς. *Leuiffima mutatione* emendationem tentabat Kufterus, αὐταί. At ego leuiori, αὐτοῖς. Graeca non adtigit ingeniofus Faber, fed fenfum perfpexit: *in obfonando fallunt. Gallice dicimus: Elles ferrent la mule.* Adde, *moechorum gratia. Brunck.* αὐταῖς παροψωνοῦσιν. Sibi ipfis opfonant. *Bergl.* Lege αὑταῖς π., i. e. ἑαυταῖς π., fibi folis per fraudem (hoc enim indicat τὸ παρὰ) obfonantur, viris vel infcientibus vel abfentibus. Senfum loci perfpexit Inuerniz. Brunckius malebat αὐτοῖς (μοιχοῖς), quo nihil opus. *Hotib.*

231. τί ποτ' ἄρα. Sic bini codd. et primariae editt. *Brunck.* Vulgo τί ποτ' ἆρα.

235. ἐπιθυμοῦσι. [fic vulgo]. Legendum erat ἐπιθυμήσουσι(ν). *Faber.* quae repetiit *Bergl.* Verfus claudicat, ob vnius fyllabae defectum. Quare vel cum Scaligero fcribere poffis, σώζειν μάλ' ἐπιθυμοῦσιν m); addita nimirum vocula μάλ': vel cum Fabro, σώζειν ἐπιθυμήσουσιν. *Kufter.* Fabri emendationem commode confirmauit Rav.

240. ταῦτα κἂν. Ita omnes. Sed potius ταῦτά γ' ἄν. *Bergl.* Vulgo fic legitur hic verfus: τὰ δ' ἄλλ' ἐάσω· ταῦτα κἂν πείθησθέ μοι. Iftud κἂν mendofum eft, cui hic nullus locus effe poteft. Scripferat poeta:

τὰ μὲν ἄλλ' ἐάσω· ταῦτα δ' ἂν πείθησθέ μοι.

Brunck.

243. ὦ τάλαινα. Iftud ὦ τάλαινα σὺ, non idem Graecis quod hodie fonat. Itali propius accedunt, et Galli. Nam in plurimis noftrarum Prouinciarum, cum dicunt, mifelle amice, non miferum intelligunt, fed dilectum potius, et quem familiariter ament. Itali *la poveretta* etc. *Faber.*

244. ἐν Πυκνί. Sic bini codd. recte. Vulgo ἐν

---

m) σώζειν μάλ' ἐπιθυμοῦσιν. Sic bene Scaliger. Media vocula vulgo omiffa cum verfus labe. In binis codd. σώζουσιν ἐπιθυμοῦσιν, conftantibus quidem numeris, fed corrupta fententia. *Brunck.*

Πυκνί. Vid. not. ad Thesm. 658. *n*) *μετὰ τἀνδρὸς* etiam in binis codd. ſcriptum eſt, quod iam repoſueram antequam eos inſpexiſſem. Articulum hic prorſus flagitat Atticismi ratio. [Vulgo *μετ' ἀνδρός.*] Supra v. 48. *παρὰ τἀνδρός.* Perperam in altero cod. *ὤκισ'.* *Brunck.* Lege *ἐν Πυυκί.* Nam licet haec vox varie ſcribatur in hoc tertio caſu, qualis foret rectus eius datiui? Num *Πὺκνς?* at foret inpronuntiabilis hic rectus. Caeterum ad illud *ἐν ταῖς φυγαῖς* neque Scholiaſtes, nec Biſetus aliquid dixerunt; et interpres, tanquam foret *κύριον*, *in Phygis* interpretatur. Lepide certe. At debebat interpretari in *tempore fugarum.* Intelligit enim *fugas* quae factae ſunt ab agris et pagis in vrbem initio belli Peloponneſiaci: quo tempore ob multitudinem migrantium, omnia loca publica, tum ſacra tum profana occupata ſunt: *τά τε ἔρημα τῆς πόλεως ᾤκησαν, καὶ τὰ ἱερὰ, καὶ τὰ ἡρῷα πάντα, τό τε Πελασγικὸν καλούμενον.* Et paulo poſt: *κατεσκευάσαντο δὲ καὶ ἐν τοῖς πύργοις τῶν τειχῶν πολλοὶ, καὶ ὡς ἕκαστός που*

---

n) Nihil ibi reperies niſi errores. Quanto rectius Kuſterus ad illum locum: „Scaliger reponendum cenſet, *Πνύκα.* Sed quamuis caſus rectus ſit *Πνὺξ*, caſus tamen obliqui bifariam efferuntur, *Πνυκὸς* et *Πυκνὸς*, *Πνυκὶ* et *Πυκνὶ*, etc. Etymologus [677, 47.]: *Πνύξ. ἡ γενικὴ Πνυκός· διὰ δὲ εὐφωνίαν, Πυκνός.* Genitiuus *Πυκνὸς* legitur apud Comicum noſtrum *Equit.* 165. Scholiaſtes ad eum locum: *Πυκνός. τῆς ἐκκλησίας. μετάθεσίς ἐστι τῶν στοιχείων. εἰ γὰρ Πνὺξ ἐστιν, ἔδει Πνυκός. νῦν δὲ, Πυκνός.* Datiuus *Πυκνὶ*, pro *Πνυκὶ*, occurrit in *Ecclef.* 243. et Accuſatiuus *Πύκνα*, pro *Πνύκα*, in eadem fabula 281. Vide etiam Harpocrat. et Suid. v. *Πυκνί.*" Praeter locos a Brunckio in indice commemoratos, in quibus Cod. Rav. conſtanter formam a Kuſtero defenſam praebet, haec accedant. Demoſthen. T. I. 244, 2. e vulgata olim ſcriptura. MS. A. apud Schweigh. Not. in Athen. T. III. p. 202. Bekker. Anecd. I. 299, 12. (quem locum ediderat Ruhnken. ad Timaeum p. 219.) Alberti ad Heſych. T. II. p. 1079. Ducker. ad Thucyd. VIII. 97. et ſupra ad Equites pag. 48. Buttm. Gr. Gr. T. I. p. 237. Ceterum notandum puto quod in Cod. Rauenn. aliquoties (vt Pace 681. Equit. 759.) reperitur *Πυκνῇ*, cuius formae nominatiuum *Πυκνὴ* annotarunt Suidas T. III. p. 258., vbi Kuſterus contra Grammatici mentem, opinor, *Πυκνί* vult, et Photius Lex. p. 351. Genitiuum vero et accuſatiuum huius formae non memini legere.

ἐδύνατο. Sic Thucydides lib. II. *o*) vbi ſuſpicor legendum κατεσκηνώσαντο, i. e., *tentoria*, vel *tuguriola ſibi fecerunt.* Igitur ἡ Πνὺξ, area publica (in qua eccleſiae et conciones fiebant, eo quod plurimum ſpatii habebat in circuitu) procul dubio quosdam etiam ex illis nouis incolis accepit: nam in ipſo medio non credo; ob neceſſitatam conuocandi poculum. Ergo ait Praxagora, ſe didiciſſe concionari, quando in *fugarum* tempore habitabat in Pnyce, et ibi ſaepe concionantes Rhetoras audiebat. *Palmer.* Potius cum Palmer. vertendum videtur: *in tempore fugarum.* Faber autem ſecutus eſt ſcholiaſtem *p*). Intelligit autem *Fugas*, vt ait Palmer., quae factae ſunt ab agris et pagis in vrbem initio belli Peloponneſiaci: quo tempore ob multitudinem migrantium, omnia loca publica, tum ſacra tum profana, occupata ſunt, ut *Palmerius* ex Thucyd. oſtendit. Tangit eam rem et in Equitibus Comicus v. 788. τοῦτον ὁρῶν οἰκοῦντ᾽ ἐν ταῖσι πιθάκναισιν, καὶ γυπαρίοις, καὶ πυργιδίοις ἔτος ὄγδοον vbi vide Notam. *Bergl.*

245. ἀκούουσ᾽. Ita edd. Brubachii et Nupera [Kuſt.]. Iuntina ἀκούους· vitioſe. aliae ἀκοῦσ᾽. male, et contra metrum. *Bergl.*

247. καί σε στρατηγεῖν. Sic bini codd. et editio Bern. Iuntae. Vulgo στρατηγόν. *Brunck.* αὐτόθεν. Vel *ex hoc die;* vel aliter, γυναῖκες αὐτόθεν, mulieres Athenienſes. Vel *in poſterum. Faber.* Scholia: ἀπὸ τοῦ παρόντος χρόνου. *Bergl.*

249. Κέφαλος. Demagogus aliquis fuit: vt ait Scholiaſtes. *Bergl.* Cf. Ruhnken. Hiſtor. Orator. in Reisk. Oratorr. T. VIII. p. 127. — σοι λοιδορῆται. Nunc cum

---

o) Locus eſt cap. 17. Sed inutilis Palmerii coniectura. Vide praeter editores Popponis Obſeruatt. criticas in eum ſcriptorem p. 233.

p) Monuit Scholiaſtes, locum fuiſſe in Pnyce ſeu foro. Haud memini me alibi legere. Nil Harpocration, nil Heſychius. Sed emenda locum, qui mihi apud illum forte occurrit: φυγὴ, φύσις, σώματος ἡλικία. Legendum φυὴ, non φυγή. Cum autem addit σώματος ἡλικία, reſpicit locum Homeri in I. [v. 115.] Iliados. *Faber.*

datiuo; at mox in actiua voce cum accuſatiuo v. 254. *Bergl.* Vide quae ad Schol. ad Plutum v. 456. monebuntur. — προςφθαρεὶς *q*), *accedens.* φθείρεσθαι Atticis ſcriptoribus ſignificat *ire, venire,* ſed in malam partem ſemper accipitur, de iis qui cum ſuo aut aliorum malo vel damno *eunt*, aut *vagantur.* Noſter Av. 916. ἀτὰρ, ὦ ποιητὰ, κατὰ τί δεῦρ᾽ ἀνεφθάρης; Pac. 72. ἐχθὲς δὲ μετὰ ταῦτ᾽ ἐκφθαρεὶς οὐκ οἶδ᾽ ὅποι. Demoſthenes c. Midiam p. 560. ἀλλὰ δεινοί τινες εἰσιν φθείρεσθαι πρὸς τοὺς πλουσίους, καὶ παρεῖναι, καὶ μαρτυρεῖν. Bene Reiskius interpretatur: *cum contentione, quaſi certatim, concurrere, ruere, ferri ad diuites, ad horum diuitum fraudem peſtemque.* Plura de huius verbi diuerſis ſignificationibus vide Miſc. Obſeruatt. T. IV. p. 451. *Brunck.* quem cf. ad Soph. Oed. Tyr. 1502. Taylor. ad Lycurg. p. 167 ſqq. Reisk.

254. κακῶς κεραμεύειν. Venuſtas ſeruari non poteſt: κεραμεύειν enim fingere ſignificat. Sed κεραμεύειν εὖ καὶ καλῶς τὴν πόλιν, eſt *rempublicam male habere.* Ceterum hic Cephalus figuli filius erat, quo reſpicit Poeta. *Faber.* τὴν δὲ πόλιν εὖ καὶ καλῶς. Scholia: ἀπὸ κοινοῦ, τὸ κεραμεύειν· ἀντὶ τοῦ κατεργάζεσθαι. ἦν δὲ κεραμέως πατρὸς Κέφαλος. Poſſet vtcunque iſte iocus, qui conſiſtit in ambiguitate verbi κεραμεύειν, exprimi etiam in Latino ſermone, et locus ita verti: *ſed etiam patinas eum dicerem male conficere, rempublicam autem probe. Bergl.*

255. Νεοκλείδης *r*). ὅς ἐστι μὲν τυφλὸς, κλέπτων δὲ τοὺς βλέποντας ὑπερηκόντισεν, vt de eo dicit in Pluto v. 666. vide hic in Eccl. v. 401. *Bergl.*

256. Scholiaſtes ſupra ad *Acharn.* v. 863. locum hunc ſic citat: τούτῳ μὲν εἶπον, ἐς κυνὸς πρωκτὸν βλέπε. Addit ibi Scholiaſtes, hoc dictum fuiſſe in eos, qui oculorum morbo laborarent *s*). *Kuſter.* Vulgo legitur:

---

q) Ita in Auib. v. 917. ἀνεφθάρης. vbi vide Notam. *Bergl.*

r) De illo actum eſt in Pluto. *Faber.*

s) Id communi prouerbio in lippos dicebatur: ἐς κυνὸς πυγὴν ὁρᾶν καὶ τριῶν ἀλωπέκων. *Faber.* Eſt prouerbium de coecutientibus, vt notat Schol. hic, et in Acharn. v. 863. ad haec verba: φροῆτε τὸν πρωκτὸν κυνός. *Bergl.*

τούτῳ μὲν εἶπον ἐς κυνὸς πυγὴν ὁρᾷν. Quod ſignificat, *huic quidem dixi*, ſententia repugnante. Faber vertit, *huic ego dicam:* ad ſenſum recte, ſed non ex Graecis. Iamdudum ſinceram poetae manum reſtitueram: τούτῳ μὲν ἂν εἴποιμ᾽. Emendationem hanc plane confirmauit alter Regius, in quo perſpicue ſcriptum, τούτῳ μὲν εἴποιμ᾽, male omiſſa particula potentiali, qua in re tot iam librariorum ſocordiae exempla enotaui, vt pigeat crambem hanc recoquere. Niſi quis prorſus Attici ſermonis imperitus ſit, ſtatim animaduertit a Comico non aliter ſcribi potuiſſe. Mendoſa impreſſorum lectione vſus eſt nuper Pariſinus Profeſſor [Vauvillerius] in nota ad Sophoclis Ai. 183. vbi pro ſolito ſuo more ineptiſſime nugatur:

πεπλάνητ᾽ ἐκεῖνος, καὶ φρένας κούφας ἔχει.

Notam illam alibi ad examen reuocabo: nunc vnica obſeruatione defungar. Nihil verius eſt, quam quod alicubi ait Daweſius, apud ſolos poetas certam reperiri ſermonis Attici normam. Hos ab infinitis corruptelis, quibus ſcatent oratores, vix apud eos animaduerſis, incolumes praeſtitit metrorum ratio. Aeſchinis orationem c. Timarchum hiſce forte diebus legebam, cuius ſtatim initio [p. 32. ed. Reisk.] offendit me ſoloecismus, quem librarii imperitiae deberi neminem fugiet, qui cum Ariſtophane familiaritatem contraxerit. προςήκειν δ᾽ ἔγωγε νομίζω, ὅταν μὲν νομοθετῶμεν, τοῦθ᾽ ἡμᾶς σκοπεῖν, ὅπως καλῶς ἔχοντας καὶ συμφέροντας νόμους τῇ πολιτείᾳ θ η σ ο ί μ ε θ α. Certum eſt oratorem ſcripſiſſe θ η σ ό μ ε θ α. Horum θησοίμεθα, θησόμεθα, in verſu vix fieri poſſet, vt alterum in alterius locum irrepſiſſet ſalua metri lege, cuius indicio fraus detegeretur. At in ſolutae orationis ſcriptore ad iſta non aduertunt, qui ſingulorum graecorum vocabulorum ſignificationem norunt, graeci tamen ſermonis proprietatem et indolem ignorant. *Brunck.* In Ariſtophaneis Brunckius a vero longiſſime aberrauit. εἶπον quum per ſe ita eſt comparatum vt mutari nequeat, tum minus etiam poteſt propter Schol. ad Acharnenſ., quem Kuſter. citauit, auctoritatem. Elmsleius ad Eurip. Medeam pag. 127. de hoc loco haec ſcripſit: „εἶπον *pro futuro* ἐρῶ *vſurpat Ariſtophanes Eccl.* 254. *Ex alterius codicis ſcriptura* τούτῳ μὲν εἴ-

ποιμ', male Brunckius τούτῳ μὲν ἂν εἴποιμ'." Equidem εἶπον mutato accentu (εἰπόν. v. Boeckh. ad Pindar. Ol. VI, 92.) pro imperatiuo habeam. Erunt quibus hoc ineptum videbitur propter antecedentia et ſequentia; qui videant, ne diſſimilia pro ſimilibus habeant. Neque hoc obſtat, quod Elmsl. l. c. imperatiuo illo Atticos prorſus abſtinuiſſe contendit. Euripidis locum Ion. 330. Elmsl. ſine cauſſa mutat. ex Platone poſt alios citauit Boeckh. l. l. Euphorioni ap. Athenaeum T. IV. p. 570. ſatis probabiliter Schweigh. reſtituit. Rarior eſt ille imperatiuus quoniam εἰπέ plerumque (vt in εἰπέ μοι) numeris trochaicis commodius eſt, quam εἰπόν. Cautior Elmsleio Euſtathius p. 1455. extr. Cf. Schaefer. ad Dionyſ. de comp. verb. p. 456. cui adde προςεῖπα ex Eurip. Cycl. 101. Creuzer. Comment. Herodot. I. p. 81. Paulo frequentior huius aor. vſus apud mediae et nouae comoediae auctores. *Dindorf.*

257. ὑποκρούσωσι t). Venuſtas et lepos ſeruari non poſſunt. Nam ὑποκρούειν *pulſare* ſignificat; ſed et ὑποκρούειν verbum rei Venerae eſt; *ſubagitare, ſuccutere.* Κροῦμα quoque fidium pulſatio eſt: at hic alluditur ad κροῦμα ἀφροδίσιον. Liceat fortaſſe ſuccuſſationem dicere. Intelligit argutum illum mulieris motum quem edit σιναμωρουμένη. *Faber.* cuius notam, omiſſis poſtremis *Liceat* etc. repetiit *Bergl.* qui praeterea haec addidit: „Sic infra ludit in verbo κρούειν v. 985. etiam προςκινήσομαι de motu Venereo in Lys. v. 227."

προςκινήσομαι. Eſt verbum rei venereae, quo vſus etiam eſt Ariſtoph. in Pace et Lyſiſtr. *Kuſter.* In Lyſ. 227. κακῶς παρέξω, κοὐχὶ προςκινήσομαι. Jocus eſt in ambiguo. ὑποκρούειν *pulſare* ſignificat, *verberare*: ſed et verbum eſt palaeſtrae venereae, *ſubagitare.* Quod priori ſenſu mulier dixerat, altero Praxagora accipit, ideo reſpondet προςκινήσομαι. *Brunck.*

259. ἤν σε τοξόται ἕλκωσιν. In Equitt. 661. καθ' εἷλκον αὐτὸν οἱ πρυτάνεις, χ' οἱ τοξόται. *Bergl.*

---

t) ὑποκρούσωσιν ſcribendum fuiſſe monet Brunck. ad Nubes 753. (755. ed. Lipſ., in qua vitioſe προκινήσομαι ſcriptum.)

260. *ἕλκωσιν, trahere velint.* Duplicem mendam [ποτε — ἐξαγκονιῶ], quarum prior eſt editt. omnium, altera typographi mei, corrige: *ποτ᾽ — ἐξαγκωνιῶ.* Diuerſo ſenſu *ἐξαγκωνίζεσθαι* apud Diodorum occurrit L. XIII. cap. 27. vbi a Weſſelingio illuſtratur. *Brunck.* *ἐξαγκωνιῶ ὡδί.* Cum addit *ὡδί*, geſtum deſignat, qui talis erat, vt mulier ſubnixis alis incederet; ita enim Latini dicebant. Plautus in *Perſa* [II. 5, 5.]: — — *Nunc ego huic graphice facetus ſiam: ſubnixis alis me inferam, atque amicibor glorioſe.* Comice autem addit mox infra: *Sed quis hic anſatus ambulat? Faber.* cuius notam repetiit *Bergl.*

265. *τὰς χεῖρας αἴρειν v).* Ad haec Schol.: *ὥσπερ οἱ ῥήτορες οἱ κρινόμενοι.* Haec ait ad *αἴρειν τὰς χεῖρας:* nec planum eſt, quid intelligat. Sed certum eſt Comicum intelligere de manuum exertatione, quae fiebat in ferendis ſuffragiis. Quod aiunt mulieres ſolitas eſſe *αἴρειν τὰ σκέλη,* ſenſus eſt obſcoenus. Id Martialis dixit, *tollere pedes. Palmer.* Veteres Athenienſes nimirum in faciendis pſephiſmatis, ſiue plebiſcitis, porrectione manuum ſententias ſuas declarare ſolebant: qua de re vide praeter alios elegantiſſimum Muretum in *Var. Lect.* Lib. X. cap. 9. Formula autem verborum, quae praeconi in eiusmodi rebus uſitata erat, haec traditur a Schol. Aeſchyli ad *Supplic.* [629.] *Ἀράτω τὰς χεῖρας, ὅτῳ ταῦτα δοκεῖ.* Obſeruauit itidem Muretus dicto loco. *Kuſter.*

266. *αἴρειν τὰ σκέλη x).* Notius eſt quid ſit pedes tollere. Martial. *Tolluntur que pedes, o medicina grauis!* Iuuenal. *Et tollit pendentis praemia coxae.* Licet fortaſſe diuerſum ſit ſchema *συνουσίας,* et alibi longe alia res agatur. Cicero alicubi ad Atticum: *Noli, inquam, de vno pede ſororis queri. Licet etiam alterum tollas.* Ibi de P. Clodio viro optimo agit. *Faber.* In Lyſ. 229. *οὐ πρὸς τὸν ὄροφον ἀνατενῶ τὰς Περσικάς.* Quid ſit *tollere pedes*, oſtendit verſu illo Ouidius de A. A. III. 775. Milanion humeris Atalantes

---

v) Quod Rhetores *κρινόμενοι* faciebant. *Faber.* *χειροτονεῖν* explicat *Bergl.*

x) Senſu obſcoeno. *Bergl.*

crura ferebat. *Gons. de Salas* ad Petron. cap. 55. vbi plura dabunt alii interpretes. *Brunck.*

268. De conſtructione vid. Schaefer. Melet. p. 88 ſq.

269. τὰ χιτώνια male redditum in verſione per *veſtes.* Verti debuit, *tunicas ſuccingite.* Hunc locum explicat Oct. Ferrarius de Re Veſtiaria Partis II. Lib. IV. p. 149 ſeqq. *Brunck.*

272. μέλλοι. Legendum μέλλει. *Schaefer.* l. l.

276. τἀνδρεῖά γ' ἅπερ. Perperam vulgo τἀνδρεῖα τἅπερ. In binis codd. τἀνδρεῖα θ' ἅπερ. Articulo praepoſitiuo ὁ voce relatiui ὅς, Tragici quandoque vtuntur, Ariſtophanes nunquam; vt nec eodem articulo vtitur vice pronominis οὗτος vel αὐτὸς, quod obſeruaui ad Pl. 44. vbi male excuſum ὃς pro ὁ. *Brunck.* γ' ἅπερ iam Toupius loco ſtatim laudando.

277. ἐπαναβάλεσθε. Sic bene alter Reg. [et Zonaras I. p. 819.] Sed ſine codicis ope tolli poterat editionum menda ἐπαναβάλλεσθε. Hunc locum emendauerat Toupius ad Suidam I. 416. [I. 187. ed. Oxon.]. *Brunck.*

278. ᾄδουσαι. Apparet quandoque cantantes ire ſolitos in concionem. In Veſpis v. 219. *Bergl.*

282. Πνύχ'. Ita Iuntina, Farrei, et Brub. Aldina autem et Nupera (K.) Πύκν'. *Bergl.* Vide dicta ad 244.

283. σπεύσαιθ'. Vulgo corrupto metro σπεύσας θ', quod etiam ſine codice emendari poterat. Illud eſt in altero Reg. *Brunck.*

248. ὀρθρίοις pro ὀρθρίως lege ex ed. Iuntina 1515. et Suida v. ὑποτρέχειν. *Porſon.* ad Hecubam 987. Πνύκα. Hic etiam Editiones illae ita variant et conueniunt. *Bergl.*

285. ὑπαποτρέχειν. Scholia: ὀπίσω τρέχειν. *Reuerti, redire. Bergl.* μηδὲ πάτταλον y). Citat Suidas v. Πάτ-

y) Gallice eadem ratione dicimus, *Vous n'y gaignerez pas un clou. Il n'y apas un clou à gaigner.* Sunt tamen quibus legendum videatur, οὐδὲ πάσπαλον, vel οὐδὲ πασπάλην, i. e. *granum milii*, vel rem nullius momenti. [Apud Biſetum

ταλον. *Kuſt.* Scholia: τὸ τυχόν. οἱ γὰρ ὕστερον ἐλθόντες οὐκ ἐλάμβανον τὸ ἐκκλησιαστικόν. nempe triobolum: infra 380. ad redeuntem ex concione: τριώβολον δῆτ' ἔλαβες; dein ille: εἰ γὰρ ὤφελον, ἀλλ' ὕστερος νῦν ἦλθον. Vide et mox 292. Quod autem ad οὐδὲ πάτταλον attinet, videtur id prouerbiale eſſe, aut alluſio ad Prouerbium: παττάλου γυμνότερος. quod occurrit apud Ariſtaenetum Ep. 18. lib. II. ὡς δὲ λοιπὸν τὸν ἀθλίως ἐρώμενον ἐψίλωσαν χρημάτων, καὶ κατέστησαν παττάλου γυμνότερον, ἀπέλιπον αὐτὸν ἐν πενίᾳ δήπου μυρίᾳ. Dicitur autem οὐδὲ πάτταλον, vt οὐδὲ γρῦ, et ſimilia, quae congeſſi ad Plutum v. 17. vbi etiam πασπάλη, quod forte erit, qui in iſto etiam loco reponere velit. *Bergl.* μηδὲ πάτταλον. Sic etiam bini codd. nec ſollicitari debet. πασπάλην, quod a poetae manu eſſe ſuſpicari quis poſſit, occurrit Veſp. 91. diuerſo modo conſtructum: ὕπνου δ' ὁρᾷ τῆς νυκτὸς οὐδὲ πασπάλην. Vide Pierſon. ad Moerin. p. 330. *Brunck.*

286. ἐστι. ἔστι. Reiſig. I. p. 118.

287. Elmsleius in Muſeo Critico Cantabrig. Nr. IV. p. 485. καὶ μήποτ' ἐξολίσθῃ. i. e. ἐξολισθέτω. Ariſtophanem enim ὡς finale cum coniunctiuo non dicere ſine ἄν.

288. ἡμᾶς. Pronomen hoc non pendet ab ἐξολίσθῃ. Ordo eſt: τοῦτο γὰρ χρὴ μεμνημένας ἡμᾶς ἀεὶ λέγειν, ὡς μήποτ' ἐξολίσθῃ. *Brunck.*

289. ἐνδούμεναι. Lego ἐνδυόμεναι, atque ita verti. [*aggreſſae* vertit.] Schol. καταδυόμεναι εἰς τηλικαύτην τόλμαν λάθρα. *Faber.* ἐνδυόμεναι. Sic recte Faber. Vulgo ἐνδούμεναι, quod nihili eſt. *Brunck.*

290 — 333. Egregiam carmini olim pro corruptiſſimo habito opem praeſtitit Codex Rauennas. Adſcribam totum locum, emendatis leuibus vitiis, quae in ed. Lipſ. relicta ſunt. In plerisque ſequutus ſum

---

haec commemorantur. Neſcio vnde hauſerit.] Vnde ab Heſychio vertitur, τὸ τυχόν: Gall. *un zeſi.* Haec vtut ſunt, tamen haud ſane quidquam mutarim; imo illud prius multo magis placet, et κωμικώτερον videtur, *ita vt ne paxillum quidem ligneum lucrentur, vnde ſe domi ſuſpendant. Faber.*

Porſonum, a quo emendatum hoc carmen exhibuit Gaisfordius ad Hephaeſtionem pag. 316.

Ἡμιχόριον.

στροφή. *χωρῶμεν εἰς ἐκκλησίαν, ὦνδρες· ἠπείλησε γὰρ* 290. (289. Br.)
ὁ θεσμοθέτης ὃς ἂν
μὴ πρῷ πάνυ τοῦ κνέφους
ἥκῃ κεκονιμένος

De toto carmine haec monuit *Hotibius:* „Miror, huic loco tam adhaeſiſſe Brunckium. Sane ſtrophicus eſt, quod nec fugerat Daweſium Miſc. crit. p. 305 ſqq. [538 ſqq. Kidd.] Conſtant autem hae ſtrophae 12. verſibus, quorum primus, Brunckio quoque obſeruante, eſt aſynartetus ex dimetro iamb. et dimetro troch. cat., reliqui praeter 6 et 8 ſunt aſynarteti ex duobus anacreonteis catal., quorum duo, 3 et 10, catalectici, 6 vero et 8 ſunt eiusdem generis brachycatalectici. Comica licentia hi iambici (nam iambicae formae hi anacreonteï) ſecunda regione vſurpant anapaeſtum. Metrum recurrit Equ. 1119 ſeqq.“

291. *ὡς ἂν μὴ*, etc. Sane non eſt Graecum, *ἠπείλησε ὡς δώσειν.* Deinde laborat oratio: quamobrem lego *ὃς ἂν μή.* Ceterum non eſt quod Biſeto credas, qui haec, *βλέπων ὑπότριμμα*, et *στέργων σκοροδάλμῃ*, ridicula et barbara traiectione ad Theſmothetam refert. Quippe ad eos refertur qui *δικάσοντες ἥκουσιν.* Et ita intellexerat Scholiaſtes, quem ille ducem ſequi poterat. *Faber.* Legendum omnino *ὃς* cum Fabro. *Bergl.* *ὃς ἂν μὴ πρῷ* — Sic bini codd. recte. Vulgo *ὡς ἄν.* Fabri certiſſima emendatio in nouiſſima Bataua recepta fuit. *Brunck.* *ὃς ἂν* e Suida v. *πρῷ* et *κεκονιμένος* reſtituit Daweſius p. 305. (541. Kidd.) De vſitatiſſima orationis ſtructura vid. Schaefer. ad L. Bos. p. 364.

292. *πρῷ πάνυ τοῦ κνέφους.* Hinc oritur non leuis ſuſpicio, quod haec fabula prodierit Lenaeis Liberalibus hieme, vt Comici fictio concordet cum tempore, quo repraeſentabatur fabula. Nam tunc hiems erat, et dies breuiſſimi: ideo diluculo cogebatur populus; non vero tam mane verno tempore, iam diebus ſatis prolixis. *Palmer.*

293. *κεκονιμένος.* Editio Geneuenſis male habet *κεκονιαμένος:* at reliquae editt. *κεκονισμένος*, a *κονίζω:* quod licet non damnem, praeferendum tamen ei cenſui *τὸ κεκονιμένος*, auctoritate Suidae, v. *κεκονιμένος*, et v. *πρῴ*, vbi locus hic Comici citatur. Significat autem *κεκονιμένος* proprie *puluere reſperſus;* et figurate, *feſtinabundus:* quoniam qui feſtinant, inter currendum puluere perfundi ſolent. Vſus eſt hac voce praeter alios Lucianus, ſcriptor terſus et *Ἀττικώτατος*, diuerſis in locis: vt in *Timone*

στέργων σκοροδάλμη,
βλέπων ὑπότριμμα, μὴ
δώσειν τὸ τριώβολον.
ἀλλ᾽, ὦ Χαριτιμίδη,

---

p. 141. Ed. Amſtel. [T. I. p. 158. ed. Reitz.] *συνθέουσι κεκονιμένοι καὶ πνευστιῶντες.* Idem in *Dial. Mercur. et Maiae*, p. 233. [T. I. p. 275.] *ἡμεροδρομοῦντα καὶ ἐπανελθόντα ἔτι κεκονιμένον.* Vide eundem *de Gymnaſ.* p. 270. et 271. [T. I. p. 912.] vbi vox illa proprio ſenſu capitur, et *puluerulentum* ſignificat. [*κεκονιμένοι* e Philoſtr. Heroic. p. 681. (64. Boiſſ.) addit Kidd. ad Daw. p. 541.] Alterum autem verbum *κονίζειν*, vnde *κεκονισμένος*, apud ſcriptores Atticos non aeque frequens eſt. *Kuſter.* Luciani locum e Timone e Kuſt. nota citat *Bergl.* *κεκονιμένος.* Sic bene vterque cod. vt legi volebat Kuſt. Minus bene vulgo *κεκονισμένος.* *Brunck.*

294 ſqq. *βλέπων ὑπότριμμα, στέργων σκοροδάλμη, μὴ δ. τὸ τριώβ.* Legam potius *σκορόδαλμα* a *σκορόδαλμος*, quomodo dicuntur *ἄναλμος, ἔφαλμος.* Certe nusquam alibi in his verſibus eo loco ſyllaba longa pro breui eſt, quanqam ex regula iambicorum et hoc licebat. *Hotib.* Suſtuli vitium metricum transpoſitis duobus verſibus. Eodem modo Porſon. apud Gaisford.

295. *βλέπων ὑπότριμμα.* Poeta, *aſper*, *acerba tuens.* Ceterum haec amat Ariſtophanes. *Ἐν Ἱππεῦσι* [631. Br.] dixit, *βλέπειν νάπυ* [*νᾶπυ*]. Et *ἐν Βατράχοις* [603.] dixit *βλέπειν ὀρίγανον.* *Faber.* Scholia: *δριμύ.* nempe vt *βλέπειν νάπυ* in Equitt. 627. et ſimilia. *ὑπότριμμα* autem eſt in re culinaria, *intritum;* quod forte quandoque ex amaris et acribus fuit compoſitum. Hoc loco poterit ita etiam accipi vt *πρότριμμα*, in Nubibus 446. *Bergl.*

296. *μὴ δώσειν τριώβ.* Niſi quis mature venerit, ei ſe non daturum mercedem, iurauit Thesmotheta. In Veſpis 696. *ὅστις ἂν ὑμῶν ὕστερος ἔλθῃ τοῦ σημείου, τὸ τριώβολον οὐ κομιεῖται.* *Bergl.* *τὸ τριώβολον.* Articulum, qui in impreſſis omiſſus eſt, exhibent ambo codd. *Brunck.* Cf. Reiſig. I. p. 175.

297. *ἀλλ᾽.* Porſonus, neſcio cur, *σὺ δ᾽.* — Sic in primariis editt. legitur hic verſus, vt in membr. *ἀλλ᾽ ὦ χάριτι μία ἢ καὶ σμίκυθε καὶ δράκη.* In recentioribus vero alia ſyllabarum diſtinctio, quam exhibet etiam alter Regius: *ἀλλ᾽ ὦ Χάρι τιμία, ἢ καὶ Σμίκυθε, καὶ Δράκη.* Deprauatam ſcripturam alii aliter reſtituere tentarunt, ſed pariter omnes luſerunt operam. Literis capitalibus, quae olim ſolae in vſu erant, iſta ſcribas, et verum facile deprehendes nomen: *ΑΛΛΩΧΑΡΙΤΙΜΙΔΗΚΑΙ.* Perperam *Δ* aut ſcri-

καὶ Σμίκυθε καὶ Δράκης
ἕπου κατεπείγων,
σαυτῷ προσέχων, ὅπως
μηδὲν παραχορδιεῖς
ὧν δεῖ σ' ἀποδεῖξαι·
ὅπως δὲ τὸ σύμβολον
λαβόντες ἔπειτα πλη-
σίοι καθεδούμεθ', ὡς
ἂν χειροτονῶμεν
ἅπανθ', ὁπόσ' ἂν δέῃ
τὰς ἡμετέρας φίλας.

---

ptum, aut lectum fuit pro *Δ*, quod millies contigiſſe tironibus iam notum, cuiusque rei exemplum enotaui ad Thesm. 456. Scriptum erat in antiquioribus libris *ΩΧΑΡΙΤΙΜΙΔΗ ΚΑΙ.* Hoc certiſſimum eſt. Vides quam facile erat mendam illam eluere, modo quis recta methodo vſus fuiſſet. Hac occaſione ridiculum errorem oſtendam, quo obſcuratur lex Attica ab Aeſchine prolata in Orat. c. Timarch, p. 23. ed. Cantabrig. [p. 60. Reisk.] *μεταξὺ ἀνηκέστως λέγῃ.* Iſtud *ἀνηκέστως* torſit interpretes, idque qui melius eorum explicare ſibi viſus eſt, nihil adtulit ſani. Transpoſitae literae ſunt librarii culpa: ſcribere debebat *ἀνεστηκώς.* Vt autem e diuerticulo in viam reuertar, obſeruandum ſupereſt codicem vtrumque exhibere *Δράκης.* Sic Lyſ. 254. *Χώρει, Δράκης, ἡγοῦ βάδην.* *Brunck.*

301. Bini codd. vt et Suidas et editio Bern. Iuntae, habent: *ἕπου κατεπείγων, σαυτῷ προσέχων, ὅπως.* quod Aldinae lectioni *κατεπείγων σαυτὸν, προσέχων* — praeferri debuit, et reponi velim. *Brunck.*

302. *παραχορδιεῖς.* Locum hunc exponit Suidas v. *παραχορδιεῖς.* Confer etiam Heſych. v. *παρακεχόρδικε.* *Kuſt.* Vulgo *παραχορδιῇς*, quod non ſoloecum modo, ſed etiam barbarum eſt: dediſſent ſaltem *παραχορδίσῃς.* Sed *ὅπως* cum futuro indicatiui conſtrui debet, vt iam ſaepius monui, et *παραχορδιεῖς* ad certam Atticismi normam repoſuiſſem, etiamſi alter Regius cum Suida id non ſubminiſtraſſet. *Brunck.* Kidd. ad Dawes. p. 542. citat Antiatt. in Bekker. Anecd. 113, 2., qui vereor vt hunc locum ſpectauerit.

304 ſqq. Mirum Porſoni (ad Hecubam 402.) errorem notauit Seidler. ad Euripid. Troad. p. 20.

305. In membr. et in ed. Bern. Iuntae pro *πλησίον* eſt *πλησία*, quod Atticum et genuinum eſſe poſſit, vt *πότερα* pro *πότερον.* In ed. Aldina, aliisque eſt *πλησίοι.* Male vterque cod. *καθεδοῦμεν*, et ſeq. v. *ὅπως ἂν δέῃ.* *Brunck.* *πλησίοι*, quod in Rauenn. quoque eſt, probaui cum Porſono.

καίτοι τί λέγω; φίλους
γὰρ χρῆν μ' ὀνομάζειν.
Ἡμιχόριον.
ὅρα δ' ὅπως ὠθήσομεν τούςδε τοὺς ἐξ ἄστεως
ἥκοντας, ὅσοι προτοῦ
μὲν ἡνίκ' ἔδει λαβεῖν
ἐλθόντ' ὀβολὸν μόνον
καθῆντο λαλοῦντες
ἐν τοῖς στεφανώμασιν·
νυνὶ δ' ἐνοχλοῦσ' ἄγαν.
ἀλλ' οὐχί, Μυρωνίδης

---

311. *χρῆν μ' ὀνομάζειν.* Sic bini codd. et primariae editt. In recentioribus pronomen omiſſum. *Brunck.* Porſonus neſcio cur *χρὴ μ' ὀνομάζειν* ſcripſerit.

312. Huic verſui in membr. praefixa nota *χορὸς ἕτερος*, quod idem eſt ac *ἡμίχορος:* quae nota verſui etiam 298. (290. Inv.) praeponi debuit. [ſed *ἡμιχόριον* ſcribi debebat. vid. Seidler. ad Eurip. Troad. p. 21.] *ὠθήσομεν* eſt in membr. In altero *ὀνήσομεν:* vulgo *ὠθήσομαι.* [„*ὠθήσομαι* etſi poteſt ferri, quia Chorus loquitur; tamen ſatius multo eſt, *ὠθήσομεν.*" *Faber.* *ὠθήσομεν* etiam Rauenn., et alteri ſcripturae recte hoc cum Br. praetulit Elmsl. ad Eur. Med. p. 141. 289. *ὠθήσομαι* Porſon. ap. Gaisf. et ad Hecubam 402.] In vtroque *τούςδε τοὺς ξένους.* Melior eſt Aldina lectio *τοίςδε τοὺς ἐξ ἄστεως*, modo *ἄστεος* per *o* ſcribatur. [vid. Buttmann. Grammat. T. I. p. 193.] *Brunck.*

315. 316. Turbatum verborum ordinem reſtituit Porſonus. Male Rauenn. *ἐλθόντας.* Eandem ſcripturam recepit Brunck. hac nota adſcripta „Sic bini codd. Vulgo *ἐλθόντ'.*" *λαβεῖν ὀβολὸν μόνον.* Merces comitialis et iudicialis aliquando fuit vnus obolus; in Nubibus 861. *ὃν πρῶτον ἔλαβον ὀβολὸν Ἡλιαστικόν.* vbi Scholia: *οὐχ ἵστατο δὲ τῶν δικαστῶν ὁ μισθός·* *Non eadem ſemper fuit merces iudicum:* ad duos obolos iudiciales alludit in Ranis v. 140. *δυ' ὀβολὼ μισθὸν λαβών.* vbi Scholia: *ὅτι τὸ δικαστικὸν μισθάριον δύο ὀβολοὶ ἦσαν.* trioboli ſaepius meminit. *Bergl.* V. Boeckh. Staatshaush. der Athen. I. p. 245.

317. *καθῆντο.* In vtroque cod. vt in ed. Bern. Iuntae, pro *ἐκάθηντο λαλοῦντες* eſt *κάθηντο λαλοῦσαι.* Prius adſumi potuit; ſed *καθῆντο* excudi debuit. Vide not. ad Thesm. 479. *Brunck.*

318. e cod. Rauenn. acceſſit.

320. *ἀλλ' οὐχὶ Μυρωνίδης.* Prima facie hic locus mihi ſuadebat, hanc fabulam debere poni in ordine primarum, quas compoſuerat Comicus. Nam illa verba *ἐν ἀσκιδίῳ φέρων*

ὅτ' ἦρχεν ὁ γεννάδας,
  οὐδεὶς ἂν ἐτόλμα
τὰ τῆς πόλεως διοι-
κεῖν, ἀργύριον λαβών,
  ἀλλ' ἧκεν ἕκαστος
ἐν ἀσκιδίῳ φέρων
πιεῖν, ἅμα τ' ἄρτον αὖ,
* καὶ δύο κρομμύω·

πιεῖν ἅμα τ' ἄρτον etc. videbantur eſſe eius qui viderit et meminerit: at Myronides ille Remp. tractabat anno 24 poſt fugam Xerxis, et annis 26 ante bellum Peloponneſiacum, et eo anno vel circiter ſuperauit Boeotos ad Oenophyta, vt notat Euſebius in ſua chronologia. Sed poſtea cum accuratius id penſitaui, et annos numeraui, mutaui ſententiam. Nam et potuit poſt eam victoriam plures annos vixiſſe Myronides; nam de anno, quo mortuus eſt, nihil dicunt Hiſtorici, qui exſtant, et ſenes ſeptuagenarii poterant eum vidiſſe adoleſcentes, et ſenes vt plurimum ſe ſeniores faciunt, et omnia ſe vidiſſe mendaciter iactant, quod comice taxat Ariſtophanes. Itaque non pugnat hic locus cum aliis, quos notaui innuere hanc fabulam prodiiſſe non multum ante *Plutum*. *Palmer.* Occurrit et in Lyſiſtr. 804. vide Thucyd. Lib. I. [c. 105. et 108.]. *Bergl.*

324. *ἀργύριον λαβών.* Vulgo *φέρων*, quod poeta pro ſuo agnoſci nolit, quum ſequens verſus in idem participium *φέρων* deſinat, quae librario cauſa fuit erroris. *λαβών* propriam in ſuam ſedem reuocaui. Vide 186. 187. 302. et 309. et confer not. ad 614. *Brunck.* Porſon. ap. Gaiſf. *φέρων* retinuit. Recte etiam Rav. *λαβών.*

326. *ἀσκιδίῳ.* Pollux X. 72. teſtatur, Ariſtoph. in *Acharn.* voce *ἀσκίδιον* vſum eſſe. Sed hodie vox iſta in ea fabula non reperitur. Quare fieri potuit, vt Pollux per errorem *μνημονικὸν Acharn.* pro *Eccleſiaz.* nominauerit. *Kuſt.*

327. *ἄρτον αὖ.* f. *ἄρτον αυον.* *Reisk.* Quod inſertum exhibent impreſſi *αὖ*, non agnoſcunt codd. [Hinc Br. eiecit.] In membr. *δύω·* recte alter *δύο.* *Brunck.* Legendum verſus cauſa *ἀρτίδιον* vel *ἄρτιον*, ſententiae *ἂν* pro *αὖ*, ſicut ſtatim habes *καὶ τρεῖς ἂν ἐλάας.* *ἧκεν ἄν*, ſolebat aduenire. *Hotib.*

328. Excidit ſyllaba. Daweſius *κἄσως*, ad quod in Kiddii edit. p. 546. haec adſcripta ſunt „*κἄσως* indiligens nimium exarauit R. D.; melius forte *καΐσως* quod exprimit P. P. D.“ Ne ille P. P. D. quidem recte: debebant ſaltem *κἴσως*, etſi eſt cur de hoc quoque dubitem. Melius Porſon. *καὶ πρός.*

καὶ τρεῖς ἂν ἐλάας.
νυνὶ δὲ τριώβολον
ζητοῦσι λαβεῖν, ὅταν
πράττωσί τι κοινόν, ὥσ-
περ πηλοφοροῦντες.

Quae alicuius vſus eſſe videbantur Criticorum obſeruationes textui ſubieci; reliqua, etſi partim inepta, partim inutilia, ne quid deſideretur, hic commemorabo. G. Burgeſſius in Claſſical Iournal Nr. XXVIII. p. 225 ſq.

„Lege in ſtrophicis
χωρῶμεν εἰς ἐκκλησίαν
ὦνδρες· ἠπείλησε γὰρ
ὁ Θεσμοθέτης, ὃς ἂν
μὴ πρῳ̈ πάνυ τοῦ κνέφους
ἥκῃ κεκονιμένος,
βλέπων ὑπότριμμα
στέργων σκοροδάλμην, a)
μὴ δώσειν τὸ τριώβολον
κ. τ. λ.

et in antitheticis
ὅρα δέ· πῶς εὖ θήσομεν b)
τούςδε τοὺς ἐξ ἄστεος c)
ἥκοντας, ὅσοι προτοῦ
μέν, ἡνίκ' ἔδει λαβεῖν a)
ἐλθόντ' ὄβολον μόνον,
καθῆντο λαλοῦντες,
ἐν τοῖς στεφανώμα-
σιν· νυνὶ δ' ἐνοχλοῦσ' ἄγαν
κ. τ. λ.

Inter quae repoſui ὅρα δὲ πῶς vice ὅρα δ' ὅπως: quae fruſtra allegauit Porſon. ad Hec. 402. lectiones prauas ad tuendum. Neque commentum illud perſuaſit Elmsleio ad Ach. 930. [in Auctar. p. 138.] cuius tamen coniectura οὕτω eſt parum felix. Mox ὠθήσομεν praebent MSS. 2. alter ὀνήσομεν; repoſui εὖ θήσο-

---

329. τρεῖς ἂν ἐλάας. Tres quatuorue oleas. Ea autem proprietas eſt τοῦ ἂν hoc loco. *Faber.*

a) *Pro* στέργων, *quod agnoſcit* Suidas *in* ὑπότριμμα, *legerim* βλέπων ὑπότριμμα, κᾀ | ῥεύγων σκοροδάλμην. *Kidd.* ad Dawes. p. 541.

b) Lege et diſtingue ὁρα δ' ὁπως ωθησομαι, τους τε τους ἐξ αστεως Ηκοντας, ὁσοι· προτον — Verte, *vide quantum prememur, et illos ex vrbe venientes, quam multi ſint. Sanctamand.* ap. Burgeſſ. ad Dawes. p. 482. (542. Kidd.)

c) Retinui [in verſione] vocem *aſtu*, qua et Terentius vſus. καὶ γάρ, et ita arbitror, ἔοικεν ἐνθάδ' ὁ ποιητὴς ταύτῃ χρώμενος πρὸς τὴν ἀντιδιαστολὴν τῶν λοιπῶν πολιτῶν, ἀλλ' οὔγε ἀστῶν ὄντων μὰ Δία. *Faber.*

d) Ad h. verſ. *Kidd.* ad Dawes. p. 542. „*leg.* ἱκόντα." Non intelligo, vt multa in iſto libro.

μεν *bene disponamus* scil. ἐν τοῖς στεφανώμασι *in vulgi stante corona.* — Deinde ad cantus mediam partem lege et in antistrophis

ὅπως δὲ τὸ σύμβολον	ἐν ἀσκιδίῳ φέρων
λαβόντες ἔπειτα πλη-	ἔσθειν ἅμα τ' ἄρτον ἕν'
σίοι καθιδούμεθ', ὡς	ἂν καὶ δύο κρομμύω
ἂν χειροτονῶμεν	καὶ τρεῖς ἂν ἐλάας.

Inter haec reposui ἔσθειν vice πιεῖν: etenim ludit comicus in prouerbio κρόμμυα ἐσθίειν: quod sane facere solent ii, qui lacrymas extorquere volunt ex oculis alioqui siccis. Et ne quis haereat de ἔσθειν, adeat Suid. ἐσθόμενος — ἔσθω γὰρ τὸ ῥῆμα καὶ ἔσθοντες, ἐσθίοντες. Denique vice αὖ dedi ἕν' ἄν, et sane ἕν-α voluit Bentl. et ἂν Hotibius et Elmsl. ad Ach. 165."

297. ἀλλ' ὦ Χαριτιμία, ἢ καὶ Σμίκυθε. Sane an Charitimias sit nomen Graecum, viderint alii. Vtut sit, certum est hunc versum laborare. Quid autem istud ἢ sibi vult? Lego: ἀλλ' ὦ Χαρίδημε, καὶ Σμίκυθε, καὶ σὺ Δράκη. Illud autem σὺ longum habebitur propter literas sequentes Δρ. *Faber.* Bisetus emendabat ὦ Χαριτιμία, ἢ καὶ — Sed Fabrum merito offendit istud ἤ, quod quid sibi velit, ne Bisetus ipse dixerit. Proinde reponebat ille, longius a vestigiis scripturae veteris recedens:

ἀλλ' ὦ Χαρίδημε, καὶ Σμίκυθε, καὶ σὺ Δράκη.

Pronomen σὺ inserebat, minime dubius quin ante literas δρ produci posset, sicque bonum senarium Comico se restituisse arbitrabatur. Sed fallebatur in omnibus. Nam vt in μικρὸς, σμικρὸς prima semper producitur, ita deriuata inde nomina propria Σμίκυθος, Σμικυθίων, Σμικύθη prima longa semper efferuntur. Equit. 969.

χρυσου | διω | ξεις Σμι | κυθην | και κυ | ριον. *Brunck.* Χάρι τιμία. Potius Χαριτιμία, vt Bisetus. Hunc v. Faber ita legit: ἀλλ' etc. Hoc magis placet. Compellat autem foeminas nominibus virorum. Smicythus et Draces occurrit alibi etiam apud Comicum. *Bergl.* ὦ Χάρι τίμιε. *Charis* vel *Chares* est nomen propr. *Reisk.*

301. προσέχων. Versus postulat νοῦν προσέχων. *Faber.*

ι παραχορδῆ aut παραχορδοίει, a παραχορδίζω. Fut.
παραχορδιοῦμαι 2 Pers. παραχορδιεῖ. *Bergl.*

508. *ὁπόσων ἂν δέῃ ταῖς ἡμετέραις φίλαις.* *Reisk.*

n fine carminis Brunckius haec adnotauit: e a binis Semichoris hic recitantur, nullam fere formam habere, recte obferuauit Dawefius, qui XL. verficulos diuifit, fibi antiftrophice refpons: quod vt procederet, neceffe habuit quaedam ere, quaedam inferere, alia immutare. Vix ego m verba *μὴ δώσειν τὸ τριώβολον*, v. 292. gloffema quo carere fententia poffit. In codd. diftincti poftremi duo verfus, vt vulgo:

ζητοῦσι λαβεῖν, ὅταν πράττωσί τι κοινὸν, ὥσ-
περ πηλοφοροῦντες.

ıs in vtroque Semichoro verfus afynartetus eft netro iambico et dimetro trochaico catal. vtque fti fibi congruunt, probabile eft decem fequentes is fingulos olim congruiffe. Librariorum fraucata funt metra, quae cuiusnam fuerint generis ignoremus, eorum reftitutionem tentare temen effet. In altero Semichoro quaedam deeffe vir. Prioris duo vltimi verfus ad fenariorum forfacile redigi poffunt:

ἅπανθ', ὁπόσ' ἂν τὰς ἡμετέρας φίλας δέῃ.
καί τοι τί λέγω; φίλους γὰρ ὀνομάζειν μ' ἐχρῆν.

oc nihil expedit.“ Haec *Brunck.*

35. (312.) *ἡ δ' οὐ φαίνεται.* In Rhefo Eurip. v. *ρόνον γὰρ ἤδη φροῦδος ὢν οὐ φαίνεται.* *Diu enim beft et nusquam apparet.* *Bergl.*

38. (315.) *ὅτε δὴ δ' ἐκεῖνο e).* Perperam vulgo *ἤδ' ἐκεῖνο:* id eft, *ὅτε δὲ ἤδη ἐκεῖνο,* vbi vltima in

---

omplectar hac nota aliorum errores. — *ὅτε δ' ἤδ' ἐκεῖνο.* on hic locum habere debet *ἠδὲ*, vnde iftud *ἤδ'* fictum. d legendum *ὅτε δ' ἤδη 'κεῖνο* etc. quod elegantia non lgari refpondet *ἐκ παραλλήλου* huic alteri *ἤδη*, quod in rfu fequenti legitur. Quamobrem fic lege et interpun- : *ὅτε δ' ἤδη 'κεῖνο, ψηλαφῶν, οὐκ ἐδυνάμην εὑρεῖν, ὅδ' ἤδη ν θύραν 'Επεῖχε κρούων κοπρεαῖος.* Quodfi Latinis non

ἤδη eliditur, quae elisionem non patitur. Recte in membran. scriptum, vt edidimus: in altero ὅτε δῆτ' ἐκεῖνο. Sic supra 195. ὅτε δὴ δ' ἐγένετ', ἤχθοντο. Vesp. 121. vulgo etiam legitur ὅτε δὴ δὲ ταῖς τελεταῖς οὐκ ὠφέλει. Necesse non est itaque rescribere ὅτε δ' οὐδ' ἐκεῖνο, quae coniectura est Toupii ad Suidam III. 312. [II. 374. Oxon.] *Brunck.* cui assentitur Porson. Append. ad Toup. IV. 481. De numeris huius versus vid. Reisig. I. 13. 19. et Hermann. Elem. doctr. metr. p. 138 sq. — ψηλαφῶν. In Pace 690. ἐψηλαφώμεν ἐν τῷ σκότῳ. *Bergl.*

339. θύραν. Graeci Latinique per θύραν et *portam*, podicem intelligunt. Exempla obuia sunt; et quaedam alicubi collegit Magnus ille Iosephus. *Faber.*

340. ἐπεῖχε κρούων. *Instabat pulsando.* In Pace 1122. παῖ' αὐτὸν, ἐπέχων, τῷ ξύλῳ. *Bergl.* κοπρεαῖος *f*). Nomen a Poëta fictum, quasi Stercoreum dixeris, vel Merdaceum: debet autem non intelligi intestinum rectum, quod quidam putant; sed onus procidentis stercoris, et podicem opprimentis exitu iam maturo. *Faber.* Sic ἀνὴρ κόπριος in Equit. 898. et hic in Eccles. 362. (385.) per ἄνθρωπον Ἀχραδούσιον intelligit τὴν ἀπὸ ἀχράδος κόπρον. *Bergl.* qui praeterea Fabri notam repetiit.

341. (318.) ἡμιδιπλοΐδιον. v. 332. (355.) κροκώτιον id vocat et χιτώνιον v. 375. *Bergl.*

342. Περσικὰς ὑφέλκομαι. v. 546. de eodem calceamento: ἐς τὼ κοθόρνω τὼ πόδ' ἐνθείς. *Bergl.* ὑφέλκομαι. Verti *induo.* Id enim significat. Etsi proprie sit *attraho.* Latini eo verbo non vtuntur hac notione, sed sane dicunt *detrahere calceos* pro *exuere.* Suetonius, alii. *Faber.* Perperam membr. ἐφέλκομαι: peius alter ἀφειλόμην. *Brunck.*

---

placeat, haud magni interest; nam Graecis hominibus haec scribuntur. *Faber.* Obserua elisionem vocalis longae ante breuem; ἤδ' enim pro ἤδη est. Nec audiendum puto Fabrum, qui legit: — ὅτε δ' ἤδη 'κεῖνο — peccat enim contra legem metri. *Bergl.* f. ὅτε δ' ἐζήτουν ἐκεῖνο. *Reisk.*

f) Perperam codd. et B. Iunta κοπραῖος. *Brunck.*

343. *ἐν καθαρῷ g)*. Id eſt, ſi proprie quis vertere velit, *in loco puro*, *(ab hominibus* ſcilicet:) ſiue, in loco, ubi nullus eſt homo, qui nos cacantes videat. Hunc enim loci huius eſſe ſenſum, clare patet ex verſu ſtatim ſequente 32:. *οὐ γάρ με νῦν χέζοντά γ' οὐδεὶς ὄψεται.* Faber igitur minus recte locum hunc ſic vertit: *Sed vbi quis in libero et aperto loco cacaverit?* Nam contra illi, qui aluum exoneraturi ſunt, quaerere ſolent loca ſecreta et minus aperta: vnde *ἀποπατεῖν* id Graeci vocant; quaſi dicas, *a via* vel *ſemite ſecedere. Kuſt.* *ἐν καθαρῷ*, in loco *puro* ab hominibus. Horatius Epiſt. II. 271. Purae ſunt plateae, nihil vt meditantibus obſtet. Significandi vim explicat Apollonius III. 1201. *ἀλλ' ὅτε δὴ ἴδε χῶρον, ὅτις πάτου ἔκτοθεν ἦεν ἀνθρώπων, καθαρῇσιν ὑπεύδιος εἰαμενῇσιν.* inde *ἀποπατεῖν*, quia aluum exoneraturi loca ſecreta quaerere ſolent. *Brunck.*

344. (321.) *ἔστιν ἐν καλῷ.* Idem eſt, ac ſi dixiſſet, *καλόν ἐστι*: i. e. *opportunum, honeſtum, non indecorum eſt.* Ea enim interdum eſt apud Atticos vis huius phraſeos. *Kuſt.* In Theſm. 299. *ποῦ ποῦ καθίζωμ' ἐν καλῷ; Bergl.* eundem locum laudat *Brunck.*

346. *ὅτι γέρων ὢν ἠγόμην γυναῖκα.* In Theſm. 420. *δέσποινα γὰρ γέροντι νυμφίῳ γυνή* ex Euripide. *Bergl.*

351. (328.) *νὴ τὸν Δί', αὐτὸς δῆτ' ἐκεῖνος.* Perperam vulgo haec verba Blepyro tribuuntur: alteri viro continuantur in membr. recte. Sic Myſis in Terentii Andr. IV. 6, 6. Quem video? eſtne hic Crito ſobrinus Chryſidis? is eſt. Eun. III. 4. 7. Sed quisnam a Thaïde exit? is eſt, annon eſt? ipſus eſt. *Brunck.*

352. *τουτό σοι.* Ita edd. priſtinae. Nupera (K.) *τοι* pro *σοι*. *Bergl.* *τὸ πυῤῥόν.* Eſt quidem veſtis color, ſed iſte putat aliud eſſe; nempe vt infra 1056. *αὐτοῦ τι δρῶντα πυῤῥὸν ὄψει μ' αὐτίκα ὑπὸ τοῦ δέους. Videbis me cacare,* inquit. *Bergl.* His ſignificatur co-

g) Sane *ἐν καθαρῷ* et *ἐν καλῷ* idem ſunt: hoc poſtremum in noſtro idiomate vſurpatur, *il fait beau*, etc. *Faber.* Contendunt quid ſit *ἐν καθαρῷ.* Eſt *in loco puro a ſtercore,* in quo ſi quis pedem ponat, non inquinetur. *Reisk.*

lor muliebris pallae qua indutus eſt Blepyrus; quam priusquam diſcernat ille neſcio quis, Blepyrum quem rubentem conſpicit, a Cineſia cinaedo concacatum fuiſſe arbitratur. *Brunck.*

353. *Κινησίας σου κατατετίληκεν.* Alludit ad πυῤῥίχην *Κινησίου*, de qua in Ran. 153. et quia idem iſte κατατετίληκε τῶν Ἑκαταίων. V. ad Ran. 369. *Bergl.* πόθεν; vt infra 391. (412.) *Bergl.* Vltima huius verſus vox Blepyro vulgo tribuitur, ſic ſcripta, πόθεν; pro morata negatione, de qua vide not. ad Ran. 1455. Sed hic illa locum non habet, quum ſequatur abſoluta negatio οὐκ. *Brunck.*

355. *τὸ κροκώτιον.* Crocotam et crocotulam retinuit inter veſtes muliebres noſtra Gallia, *cotte.* Crediderim tamen κροκώτιον, ſeu *crocotulam*, melius vocari veſtem, ſeu, ſi liceat dicere, cycladem interiorem, *une juppe de deſſous.* Sed ii, quibus res veſtiaria cordi eſt, viderint. Sane κροκώτιον et χιτώνιον idem ſunt: infra enim huic noſtro Blepyro dicit Chremes: τὸ τῆς γυναικὸς ἀμπέχει χιτώνιον. Ceterum verſui ſuperiori remedium faciendum eſt: legendum enim (quippe recto talo non ſtat) τὸ κροκώτιον ἀμπισχόμενος, ὃὐνεδύετο. Id eſt ὃ ἐνεδύετο. Ceterum Latinis nota etiam crocotula. Plautus in *Epidico* [II, 2, 47.]: *Caltulam aut crocotulam.* Etiam deſignauit Virgilius [Aen. IX, 614.]: *vobis picta croco et ſplendenti murice veſtis.* Quippe viros male viros alloquitur. *Faber* τὸ κροκωτίδιον. Sic omnino legendum, ne titubet verſus. Vulgo cum metri labe τὸ κροκώτιον. Mendoſius in vtroque cod. τὸ κροκώπιον. Lyſ. 47. τὰ κροκωτίδια, καὶ τὰ μύρα, καὶ περιβαρίδες. ὃὐνδύεται. Sic bini codd. recte. Iidem etiam v. 341. (364.) οὐγὼ 'φόρουν, pro ὃ ἐνδύεται, et ὃ ἐγώ. *Brunck.*

360. (357.) ἐκτετρύπηκε. ἐκτρυπᾶν eſt non per foramen exire, ſed clam exire quoquo modo id facias, ſeu per ianuam, ſeu per feneſtram, ſeu alia quauis ratione. Heſychius: ἐκτρυπῆσαι, ἐξελθεῖν λεληθότως. Eadem venuſtas in noſtro idiomate haeſit. Dicimus enim de iis, qui clam aufugerunt, *il a fait un trou*, etc. *Faber.* Faber vocem hanc recte expoſuit. Con-

trarium huic eſt *τὸ εἰςτρυπᾷν*, quod Suidas exponit, *παρειςέρχεσθαι*. *Kuſt.* cuius notam repetiit *Bergl.*

361. (338.) *ὅ*. Nemini vel mediocriter in his litteris trito dubium erit quin legendum ſit, *ᾧ*. Sic enim Attici potius, quam *ὅ*. *Faber*. Faber emendat *ᾧ*. At Nos nihil mutandum eſſe cenſemus. Nam *ὅ* hic poſitum eſt pro *διὸ*, *quare*. *Kuſt.* *ὅ* — Sic etiam bini codd. id eſt *δι' ὅ*. Fallitur Faber legendum cenſens *ᾧ h*). Vide quae notaui ad Eurip. Hecub. 13. et Phoeniſſ. 270. Apollonius I. 205. *ὃ καὶ μεταρίθμιος ἦς πᾶσιν ἀριστήεσσιν* — Similis ſententiae verſus eſt in Eurip. Medea 37. *δέδοικα δ' αὐτὴν, μήτι βουλεύσῃ νέον i*). Ad quem vide quae notaui. Saepe *νέον* ponitur eodem ſenſu quo *κακόν*. Sic Bac. 358. *κἀξαιτώμεθα ὑπέρ τε τούτου, καίπερ ὄντος ἀγρίου, ὑπέρ τε πόλεως, τὸν θεὸν, μηδὲν νέον δρᾷν*. *Brunck.*

362. *ταυτὰ* — *ἐμοὶ πέπονθας*. Euripides in Bacch. 189. *ταὐτά μοι πάσχεις ἄρα*. et in Cyclope 654. *ταυτὸν πεπόνθατ' ἄρ' ἐμοί*· *Bergl.*

363. *ᾗ ξύνειμ' ἐγώ*. Ita et mulier de viro ſupra 38. *ᾧ ξύνειμ' ἐγώ*. *Bergl.*

365. (342.) *κοὐ τοῦτο λυπεῖ μ'* — Subauditur *μόνον*, cuius frequens eſt ellipſis. *καὶ οὐ τοῦτο μόνον λυπεῖ με, ἀλλὰ καὶ* — Mox v. 308. (382.) plena phraſis eſt: *οὐδὲ τοῦτό με μόνον τὸ λυποῦν ἐστιν, ἀλλ'* — . *Brunck.* Si quis plura cupiat, adeundas eſſe Boſii Ellipſes per ſe intelligitur. De omiſſo *μόνον* vide praeterea Porſoniana apud Monkium ad Euripidis Hippolyt. 359.

367. Lego *οὐδ' ἐγώ γε τὰς ἐμάς*. Sed haec delicatiora ſunt et tenuiora. *Faber*. [quem cf. infra ad 582.] *οὐδ' ἄρ' ἔγωγε τὰς ἐμάς*. [Sic enim ed. Br.] Vulgo *οὐδ' ἐγὼ γὰρ τὰς ἐμάς*. *Brunck*. Recte vulg. reuocauit Invern. V. Reiſig. I. p. VII. *οὐδ' ἔγωγε τὰς ἐμάς*. Elmsl. ad Acharnenſ. 127. pag. 118.

---

h) Fallitur etiam Valcken. ad Phoeniſſ. 157.

i) Eundem locum citat *Bergl.*

368. *Λακωνικάς.* Atqui ſupra 315. dicebat *τὰς ἐμβάδας ζητῶν.* Diſtinguuntur autem haec duo clare in Veſpis 1152. *ἄγε νῦν, ἀποδύου τὰς καταράτους ἐμβάδας, ταςδὶ δ' ἀνύσας ὑποδύθι τὰς Λακωνικάς.* *Bergl.*

369. (346.) *ἱέμην.* Sic Regius alter optime. Vulgo *ἵμαι*, quod triplici ex cauſa mendoſum eſt. Prima, quia non conſtat temporum ratio: *ὡς ἔτυχον χεζητιῶν, ἵεμαι.* Sed hoc vtcunque defendi poſſet, quia in narrationibus ſolent tempora variari. Secunda, quia praeſens *ἵεμαι* orationem ſoloecam reddit, ſequente *ἵνα* cum optatiuo, quod ſic nonniſi praeteriti temporis verbo ſubiungi poteſt. Sed hoc negant etiam homines quidam, qui lexicon aliquod deuorarunt, et ideo ſe graece doctiſſimos eſſe autumant. Denique quod nullum colorem recipit, hoc eſt: *ἵεμαι* metrum peſſundat. Prima huius verbi ſemper breuis eſt, niſi in temporibus quae augentur in quibus *ι* vi augmenti producitur. Sic Equit. 625.:

εὐθὺς γὰρ αὐτοῦ κατόπιν ἐνθένδ' ἱέμην.

Hac occaſione ſimilem mendam, quam imprudens in Euripidis Bac. reliqui, tollam. Ibi v. 618. tetrameter eſt trochaicus, qui vt rectis incedat pedibus, ſic legendus eſt:

ἵετο, ξίφος κελαινὸν ἁρπάσας, δόμων ἔσω.

Male in mea editione, vt in ceteris, legitur *ἵεται.* *Brunck.*

370. *φανή.* Sic *χλαῖναν φανήν* in Acharn. 845. *Bergl.*

372. *γνώμην γ' ἐμήν.* Scholia: *κατὰ τὴν ἐμὴν γνώμην καὶ οἴησιν.* In Pace 232. *ἐξιέναι γνώμην ἐμὴν μέλλει.* *Bergl.* V. Phrynich. in Bekker. Anecd. I, 32, 25.

373. (350.) Perperam hic verſus alteri viro vulgo tribuitur. In altero R. *ὅσον κᾄμ' εἰδέναι.* *Brunck.*

374. *ἱμονιάν k).* Citat Suidas v. *ἱμονιάν.* *Kuſter.*

375. *εἰς ἐκκλησίαν.* Vulgo inſeritur articulus invito metro: eum neuter agnoſcit codd. *Brunck.*

---

k) Quia *longum. Bergl.* Latini non habent, quo hoc exprimant. Galli *αὐτότατα* dicunt, *je croi que vous ** des cordes. Faber.*

577. (354.) *νυνὶ δέ μου.* Metri gratia lege *νῦν δέ μου.* *Kuſt.* cuius notam repetiit *Bergl.* *νῦν δ' ἐμοῦ l*). Vulgo ſyllaba extra numerum excurrente, *νυνὶ δέ μου.* In altero R. eſt *νῦν.* Sic etiam a prima manu ſcriptum fuerat in membr. vbi poſt *νῦν* in vocum exigua intercapedine *ὶ* poſtmodo additum, et accentus ſuper *ῦ* litura inductus. Sed mendae, quales ſunt iſtae duae poſtremae, codicum non exſpectant opem. *Brunck.*

578. *ἀχράς.* Citat Suidas v. *ἀχράς.* [Bekker. Anecd. I. 475, 10.] *Kuſt.* Pira ſylueſtria, *ἀχράδες*, ventrem adſtringunt, *τὴν γαστέρα ἐπέχουσι.* *Faber.* Ex Scholiis: *ἐπέχει δὲ τὴν γαστέρα ἡ ἀχράς.* *Bergl.* *ἐγκλείσασ' ἔχει.* In Auib. 1082. *τὰς περιστεράς θ' ὁμοίως ξυλλαβὼν εἴρξας ἔχει.* In iſtis locis poteſt quidem per *continere* exponi verbum *ἔχειν·* ſed quandoque non poteſt, vt v. g. in iſto Sophoclis in Electra 592. *τοὺς δὲ πρόσθεν εὐσεβεῖς κἀξ εὐσεβῶν βλαστόντας ἐκβαλοῦσ' ἔχεις.* *Bergl.*

579. *Θρασύβουλος.* Huius Thraſybuli hiſtoria in Schol. *m*) legitur. Pollicitus fuerat ſe Lacedaemoniis contradicturum; donis dein corruptus, finxit ſe achradas eſitaſſe, atque adeo irritatis faucibus loqui haud poſſe. *Faber.* V. Schneider. in Add. ad Xenoph. Hellen. p. 104.

582. Leg. *ὅ,τι ἂν φάγω,* quodcunque ederim; non hoc piro tantum, ſed quouis cibo, laborat ſenex. *Hotib.*

584. *βεβαλάνωκε.* In Scholiis: *βάλανος τὸ εἰς τὸν μοχλὸν σιδήριον.* Comicus in Veſp. 200. *καὶ τὴν βάλανον ἔμβαλλε πάλιν εἰς τὸν μοχλόν.* *Bergl.*

585. (362.) *ἄνθρωπος Ἀχραδούσιος* idem valet quod v. 317. *ὁ κοπρεαῖος.* Finxit autem a praecedenti *ἀχρὰς* gentile nomen, quaſi a pago aliquo Attico. Ita *Bergerus*, haud improbabiliter. Pro vero tamen nomine hoc habet Stephanus, quem vide in *Ἀχραδοῦς.* Saepe iocum petit e pagorum nominibus Comicus. Vide not. ad Ran. 426. [et ad Av. 1126.] *Brunck.* Prima in *ἀχρὰς* corripitur, et corripi etiam debet in deriua-

---

l) Sic enim Brunck. pro ſuo encliticarum odio. V. Bekker. ad Theognid. p. 59.

m) cuius verba appoſuit *Bergl.*

to Ἀχραδούσιος. Vix credo licentiam hic obtinere poſſe, quae in nominibus propriis conceditur: proinde ſcribendum cenſuerim:

νῦν μὲν γὰρ οὗτος βεβαλάνωκε τὴν θύραν,
ὅστις ποτ' ἔστ' ἄνθρωπος, ὡχραδούσιος.

ordine ſic inſtituendo: νῦν μὲν γὰρ οὗτος ὁ Ἀχραδούσιος, ὅστις ποτ' ἔστ' ἄνθρωπος, βεβαλάνωκε τὴν θύραν. *Idem* in Supplem.

386. τίς ἂν οὖν. Ita editiones priſtinae Ald. et Farrei: atque ſic ſi ſcribas, conſtabit metrum. In Nupera (K.) itidemque Baſil. et Genev. omiſſum οὖν *n*). *Bergl.* μετέλθοι. Vide ad Pacem v. 278. *Idem.*

387. καταπρώκτων. Sane hic contra quam Scholiaſtae videtur καταπρώκτους accipio pro draucis, non autem pro pathicis. Vt ita ſentiam me impellit rei quae agenda eſt ratio: quippe opus eſt aliquo qui immiſſo clyſtere ventrem aperiat et deducat; quamobrem καταπρώκτους vocauit hic pharmacopolas; et tamen aliud intelligit. Comparatio autem drauci cum eiusmodi hominibus non abſona eſt. Notum illud *heſternae occurrere coenae*: vt et quod in *Priapeiis* legitur: *Ad me reſpice fur, et aeſtimato Quot pondo tibi mentula cacanda eſt.* Ceterum τέχνην καταπρώκτων in gemino ſenſu. *Faber.* τίς τῶν κατὰ πρωκτὸν δεινός ἐστι τὴν τέχνην. Sic diſtincte et perſpicue ſcriptum in altero R. In membr. τῶν κατὰ πρωκτῶν mendoſe. At mendoſius in impreſſis τῶν καταπρώκτων, quod ſenſu prorſus caret. Huius loci emendationem tentauit Toupius, quem non fruſtra lector adiuerit ad Suidam III. 511. [T. II. 373. Oxon.] licet eruditiſſimi viri coniecturam *o*) non receperim, cui praeſtat codicis lectio. οἱ κατὰ πρωκτὸν ſunt ii, qui circa partem illam occupantur, qui in ea operam ſuam ponunt, ſicque non

---

n) Hinc οὖν e coniectura reſtituerunt *Reisk.* et *Faber*, qui etiam τίς νῦν coniicit.

o) *eleganter* ſe conieciſſe ait τίς τὴν κατάπρωκτον δεινός ἐστι τὴν τέχνην. Eodem ſermonis vitio in Platon. Legg. p. 28. Aſt. olim legebatur τὴν ναυτικὴν τὴν ἐπιστήμην, et ſimilia hic illic librariorum culpa.

minus quam medici, innui poſſunt drauci, qua in ambignitate conſiſtit iocus. *Brunck.* At hoc περὶ πρ. dicendum fuiſſet. Vulgatam ſcripturam ſimili κατάπυγος recte defendit Reiſig. I. p. XI.

588. *Ἀμύνων.* Scholia: ῥήτωρ ἡταιρηκὼς, οὐκ ἰατρὸς Ἀμύνων. *Bergl.*

589. Verſum hunc et quatuor ſequentes adducit Suidas v. πρωκτός. *Kuſt.* Ἀντισθένη p). Sic alter Reg. vt Suidas in χεζητιάων. Vulgo *Ἀντισθένην*. *Brunck.* πάσῃ τέχνῃ. In Theſm. 70. *Ἀγάθωνά μοι δεῦρ' ἐκκάλεσον πάσῃ τέχνῃ. Bergl.*

590. (567.) οὗτος γὰρ ἀνήρ. Sic bini codd. et Suidas cum impreſſis. Scribi poſſet οὗτος γὰρ ὡνήρ, quod Toupius [l. c.] voluiſſe videtur. Sed ἀνὴρ ſic, vel comite, vel abſente pronomine, ſine articulo tam ſaepe apud Comicum occurrit, vt vix dubitem, quin id tulerit familiaris Atticorum ſermo q). Porro *notandum illud* στεναγμάτων r), *quo feſtiue adluſit Comicus ad* τὸ στενὸν τοῦ πρωκτοῦ. Verba ſunt Toupii loco modo laudato. *Brunck.*

592. ὦ πότνι' *Εἰλείθυια* s). Claudicat hic verſus, eodemque modo emendandus eſt, ac Lyſ. 742. ὦ πότνια *Εἰλείθυι'* [ſic.] — *Brunck.* in Supplem. Satis inindocte. Porſon. in Cenſura Ariſtophanis Brunckiani p. 577. poſt Hemſterhuſ. Plut. ed. Schaef. (ſiue Muſ. crit. Cantabr. V. p. 124.), ſi quid mutandum ſit, corrigit

---

p) Cf. Brunck. ad Sophocl. Oed. Col. 375. et. V. D. in Claſſical Iournal. Nr. V. p. 67. Falli videntur qui, praeſertim diſſentientibus libris, formas in ην praeferunt. In Aeſchyli S. c. Theb. 45., vbi vnice verum eſt *Ἄρη τ'*, errorem olim, duce Porſono, commiſſum Blomfieldius nuper repetiit ad Agamemnon. p. 299. In verſu apud Quintilianum T. I. p. 428. Spald. dubito de κισσοκράτην, quod ſcribi voluit Buttmannus in Gr. Gr. T. I. p. 122.

q) Aſſentitur Wolf. ad Demoſth. Leptin. p. 263. Sed vide Reiſig. I. p. 182., qui recte ἀνήρ.

r) στεναγμάτων. Quia nimirum inter cacandum difficulter egerat. *Bergl.*

s) Terent. [Andr. III. 1, 15.] *Iuno Lucina fer opem, obſecro. Faber.*

ἀλλ' ὦ πότνι' Εἰ. ſed ne hoc quidem opus. Imitatur Ariſtophanes orationem tragicam, quod recte animadvertit Reiſig. I. p. 102.

ibid. *μή με περιΐδῃς διαῤῥαγέντα.* *Ne ſiueris vt disruptus ſim. Ne permiſeris: haec adſpiciens, ne patiaris, vt* etc. Vide ad Pacem v. 10. *Bergl.*

393. (370.) *μηδὲ βεβαλανωμένον.* Iſtud *μηδὲ* iungi non debet cum *βεβαλ.*, ſed cum *περιΐδῃς*, idque *ἀπὸ κοινοῦ*, vt Grammatici dicunt. *Faber.* Suidas vocem hanc exponit, *ὑπὸ τῆς κόπρου κατεχόμενον.* Eum vide v. *βεβαλανωμένον* [et Zonar. I. 385.]. *Kuſter.*

397. (374.) Vulgo legitur *τὸ τῆς γυναικὸς δ' ἀμπέχει χιτώνιον.* In membr. *τὸ τῆς γυναικὸς ἀμπέχῃ τριβώνιον;* Paulo melius alter *τί τ. γ. ἀμπέχει τριβώνιον;* Deſideratur particula connexiua *δέ,* quam alieno loco poſitam exhibent impreſſi. Legendum:

τί δὲ τῆς γυναικὸς ἀμπέχει τὸ χιτώνιον.

Primariae editt. etiam *τριβώνιον* habent perperam. *χιτώνιον,* etſi nulla, quod ſciam, veteris codicis auctoritate, bene repoſitum. *Brunck.* Recte vulgo hic locus legitur: mirabundus haec dicit Chremes. Vid. Reiſig. I. p. XII.

400. (377.) *νὴ Δί'.* Perperam vulgo *νὴ τὸν Δί'.* Articulum verſus recipere grauatur, eumque eieciſſet quilibet editor, niſi fungus aut ſtipes fuiſſet: eum neuter agnoſcit codicum. *Brunck.* Diſtinguendae perſonae ſic: *Chremes. νὴ τὸν Δία. Blepyrus. ὄρθριον μὲν οὖν. Chremes. καὶ δῆτα. Reisk.*

401. *ἡ μίλτος.* Is mos legitur in Scholiis; videlicet, fune, qui rubrica tinctus eſſet, ciues e foro ad concionem propellebantur. *Faber.* In Acharn. 22. *σχοινίον τὸ μεμιλτωμένον.* vbi vide Notam. *Bergl.*

403. (380.) *τὸ τριώβολον.* Sic bini codd. et editio B. Iuntae. Perperam in aliis omiſſus eſt articulus. *Brunck.* *εἶ γάρ.* Ita recte Aldina; aliae *εἰ γάρ.* *Bergl.*

404. *ἀλλ' ὕστερος νῦν ἦλθον.* Supra ad v. 292. *Bergl.* In Iuntina a. 1525. et cod. Rauenn. pro *νῦν* ſcriptum eſt *νὴ Δί',* ex quo veram ſcripturam *ἀλλ' ὕστερος ἦλθον, νὴ Δί',* reſtituit Reiſig. I. p. XVI.

405. Vulgo legitur perquam abſurde:

ὥστ' αἰσχύνομαι
μὰ τὸν Δί' οὐδέν' ἄλλον ἢ t) τὸν θύλακον.

Quod profecto miror editores concoxiſſe. In vtroque cod. ſcriptum: οὐδὲν ἄλλο ἢ — Ex vi ſententiae repoſui: ἔχων μὰ Δί' οὐδὲν ἄλλο γ', ἢ τὸν θύλακον. *Brunck.*

407. (384.) Vulgo legitur mendoſiſſime ex neſcio cuius interpolatione:

ὅσος οὐδέποτ' ἦλθεν ἀθρόως ἐς τὴν Πνύκα v).

Verſum non male emendauerat Daweſius x), cuius criſin plane confirmant bini codd. In altero ſcriptum, vt edidimus:

ὅσος οὐδεπώποτ' ἦλθ' ἀθρόος ἐς τὴν Πνύκα.

Sic etiam eſt in membranis, niſi quod pro ἦλθ' plene ſcriptum eſt ἦλθεν, repugnante metro. In primariis vero editt. verſus ſic legitur:

ὅσος οὐδεπώποτ' ἦλθεν ἀθρόως ἐς τὴν Πνύκα.

Vides ex indole linguae poſitum nomen adiectiuum ἀθρόος, quod male in aduerbium ἀθρόως mutatum fuerat. In mendoſa interpolatoris lectione prima illius aduerbii producitur, licet iuxta artis praeſcriptum apud Comicum non aliter vſpiam occurrat, quam prima correpta. Denique οὐδέποτε cum futuro tantum conſtruitur y); nusquam apud Comicum cum praete-

---

t) Faber vertit quaſi eſſet: οὐδὲν ἄλλο γ' ἤ. Alias vertendum: *Nemo eſt coram quo magis erubeſcam, quam coram ſacco farinario.* Nempe quia vacuus iam erit, poſtquam non accepi mercedem comitialem, vnde farinam eram emturus. ἀπὸ γὰρ τοῦ μισθαρίου νῦν ἄλφιτα ἔχειν δεῖ, vt ait iudicum chorus in concionem iturus, in Veſp. 299. ad quem cum ibi puerorum grex dixiſſet: *Quid ſi non exerceatur hodie iudicium?* Tunc ille ad ſaccum farinarium ſermonem conuertens, dicit: ἀνόητον ἄρα σ', ὦ θυλάκιόν, γ' εἶχον ἄγαλμα. *Bergl.*

v) Πνύκα. Ita nunc omnes quas vidi; nulla Πύκνα. *Bergl.* Inuern., haud dubie e cod. Rauenn., Πύκνα. Vid. ad 244.

x) Miſc. p. 199. (364. Kidd.) vbi legit ὅσος οὐδεπώποτ' ἦλθ' ἀθρόως ἐς τὴν Πνύκα eodemque modo Bentl. ap. Kiddium. Daweſio aſſentitur Pierſon. ad Herodian. p. 461.

y) Errat: οὐδέποτε recte etiam praeterito iungitur. Vide Wolf. ad Demoſthen. Leptin. p. 313. Ex Ariſtophane ſatis eſt attuliſſe Av. 956. οὐδέποτ' ἤλπισα. quem Brunck., vt ſolet propter regulas ſuas, corrupit. Cf. etiam Porſon. ad Eurip. p. 406. b. ed. Lipſ.

rito reperitur, quod obferuauimus ad Thesm. 52. Cum praeterito adhibetur οὐδεπώποτε, vt vides hic a Comico factum fuiſſe. Nec aliter alii ſcriptores ſolent. Quae pauca afferuntur e ſolutae orationis ſcriptoribus contraria loca, aut editorum libidinem aut malam librariorum manum experta ſunt, et a peritiore manu facilem emendationem exſpectant. In Xenophontis Hellenicis edit. Stephani p. 562. lin. vlt. [VII. 1, 34.] vbi vulgo legitur: *εἶχε γὰρ λέγειν καὶ ὅτι μόνοι τῶν Ἑλλήνων βασιλεῖ συνεμάχοντο ἐν Πλαταιαῖς, καὶ ὅτι ὕστερον οὐδέπωτε στρατεύσαιντο ἐπὶ βασιλέα* — in Regio codice, ad quem nuper amiciſſimi Valckenarii, ſeu potius, vt in votis eſt, literatorum omnium in gratiam, praeſtantiſſimum illud opus contuli, ſcriptum eſt οὐδεπώποτε. Hinc liquet ſinceram eam eſſe lectionem Theocriti verſus in Pharmaceutria 157. quam repoſueram:

νῦν δέ τε δωδεκαταῖος ἀφ᾽ ὧτέ νιν οὐδὲ ποτεῖδον.

Quod alii praeferunt οὐδέποκ᾽ εἶδον deprauatum mihi videtur. Reperientur in poetis loca pauciſſima, ubi metri neceſſitas huic regulae vim intulit, quod iam olim obſeruauit Phrynichus laudatus Pierſono ad Excerpta ex Herodiano p. 461. z). In Stratonis Epigramm. XXI. μηπώποτε poſitum eſt pro μήποτε. *Brunck.*

408. (385.) *καὶ δῆτα πάντες.* Fortaſſe corrigi debet, *πάντας σκυτοτόμοις εἰκάζομεν* etc. Editt. quaedam ᾐκάζομεν, quod Atticum erit. Ceterum quos hic σκυτοτόμους putabat, mulieres erant, quae, vt coriarii, obſcuro lumine vtebantur. *Faber.* *πάντας σκυτοτόμοις ᾐκάζομεν.* Sic locum hunc emendauimus, non ſolum auctoritate Suidae v. *σκυτοτόμος*, ſed quia etiam ſenſus lectionem hanc poſtulat. Priores enim editt. habent, *πάντες σκυτοτόμοι εἰκάζομεν:* quod Faber recte etiam corruptum eſſe vidit, et locum hunc ita, vt diximus, corrigendum eſſe monuit. *Kuſt.*, cuius notam repetens *Bergl.* haec addit: „Vertendum itaque ad verbum: *Et ſane cunctos ſutoribus aſſimilabamus, cum eos videremus.* Dicit autem hoc, quia ſutores albi eſſent; vtpote qui ſole non infuſcantur; ſed *totos*

---

z) nunc editus in Bekkeri Anecd. T. I. p. 53. De metri neceſſitate nihil in Grammatici verbis legitur.

dies domi ſedent, et ſub vmbra opus facerent: ἐπεὶ ἐν σκιᾷ καθεζόμενοι ἐργάζονται, inquit Scholiaſtes. Mulieres etiam plerumque candidiores eſſe viris, in iis locis, vbi non ſunt omnes nigri, docent oculi.“ — καὶ δῆτα πάντας σκυτοτόμοις ἠκάζομεν. Sic iam ex Kuſteri ſententia excuſum fuit in nouiſſima Bataua [Bergl.]. Priores editt. vt codd. habent καὶ δῆτα πάντες σκυτοτόμοι ἠκάζομεν — *Brunck.* Sutoribus mulieres comparatas dicit ob pallorem, quem illi contrahunt, indignum eum viris liberalibus, quos palaeſtricus decet color. Scholiaſtes: ἐπεὶ ἐν σκιᾷ καθεζόμενοι ἐργάζονται, τοῦτο ἔφη. Quorum vtrumque et in mulieres cadit. *Hotib.* Cenſor editionis Inuern., quem ſupra p. 638. laudaui, nihil offenſus vitio metrico, corrigit: πάντες σκυτοτόμοις ἠκάζομεθ'. Nam de viris Athenienſibus, non de mulieribus, haec intelligenda eſſe, veriſimile fieri e verſu 432. (455.) vbi τὸ σκυτοτομικὸν πλῆθος. Recte ſenſum perſpexit, ſed ἠκάζομεν non debebat mutare. Quae de ſutoribus narrat Scholiaſtes ridicula ſunt. Sutorum gregem quis dicat λευκοπληθῆ?

409. οὐ γὰρ ἀλλά. Ne quis male in his literis ſubactus fallatur, οὐ γὰρ ἀλλὰ non quod videtur ſignificat: ſed, *enimuero, nam alioqui*, etc. Caeterum mira elegantia in his verbis eſt, et quae niſi eruditis haud adpareat: οὐ γὰρ ἀλλ' ὑπερφυῶς ὡς λευκοπληθὴς ἦν ἰδεῖν ἡ'κκλησία. *Faber.*

410. (387.) λευκοπληθής. Ob album nempe colorem mulierum. Illae enim cum in vmbra et ſub tecto maximam vitae partem exigant, faciem ſolent habere magis albam minusque fuſcam, quam viri. Non aliam huius loci interpretationem quaerendam puto. *Kuſter.* Cur λευκοπληθὴς videbatur Concio? Nempe quia erat γυναικοπληθής vt loquitur Aeſchylus in Perſis 122. γυναικοπληθὴς ὅμιλος· *plena mulierum caterua.* et Eurip. in Alceſt. 951. ξύλλογοι γυναικοπληθεῖς *coetus frequentes mulierum.* Iſti vero putabant illud examen mulierum eſſe ἀρσενοπληθῆ ἑσμόν, vt loquitur Aeſchylus in Suppl. 50. *Bergl.*

414. (391.) ἀλεκτρυών. Articulus abeſſe non po-

teſt: ſcriptum omnino oportuit ὠλεκτρυών. *Brunck.* in Supplem.

415. *a*) Hic verſus et ſequens facete traducti ſunt ex Aeſchyli Myrmidonibus [apud Schol.], in quibus erat:

Ἀντίλοχ', ἀποίμωξόν με τοῦ τεθνηκότος
τὸν ζῶντα μᾶλλον.

Nec dubito quin verſus clauſula τἀμὰ γὰρ διοίχεται ex Aeſchylo etiam ſit: capitalibus itidem literis excudi debuerat. *Brunck.* Cf. Porſon. ad Eurip. p. 457. Lipſ. — ἀποίμωξον. Vide Suidam v. ἀποίμωξον. *Kuſter.*

416. τἀμὰ γὰρ διοίχεται. Recte Schol.: ἀντὶ τοῦ ἀπόλωλα. Vt ſit τὰ ἐμὰ pro ἐγώ. Euripides Androm. 234. ὡς δὴ σὺ σώφρων, τἀμὰ δ' οὐχὶ σώφρονα. *Bergl.*

417. (394.) χρῆμ' ὄχλου. Pro ὄχλος: gemma eſt et emblema vermiculatum. Alibi apud noſtrum [Lyſ. 83.], καλὸν χρῆμα τιτθίων: *bellae papillae.* χρῆμα νυκτῶν ὅσον, *quantae noctes*, alibi *b*); ita et apud Xenophontem ſaepe, apud Herodotum et Aelianum. Plautus in Amphitr. [II. 2, 1.]: *Satin parua res eſt voluptatum in vita. Faber.*

418. ἐν ὥρᾳ. In Veſpis 242. Κλέων ὁ κηδεμὼν ἡμῖν ἐφεῖτ' ἐν ὥρᾳ ἥκειν. *Bergl.*

421. Νεοκλείδης. Supra v. 254. *Idem.* παρείρπυσεν. Schol. παρείρπυσεν, ὡς ἐπὶ ὄφεως· ego autem ὡς περὶ γέροντος, et ſanius multo. Senilis ingreſſus, reptare, Plauto, Terentio etc. exempla congerere ſuperſedeo. *Faber.*

422. πόσον δοκεῖς. Hoc non interrogatiuum, ſed admiratiuum eſt. Ita et ἐν Νεφέλαις. κἀκ τῶν σιδίων βατράχους ἐποίει, πῶς δοκεῖς! ὅπως δ' ἐκείνω τὼ λόγω, etc.

---

a) *Ἀντίλοχε.* Venuſtas Latine ſeruari non poteſt. Eſt autem parodia ex Aeſchylo: en tibi: *Ἀντίλοχ'* etc. Quorum verſuum haec ſententia eſt: *Antiloche luge me viuentem impenſius, quam eum qui mortuus eſt.* Quamobrem nec Latine, nec etiam Graece, quod audaculum forte videatur, iuſta parodia eſt, quippe in qua partium relatio non ſeruetur. *Faber.* Aeſchylea etiam *Bergl.* affert.

b) Nub. v. 2. quem locum *Bergl.* laudat.

quem locum non eſt aſſecutus Friſchlinus. Scholiaſtes ad eum locum: *εἶτα τὸ, πῶς δοκεῖς, θαυμάζων προφέρεται καθ' ἑαυτόν. Faber.* Vide ad Nubes 879. *Bergl.* Vide not. ad Pl. 742. *Brunck.*

423. (400.) *ὡς δεινὰ τολμᾷν* — Sic alter Reg. vulgo *οὐ δεινὰ* — In membr. nec *οὐ*, nec *ὡς* comparet. *Brunck.* *οὐ* recte reuocat Reiſig. I. p. 300., comparans Veſp. 417. *ταῦτα δῆτ' οὐ δεινά;*

424. *καὶ ταῦτα περὶ σωτηρίας προκειμένου.* Qui haec non intelligebant, legerunt, *προκειμένης*, ſed irato Apolline. Senſus manifeſtus eſt: *Cum praeſertim de ſalute reipublicae ageretur.* Mitto dicere ſenſum nullum ſatis commodum elici poſſe ex illa ficta lectione. *Faber.*

425. *ὡς αὐτός.* Legi, vt legi debet, *ὅς*, non *ὡς αὐτὸς* etc. Caeterum huius Neoclidis hiſtoriam in *Pluto* legere eſt. *Faber.* Legendum *ὡς*, vt recte monet Faber. Ceterum in hanc ſententiam Aeſchines contra Timarchum [p. 55. Reisk.]: *τὸν γὰρ τὴν ἰδίαν οἰκίαν κακῶς οἰκήσαντα, καὶ τὰ κοινὰ τῆς πόλεως παραπλησίως ἡγήσατο διαθήσειν, καὶ οὐκ ἐδόκει οἷόν τ' εἶναι τῷ νομοθέτῃ τὸν αὐτὸν ἄνθρωπον ἰδίᾳ μὲν εἶναι πονηρὸν, δημοσίᾳ δὲ χρηστόν. οὐδ' ᾤετο δεῖν ὁ νομοθέτης τὸν ῥήτορα ἥκειν ἐπὶ τὸ βῆμα, τῶν λόγων ἐπιμεληθέντα πρότερον ἢ τοῦ βίου. Bergl.* *ὅς αὐτὸς* — Sic bene vterque cod. Mendoſe vulgo *ὡς*. *Brunck.*

427. (404.) Euripides Oreſt. 550.: *Τί χρῆν με δρᾶσαι;* Vel hunc vel ſimilem locum alicuius tragici tangi puto. *Hotib.* *σκόροδ' ὁμοῦ τρίψαντ' ὀπῷ* etc. Similiter Eubulus Comicus apud Athenaeum II. p. 66. *κόκκον λαβοῦσα Κνίδιον, ἢ τοῦ πεπέριος, τρίψασ' ὁμοῦ σμύρνῃ διάπαττε τὴν ὁδόν.* Ceterum Neoclidis oculos non mitioribus medicamentis curaſſe fingitur Aeſculapius in Pluto 718. *Bergl.*

428. *τιθύμαλλον* c). *Reiskius* vult *τιθυμάλλου.*

---

c) *Tithymallum generis Laconici.* Satis bene et lepide Scholia contra pharmacopolas noſtros: *εἰώθασι δὲ οἱ ἰατροὶ καὶ ἐκ πατρίδος ὑπ' ἀλαζονείας τὰς βοτάνας ὀνομάζειν:* quo loco

429. τὰ βλέφαρα. Metri fulciendi gratia fcribendum eft, τὰ βλέφαρά γε. Vide etiam Suidam v. γλάμων, vbi locus hic adducitur. *Kufter.*

433. Vertit T. Faber, *Ipfe enim negabat fe pallium habere.* Vnde liquet eum legiffe, quomodo et citat Dawefius h. l. μέντ' οὐ 'φασκεν. At vero fi hoc voluiffet poeta, dixiffet, οὐκ ἔφασκεν. Vocalis enim initialis nunquam eliditur ob οὐ praecedentem. Deinde omni fenfu caret ifta lectio. Legendum igitur, μέντοι 'φασκεν. *Acceffit nudus, vt plerisque videbatur, quamuis ipfe contrarium affirmaret.* Aldus recte quo ad fenfum exhibet μεντ' οὔφασκεν. *Porfon.* apud Kidd. ad Dawes. p. 583. Narratur Euaeon in medium prodiiffe nudus, vti vifus effet plerisque: ipfe tamen, iam non conuenit negabat, fed aiebat fefe effe indutum vefte. hoc enim eft ἔχειν ἱμάτιον, quemadmodum in aliis locis apud Porfonem in Aduerfar. p. 286. Etenim tam lacerata veftis erat tamque difciffa, vt cutem non obtegeret: iccirco caeteri eum putabant nudum effe, ipfe vero fe vti amictu affirmabat. Hoc eft illud ridiculi. Ergo nullus hic locus eft particulae οὐ, fed verbi μέντοι ἔφασκεν tantummodo. *Reifig.* fyntagmate critico de conftructione trium carminum Ariftoph. (Ienae 1818.) p. 21., qui ibid. p. 26. monet crafin fic faciendam fuiffe: μέντοὔφασκεν. Eodem modo Elmsl. ad Acharn. 611. Praefat. ad Oedip. Tyr. p. 8. V. D. in Claffical Iournal. Nr. III. p. 508. et his omnibus prior V. D. in Monthly Review Sept. 1789. p. 249. et Febr. 1796. p. 131., quem indicauit Maltby ad Morell. Lexic. profod. p. 580.

434. (411.) Verfum hunc, et decem fequentes, citat Suidas v. τετραστατήρου. *Kuft.*

435. ὁρᾶτε μέν με δεόμενον σωτηρίας. Euripid. in Heraclid. 11. σώζω τάδ', αὐτὸς δεόμενος σωτηρίας. *Bergl.*

436. τετραστατήρου. Vide Pollucem IX. 58. qui ad h. l. Comici noftri refpexit. *Kuft.* Per falutem, quae

---

ἀλαζονεία impoftura verti debet. *Faber.* Digna haec habuit quae repeteret *Bergl.*

tanta pecunia conſtet, ſine dubio veſtes bonas intelligit. *Bergl.* V. Boeckh. Staatsh. d. Athen. I. p. 116.

438. (415.) Citat Suidas v. κναφεύς. *Kuſt.* οἱ κναφῆς. Perperam codd. κναφεῖς neglecto dialecti idiotiſſimo. Sed monui ad Pl. 166. ſcribendum eſſe οἱ γναφῆς. *Brunck.* Errat: recte ſcribitur κναφῆς. Vide Reiſig. I. p. 108.

439. ἥλιος τράπῃ. Scribendum, ἥλιος τραπῇ *d*) quemadmodum aliis ſcriptoribus ἥλιος τρέπεσθαι dicitur, non τρέπειν. *Faber.*

440. Suidas v. κναφεὺς ſic habet: πλευρῖτις ἂν ὑμῶν οὐδένα βλάψοι ποτέ. Item tamen v. τετραστατήρου etiam legit, οὐδέν' ἂν λάβοι ποτέ. Quare nihil hic mutandum. *Küſter.*

443. (420.) σκυλοδεψῶν *e*). Veſtium et κῳδίων interpolatores. Ita malui vertere quam *coriarios*, cum id ratio ſuadeat, et σκῦλον etiam ἔνδυμα ſit. Emenda Heſychium, Σκυλοδέψιος, etc. leg. σκυλοδέψης, etc. Nam σκυλοδέψιος Graecum non eſt. Ita βυρσοδέψης, ῥινοδέψης, σκυτοδέψης, etc. Suidas autem meo iudicio ridiculus eſt, qui hoc explicat, ἐπὶ τῶν μὴ δυναμένων λαθεῖν. Hominem vide. *Faber.* ἐς τὸ σκυλοδεψῶν. Subintellige, οἶκον, vel δῶμα: quae Ellipſis, vt conſtat, Atticis eſt frequentiſſima. Sic ſupra in *Nubib.* 961. ἐς κιθαριστοῦ, *in domum citihariſtae:* 969. ἐν παιδατρίβου. 999. εἰς ὀρχηστρίδος. In *Thesm.* 802. καταδαρθῶμεν ἐν ἀλλοτρίων. Theophraſt. in *Charact.* cap. [19.] περὶ δυσχερείας: εἰς ὀρνιθοσκόπου τῆς μητρὸς ἐξελθούσης. Lucian. in *Sympoſ.* p. 644. ed. Amſt. [T. III. p. 455. R.] ἐν γειτόνων οἴκων: vt plurima alia loca hic omittam. *Kuſt.* Repetiit haec ex parte *Bergl.*

ibid. ἢν δ' ἀποκλίνῃ τῇ θύρᾳ. Locus hic ſine dubio corruptus eſt. Multa coniicio; quid eorum ve-

---

d) Intellige de ſolſtitio hyberno. *Kuſt.* Intelligendum de ſolſtitio autumnali. Male autem omnes edd. quas vidi, habent τράπῃ pro τραπῇ. *Bergl.*

e) Ita ed. nupera. Aldina vero et Iuntina κυλοδεψῶν vitioſe. Farrei et Brub. σκυτοδεψῶν. *Bergl.*

rum ſit, vide: ἢν δ' ἀποκλείῃ τῆς θύρας, vel ἀποκλείῃ τὴν θύραν, vel ἢν δ' ἀποκλείηθ' ἡ θύρα. Vel, quod probo magis, ἢν δ' ἀποκλείῃ τις θύραν. Nam ſequitur ὀφειλέτω. Si quidem ſenſus pateretur, explicari poſſet, ἢν δ' ἀποκλίνῃ τῇ θύρᾳ. *Si quis eos ad ianuam cubare iubeat.* Sed etc. *Faber.* Recte quidem locum hunc corruptum eſſe vidit acutiſſimus Faber, ſed fruſtra emendare conatus eſt. Nam coniecturae et ſuſpiciones, quas affert, ne ipſi quidem ſatisfacere videntur. Nos nulli dubitamus, quin leuiſſima mutatione reponendum ſit, ἢν δ' ἐπικλίνηθ' ἡ θύρα, i. e. *ſi claudatur ianua:* vel ἢν δ' ἐπικλίνῃ τὴν θύραν, *ſi quis claudat ianuam;* quod proxime accedet ad lectionem Suidae v. ἀλφιταμοιβοὺς, vbi legitur, ἢν δ' ἀποκλίνῃ τὴν θύραν. Idem tamen v. τετραστατήρου, eundem locum citans, cum vulgatis editt. Ariſtophanis habet, ἢν δ' ἀποκλίνῃ τῇ θύρᾳ. Non videntur autem intellexiſſe librarii phraſin illam ἐπικλίνειν τὴν θύραν, quae apud Graecos ſignificat, *claudere ianuam:* vt clare teſtatur Pollux X. 25. Contrarium huic eſt τὸ ἀνακλῖναι τὴν θύραν, quod *ianuam aperire* ſignificat. Pollux loco laudato: τῷ ἀνοῖξαι (τὴν θύραν) ταυτόν ἐστι τὸ ἀνακλῖναι, ἀνεῖναι, ἐκπετάσαι. Suidas: ἀνακλῖναι. ἀνοῖξαι. Ὅμηρος. Idem v. ἐπισπαστῆρες: τῶν θυρῶν τὰ προςηλωμένα σιδήρια, δι' ὧν ἀνακλίνεται καὶ ἐπιτίθεται ἡ πύλη. Notandum eſt, τῷ ἀνακλίνεσθαι hic opponi τὸ ἐπιτίθεσθαι, quod idem ſignificat ac ἐπικλίνεσθαι, i. e. *claudi:* quo ſenſu vox iſta manifeſte capitur in notiſſimo illo hemiſtichio: θύρας ἐπίθεσθε βεβήλοις: *claudite ianuas profanis:* ne ſcilicet templa et loca ſacra intrarent. Vulgo quidem apud Lucianum de *Sacrific.* ſub finem [T. I. p. 537.], et alios ſcriptores, qui hemiſtichium illud citant, legitur, θύρας ἐπίθεσθε βέβηλοι, pro βεβήλοις: ſed nullo ſenſu. Nam non ipſi profani ianuas claudebant, ſed illis ianuae templorum ab aliis occludebantur, ne ſcilicet ſacris intereſſe poſſent. Quare apud Lucianum dicto loco pro βέβηλοι elegantiſſimus Graeuius ex cod. Ms. recte repoſuit βεβήλοις. Sed haec obiter. Pro ἐπιθεῖναι τὴν θύραν, Graeci interdum etiam dicunt, προςθεῖναι τὴν θύραν. Phraſis occurrit apud Laertium [II. 105.] in *Phaedone:* ἀλλὰ τὸ θύριον προςτιθεὶς μετεῖχε Σωκράτους: qui locus a Magno

Casaubono, tanquam mendosus immerito sollicitatur. Nam contra τὸ θύριον προστιθεὶς ibi est phrasis singularis elegantiae, significans, *cum clausisset ostiolum:* vt recte locum illum interpretatur doctissimus Kuhnius, vir literarum Graecarum peritia nulli suo tempore secundus. Certe Pollux loco ante dicto, vbi de vocibus et phrasibus ad *ianuam* pertinentibus agit, inter reliqua verba, quae *claudendi* significationem habent, expresse etiam ponit τὸ προςθεῖναι τὴν θύραν· quod hic monere non abs re visum fuit, quia id a modo laudato Kuhnio praetermissum videbam. *Kust.* ee).

ἢν δ' ἐπικλίνῃ τὴν θύραν. Sic omnino legendum, vt Kusterus vidit, quod ad membran. mendosam scripturam proxime accedit. Est in illis, vt apud Suidam in ἀλφιταμοιβοὺς, ἢν δ' ἀποκλίνῃ τὴν θύραν. Proprium est in hac re verbum ἐπικλίνειν, oppositum τῷ ἀνακλίνειν. In altero Regio scriptum: ἐς τὸν σκυλοδεψόν. ἢν δ' ἀποκλίνῃ τῆς θύρας. In Comici vero editionibus mendosissime legitur, vt et apud Suidam in τετραστατήρου, ἢν δ' ἀποκλίνῃ τῇ θύρᾳ f). Pronum esset emendare ad alterius Regii scripturam, ἢν δ' ἀποκλείσῃ τῆς θύρας. Sic Lys. 423. ὑπὸ τῶν γυναικῶν ἀποκέκλεισμαι τῶν πυλῶν. Aeschylus Prom. 675. ἐξήλασέν με κἀπέκλεισε δωμάτων. Sed probabilior et praestantior est altera lectio. *Brunck.* Scribi etiam potuit, ἢν δ' ἀποκλείσῃ τῇ θύρᾳ g), vt in Solonis lege apud Lysiam, p. 359. [Reisk.] ὅστις δὲ ἀπείλλῃ τῇ θύρᾳ, et in Vesp. 775. h) οὐδείς σ' ἀποκλείσει Θεσμοθέτης τῇ κιγκλίδι. Sed quod dedimus probabilius est. *Idem* in Suppl.

445. Locus hic adducitur a Suida v. ἀντεχειροτόνησε. *Kuster.*

447. Citat Suidas v. ἀλφιταμοιβούς. *Kuster.*

448. (425.) ἢ κλάειν μακρά. Editio Farrei: ἢ κλάειν μακράν. vtrumque vsitatum. *Bergl.*

---

ee) Cum extrema notae Kusteri parte cf. Wessel. Lectio de Aristobulo p. 129 sq. quem haec Kusteri fugisse videntur.

f) Sic etiam Rauenn. et MS. Monacens. ap. Reisig. I. p. XI.

g) Similiter Abresch. Lectt. Aristaenet. lib. II. p. 270.: ἢν δ' ἀποκλείῃ τῇ θύρᾳ, merito probante Reisigio l. l.

h) Eundem locum attulerat Abreschius l. l.

449. *Ναυσικύδους.* Scholiaftes ait hunc fuiffe *ἀλφιταμοιβὸν* ex quorundam fententia; quod verum puto. Nam idem patet ex Xenophonte Apomn. II. p. 440. [7, 6.] vbi eum ex *ἀλφιτοποιΐαις* diuitem effe factum fcribit: *εἶτ' οὐκ οἶσθ' ὅτι ἀφ' ἑνὸς μὲν τούτων ἀλφιτοποιΐας Ναυσικύδης οὐ μόνον ἑαυτόν τε καὶ τοὺς οἰκέτας τρέφει, ἀλλὰ καὶ πρὸς τούτοις καὶ ὗς πολλὰς καὶ βοῦς, καὶ περιποιεῖται τοσαῦτα, ὥς καὶ τῇ πόλει πολλάκις λειτουργεῖν.* *Bergl.* Xenophonteum locum citauit etiam *Brunck.*

450. *εὐπρεπής.* *Γυναικόφωνος, ἁπαλὸς, εὐπρεπὴς ἰδεῖν,* vt in Thesm. 198. loquitur. Erat autem Praxagora, vxor iftius Blepyri. *Bergl.* In altero R. *εὐτρεπής.* Nomina haec faepiffime commutari, tironibus notum. Sic etiam *πρέπω* et *τρέπω.* Scripferat Euripides in Danae [fr. 2.]:

φεῦ· τοῖσι γενναίοισιν ὡς ἁπανταχοῦ
πρέπει χαρακτὴρ χρηστὸς εἰς εὐψυχίαν.

Sic in Stobaei cod. MS. In Musgrauii editione et in Grotii Florileg. legitur *τρέπει.* *Brunck.*

451. *Νικίᾳ i).* Non turbare aliquem debet hic locus, vt inducatur credere, Nicia duce illo celebri adolefcente hanc fabulam actam fuiffe. Nam plures eo nomine fuerunt Niciae; et hic, de quo loquitur Ariftophanes, fuit, vt puto, Niciae illius ducis, qui in Sicilia periit, ex Nicerato filio nepos *k*); qui Niceratus fub XXX. Tyrannis occifus eft: de quo loquitur Lyfias in oratione *περὶ τῆς δημεύσεως τοῦ Νικίου ἀδελφοῦ,* de quo etiam mentionem fecit Aelianus lib. IV. c. 23. et tempus bene concordat. Nam de Nicia, vt de adolefcente imberbi loquitur, cuius pater ante duodecim, aut circiter, annos Archonte Pythodoro perierat. At ille Nicerati filius, de quo Lifias loquitur, erat adhuc infans, et pofitus eft fuper genua Paufaniae. Poterat igitur tempore huius didafcaliae natus effe fexdecim

i) Intellige Niciam illum, clade fua nobilem. Fuit enim fimpliciffimis moribus, et *εἰρηνικώτατος.* *Faber.*

k) Non eft ille Nicias, de quo in Equitibus, quique in Sicilia periit, fed alius iunior. *Bergl.* Nicias, cuius hic mentio, diuerfus eft a nobili expeditionis Siculae duce, huius forte nepos, vt cenfet Palmerius. *Brunck.*

aut ſeptendecim annos, et imberbis eſſe, vt mulier. *Palmer.*

452. *κἀπεχείρησε l) λέγειν.* Xenophon V. [6, 34.] Exp. Cyri: *ὁ δὲ Σιλανὸς ἐβόα, καὶ ἐπεχείρει λέγειν ὡς δίκαιον εἴη ἀπιέναι τὸν βουλόμενον. Bergl.*

454. (431.) *εἶτ' ἐθορύβησαν, — ὡς εὖ λέγοι.* Xenophon V. [1, 3.] Exp. Cyri: *ταῦτ' ἀκούσαντες οἱ στρατιῶται ἀνεθορύβησαν ὡς εὖ λέγοι. Bergl.*

460. *μή πω τοῦτ' ἔρῃ m):* Ne adhuc me iſtud roges. Cur adhuc? Malim equidem *μή που. Hotib.*

463. (440.) *τίς δὲ τοῦτ' ἄλλως λέγει;* Sic codd. et primariae editt. Perperam in recentioribus *ἄλλος. Brunck.*

464. *νουβυστικόν.* Id eſt *νοῦ βεβυσμένον*, *ſapientia refertum.* Vide ad Veſp. 1285. *Bergl.*

465. (442.) *κοὐχὶ τἀπόῤῥητ' —* Legebatur in impreſſis *κοὔτ' ἀπόῤῥητ'* labante verſu. Fabri *n)* emendatio *κοὔτε τἀπόῤῥητ'* recepta fuit in nouiſſima Batauа: huic patrocinantur membr. in quibus ad eum modum perſpicue ſcriptum, *κοὔτε τἀπόῤῥητ'.* Sed mendoſa eſt ea lectio, abſolute poſito *οὔτε*, ſine relatione ad alterum vel *οὔτε*, vel *τε*, vel *καί.* In altero R. ſcriptum *καί γε o) τἀπόῤῥητ' —* Ob oculos procul dubio habebat librarius *κοὔ γε*, quod locum tueri poſſet: ſed longe melius eſt quod dedimus ex Daweſii [p. 308. (546.

---

l) *κἀπεχείρησεν.* Sic bini codd. Claudicat vulgo metrum ob omiſſionem *ν* paragogici. *Brunck.*

m) *ἔρου, interroga. Reisk.*

n) *κοὔτ' ἀπόῤῥητ' ἔφη.* Ex myſteriis, quae in honorem Cereris et Proſerpinae a mulieribus celebrabantur. Ceterum emendandus hic verſus. Lege, *κοὔτε τ' ἀπόῤῥητ' ἔφη.* Illud, *τ' ἀπ.* longum erit, *ἐκ* [ſcripſit opinor *vt. Dawes.* l. l.] *τ' ἀγαθά. Faber.* cui aſſentitur *Bergl.* Verſus hic claudicat, vt recte vidit Faber: qui proinde eum ſic fulciendum cenſet, *κοὔτε τ' ἀπόῤῥητ'.* Sed et ita ſyllaba ei deerit. [Mirus error, notatus a Brunckio ad Nubes p. 344. ed. Lipſ.] Quare, vt verſus omnino *ἀρτίπους* fiat, ſcribendum erit, *κοὔτε τά γ' ἀπόῤῥητ'. Kuſter.*

o) Ineptam interpolationem notauit Reiſig. I. p. XI.

Kidd.)] emendatione. *Brunck.* κοὔτε τἀπόῤῥητ', iam Bentleio apud Kiddium l. l. probatum, confirmauit cod. Rauennas, et est vnice verum. Vide Reisig. I. p. 213.

466. ἐκ Θεσμοφύροιν. Bini codd. ἐκ Θεσμοφόρων. Bern. Iunta, ἐκ θεσμοφόρω. *Brunck.*

467. Veteres editt. cum codd. δουλεύοντε p). In permutatione literarum *BΔ*, quae hic casu et librarii oscitantia facta, iocum quaesiuit auctor nescio quis epigrammatis, cuius acumen praua scriptura obtusum est cum alibi, tum in Analectis nostris T. III. p. 169. q). Sic autem scribendum est:

Τοῦτο τὸ ΟΥΛΕΥΕΙΝ εἶχες πάλαι. ἀλλὰ τὸ Βῆτα
οὐκ ἐπιγιγνώσκω· Δέλτα γὰρ ἐγράφετο.

In eodem Comici versu libri omnes habent τοῦτο δρᾶν, bene. ταῦτα me imprudente et inuito irrepsit. *Brunck.*

471. μόνας μόναις γ', οὐ μαρτύρων ἐναντίων. [sic. voluit haud dubie ἐναντίον, vt certe edidit.] Sic cod. In Aldina μόνας μόναις οὐ μαρτύρων γ' ἐναντίον. In edit. Bern. Iuntae, μόνας μόναις γ' οὐ μαρτύρων γ' ἐναντίον. *Brunck.* Cum B. Iunta consentit Iuntina a. 1540. et recte hoc praetulit Reisig. I. p. 249.

472. ἀποφέρειν. Hoc loco nil aliud esse potest quam, ἀποδιδόναι. *Faber.*

474. (451.) μαρτύρων τ' ἐαντίον. μαρτύρων γ' ἐναντίον. *Reisk.* et sic tacite edidit Inuern., haud dubie e cod. Rauenn. γ' praetulit Reisig. I. p. 253.

476. ἄλλα τε πολλὰ κἀγαθά. Vulgo corrupto metro ἄλλα πολλά τε κἀγαθά. In cod. ἄλλα πολλὰ κἀγαθά, male omisso τε. *Brunck.*

478. (455.) ἐπιτρέπειν γε τὴν πόλιν αὐταῖς. Pessime vulgo ἐπιτρέπειν σε τὴν πόλιν ταύταις. Quod reposuimus γε est in codice. *Brunck.*

485. (462.) στένειν. Hic, vt etiam infra, per ἀστε-

---

p) βουλεύοντε. Ita ed. nupera. Caeterae δουλεύοντε *Bergl.*

q) Iacobs. Antholog. Palatin. T. II. p. 595. nr. 260. In iisdem verbis ludit anonymus ibid. p. 413. nr. 557.

νακτεὶ, intelligit ſtultam illam exclamationem, ſeu potius oſcitationem ſonoram, quae poſt ſomnum cum pandiculatione fieri ſolet. Schol. in *Ranas* pag. 255. [ad v. 954.] τὶ σκοοδινᾷ] οὕτως ἔλεγον τὸ παρὰ φύσιν τὰ μέλη ἐκτείνειν, σκορδινᾶσθαι· τινὲς δὲ, περὶ τοὺς ἐγειρομένους etc *Faber.* ἔτι πρᾶγμ' ἔστι μοι. Sic cod. Vulgo ἔτι πρᾶγμ' ἄρά μοι. *Brunck.* ἄρα recte reuocatum e cod. Rav.

487. (464.) ἀστενακτί. Sic cod. Perperam impreſſi ἀστενακτεί. Sincera eſt prior forma, vt ἀστακτί, ἀνοιμωκτί. De his aduerbiis in ὶ et εὶ legiſſe operae pretium erit quae notauit Valckenarius ad Theocrit. Sel. Idyll. p. 228. *Brunck.* Adde quae Hermannus ad Aiacem p. 150. attulit.

488. τοῖσιν ἡλίκοισι νῷν. Vid. Schaefer. ad Lamb. Bos. p. 479.

489. τῆς πόλεως τὰς ἡνίας. Similia comparat Boiſſonade ad Marinum p. 81. 147. Adde Equit. 1109.

490. πρὸς βίαν. Vide ad Ranas 1029. *Bergl.*

491. κινεῖν, et verſu abhinc altero κινῇς habent cod. et primariae editt. Huic verbo ſuffectum a neſcio quo recentiore editore alterum eiusdem poteſtatis βινεῖν βινῇς, absque vlla neceſſitate. *Brunck.* Editio Farrei κινεῖν, quod in eadem ſignificatione ſaepe vſurpatur. *Bergl.*

492. (467.) Hic verſus et ſequens non erant in codice e quo deſcripta fuit haec fabula in Aldina officina: proinde deſunt in editione principe. Qui alium melioremque codicem nactus fuerat B. Iunta, vt ex infinitis lectionibus, Aldinis longe praeſtantioribus, colligere eſt, binos verſus in ſuum locum repoſuit. Inde recepti fuerunt in Baſileenſem Cratandri, in vtramque Venetam, porro in Pariſinam Wecheli. Iam mirare Kuſteri ſocordiam; ſic ille ad hunc locum: *In edit. Pariſ. et aliis quibusdam ſequentes duo στίχοι inſerti leguntur: — Sed duo illi verſus in duabus antiquiſſ. editt. Aldina et Florent. non reperiuntur, quarum auctoritas potior apud nos fuit, quam aliarum editt. recentiorum.* Vides vere me alicubi in his no-

tis dixiſſe, Kuſterum de optima editione Bern. Iuntae ne fando quidem audiuiſſe. Saltem Cratandrianam, aut Venetarum alterutram ad hunc locum conſuluiſſet, vnde didiciſſet hos verſus in Pariſina Wecheli officina non cuſos fuiſſe. Sed hoc negligentiae eſt: iſtud autem ſtoliditatis, non perſenſiſſe nullam eſſe ſententiarum connexionem, ſi, ſublatis his verſibus, Chremis quaeſtioni *ἢν δὲ μὴ δυνώμεθα;* reſpondeat Blepyrus, *τὸ πρὸς βίαν δεινότατον.* Spreta Kuſteri criſi binos illos verſus in textu reſtitui voluit Berglerus *r*), inſertique ſunt in nouiſſima Bataua, vncis incluſi, quod neſcio an ex Bergleri ſententia factum fuerit: hoc ſolum ſcio, ſigna illa, quae *νοθείας* ſuſpicionem iniiciunt, inepte fuiſſe poſita. Sunt autem duo illi verſus in Reg. cod. ſcripti, vt eos exhibui ne vna mutata litera. Perperam in edit. Bern. Iuntae excuſum *δώσουσιν — ἀριστᾶ — κινεῖς.* Perſonas abſurde Faber, et poſt eum Berglerus, diſtinxerat *s*). *Brunck.*

493. (468.) *δρᾶ ταῦτ' ἵν' ἀριστᾶτε καὶ βινεῖς ἅμα.* [ſic enim vulgo.] Legendum, *δρᾷ ταῦθ', ἵν' ἀριστᾷς τε καὶ βινῇς ἅμα.* [aſſentitur *Bergl.*] In contextu Graeco perſonam Chremetis ſtatue ante initium huius verſus *τὸ πρὸς* etc. *Faber.*

496. *λόγος τέ τοι* etc. Pia haec ſententia, de ſtultis Athenienſium conſiliis, ope deorum bene cadentibus, exſtat in Nubibus etiam v. 588. *φασὶ γὰρ δυςβουλίαν τῇδε τῇ πόλει προσεῖναι, ταῦτα μέντοι τοὺς θεοὺς ἅττ' ἂν ὑμεῖς ἐξαμάρτητ', ἐπὶ τὸ βέλτιον τρέπειν.* In hanc ſententiam et Eupolis apud Athenaeum X. p. 425. *ὦ πόλις, ὡς εὐτυχὴς εἶ μᾶλλον ἢ καλῶς φρονεῖς.* *Bergl.*

497. (472.) *ὅσ' ἂν ἀνόητα καὶ μῶρα βουλευσώμε-*

---

r) qui haec adſcripſit: „Ceterum poſt hunc verſum duos verſus inſeruimus, qui habentur in ed. Veneta Farrei, et in Iunt., et Brubach. Paris. atque aliis quibusdam; in ed. autem, quae noſtram proxime anteceſſit, ſunt omiſſi, quia in ed. Ald. et Florent. non reperiantur. Diſtinxi autem perſonas ſecundum verſionem Fabri; qui etiam hos verſus agnouit et vertit.“

s) Perſonas ſic diſtinxerant: *Χρ. ἢν δὲ μὴ — δώσουσιν. Βλ. σὺ δέ γε — ἅμα. Χρ. τὸ πρὸς βίαν — ὑγίαινε.*

θα t). Lege ob verſus rationem, *ὅσ' ἂν ἀνόητα μῶρα τε βουλευσώμεθα*. *Faber*. quae repetiit *Bergl*. Ad illuſtrationem loci huius non parum faciunt ea, quae notat Scholiaſtes Comici noſtri ad *Nubes* v. 857. Vide etiam Suid. v. *γεραίτερος*, vbi hic ipſe locus adducitur. Caeterum verſus huius metrum, quod claudicat, recte in integrum reſtituit Faber. *Kuſt*.

ἀνόηθ' ὅσ' ἂν καὶ μῶρα βουλευσώμεθα. Sic optime cod. In impreſſis prorſus *ἀμέτρως* legitur, *ὅσ' ἂν ἀνόητα καὶ μῶρα βουλευσώμεθα*. Eandem ſententiam vide Nub. 587. et Suidam in *Ἀθηναίων δυσβουλία*, vbi qui laudatur Eupolidis verſus, eſt ex fragmento quod protulimus ad Ran. 733. *Brunck*. Ad veram ſcripturam *ὅσ' ἂν ἀνόητ' ἢ μῶρα* — ducit cod. Rauennas. Monuit Reiſig. I. p. X.

498. Nub. 594. *ἐπὶ τὸ βέλτιον τὸ πρᾶγμα τῇ πόλει ξυνοίσεται*. *Bergl*.

501 — 527. Variis modis hunc locum corruperunt Critici, quorum notas deinceps apponam.

501 — 4. Videri poſſint hi verſus reſpondere ſibi tanquam ſtropha et antiſtropha; ſed quid tunc faciemus quatuor illis, qui ſequuntur? Satius igitur eſt, haec omnia proodum ſtatuere, et reliqua demum cantionis ſtrophica. *Hotib*.

ἆρ' ἐστὶ τῶν ἀνδρῶν τις, ἡμῖν ὅστις ἐπακολουθεῖ;
στρ. α'.
ἔμβα, στρέφου, χώρει, σκόπει,
φύλαττε σαυτὴν ἀσφαλῶς (πολλοὶ γὰρ οἱ πανοῦργοι.)
ἀντιστρ. α'.
μή πού τις ἐκ τοὔπισθεν ὢν τὸ σχῆμα καταφυλάξῃ,
ἡμῖν δ' ἂν αἰσχύνην φέροι,
πάσαισι παρὰ τοῖς ἀνδράσιν τὸ πρᾶγμα τοῦτ' ἐλεγχθέν·
πρὸς ταῦτα συστέλλου σεαυτὴν *στρ. β'.*

---

t) *ὅσα μῶρα 'κἀνόητα βουλευσαίμεθ' ἄν*. *Reisk*. Ferendamne putas talem *ταυτολογίαν* in Ariſtophane? Mihi non ſic videtur, cumque librarius Rauennas procul dubio aut exararit aut certe inuenerit, quanquam nonnihil fortaſſe depravatum, hoc: *ὅσ' ἂν ἀνόητα μῶρα* vel *ἀνόητ' ἢ μῶρα*, repoſuerim equidem: *ὅσ' ἂν ἀνόητα μυρία βουλευσώμεθα* etc. *Hotibius*.

τῇδ' εὖ περισκοπουμένη
κἀκεῖσε καὶ τἀκδέξια,
10 μὴ ξυμφορὰ γενήσεται·
ἀλλ' ἐγκονῶμεν κ. τ. λ. vsque ad
16 κοὔ μή τις ὄψεθ' ἡμᾶς.
17 χἠμῶν τὸ πρᾶγμ' ἴσως κατείπῃ· ἀντιστρ. β'.
ἀλλ' εἶα, δεῦρ' ἐπὶ σκιᾶς
ἐλθοῦσα πρὸς τὸ τειχίον
παραβλέπουσα θατέρᾳ,
πάλιν μετασκεύαζε σαυτὴν αὖθις ἧπερ ἦσθα·
22 ἀλλ' ὡς μάλιστα τοῖν ποδοῖν μετ' οὐ κτύπου βάδιζε·
καὶ μὴ βράδυνε κ. τ. λ. vsque ad τὸ σχῆμα τοῦτ' ἔχουσαι.

V. 5. Ita MS. Rav. V. 8. Vulgo *καὶ περισκοπουμένη κἀκεῖσε καὶ τά γ' ἐκδεξιᾶς.* At Bentl. *εὖ περ* — mox Brunck. *καὶ τὰ τῇδε ἐκ δεξιῶν:* dein Faber *καὶ τἀκδέξια.* Vnde repoſui *τῇδ' εὖ περ* — *κἀκεῖσε καὶ τὰ 'κδέξια.* Et ſane *τῇδε* tuetur Theſm. 666. *καὶ τὰ τῇδε καὶ τὰ δεῦρο πάντ' ἀνασκόπει καλῶς.* Av. 424. *τὸ τῇδε καὶ τὸ κεῖσε καὶ τὸ δεῦρο.* Cf. quoque Oreſt. 1259. *ἐκεῖθεν ἐνθάδ' εἶτα πάλιν.* V. 10. Vocem *πρᾶγμα*, quae vulgo ſequitur *γενήσεται*, traieci ad v. 17. vbi Rav. comprobat *κατείπῃ* coniecturam Kuſteri. V. 22. Hic verſus vulgo ſedem habet poſt v. 5. ſic ſcriptus; exceptis *μετ' οὐ κτύπου:* quae erui ex *ἐπικτύπων.* De formula loquendi *οὐ κτύπος* pro *σιγὴ* vid. Valck. et Monk. ad Hipp. 196. *Burgeſſ.* in Claſſical Iournal. N. XXVIII. p. 226.

501. *ἔμβα.* Redeunt mulieres ex Concione. *Bergl.*

504. (481.) *φύλαττε σαυτήν.* Male cod. *φύλασσε σεαυτήν.* *Brunck.*

505. *τὸ σχῆμα καταφυλάξῃ.* In cod. verbum eſt ſimplex *φυλάξῃ,* omiſſa praepoſitione, quae ſolemnis librariorum culpa. *Brunck.*

506. *ἐπικτυπῶν βάδιζε.* Infra 544. *μιμουμένη σε, καὶ κτυποῦσα τοῖν ποδοῖν.* *Bergl.*

507. (484.) Vulgo legitur *ὑμῖν δ' αἰσχύνην φέροι,* ſoloeca phraſi, et corrupto metro. Verſus eſt dimeter iambicus, qui ſaltem in codice rectis incedit pedibus, *ἡμῖν δέ γ' αἰσχύνην φέρει.* Sed vera eſt lectio quam repoſui:

ἡμῖν δ' ἂν αἰσχύνην φέροι.
Omiſſa fuerat particula potentialis ἂν, quod centies ad minimum in his fabulis contigiſſe animaduertas. *Brunck.*

508. (485.) τοῖς ἀνδράσιν. Vulgo claudicat verſus propter omiſſionem ν paragogici. *Brunck.*

509 — 527. Haec ſtrophica eſſe, deletis, tanquam gloſſematibus, verbis τὸ πρᾶγμα 512. totoque verſu 514., proindeque probandum non eſſe Valckenarii commentum prolatum ad Eurip. Phoen. p. 96., dubium videri cuipiam hodie vix poteſt. Et de verbis quidem τὸ πρᾶγμα, ex prope antecedente loco traductis, qui dicam mihi ſcribat, neminem facile exorturum puto; ſed cur, inquies, recidendus verſus 514? Aio, non ſtrophae tantum rationi aduerſari hoc quicquid eſt verſiculi, ſed etiam, quod maius, ſententiam nobis falſam propinare: nam qui, quaeſo, vnus locus dici poteſt, vnde omnes hae mulieres ad concionem profectae fuerint, quae ex tota vrbe et ex agris confluxerant ad aedes Praxagorae? vid. 52, 55, 281. Imo locum, i. e. plateam, dicit chorus et domum, vbi haec habitat, dux ſua: nam illuc primum redeunt ſciſcitatum, quid porro faciendum ſit. Cf. 538 ſeqq. Iſta igitur ὅθεν περ ἡ στρατηγός etc. ad τόπον pariter atque οἰκίαν referri, cum neſcio quis non aduertiſſet, verba τοῦ τόπου ſtolida gloſſa ſeorſim declaranda ſibi ſumſit, quae poſtmodo vtcunque verſificata eſt. *Hotib.*

510. (487.) Hunc et ſeq. verſum ex praeclara Valckenarii emendatione, prolata ad Eurip. Phoen. p. 96. exhibui. Vulgo legitur numeris prorſus corruptis:

καὶ περισκοπουμένη κἀκεῖσε, καὶ τά γ' ἐκ δεξιᾶς.
μὴ ξυμφορὰ — ν)

At in codice ſcriptum:

ν) Nemo eſt qui non videat ἀνακολουθίαν hic eſſe, et ſuſpendi orationem. Quamobrem ex ſenſu et ordine partium verti, quaſi legeretur:

περισκόπει κινουμένη
τὰ 'κεῖσε καὶ τὰ 'κδεξιᾶς.

Quod quin eruditis placeat non diffido. *Faber.* καὶ περισκοποῦ πάντῃ (aut ταύτῃ aut τῇδε) κἀκεῖσε. *Reisk.*

περισκοπουμένη κἀκεῖσε καὶ τά τ' ἐκ δεξιῶν
μὴ ξυμφορὰ γένηται τὸ πρᾶγμα.

Inde praeeunte viro doctiſſimo edidi:

κύκλῳ περισκοπουμένη κἀκεῖσε, καὶ τὰ τῇδε
ἐκ δεξιῶν, μὴ ξυμφορὰ γενήσεται τὸ πρᾶγμα.

Optime *καὶ τὰ τῇδε* reſtitutum, reuocatis tribus quae aufugerant literis: nam primariae etiam editt. vt cod. habent *τα τ'* — non *τα γ'* — Sic Theſm. 666.

καὶ τὰ τῇδε καὶ τὰ δεῦρο πάντ' ἀνασκόπει καλῶς.

et Av. 423. *σὰ ταῦτα γὰρ δὴ πάντα, καὶ*
τὸ τῇδε, καὶ τὸ κεῖσε, καὶ
τὸ δεῦρο —

Quod autem ad illud *καὶ* attinet, quod initio verſus exhibent impreſſi, codex vero non agnoſcit, ex ipſa phraſi manifeſtum eſt inepti interpolatoris eſſe additamentum, vel potius e genuina voce deprauationem *x*). Si quid velis, quod ad illud propius accedat, pro *κύκλῳ*, repone ex Theſm. ſupra laudato verſu *καλῶς*, cuius euanida poſterior ſyllaba iſti *καὶ* ortum dare potuit. *Brunck.*

515. (489.) *ἡ στρατηγός*. Praxagora. Supra v. 246. *Bergl.*

518. Hoc verſu finitur ſtropha, ſententia quidem imperfecta, cuius rei plura exempla vide ſis ad Pac. 584 ſeqq. *Hotib.*

ibid. *πώγωνας ἐξηρτημένας*. Verti, *barbis aptas:* quod etiamſi barbare dictum cuidam videri poſſit, non eſt. Eadem ratione apud poetam, *ſtellis ardentibus aptum* (ſtellas *προσημμένας* habens) quod ipſum hic intelligi debet. *Faber.*

519. (493. K. 495. Br.) *κατόπτη*. Quaedam editt. *κατέπτη*. Sed neutra lectio ſana eſt. Puto ſcribendum eſſe, *κατείποι y*), i. e. *deferat, accuſet.* Vide The-

---

x) Nihil minus: excidit verbum, ad quod *καὶ* pertinet, quod etiam Reiſig. I. p. XI. extr. animaduertit. Sed de toto carmine dicam in animaduerſionibus.

y) Sic calami, opinor, lapſu ſcripſit, quum vellet *κατείπῃ*. — Hinc *Bergler.* „vt minus recedatur, praeſtat in coniunctiuo *κατείπῃ*." *Reiskius* „*κατείπῃ*. hoc aliquanto rectius quam Kuſteri *κατείποι*."

ſaur. Henr. Steph. [T. I. p. 1224.] in quo reperies κατειπεῖν τινος, cum genitiuo, pro, *aliquem deferre*, vel *accuſare*. Deinde, quae ſequuntur, ob verſus rationem ſic ſcribenda eſſe iudico, ἀλλὰ δεῦρ' ἐπὶ σκιᾶς γε. *Kuſt.* Peſſime vulgo e quatuor verſiculis, quorum primus dimeter eſt catalecticus, tres alii dimetri ſunt acatalecti, duas lineas fecerunt, nobisque pro verſibus obtruſerunt. Hic autem ſcriptura codicis haec eſt: χἠμῶν εἴσω κατέπτη. In Aldina excuſum χἠμᾶν ἴσως κατέπτη: in ed. B. Iuntae, χἠμῶν ἴσω κατέπτη. Quod ex Kuſteri coniectura in textum intulit Berglerus, χἠμῶν ἴσως κατείπῃ, ineptiſſimum eſt. Multo ſatius erat corruptam lectionem intactam relinquere, quam ſententiam tam abſurdam ingenioſo Comico affingere. Leuis menda cuiuis paulo acutius cernenti ſtatim in oculos incidit. Scribendum erat:

χἠμῶν ἔσω καταπτῇ.

et medium in noſtrum agmen inuolet z). *Brunck.*

520. (496. Br.) ἐπὶ σκιᾶς. Male cod. ἐπὶ σκιᾷ. ἐπὶ motum ad locum ſignificans cum genitiuo conſtruitur. *Brunck.*

521. τειχίον. Non temere poſitum. Quid ſit autem proprie, docet Heſych. τειχίον, Ἀττικοὶ τὸν περίβολον τοῖς χωρίοις etc. Ita in hac ſignificatione vox eſt Attica. *Faber.*

522. θἀτέρῳ. Elmsleius ad Acharn. 828. p. 128. θἀτέρᾳ.

523. (499. Br.) ἧπερ ἦσθα. Male cod. ὅπερ ἦσθα. *Brunck.*

526. (498. K. 502. Br.) σάκον. Σάκος apud Graecos interdum ſignificat, *barbam praegrandem* a): vn-

---

z) Errat. ἐς ante vocalem et ἔσω non dicunt Comici: vide quae ad Veſp. 152. dicentur. Kuſteri κατείπῃ confirmauit cod. Rauenn.

a) Idem monet *Faber.* Hinc Philoſophi ob magnas barbas dicuntur σακκογενειοτρόφοι in Epigrammate apud Athenaeum IV. p. 162. ὀφρυανασπασίδαι, ῥινεγκατατηξιγένειοι, Σακκογενειοτρόφοι, καὶ λοπαδαρπαγίδαι. Vide ſupra ad v. 71. *Bergl.*

de Epicrates olim dictus fuit σακεσφόρος; ob barbae nimirum prolixitatem: texte Scholiaste supra ad v. 71. fabulae huius, et Harpocrat. v. Ἐπικράτης. *Kuster.*

σάκον. Schol. τὸν πώγωνα λέγει. Inde petenda origo et ratio nominis σάκανδρος, quod significat τὸ τῆς γυναικὸς αἰδοῖον. Vide Lys. 824. Hinc intelligendum acumen in Frontonis Epigrammate, quod ante nos ediderant Oruillius ad Charit. p. 615. [p. 577. Lips.] et Hesychii praestantissimus interpres T. II. col. 1140. demumque post nos Toupius Cur. Nov. in Suidam p. 141. [T. III. p. 191. Oxon.].

Μέχρι τίνος πολεμεῖς μ', ὦ φίλτατε ΚΥΡΕ; τί ποιεῖς;
τὸν σὸν ΚΑΜΒΥΣΗΝ οὐκ ἐλεεῖς; λέγε μοι.
μὴ γίγνου ΜΗΔΟΣ. ΣΑΚΑΣ γὰρ ἔσῃ μετὰ μικρὸν,
καί σε ποιήσουσιν αἱ τρίχες ΑΣΤΥΑΓΗΝ.

Quidquid Toupio libeat, ita legendum est ad Vaticanarum membranarum fidem hoc carmen. πολεμεῖς με quam bene graece dicatur, abunde ostendit Oruillius. Quia in sequenti epigrammate scripsit Fronto ποιήσει σ' ὁ χρόνος ΜΙΣΟΥΜΕΝΟΝ, non inde inferri potest eum in alio carmine, diuerso tempore scripto, eadem forma vsum fuisse: καί σε ποιήσουσιν dant eaedem membranae, quod tam bonum est ac καὶ ποιήσουσίν σ'. Veteribus poëtis haud credo vitio daturum Toupium, quod formulas suas variauerint. Sumta sunt nomina propria illius carminis omnia ex Xenophontis Cyropaedia, et ad alium sensum deflexa. Μῆδος alludit ad τὸν μὴ δόντα, μὴ χαριζόμενον: nomen est gentile, cui gentile alterum opponi debet: est autem hoc Σάκας: frequens Sacarum seu Scytharum in illa historia mentio: barbari erant, horridi et inculti, barbam alentes. Eo respicit Fronto, non autem ad Sacam Astyagis pocillatorem, qui pulcher erat, Regique in deliciis. Σάκας ἔσῃ, *hispidus fies*, quod declarat sequens versiculus, καί σε ποιήσουσιν αἱ τρίχες Ἀστυάγην. Postremi nominis ratio explicata ad Lys. 152. Non aliud gentile nomen in Xenophontis historia reperire poterat, quod τῷ Μῆδος opponeret, et τὸ Σάκας adsumens, ad σάκος barbam manifesto respexit. *Brunck.*

527. Quaenam sunt istae αὗται? et quomodo πάλαι τὸ σχῆμα significet τὸ πάλαι σχῆμα, vestem solitam? Legendum esse arbitror:

καίτοι γ' ἀνῆκόν σοι πάλαι τὸ σχῆμα τοῦτ' ἐχούσῃ,
quamuis deceret te modo hic habitus cum eo vtereris. Legitur autem vulgo non ἥκουσιν, ſed ἥκουσι *b*). De verbo ἐχούσῃ fefellit librarios iotacismus, ſicut et 539. *Hotib*. Pro ἔχουσαι *Reisk*. vult ἀφελοῦσαι.

552. χάλα *c*) ἡνίας Λακωνικάς. Quod antea ἁπλῶς dixit Λακωνικάς. Ceterum lege χάλα τε, non χάλα. Notum eſt autem, in ſtylo grandiori, *vincla pedum* pro calceis ſumi: id quod et ὑπόδημα ſignificat. *Faber*.

537. (513. Br.) ὅθεν περ ἔλαβον, τἄλλα θ', ἃ 'ξηνεγκάμην. (corrige typothetae errorem ['ξενηγκ.]) Sic legendus eſt hic verſus. ὅθεν περ ἔλαβον eſt in cod. et in edit. B. Iuntae. In ea etiam, vt in Aldina, eſt ἃ 'ξηνέγκαμεν, actiua forma pro media male poſita: mendoſius in cod. ἃ ξυνέκαμεν. In recentioribus editt., neſcio quo corruptelae auctore, legitur:

ὅθεν παρέλαβον, τἄλλα θ', ἃ 'πηνέγκαμεν *d*).

Quod hic perperam fecerunt, vt περ in praepoſitionem mutatum ſequenti verbo iungerent, id fieri debet in Veſp. v. 1050. vbi pro εἴπερ ἐλαύνων legendum eſt εἰ παρελαύνων. Frequentes ſunt eiusmodi errores. *Brunck*.

538. Metrum vitioſum eſt: lege κεῖται δὴ πάνθ' ἅπερ εἶπας, σὸν δ' ἔργον νῦν τ' ἄλλα διδάσκειν. *Faber*. Hic et qui ſequuntur vsque ad actus finem verſus tetrametri ſunt anapaeſtici, quorum primus fractis pedibus incedebat, deficiente in priore colo ſyllaba: κεῖται δὴ πάνθ' ἅπερ εἶπας. Legendum ἤδη κεῖται πάνθ' ἅπερ εἶπας. Peius in cod. κεῖται δὲ — *Brunck*. Transpoſitione verborum nonniſi ſumma neceſſitate compulſi vtimur. Monuit paſſim Brunckius, et recte quidem,

---

b) ἥκουσιν ob metrum ſcribendum erat. Perperam vulgo ἥκουσι. *Brunck*.

c) ,,Temere Brunckius ne admonito quidem lectore, quod in Monacino quoque MS. repertum eſt χάλα, mutauit in χαλᾶτε." *Reiſig*. I. p. 238.

d) Lege ξυνενεγκάμην, vel ξυνενέγκαμεν. *Faber*. "Οθεν περ ἔλαβον et ἃ 'πηνεγκάμην aut potius ἃ 'ξηνεγκάμην, quod in lectione a Fabro in notis citata latet. *Reisk*.

praepositiones verbales temere vel addi vel omitti solere a librariis. Reponam igitur: κεῖται δὴ πανθ᾽, ἅπερ ἐξεῖπας. ἅπερ ἐξεῖπας, quae prolocuta es, quae edixisti. *Hotib.*

539. "Ο,τι σοὶ δρῶσαι ξύμφορον ἡμεῖς δόξομεν ὀρθῶς ὑπακούειν e). Quid facientes tibi vtile videamur nos alacriter obediturae. Quis tam obscuram, tam contortam, approbet sententiam? Legendum "Ο τι σοὶ δρώσῃ etc. Δρῶσα dicitur sola Praxagora, ἡ τὸ πρᾶγμα εὑροῦσα: ceterarum mulierum non tam est ipsas δρᾶν, quam ὀρθῶς ὑπακούειν. Sic passim scriptores, velut soli agere dicuntur actores primarii, qui alios viliores mercede conducebant. Vid. C. A. Boettigeri Prolusio de 4. aetatibus rei scenicae apud veteres, edita 1798. *Hotib.*

540. (512. K. 517. Br.) ξυμμίξασ᾽ οἶδα. Sic codex et edit. septem primariae. In Frobeniana primum, typothetae, vt videtur, errore, excusum fuit ξυμμίξας, masculino genere pro feminino. Suidas: Ξυμμίξασα; ξυντυχοῦσα, οὐδὲ μιᾷ γὰρ δεινοτέρᾳ σου ξυμμίξασα οἶδα γυναικί. Nec vlla vetere inspecta editione, nec Suida consulto, monuerat Faber f), ξυμμίξασ᾽ in feminino scribendum esse. At Kusterus nec Fabri, nec Suidae sui, nec veterum editionum vllam rationem habuit, et sicco pede mendam transiit. Sinceram scripturam scite reuocauit Berglerus, vt et eam restituendam esse monuerat Dawesius [M. p. 510. (547. Kidd.)] et Toupius [in Suid. T. I. p. 425.]. Nollem Th. Burgessium ea scripsisse quae in Dawesii emendationem adnotavit g). ξυμμίξας soloecismus est nullo exemplo defendendus. *Brunck.*

545. ξυμβούλοισιν ἁπάσαις ὑμῖν. Sic quidem libri omnes: vitium tamen est in hac lectione. Solutos

e) Ita recte Iuntina. Caeterae quas vidi ἐπακούειν. *Bergl.*

f) Mulier loquitur; quare lege συμμίξασ᾽ οἶδα. Et ita in quibusdam editionibus legitur. Lege etiam οὐκ οἶδα. *Faber.* Cf. Valcken. ad Herodot. II. 64.

g) f. συμμίξασ᾽. saepe tamen chorus mulierum de se in genere masculino loquitur. *Reisk.* Similia his Th. Burgessius.

pedes amare verſum anapaeſticum norunt tirones, vitaruntque poetae, quantum fieri potuit, caeſuram poſt ſecundum pedem. Scripſerat Comicus: ξυμβούλοισιν πάσαις ὑμῖν — *Brunck.* cui aſſentitur Porſonus Praef. ad Hecub. p. LXII. ed. Lipſ. ἁπάσαις iure defendunt Hermann. Elem. doctr. metr. p. 401. et Reiſig. I. p. 175., hic etiam Monac. libri auctoritate.

545. ὡς εὐηθικῶς. Haec verba recte viro continuantur in cod. *Brunck.*

546. περί του μοιχοῦ. Perperam vulgo περὶ τοῦ μοιχοῦ, diuerſo et perquam abſurdo ſenſu. *Brunck.*

550. (522. K.) οὐ δὴ τάλαιν' ἔγωγε *h*). οὐ δῆτα, τάλαν, ἔγωγε. aut ſaltim οὐ δῆτα, τάλαιν', ἔγωγε. *Reisk.*

πῶς οὖν ὄρθριον ᾤχου σὺ καὶ πῇ; Sic cod. optime. Tres vltimae voculae in vnam coaluerant in Aldino codice, niſi ipſius Aldi interpolatio eſt, σιωπῇ. In edit. B. Iuntae eſt ᾤχουσι πῇ — θοιμάτιον λαβοῦσά μοι. Sic libri omnes. At hic mallem λαβοῦσά μου [quod c. Rav. confirmat]. *Brunck.* Recte σιωπῇ e cod. Rav. reuocatnm. Vid. Reiſig. I. p. XII.

552. γυνή μέ τις — μετεπέμψατ' ὠδίνουσα. Alciphron. Epiſt. 28. Lib. I. ὠδίνουσά με ἀρτίως ἥκειν ὡς ἑαυτὴν ἡ τοῦ γείτονος μετέπεμψε γυνή. *Bergl.*

554. (531. Br.) τῆς λεχοῦς δ' ἦν φροντίσαι. Sic cod. Vim et venuſtatem habet iſtud ἦν quod mulier marito regerit. Vulgo τῆς λεχοῦς δ' οὐ φροντίσαι — cum interrogatione. *Brunck.* Vulgata ſcriptura recte e Rav. reuocata. V. Reiſig. I. p. XII.

556. Numeri innumeri. Reponas licet ἐνταυθί. *Hotib.* μὰ τὼ θεώ. Vide Nos ſupra ad 155. *Kuſter.*

558. μετῆλθε. Id eſt, *accerſitum venit.* Sic enim ſcribendum eſt pro μεθῆκε, quod omnes, quas vidi, editt. priores habent. *Kuſt.* μεθῆκε. *Accerſiit*, ſiue *accerſitum venit*, a μεθήκω· quod occurrit in Equit. 933. vbi vide Notam. Eſt etiam μεθῆκε a μεθίημι. vt

---

h) *Non quidem miſera ego.* Elegantia et venuſtas idiotiſmi Graeci. Latini non habent quo exprimant. *Faber.*

apud Synesium Epist. 4. μεθῆκεν οὖν ἐκ τῶν χειρῶν ὁ κυβερνήτης τὸ πηδάλιον· Sed istud est in tempore perfecto, alterum autem in imperfecto. Nempe μεθῆκον, *accersebam:* μεθῆκα, *dimisi. Bergl.*

560. (556. Br.) ἐπιλαβοῦσα. Me imprudente et invito menda haec e prioribus editionibus irrepsit. Nemo non videt legendum esse ἐπιβαλοῦσα i), quod in versione expressi. Sic etiam est in cod. vbi hic versus sic scriptus conspicitur:

ἀλλ' ἔμ' ἀποδύσασ' ἐπιβαλοῦσα τοῦ κύκλου.

In primariis editt. est ἐπιλαβοῦσα τοὔγκυκλον, sine copula, quae in recentioribus inserta fuit. Mulier sumta mariti veste, ei pallam suam reliquerat, qua indutus ille prodiit in scenam. Vide v. 331. Miror oeconomiam fabulae non melius perspectam fuisse Fabro, qui locum hunc inepte vertit. *Brunck.*

561. προκείμενον. Mortuum, νεκρόν. Schol. Pers. *Satyr.* III. *beatulus alto compositus lecto.* Virgilius [Aen. II, 644.] *At vos sic positum affati discedite corpus.* Locus quidam in eam rem est apud Lucian. *in Timone:* vt et de corona mortuorum. *Faber.* Verbum προκεῖσθαι de mortuo occurrit etiam in Av. 474. τὸν δὲ προκεῖσθαι πεμπταῖον. Res ipsa dicebatur πρόθεσις· latine collocatio. *Bergl.*

562. (534. K.) στεφανώσασ'. Mortui nimirum olim coronari solebant: de quo more vide praeter alios Meursium ad *Lycophron.* v. 799. *Kust.* Haec etiam ad mortuos pertinent. Corona et ampulla cum vnguentis. Infra 1024. ad vetulam sepulchro maturam: καὶ ταινίωσαι, καὶ παράθου τὰς ληκύθους. *Bergl.* Mortui coronabantur. Eurip. in Phoeniss. 1626. ὃς ἂν νεκρὸν τόνδ' ἢ καταστέφων ἁλῷ Ἢ γῇ καλύπτων, θάνατον ἀνταλλάξεται. *Idem.* Vitiosam MS. Monac. scripturam λύκηθον commemorat Reisig. I. p. 159.

564. ἵν' ἀλεαίνοιμι. Priores editt. corrupte habent ἵνα λεαίνοιμι: prout etiam legit vetus Scholiast., qui τὸ λεαίνοιμι exponit, θερμαίνοιμι. Sed veram lectionem nunc primum Comico nostro restituimus; quam

---

i) Sic iam *Faber.* ἐπιβαλ. τε τοὔγκ. *Kusterus.*

etiam agnofcit Suidas v. *ἀλεαίνοιμι k)* [et Zonaras I. 135.], vocem illam recte exponens, *θερμάνοιμην*, i. e. *calefierem*. *Kufter*. affentiente *Bergl.*

567. (543. Br.) *κἄτι χ' ἡ βακτηρία*. Sic legendum effe perite vidit Kufterus *l)*. In cod. fcriptum eft: *μετὰ σοῦ. κἄστι χῇ βακτηρία*. Inde deprauata eft B. Iuntae lectio, *κἄστιχ' ἡ βακτηρία m)*. In vetuftiffimis codd. fic exaratum erat *KAITIXH* — ι in σ mutatum fuit, *κἄστι* pro *κἄτι*. Deprauatiffima eft Aldinae edit. lectio: *μετὰ σοῦ καὶ κατίσχ' ἡ βακτηρία. Brunck*. Veram lectionem, dudum a Fabro reftitutam, e Rav. dedit Inuern.

571. (547. Br.) *ἐκτέα, ὃν χρῆν*. In cod. *ἐκτέον ὃ χρῆν*. Inufitata forma eft *ἐκτέον* pro *ἐκτεύς*. At compofitum *ἡμιεκτέον* in vfu eft. Vide Nub. 645. *Brunck.*

574. *n)* (550. Br.) *μὰ Δί', ἀλλ' ἐφ' ἥνπερ ᾠχόμην*. Vulgo legitur fententia nulla et corrupto metro: *μὰ*

k) Add. Phrynichum Bekkeri I. 14, 24. vbi *ἀλεαίνοιμι* fine auctoris nomine affertur. Hinc quod ibid. 376, 1. *ἀλέοιμι* ex Ariftoph. citatur, quomodo corrigendum fit apparet. Integer verfus ibid. 381, 25. fic fcriptus affertur: *οὐκοῦν ἵν' ἀλεαίνοιμι, τοῦτ' ἠμπεσχόμην*.

l) *ᾤχοντο μετὰ σοῦ καὶ κατά τι*. Faber recte monuit, et fenfus et metri gratia omittendam hic effe particulam *καί*. Caeterum in edit. Parif. legitur, *μετὰ σοῦ κἄστι χ' ἡ βακτηρία*: corrupte quidem, fed quod non difficulter fic emendare poffis, *μετὰ σοῦ κἄτι* (pro *καὶ ἔτι, et praeterea*) *χ' ἡ βακτηρία. Kuft.* *κἄτι χ' ἡ* probat Toup. Em. in Suid. T. II. p. 76.

m) Ita etiam Farrei, et Brub. poteftque excufari, vt fit pro *καὶ ἔστιχε ἡ* — a *στείχω, incedo, eo.* fimul alludendo ad praeteritum perf. verbi *στίζω*, quia *τῇ βακτηρίᾳ στίζεσθαι* dicitur. Aldina *καὶ κατίσχ' ἡ*, quod fenfui et metro repugnat. Ed. Nup. *καὶ κατά τι χ' ἡ*, quod metro repugnat et coactum eft. Cl. Kufteri coniectura *κἄτι χ' ἡ*, tolerabilis. *Bergl.*

n) *Βλ. ἡ 'κκλησία. Πρ. μὰ Δί' ἀλλ' ἔγωγ' ᾠχόμην.*
ἀτὰρ γεγένηται; Βλ. ναὶ μὰ Δί' οὐκ ᾔδεισθά με
φράσαντά σοι χθές;

Hi verfus plurifariam laborant. Nam perfonae male diftinctae funt. Praxagora fatetur hic, fe iuiffe ad concionem, quod tamen non debuit, nec etiam fecit; fe enim

Δἰ, ἀλλ᾽ ἔγωγ᾽ ᾠχόμην. In cod. ſic ſcriptum: μὰ Δἰ, ἀλλ᾽ ἐφ᾽ ἣν ᾽γώ γ᾽ ᾠχόμην. Inde, ni fallor, veram poetae manum reſtitui. In primariis editt. eſt: μὰ Δἰ ἀλλ᾽ ἔφην ἔγωγ᾽ ᾠχόμην. A mala manu eſt pronomen illud perſonale, quod nullo pacto verſui aptari poteſt, et ſenſui prorſus eſt inutile. *Brunck.* Fallitur. Rauennas: ἀλλ᾽ ἐφ᾽ ἣν ἐγ᾽ ᾠχόμην (vt in Nub. 1363. κἄγ᾽ οὐκ ἔτι), ex quo ſponte prodit craſis ἐγᾠχόμην. Et ſic ſcriptum citauit Reiſig. I. p. 309.

575. ἀτὰρ γεγένηται; Nempe vt perierit ſextarius tritici. *Bergl.* ᾔδησθα. Vulgo ᾔδεισθα. Atticam formam reuocaui. Auctor Etymol. M. p. 420. l. 12. ᾔδεισθα. τὸ κοινότερον διὰ τοῦ ε· τὸ δὲ Ἀττικώτερον, διὰ τοῦ η, ᾔδησθα. Εὔπολις. Vide eruditam Valckenarii notam ad Iliad. XXII. 280. [in Opuſculis T. II. p. 58. ed. Erfurdt.] *Brunck.*

578. κάθησο τοίνυν σηπίας μασωμένη. Senſus eſt: *Sede et in poſterum laute et beate viuito; Tibi enim magnum imperium paratum video.* Sepiae igitur iis temporibus maioris fiebant quam hodie ſint, (vide Athenaeum [T. III. p. 187 ſqq.]) aut lautius condiebant o); nam malim me coria edere, quam eiusmodi piſcem. *Faber.*

---

ad puerperam quandam iuiſſe dictitauit; vnde fingit ignorare ſe quae in eo conuentu decreta erant. Deinde hic verſus laborat: ἡ ᾽κκλησία, etc. Quamobrem ſic diſtingue et corrige, ἡ ᾽κκλησία. Πρ. μὰ Δἰ. Βλ. ἀλλ᾽ ἐγὼ γοῦν ᾠχόμην.
Πρ. ἀτὰρ γεγένηται; ΒΛ. ναὶ μὰ Δἰ, οὐκ ᾔδεισθά με etc.
Verte igitur: *Verum ego illuc iuiſſem. Faber.* Nec metrum nec ſenſus conſtat. Editio Farrei: μὰ Δἰ ἀλλ᾽ ἔφην ἔγωγ᾽ ᾠχόμην. quae lectio viam videtur ſternere ad emendationem: ſi enim ſcribas leuiſſima mutatione, μὰ Δἰ ἀλλ᾽ ἐφ᾽ ἣν ἔγωγ᾽ ᾠχόμην, ſenſus fit planus; non minus tamen laborante adhuc metro; de quo ſanando cogitandum: ſenſus autem eſt talis. Cum Vir interrogaſſet: num concio peperiſſet maſculum infantem? vxor eius dicit: *non certe, ſed illa mulier, ad quam abieram. Bergl.* μὰ Δία, λεχῶ δ᾽ οἷ (vel οὗ) ᾠχόμην. *non concio, ſed puerpera, ad quam abii.* ἀτὰρ τί γεγένηται? *at quid tamen accidit? Reisk.*

o) Quaſi ſepiae in deliciis fuerint. Suidas enim hunc locum exponit per τρυφᾶν, vt notauit Biſetus. *Bergl.*

579. ὑμῖν δέ. *Vobis enim. Bergl.*

580. (556. Br.) τίνων; Sic bene cod. et edit. B. Iuntae. Vulgo τίνος. *Brunck.*

581. κατὰ πόλιν. Perperam cod. κατὰ τὴν πόλιν. *Brunck.* Cf. Schaefer. ad Sophoclem T. I. p. 254.

582. μακάρια γὰρ etc. In Gr. *Beata enim erit civitas.* Quo loco γὰρ παρέλκει vt ſupra [567.]: οὐδ' ἐγὼ γὰρ τὰς ἐμὰς Λακωνικάς. Vbi videri poterat legendum γε non γάρ; ſed alibi ita Ariſtoph. ita et Terent. Plautusque ſexcentis locis eadem particula vtuntur. *Faber.* Pro vulgato γὰρ dedi γ' ἄρ' — *Brunck.* Peſſime. Vid. Hermann. ad Orphica p. 216. Lobeck. ad Aiac. p. 302. Notauit etiam Reiſig. I. p. VII. Vitium a Brunckio hic illatum ſupra v. 205. recte ſuſtulit Bothius.

583. (559. Br.) Hic verſus et ſequens in cod. omiſſi. Cauſa manifeſta. *Brunck.*

585. F. οὐδαμοῦ καταμαρτυρεῖν. *Reisk.*

587. μηδ' ἀφέλῃς μου τὸν βίον. Innuit Blepyrus his malis artibus ſe ſibi victum parare. *Faber.* Sophocl. Philoct. 950. πρὸς θεῶν πατρῴων τὸν βίον μή μ' ἀφέλῃς. *Bergl.*

588. (564. Br.) Hunc verſum vt et 568. [592. Inu.] alii viro tribuunt, cuius non video quaenam hic eſſe poſſint partes, nec cui rei in ſcenam induceretur. Eos ego Choro tribuo. *Brunck.* [Sequutus eſt Inuern.] ὦ δαιμόνι' ἀνδρῶν. Verti, *o mi homo.* Sic Homerus ſexcentis locis. *Faber.*

591. μὴ 'νεχυραζόμενον φέρειν. Mallem ἐνεχυρασόμενον. Senſus autem eſt: *Nec quemquam portare res ſuas tanquam eas oppigneraturum.* In Nubibus 240. τὰ χρήματ' ἐνεχυράζομαι. Hinc in Eccleſ. 753. ἢ φέρεις ἐνέχυρα θήσων (αὐτά); *Bergl.*

593. (569. Br.) ὥστ' ἐμοί σε μαρτυρεῖν *p*). Ad Chorum pertinet pronomen σε, ad Blepyrum autem τοῦ-

---

p) Locus huic germanus ἐν Νεφέλαις [1342. Br.]: ὥστε γε οὐδ' αὐτὸς ἀκροασάμενος, οὐδὲν ἀντερεῖς. *Faber.* ὥστ' ἔμοιγε. Ita recte edd. priſtinae; non ὥστε μοί γε. *Bergl.* Sci-

τον, v. ſq. Vulgo legitur ὥστ' ἔμοιγε. Longe diuerſa eſt cod. ſcriptura ἀλλ' ἀποφανῶ τόνδ'. ὅστις ἄν μοι μαρτυρῇ. Facile commutantur γε et σε: verſu abhinc ſecundo, vbi in impreſſis bene legitur δεῖ σε, cod. habet δεῖ γε. *Brunck.*

595 — 611. *q*) Antiſtrophicam reſponſionem huic carmini nuper reſtitui voluit Reiſig. in Syntagm.

---

licet Kuſterus dederat ὥστε μοί γε, quod habet pars veterum editionum. ὥστ' ἔμοι γε etiam *Reisk.*

q) Congeram in hanc notam incredibilium errorum farraginem. — „Haec quoque interpretamentis nonnullis corruptelisque lectionum inquinata ſunt: nam verſui 2 ſtrophae interpoſito γε, quod vulgo abeſt, ſuccurrendum erat; 3 vulgo mancus eſt, exarato ταῖσι pro ταύταισι. Porro legitur κοινῇ γὰρ ἐπ' εὐτ. ἔρχεται, vt ſaepe δὲ et γὰρ inter ſe commutantur, numeris quidem perverſis. Τῷ πολίτην adſcriptum δῆμον, quod miror ferre diu potuiſſe viros doctos; exaratum quoque in vulgatis verſu inuito ἐπαγλαΐοῦσα et μυρίαισιν εὐτυχίαισι βίον, δηλοῦν, ὅ τι etc. quo loco Ms. Rav. μυρ. ὠφελίαισι β.: ſcires, vtrumque nomen eſſe addititium, reponendumque eſſe μυρίοις. Et haec quidem in ſtropha. Antiſtrophae verſus 2 et 3 Brunckius propemodum reſtituit, quanquam ratione horum metrica non perſpecta. Sed τῷ εἰρημένα adhuc neſcio cuius interpolatoris adſutus habetur pannus, πω πρότερον, et pro μ. γ. ἂν τὰ π. π. θεώμενοι, quod ſententiam haud minus quam verſum iuuat, ἀμέτρως in vulgatis legitur: μ. γάρ, ἢν τὰ π. π. θεῶνται. μισοῦσι γὰρ ἄν, ſolent odiſſe. Sic itaque ſcribendus locus:

στρ.	Νῦν δὴ δεῖ σε πυκνὰν φρένα	glycon.
	Καὶ φιλόσοφόν γ' ἐγείρειν	anacreont.
	Φροντίδ', ἐπισταμένην ταύ-	dactylic. trim.
	ταισι φίλαις ἀμύνειν.	anacreont.
	Κοινῇ δ' ἔρχετ' ἐπ' εὐτυχίαισι	anapaeſt. dim.
	Γνώμης ἐπίνοια, πολίτην	anapaeſt. paroem.
	Ἀγλαΐοῦσα μυρίοις,	troch. dim. catal.
ἀντιστρ.	Ὅττι περ καιρὸς δύναται.	
	Δεῖται γάρ τι σοφοῦ 'ξευ-	
	ρήματος ἡ πόλις ἡμῶν.	
	Ἀλλὰ μόνον πέραινε	
	Μήτε δεδραμένα, μήτ' εἰρημένα·	
	Μισοῦσι γὰρ ἂν τὰ παλαιὰ	
	Πολλάκις θεώμενοι.	

Anacreonteos diuerſarum formarum verſus inuicem ſibi reſpondere, demonſtrauimus ad Veſp. 278. De non finita ſententia in extrema ſtropha vid. ad Pac. 584." *Hotib.*

critico, quod ſupra ad 433. commemoraui, p. 4 ſqq. hoc modo:

„α. *Νῦν δὴ δεῖ σε πυκνὴν φρένα καὶ φιλόσοφον*
ἐγείρειν
α. *φροντίδ' ἐπισταμένην ἐπὶ ταῖσι φίλαισιν ἀμύνειν.*
β. *κοινῇ γὰρ ἐπ' εὐτυχίαισιν ἔρχεται γνω-*
μης ἐπίνοια πόλιν
β. *πάνδημον ἐπαγλαΐοῦσα μυρίαισιν*
ὠφελίαισι βίου
ἐπῳδός. δηλοῦν ὅ,τι περ δύναται, καιρός.
Α΄. *δεῖται γάρ τι σοφοῦ τινος ἐξευ-*
ρήματος ἡ πόλις ἡμῶν.
Β΄. *ἀλλὰ πέραινε μόνον*
Β΄. *μήτε δεδραμένα πω*
Α΄. *μήτ' εἰρημένα πω πρότερον, μι-*
σοῦσι γὰρ ἢν τὰ παλαιά
ἐπῳδός. πολλάκις θεῶνται.

Ita habemus duo ſyſtemata
α΄. α΄. β΄. β΄. *ἐπῳδός*
Α΄. Β΄. Β΄. Α΄. *ἐπῳδός*." Haec *Reiſigius*.

„στρ. *Νῦν δεῖ σοί γε πυκνὰν φρένα*
καὶ φιλόσοφον γλῶτταν ἐ-
γείρειν
φροντίδ' ἐπισταμένην ταῖσι
φίλαισιν ἀμύ-
νειν κοινῇ ἐπ' ὠφελίαις·
δηλοῦν θ', ὅτι περ δύνασαι, 5
καιρός· ἔρχεται 'πίνοια
δῆμον ἐπαγλαΐουσα πολίτην.

ἀντ. *δεῖται κάρτα σοφοῦ τινὸς* 8
ἐξευρήματος ἡ πόλις ἡμῶν.
ἀλλὰ πέραινε μόνον μήτε δε-
δραμένα μήτ'
εἰρημένα πω πρότερον·
μισοῦσι γάρ, ἢν τὰ παλαί-
ων γε πολλάκις θεῶνται,
μυριάσιν βίου εὐτυχίαισι. 14

V. 1. Vulgo *δὴ δεῖ σε.* MS. *δὴ δεῖ γε.* V. 2. Huc retuli *γλώττης*, in *γλῶτταν* mutatum, quod vulgo legitur (nam Br. edidit *γνώμης*) ante *ἐπίνοια.* ib. *φιλόσοφον* primam producit iure metri Anapaeſtici. V. 4. Vulgo hic *γὰρ ἐπ' εὐτυχίαις* et in v. 14. *εὐτυχίαισι βίου:* vbi tamen Rav. *ὠφε-λίαισι.* verum illa varia lectio pertinet ad locum priorem — vt liquet ex iſto *γὰρ* — nato ſcilicet e *γρ.* i. e. *γράφε-ται:* vid. Schow. ad Heſych. p. 111. V. 5. Vulgo *δύναται·* at ſententiae nexus poſtulat *δύνασαι.* V. 8. MS. *γάρ τοι:* inde erui *κάρτα:* quod ſaepe corrumpitur. Hoc carmen eſſe antiſtrophicum voluit et Hotibius: cuius tamen ratio ordinandi, ni fallor, paucis probabitur." G. *Burgeſſ.* in Claſſical Iournal Nr. XXVIII. p. 227.

Meliorem verſuum diſtinctionem conſeruauit liber Rauennas: aliquot ſcripturae vitia tollenda reſtant. Initium carminis diu eſt quum ſic correxi:

νῦν δὴ δεῖ σε πυκνὴν φρένα καὶ φιλόδημον ἐγείρειν
φροντίδ' ἐπισταμένην ταῖς σαῖσι φίλαισιν ἀμύνειν.

Et *φιλόδημον* non diſplicuit Hermanno in cenſura libelli Reiſigiani, quae inſerta eſt Diariis Lipſienſibus a. 1818. Nr. 121., vbi Vir Summus hoc carmen ſic emendauit:

νῦν δὴ δεῖ σε πυκνὴν φρένα καὶ φιλόδημον ἐγείρειν
φροντίδ' ἐπισταμένην
ταῖσι φίλαισιν ἀμύνειν.
κοινῇ γὰρ ἐπ' εὐτυχίαισιν
ἔρχεται γλώττης ἐπίνοια, πολίτην
δῆμον ἐπαγλαϊοῦσα
μυρίαισιν ὠφελίαισι βίου, δη-
λοῦν ὅ τι περ δύναται. και-
ρὸς δέ· δεῖται γάρ τι σοφοῦ τινὸς ἐξευ-
ρήματος ἡ πόλις ἡμῶν.
ἀλλὰ πέραινε μόνον
μήτε δεδραμένα, μήτ' εἰ-
ρημένα πω πρότερον. μι-
σοῦσι γὰρ, ἢν τὰ παλαιὰ
πολλάκις θεῶνται.

ταῖς σαῖσι enim non putat neceſſarium eſſe. *Dindorf.*

595. (571. Br.) *πυκνάν.* Doricam formam non agnoſcit cod. in quo ſcriptum *δεῖ γε πυκνήν.* Poſtremum hoc recipi debebat. *Brunck.* *πυκνήν* etiam B. Iunt. et Gormontium habere adnotauit Reiſigius. Idem pronunciari vult *φιλόσοπφον,* quod in ſcena Attica fieri non poteſt.

599. r) Num *κοινῆς* (id eſt *κοιναῖς*) ſed et alterum poteſt explicari, licet non tam commode. *Reisk.*

---

r) *κοινῇ* etc. Paulo intricatiora haec ſunt, et, quemadmodum in choris aſſolet, attonita: nam quibusdam choris id peculiare eſt, vt obſcuritate vtantur. Qualis propemodum in Prophetis Hebraeorum, et iis qui diuino ſpiritu correpti creduntur. Quamobrem nullibi minus ſuas leges ſeruat oratio: ita omnia rurſum prorſum feruntur, aguntur; nam et character mutatur; et ſenſus grandiores, et

601. (574. Br.) *γνώμης ἐπίνοια.* Vulgo *γλώττης.* Nomina ista facile permutantur. Vide Markland. ad Eurip. Suppl. 547. et not. ad Ran. 355. *Brunck.* *γλώττης,* quum de muliere sermo sit, multo aptius esse recte monet Hermannus.

603. Recte e Rav. *ὠφελίαισι* repositum. Reisigius de hac forma affert Etymol. M. 462, 20. Alphei Epigr. II. v. 6. Deinde *Reisk.* *βίου. δηλοῦν θ' ὅτι.* legi vult.

605. (577. Br.) Vulgo sic legitur hic versus, quem frustra pro tetrametro anapaestico aliquis venditaret:

δεῖται γάρ τοιγε σοφοῦ τινος ἐξευρήματος ἡ πόλις ἡμῶν.

In cod. scriptum *γάρ τοι σοφοῦ.* Inde recisa inutili voce *τινὸς* et mutato *τοι* in *τι,* quorum alterum quam saepe in alterius locum irrepserit, tironibus notum, pulcher emergit hexameter heroicus:

δεῖται γάρ τι σοφοῦ 'ξευρήματος ἡ πόλις ἡμῶν.

Brunck.

607. *πέραινε.* Aeschylus in Pers. 701. *εἰπὲ καὶ πέραινε ταῦτα.* Euripides in Ione 1348. *λέγε, πέραινε σοὺς λόγους·* et apud Comicum aliquoties. *Bergl.*

612. (577. K. 581. Br.) *ἀλλ' οὐ μέλλειν ἀλλ' ἅπτεσθαι. Καὶ δὴ χρῆν ταῖς διανοίαις s).* Quia interpunctio non placuerat, neque solitarium illud *χρῆν ταῖς διανοίαις,* etc. verti ego quasi legeretur, *ἀλλ' οὐ μέλλειν, ἀλλ' ἅπτεσθαι καὶ δὴ χρῆν t) τῆς διανοίας v).* Quod placeat nec ne, tuum erit arbitrium: sed non omnem lectorem, etc. at eum modo qui sit *κρόταλον, τρίμμα, πασπάλη* etc. *Faber.*

613. *ὡς τὸ ταχύνειν* etc. Contra Euripides in Phoe-

---

audaciores nimio in iis occurrunt, etc. Id a magistris artis tractatum est: quamobrem actum ne agamus aliud agamus. *Faber.*

s) *ἅπτεσθαι κἀπιχειρεῖν ταῖς διανοίαις.* *Reisk.*

t) Brunckius e cod. suo *χρὴ* dedit.

v) Faber malebat *τῆς διανοίας.* recte: sive *τῶν διανοιῶν.* *Bergl.*

niss. 455. ἐπίσχες, οὔτι τὸ ταχὺ τὴν δίκην ἔχει. βραδεῖς δὲ μῦθοι πλεῖστον ἀνύουσιν σοφόν. *Bergl.*

χαρίτων μετέχει πλεῖστον. Subauditur μέρος, qua ellipsi nihil frequentius. Alibi id nomen expressum occurrit. Plenam locutionem obserues in Pl. 226.

ἡμῖν μετάσχῃ τοῦδε τοῦ πλούτου μέρος.

Ran. 335. φιλοπαίγμονα τιμὰν,
χαρίτων πλεῖστον ἔχουσαν
μέρος.

Qui locus nostro simillimus. Idcirco minime necesse est πλείστων legere, vt placet Toupio ad Suidam III. 228. [T. II. p. 276. Oxon.] *Brunck.* Cf. Porsonum in App. ad Toup. T. IV. p. 477. et Schaefer. ad Bos. Ell. p. 279 sq.

614. Veterum editionum interpunctionem:

καὶ μὴν ὅτι μὲν χρηστὰ διδάξω πιστεύω· τοὺς δὲ x) θεατάς,
εἰ καινοτομεῖν ἐθελήσουσιν, καὶ μὴ τοῖς ἠθάσι λίαν
τοῖς τ' ἀρχαίοις ἐνδιατρίβειν, τοῦτ' ἔσθ', ὃ μάλιστα δέδοικα.

reuocandam esse recte monet Reisig. I. p. 179.

615. (584. Br.) τοῖς ἠθάσι. Nunc de *rebus* vsitatis, et passiue, vt τὰ εἰωθότα in Ran. 1. Alias plerumque de *personis* ambo ista, et actiue. *Bergl.* τοῖς ἤθεσι λίαν τοῖς ἀρχαίοις ἐνδιατρίβειν. Vel coeco apparet sic legendum esse. Mendose vulgo: τοῖς ἠθάσι λίαν, τοῖς τ' ἀρχαίοις ἐνδιατρίβειν. In cod. copula non est: τοῖς ἠθάσι λίαν τοῖς ἀρχαίοις — et super ἠθάσι scriptum ab eadem manu pro diuersa lectione, γρ. ἤθεσι. Istud ἠθάσι librarii errore primum inuectum fuit. *Brunck.* Fallitur: recte dicitur τοῖς ἠθάσι. Vide Porson. ad Eur. Orest. 264. Lobeck. ad Aiac. p. 270. Buttm. Gr. Gr. T. I. p. 259. qui tacite τοῖς τ' ἠθάσι τοῖς τ' ἀρχαίοις scripsit.

617. περὶ μέν. Supra etiam 220. tangit libidinem nouandi in Atheniensibus: ἡ δ' Ἀθηναίων πόλις — οὐκ ἂν ἐσώζετο, εἰ μή τι καινὸν ἄλλο περιειργάζετο. *Bergl.*

---

x) τοὺς δέ. Ita edd. pristinae; nupera τούσδε, quod disperdit sensum. *Bergl.*

618. ἐστι menda eſt priorum editionum, quae me imprudente relicta eſt. Scr. ἐστιν. *Brunck.*

620. ἐπίστασθαι. Elmsleius ad Eurip. Medeam p. 120. ἐπιστῆσαι. — φράζοντος ἀκοῦσαι. Neminem turbet quod genus mutarit (quippe φραζούσης ἀκοῦσαι, dicere debuerat:) virum aſſimulat Praxagora, et ἀνδριστὶ loquitur. *Faber.* Hoc dicit tanquam ſententiam generalem, oratori eſſe auſcultandum; itaque in maſculino genere loquitur, licet ipſa ſit foemina. *Bergl.*

623. μηδὲ ταφῆναι. In Pluto 556. εἰ φεισάμενος καὶ μοχθήσας καταλείψει μηδὲ ταφῆναι. *Bergl.*

624. (593. Br.) τὸν δ' οὐδ' ἀκολούθῳ. Sic bene edidit B. Iunta. In codice τὸν δ' οὐδ' ἀκολούθοις. In ceteris editt. eſt τὸν δ' ἀκολούθῳ y), claudicante verſu, ſententiaque minus bona. Deprauatam lectionem, cuius tamen vitium ſenſit, in verſione expreſſit Faber z): *illum autem vno pediſſequo.* Nos vero: *illum autem ne pediſſequum quidem habere. Brunck.*

626. (591. K. 595. Br.) κατεδεῖ σπέλεθον πρότερός μου. Sic in cod. ſcriptum, vt legendum eſſe coniecerat Faber a); non, vt vulgo, μοι. Prouerbialis locu-

---

y) τὸν δ' ἀκολούθῳ. Et ſenſus et metrum manifeſto laborant: quod miror ab interpretibus non fuiſſe monitum. Certum enim eſt ſcribendum eſſe, τὸν δ' οὐδ' ἀκολούθῳ: i. e. *ne vno quidem pediſſequo.* Faber vertit, *vno pediſſequo:* vt legiſſe videatur, τὸν δ' ἑνί γ' ἀκολούθῳ. At noſtram lectionem ſenſui loci huius melius conuenire quis non videt? Opponit enim hic poeta hominibus ditiſſimis homines extreme pauperes; de quibus nimirum in verſu praecedenti dixerat, eos ne quidem relinquere, vnde ſepeliri queant. Tales igitur homines probabilius eſt nullum habere pediſſequum, quam vllum. *Kuſt.* cui aſſentitur *Bergl.* Kuſterus non inſpexerat Fabri notam.

z) Obſerua, ἀνδράποδον, *mancipium* eſt: ἀκόλουθος fere talis eſt, qualis apud nos ſerui conductitii. Emenda verſum, et lege τὸν δ' οὐδ' ἀκολούθῳ. *Faber.* Cogitaui aliquando ἀκολουθεῖν. Si vulgata manet, debet τὸν δ' οὐδ' ἀκολούθῳ legi. Dio Chryſoſt. p. 486. D. [T. II. p. 159. ed. Reisk.] οὐ μόνον ἄοικος καὶ ἀνέστιος, ἀλλὰ μηδὲ ἀκόλουθον ἕνα γοῦν ἐπαγόμενος. *Reisk.*

a) Legendum πρότερός μου. Sin minus; iſtud μοι erit datiuus Atticus; qui quid ſit norunt qui Plautum et Teren-

tio esse videtur in eos qui loquentem intempestiue interpellant. Leuis menda hic est in accentu. Libri omnes habent κατεδεῖ. Oportuit κατέδει b). Atticis ἔδομαι futurum est, cuius secunda est ἔδει, κατέδει. Phrynichus: βρώσομαι, κακῶς ὁ Φαβωρῖνος. οἱ γὰρ Ἀττικοὶ ἀντ' αὐτοῦ τῷ ἔδομαι καὶ κατέδομαι χρῶνται. Auctor Etym. M. p. 786. l. 23. φάγομαι — ὁ μέσος μέλλων β' φαγοῦμαι ὤφειλεν εἶναι. ἀλλὰ σεσημείωται τὸ φάγομαι, πίομαι, ἔδομαι. *Brunck.*

627. (592. K.) καὶ τῶν. Ita ed. Iuntina [1515.]. Caeterae non habent καὶ versu laborante; cui vt succurreretur, nuper editum τῶν δέ c). *Bergl.* τῶν σπελέθων κοινωνοῦμεν. Facete; quia Praxagora dixerat: omnia fore communia, tantum merdam prius comesurum Blepyrum; iste, quasi non recte audiuisset, dicit: anne merda nobis erit communis? id est, anne tu vna mecum comedes? *Idem.*

---

tium norunt. Is datiuus cum κατεδεῖ debet iungi, et erit παρέλκον. Hoc autem, vt obiter explicem, Praxagora dixit, intempestiue a Blepyro interpellata, contra quam vetuerat; quippe supra praedixerat (ne quis nescius esset) [619.] μὴ νῦν πρότερον μηδεὶς ὑμῶν ἀντείπῃ etc. Quamobrem cum ille rogasset: Quid inter nos erit commune? σπέλεθος, inquit illa. Quod is miratus, ait, τῶν σπελέθων κοινωνοῦμεν? Illa autem subiicit: Id eo dixi, quod me interpellaris: sed aliud longe dictura fueram, nempe, τὴν γῆν πρώτιστα etc. Ceterum quando de re stercoraria dicendum est, σπέλεθον Grammatici vertunt κόπρον; quod non proprie Latine diceres. Sed in veteri Glossario, quo quondam vsus est Iosephus Scaliger, legitur σπέλεθος, *struntus;* quod an Latinum sit nescio. Gallice nomen respondet. Intelligo autem rotundiora stercora. Quare cum Scholia σπέλεθον per κόπρον explicant, non satis explicant. *Faber.* Scholion adscripsit *Bergl.*

b) κατεδεῖ defendit Schweigh. Not. in Athenaeum T. VI. p. 362. Meliora nota ex Hermanni libro de em. rat. Gr. Gr. p. 276.

c) Vt versus fulciatur, post κοινωνοῦμεν addidi voculam δέ. Κοινωνοῦμεν autem hic dictum est pro κοινωνήσομεν, cuius enallages exempla sunt frequentissima: qua de re Nos alibi latius. *Kuster.* Adscribere piget Fabri coniecturam τῶν σπελέθων κοινωνήσομεν; Πρ. οὐ μὰ Δί' ἀλλ' ἔφθης μ' ὑποκρούσας.

632. *πῶς οὖν ὅστις.* In his verbis ἀνακόλουθον eſt, ne quis fruſtra aeſtuet. *Faber.*

633. *καὶ Δαρεικούς.* Sunt aurei numi a Dario rege Perſarum dicti. Subauditur enim χρυσοῦς ſub Δαρεικός. Vide Pollucem [III. 87. Add. Boeckh. Staatshaush. d. Athen. T. I. p. 23.]. *Bergl.* ἀφανῆ πλοῦτον. ἀφανὴς πλοῦτος apud Graecos praecipue dicitur *pecunia numerata,* opponiturque fundis, agris, villis, aliisque bonis, quae vulgo immobilia vocantur. Vide Harpocrat. v. ἀφανὴς οὐσία. *Kuſt.* ταῦτ᾽. Vulgo τοῦτ᾽ — *Brunck.*

634. *καὶ μὴ καταθεὶς ψευδορκήσει.* H. e. bona fide deponet; non peierabit, minus ſibi eſſe, quam eſt. cf. 658. Lapſi ſunt interpretes. *Hotib.* Brunckius verterat: *Haec in medium deponet, et qui non depoſuerit, peierabit.* — διὰ τοῦτο. Pro διὰ τούτου: per hoc periurium ſcilicet rem ſibi pepcrit. Nam διὰ cum accuſandi caſu interdum hoc apud Atticos ſignificat; quod a me alibi contra ſententiam multorum demonſtratum eſt. *Faber.*

635. *ἀλλ᾽ οὐδέν τοι.* Perperam cod. ἀλλ᾽ οὐδέν τι. Modo monui has voculas ſaepiſſime commutatas reperiri, quia eodem ſono Graeculi eas efferebant, vt et hodie multi faciunt. *Brunck.* Malim ἀλλ᾽ οὐδὲν ἔτι χρ. etc. *Hotib.*

636. (601. K.) *οὐδεὶς οὐδ᾽ ἐν πενίᾳ δράσει d).* Sic verti ac ſi legeretur, οὐδεὶς οὐδὲν πενίᾳ δρασει· quod ſi cui non placebit, diuerſus abeat; id tamen non ſine exemplo dixerit Ariſtophanes. Dein durius eſſet, niſi etc. *Faber.* οὐδ᾽ ἐν. Pro οὐδ᾽ lego οὖν: et deinde verto, *Nemo pauperem aget vitam.* Faber aliter, ſed cui non puto eſſe aſſentiendum. *Kuſt.* οὐδεὶς οὐδὲν πενίᾳ δράσει. Perperam vulgo οὐδ᾽ ἐν πενίᾳ. Ridiculo librarii errore in cod. ſcriptum eſt, οὐδεὶς οὐδὲν πνεύματι δράσει. *Brunck.*

640. (609. Br.) *ὦ ᾽τάν,* ſic bene cod. Vulgo ὦ ᾽ταῖρ᾽ — *νόμοις διεχρώμεθα.* Ad haec verba ita commenta-

---

d) ἐν πενίᾳ ſic defendi poſſe, vt pro διὰ πενίαν accipiatur, monet Abreſch. Dilucid. Thucyd. p. 516. Fruſtra.

tur Faber. *Praua lectio. Scribe, τοῖσι νόμοισιν ἐχρώμεθα. Ita postulat versus et hellenismus. Nam διεχρώμεθα aliud est quam ἐχρώμεθα.* In metris parum intelligebat Faber, quod passim ostendunt eius notae. Vide quam bellus esset tetrameter sic, vt ille volebat, scriptus:

προτερον γ' | ω 'ταν | ὁτε τοι ' σι νομοι | σιν εχρω | μεθα τοῖς | προτεροι | σι.

in quo caesura est post quartum pedem contra artem. Quod autem ad *hellenismum* adtinet, illius eum non minus fugit ratio. Meliora ab *H. Stephano* edoceri poterat, si illius *Thesaurum* consuluisset, vbi T. IV. col. 615. *διαχρῶμαι, vacante praepositione pro χρῶμαι vtor, passim apud Herodotum, vt διαχρώμενοι ἐσθῆτι. Et διαχρῶνται οἴνῳ. Item διαχρῶνται τρόπῳ ζωῆς τοιῷδε. Et διεχρήσατο ἔθεσι ξεινικοῖσι. Et διαχρᾶσθαι τῷ αὐτῷ τρόπῳ.* Alia exempla profert in vocum Herodoti recensione et interpr. p. 12. appendicis edit. Wesselingii. Composita verba saepissime occurrunt cum apud alios scriptores, tum apud Comicum nostrum, in quibus praepositio multum ad ornatum, nihil ad significationem confert, qua de re opportunior erit ad Nubes [987.] dicendi occasio. *Brunck.*

642. *ἢν μεῖραχ' ἰδὼν — τοῦτον σκαλαθῦραι.* Scholiastes ad h. l. haec annotat: *Μεῖρακα δ' ἐνταῦθα δοκεῖ ἀρσενικῶς εἰρῆσθαι,* (ita enim corrigo) *καί τοι Ἀμμωνίου λέγοντος, μειράκιον καὶ μεῖρακα ταύτῃ διαφέρειν, ὅτι τὸ μὲν μειράκιον ἐπὶ ἀρσενικοῦ· τὸ δὲ μεῖραξ ἐπὶ θηλυκοῦ. ἢ πρὸς τὸ γυναικῶδες τῶν κιναίδων.* Sed audacter affirmo nil tale in Aristophane legi; atque ita allata ab Ammonio *e*) differentia stabit (si nil aliud obstet.) *Μεῖρακα* autem hic generis esse foeminini vel ex responso Praxagorae satis patet: *καὶ ταύτας γὰρ* etc. *f*). At, inquies, nonne contra te palam stat Aristoph.? Nam ait *βούληται τοῦτον σκαλαθῦραι?* stare nego; videri, fateor. Quippe istud *τοῦτον* a sciolo homine est, qui cum hanc vocem inferit, legem versus turbauit;

---

e) p. 93. Valck. qui vereor vt iure scholion illud *antiquissimum* dixerit in Praefat. p. XVI.

f) Idem monet *Bergl.*

nam haec vox e verſu quaſi foras debet, nedum eius tantillula ratio habenda *g*). Interim pleroſque vidi hoc Ariſtoph. loco niti cum μείρακα adoleſcentulum eſſe aſſerunt: quod taceri non debuerat. *Faber.* σκαλαθῦραι. Schol. συνουσιάσαι. Quod autem addit μείρακα hic *marem* ſignificare, ineptum eſt. Fraudi fuit Graeculo, nam ſcholion illud recentioris eſt monetae, nec antiquum Grammaticum ſapit, interpolata horum verſuum lectio, quos ſic exhibent editiones primariae:

ἣν μείρακ' ἰδὼν ἐπιθυμήσῃ καὶ βούλεται τοῦτον σκαλαθύραι,

ἕξει τούτων ἀφελῶν δοῦναι. τῶν ἐκ κοινοῦ δὲ μετέξει.

Quae in recentioribus emendatius repraeſentantur βούληται et μεθέξει; ſic recte ſcripta ſunt in cod. vbi mendoſe σκωλωθύραι. Pronomen τοῦτον, quod metrorum imperito Graeculo ſuſpectum non fuit, ei perſuadere debuit μείρακα hic *puerum* ſignificare. Sed vno ore clamarunt eruditi omnes, iſtud τοῦτον, quod verſus reſpuit, tollendum eſſe: nihilominus id in textu reliquit vel Berglerus, vel illius lucubrationum caupo. At in altero verſu pro τούτων Berglerus ipſe repoſuit ταύτην, *audacter*, vt ait, *inuitis editt. omnibus, et inſuper Scholiaſte.* At ego aio: *ſtultiſſime, inuita ſententia, et inſuper communi ſenſu.* Quid enim ſibi vult ταύτην ἀφελὼν, *puellam hanc eximens?* ineptum eſt. ἕξει (i. e. δυνήσεται) δοῦναι (ſcilicet τῇ μείρακι) ἀφελὼν, *demens, detrahens, decerpens,* τούτων, *ex iis quae ille ſibi reſeruarit, nec in commune depoſuerit. Brunck.*

645. (614. Br.) τοῖς ἀνδράσι συγκατακεῖσθαι. Sic ſcribendum; non, vt vulgo, ξυγκ. — Atticam literam hic reſpuit metri lex. In cod. vt in edit. B. Iuntae pro ξυγκατακεῖσθαι, repetitum e praec. v. ξυγκαταδαρθεῖν. Hoc modo ſaepe contigit, vt idem vocabulum in duorum continuorum verſuum fine ſcriberetur, vbi fere ſemper ſe prodit oſcitantis librarii culpa. Aldus edidit ξυγκατακεῖσθαι, e ſcripto libro, vt probabile eſt; ſin ex coniectura, laudandum eſt illius acumen,

---

g) τοῦτον iam Scaliger eiici voluerat. Aſſentiuntur *Kuſt.* et *Bergl.* Sed *Reisk.* in ταύτην mutabat.

bonaque retinenda emendatio. Similem mendam ſustuli in Apollonii Arg. I. vbi verſ. 595. et ſequens eodem participio εἰσορόωντες claudebantur. Emendationem, quam haud vereor luculentam appellare, in indicem flagitiorum meorum retulit Flos Criticorum noſtratium. (*V. Iournal des Sçavans, mai* 1781.) *Idem.*

647. ἐρείδειν. Ἐρείδειν, ἐλαύνειν, etc. ſunt verba rei Venereae. Vide Suidam v. ἐρείδειν. *Kuſt.* ἐρείδειν, συνουσιάζειν. Vide fragm. Inc. II. *h*) et Euſtathium [1570, 5.] ibi laudatum. *Brunck.*

648. σεμνάς. Proprie, *ſuperbas*, vel, *faſtum prae ſe ferentes.* At per metonymiam *conſequentis* pro *antecedenti, formoſas, pulchras.* Puellae enim *formoſae* faſtu carere non ſolent. *Kuſt.*

650. συνῶμεν *i*). Perperam vulgo ξυνῶμεν. *Brunck.*

652. (621. Br.) Hunc et ſeq. verſum ad fidem codicis in integrum reſtitui, qui dimidia fere ſui parte mutili erant. Sic legebantur:

οὐχὶ μαχοῦνται. — περὶ τοῦ; — τοῦ μὴ ξυγκαταδαρθεῖν.
καί σοι τοιοῦτον ὑπάρξει.

In codice vero ſic ſcripti ſunt:

οὐχὶ μαχοῦνται περί σου θάῤῥει. μὴ δείσῃς. οὐχὶ μαχοῦνται.
περὶ τοῦ; — τοῦ μὴ ξυγκαταδαρθεῖν. καί σοι τοιοῦτον ὑπάρχει.

Iuxta codicis ſcripturam prior horum verſuum totus eſt mulieris. Fraudi fuit librario praua lectio περί σου, pro περὶ τοῦ. Illud eſt etiam in edit. B. Iuntae. At Aldus dedit περί του. Loquendi vices perſonis melius

---

h) Eundem locum affert *Bergl.*

i) ἢν ταῖς αἰσχραῖσι ξυνῶμεν. *Si cum turpioribus ſimus.* Latinum non videbatur pueris, at erit doctis. Varro libro V. L. L. *Aeque eadem modeſtia potius* cum muliere fuiſſe, *quam* concubuiſſe *dicebant.* Locus obſeruandus; nam ab vltima Latinitate eſt. Memini me alicubi apud Plautum legere: at non ſuccurrit locus. Quare eſſe cum muliere erit ξυνεῖναι γυναικί. *Faber.*

me diuisisse arbitror, marito bis περὶ τοῦ; tribuendo. Si priore loco dixisset mulier περί σου, nihil fuisset causae cur maritus iterum percontaretur περὶ τοῦ; In minore Bataua sic interpolatus fuit posterior versus:

καί σοι τοιοῦτον ὑπάρξει. καί σοι τὸ περὶ τῶνδε μάχεσθαι.

Omissis sinceris, spuria in editione sua exhibuit Kusterus, sic denuo immutata: καί σοι τὸ περὶ τούτων δὴ μάχεσθαι. Egregium sane iudicii specimen! Quae in sequentibus obtinebat personarum distinctio erat absurdissima. Nihil prorsus hic viderunt interpretes: postremus omnium Berglerus prioribus non fuit acutior. Ista τοῦ μὴ ξυγκαταδαρθεῖν pressius verti debuerunt: *Si cum illis non concubueritis*; vel, *quia cum illis non concumbetis*. *Brunck.* k) cui de his versibus

---

k) Concidunt igitur quae priores editores de h. l. scripserunt. — Sic habent Graeca: Πρ. οὐχὶ μαχοῦνται; Βλ. περὶ τοῦ; Πρ. τοῦ μὴ ξυγκαταδαρθεῖν. Ad quae verba multi multa, sed omnes aeque nihil, et eos refellere in animo non est. Primo sciendum est non debere adscribi notam interrogationis post μαχοῦνται. Dein corrigendus versus qui laborat; legendum enim: Πρ. οὐχὶ μαχοῦνται; Βλ. περὶ τοῦ; Πρ. περὶ τοῦ; τοῦ μή σοι ξυγκαταδαρθεῖν. Dixerat Blepyrus: *Qui tandem fieri poterit vt nos cauda non deficiat?* Salse respondet Praxagora, *non pugnabunt puellae. Qua de re,* inquit Blepyrus: *Qua de re,* ait Praxagora, *rogas? non pugnabunt ne non tecum lusitent et conturbent pedes.* Quod quin ex ingenio Aristophanis sit diffitebitur nemo. *Faber.* Multa de h. v. Bisetus: sed non e mente Poetae nostri. Quare praeferes ea, quae Faber hic notavit. *Kust.* Vulgo interrogationis nota ponitur post μαχοῦνται. sed eam recte Faber delet: et non est in editione Farrei. *Bergl.* περὶ τοῦ; Ita recte ed. Farrei; in caeteris antiquis aliter atque aliter erratum. nupera περί του; *Idem.* καί σοι τὸ περὶ τούτων δὴ μαχ. Versus hic est mutilus, qui in quibusdam editt. sic legitur: καί σοι τοιοῦτον ὑπάρξει, omissis illis, τὸ περὶ τούτων δὴ μάχεσθαι. Bisetus vtramque lectionem in vnam quasi massam conflat, vt versum integrum reddat. Sed quid multa? Expectandi sunt meliores codices, qui facem in his tenebris praeferant. Multa quidem fateor, hic ariolari liceret: sed quis praestare possit, ea esse Aristophanis? *Kust.* καί σοι τοιοῦτον ὑπάρξει. Ita Aldina, Farrei, et Brub. et Iuntina etiam, nisi quod haec ὑπάρχει. Nupera, nescio vnde, καί σοι τὸ περὶ τούτων δὴ μάχεσθαι, quorum nullus sensus. Omnibus autem perperam his praemittitur Βλ. cum tamen manifestum

aſſentitur Porſon. in Cenſura p. 568 ſq. (Mus. crit. Cantabrig. V. p. 118.).

654. τὸ μὲν ἡμέτερον. Sic cod. et Aldina editio. Mendoſe Bern. Iunta ὑμέτερον, quod inepte reuocauit Berglerus *l*), non videns haec ex ipſa ſententia mulieri continuari debere. *Brunck.*

655. (624. Br.) μηδεμιᾶς ᾗ τρύπημα *m*) κενόν *n*). Scripſiſſet, ſi per metrum licuiſſet, τὸ τρύπημα. Hic locus, vt multi alii, exemplo eſſe poſſit Comicis licuiſſe nomen ſubſtantiuum efferre ſine articulo, quem ſolutae orationis ſcriptores non omitterent. Vide not. ad Lyſ. 152. *Brunck.*

ſit Praxagoram haec etiam dicere. Senſus perſpicuus. *Bergl.* Quae Lennepius Animadv. ad Coluthum p. 158 ſq. de his verſibus ſcripſit non minus falſa et inutilia nolo adſcribere.

l) Βλ. τὸ μὲν ὑμέτερον. Sola Iuntina hic recte ὑμέτερον, caeterae, quas vidi, ἡμέτερον. in quibus haec perperam tribuuntur Praxagorae. Itaque praemiſi Βλ. ſequente autem verſu ante τὸ δὲ id deleui, recte enim iam haec omnia tribuuntur Blepyro in Iuntina. *Bergl.*

m) τρύπημα, τρῆμα, et τρυμαλιὰ, ſunt voces ſynonymae, quae aliquando notant centrum illud perforatum, quod τὸ κέντρον virile intrat. Notum eſt dictum Sotadis de Ptolemaeo Philadelpho Rege Aegypti: εἰς οὐκ ὁσίην τρυμαλιὰν τὸ κέντρον ὠθεῖς. [hoc etiam *Bergl.* affert.] Sed cui non dictus hic Hylas? *Kuſter.* τὸ δὲ τῶν ἀνδρῶν τι ποιήσει. Qui argutior paullo videri vellet, is ſane τὸ τῶν ἀνδρῶν ad podicem cinaedorum referret; cum proxime legatur de feminis μηδεμιᾶς τρύπημα κενόν. Verum, vt quod res eſt dicam, non videtur eo confugiendum: ſed occulta dicendi ratio latet, λέξεως arcanum non ὑπονοίας. Idem enim hic intelligi par eſt cum dicitur τὸ τῶν ἀνδρῶν, ac intelleximus cum ſupra mulier de ceteris dixit τὸ ἡμέτερον, licet aliorſum poſſit deflecti. Ceterum cum Blepyrus in amorem maſculum pronior ſermonem eo vertiſſet, ſolerter admodum Praxagora auertit, cum ait: κοὐκ ἐξέσται παρὰ τοῖς καλοῖς καταδαρθεῖν ταῖσι γυναιξί. (Quippe ita legendum) neque enim de feminarum amore egerat Blepyrus: illa autem vafra mulier rem auertit ad amorem muliebrem. τρύπημα autem h. l. etc. de mulieribus. Notus eſt Sotadis locus [ap. Athenaeum T. V. p. 249.]: alibi apud Ariſtophanem τρῆμα eadem notione legere eſt. *Faber.*

n) Eupolidea apud Etym. M. 726, 55. comparat Pierſon. ad Moer. p. 289.

657. o) — 659. Tyrwhittus apud Gaisfordium ad Euripidis Suppl. p. 206. haec ſic corrigit:

ἀλλὰ φυλάξουσ' οἱ φαυλότεροι τοὺς καλλίους ἀπιόντας
ἀπὸ τοῦ δείπνου καὶ τηρήσουσ' ἐπὶ τοῖσιν δημοσίοισιν·
κοὐκ ἐξέσται παρὰ τοῖσι καλοῖς καὶ τοῖς μεγάλοις καταδαρθεῖν etc.

659. (628. Br.) Hic verſus in cod. omiſſus. Primariae editt. recte habent *τοῖσι καλοῖς*, vt etiam excuſum fuit in nouiſſima Bataua: mendoſe recentiores quaedam *τοῖς καλοῖς*. At quod v. ſeq. dedi *τοῖσι μικροῖς*, id inſigne peccatum eſt. Libri omnes habent *τοῖς*, quod lectorem, vt reponat, oro. Vide quae notaui ad Pl. 147. 240. *Brunck.*

660. Veterum edd. *ταῖς γ.* emendauit *Faber.* *τοῖς μικροῖς*. Lennepius Animadv. ad Coluthum p. 160. *non ſatis exploratum habens, qui per τοῖς μικροῖς intelligendi ſint,* legit *τοῖς σιμοῖς,* comparans 701. 613.

χαρίσωνται p). Reiſig. I. p. 65. corrigit *χαρίσασθαι* q). Ariſtophanem enim et proſaicos ſcriptores, iis exceptis, qui ornatiori dicendi genere vtantur, poſt *πρὶν* et *ἕως* cum coniunctiuo *ἂν* non ſolere omittere. Sed alia eſt anapaeſtorum ratio, de qua re explicatius dicetur ad Aues et Veſpas. *πρίν χαρίσωνται* mecum tuetur Grammaticorum Princeps.

---

o) Vitioſa editt. Gelenii et Porti ſcriptura *τοὺς αἰσχροὺς* deceptus *Kuſter.* ſcripſit ad h. l. quae afferre piget: „Verſui aliquid deeſt. Quare ſcribere poſſis, *ἐπὶ δέ γε τοὺς καλούς.* Vel ſic *φεύγοντες μὲν γὰρ τοὺς αἰσχροὺς, ἐπὶ τοὺς καλοὺς β.* Ed. Ald. habet *τοὺς αἰσχίους:* quod prae caeteris coniecturis probamus."

p) *χαρίσωνται.* Verbum amatorium. Operae pretium erit veterem Scholiaſtam Pindari [p. 513. ed. Heyn. nouiſſ.] adire; nam et h. l. explicat, et alterum, qui *ἐν Ἱππεῦσι* [517. Br.]. Is ſic ſe habet: *χαρίζεσθαι κυρίως τὸ συνουσιάζειν λέγεται. Ἀριστοφάνης ἐν Ἱππ. ἐκ μεταφορᾶς. Πολλῶν γὰρ ἤδη πειρασάντων αὐτὴν ὀλίγοις χαρίσασθαι· καὶ Σαπφώ,* etc. Locus ille, vt Scholiaſtes ait, metaphoricus: at ſi voluiſſet habere proprium, hunc quem in manibus habemus adduxiſſet. *Faber.* Vid. Ruhnk. ad Timaeum p. 274.

q) *χαρίσασθαι* etiam Porſon. ap. Gaisford. ad Supplices p. 206. et Elmsleius ad Medeam p. 119.

661. *Λυσικράτους r*). Deformem fuiſſe ſatis apparet: ſic et infra eius mentio v. 734. *Bergl.*

662. *καταχήνη, καταγέλως.* Vide Veſp. 575. *Brunck.* Eundem locum attulerat *Bergl.*

663. *τῶν σφραγῖδας ἐχόντων.* In Nubibus 331. *Bergl.*

664. (633. Br.) Hic verſus in codice omiſſus. Cauſa manifeſta: ad *ὅταν* ſequentis verſus aberrauit librarii oculus. Vulgo autem ſic legitur metro prorſus corrupto, et ſententia nulla:

ὅταν ἐμβάδι γ' εἴπῃ, πρότερος παραχώρει· κᾆτ' ἐπιτήρει.

Qua in ſcriptura ne forma quidem apparet tetrametri anapaeſtici. Deinde quisnam eſt nominatiuus verbi *εἴπῃ?* non alius eſſe poſſit, quam *καταχήνη*, quod ineptiſſimum eſt. Metro et ſententiae ſubuenit Faber, acuteque genuinam detexit lectionem:

ὅταν ἐμβὰς δή γ' εἴπῃ· Προτέρῳ παραχώρει, κᾆτ' ἐπιτήρει.

Per embadem intellige id hominum genus qui ἐμβάδι vtebantur: ii autem erant ſenes s). Plut. 759.

ἐκτυπεῖτο δὲ
ἐμβὰς γερόντων εὐρύθμοις προβήμασιν. *Brunck.*

In Br. lectione praeter alia iſtud *δή γε* perineptum eſt. Rectius de hoc loco iudicaſſe videtur *Hotibius*, cuius haec eſt nota: „*Ἐμβάσι* ſolos ſenes fuiſſe vſos, non probat Brunckius, nec, ſi vel hoc concedatur, ideo, ſenes dictos fuiſſe *ἐμβάδας*, aut ſponte veriſimile eſt (quamuis *κατωνάκη*, veſtis ſeruilis, deſignet ſeruum infra 755), aut facetum, praeſertim cum non iuuenes et ſeniores inter ſe comparentur hoc loco, ſed paupe-

r) *ἡ Λυσικράτους ῥίς.* Id eſt, Lyſicrates ille ingenti naſo nobilis; itaque deformis. Verſum hunc aliter ſcribo: *ἡ Λ. ἄρα νυνὶ ῥὶς τοῖς καλοῖς ἴσα φρονήσει.* Nam in *καλὸς* prior anceps eſt. *Faber.* Error ortus ex vitioſa vett. edd. ſcriptura *ἶσα.*

s) Sunt *Fabri* verba, qui praeterea haec addidit: „Haec figura notior eſt quam vt ex Plauto, Martiale, Iuuenale et noſtro Ariſtophane in *Βατράχοις*, et vt mox infra, probari debeat explicatio.“ Fabri coniecturam commemorat *Bergl.*

res et diuites, nihilque ad rem faciat, senex ſit is an iuuenis, qui oraturus ſit in concione. Legam igitur potius "Οταν 'Εμβαδίων εἴπῃ πρότερος etc. 'Εμβαδίων, nomen ridiculi cauſa fictum, vt paſſim alia apud Hunc, velut Εὐαίων ſupra 431, ſonat eum, qui ἐμβάδας facit, ſutorem." Nomen proprium hic latere iam *Reiskius* ſuſpicatus erat. „Sine dubio, ait, latet nomen proprium in ἐμβάδι. niſi ἐμβὰς fuerit appellatio alicuius potentis et honeſti, vt κόθορνος erat Theramenis." In cod. Rauenn. ἐμβάδ' ἔχων ſcriptum eſt.

665. δευτεριάζειν, *ſecundas partes agere*. Metaphora a ſcena ſumta. Pro διαπραξάμενος, ridiculo errore in cod. ſcriptum παραταξάμενος, quod exhibet etiam edit. B. Iuntae. *Brunck.*

667. πατέρας ἅπαντας. Lege πατέρας γὰρ ἅπαντας. Eſt enim aetiologia. Praeterea verſus non ſtabit niſi ita legeris. *Faber.* Tacite ſequuti ſunt editores.

669. ἑξῆς. Vox haec in codd. omiſſa. *Brunck.*

671. ἄγχουσι. In Auibus 1352. ἄγχειν ἐπιθυμῶ τὸν πατέρα. *Bergl.* κἀπιχεσοῦνται. Ita in Βατράχοις [366.]: ἢ κατατιλᾷ τῶν 'Εκαταίων. *Faber.*

672. ἀλλ' ὁ παρεστὼς οὐκ ἐπιτρέψει. Verti, *ſed qui forte illis aderit non permittet.* Olim quidem putaveram, ἀλλ' ὁ προεστώς; *Praefectus id vetabit*; ſed nil mutandum. Senſus eſt, qui a me redditus fuit; et porro explicatur, τότε δ' αὐτοῖς, etc. *Faber.*

674. μὴ αὐτὸν ἐκεῖνον. Leg. μὴ τὸν ἑαυτοῦ. *Faber.* Legendum certe: μὴ 'ὑτοῦ ἐκεῖνον etc., i. e. μὴ αὐτοῦ (πατέρα) ἐκ. τ. ſed ἐπέχω. *Hotib.*

675. τὰ μὲν ἄλλα λέγεις οὐδὲν σκαιῶς. Id eſt οὐ σκαιῶς. Familiare eſt Atticis οὐδὲν adhibere pro οὐ. *Brunck.* 'Επίκουρος. Ne quis in doctrina temporum hoſpes bonum illum ſenem Gargettium, nobilem philoſophum, cogitet. *Faber.*

676. Λευκολόφας eſt vitium typorum pro —φος. *Reisk.* πάππαν με καλεῖ. Mendoſe vulgo πάπαν με καλεῖ. Sequitur mox εἴ σε φιλήσειεν. *Brunck.* In Pace 119. πάπαν με καλοῦσαι. *Bergl.*

678. (643. K. 647. Br.) Ἀρίστυλλος *t*). Ariſtyllus nempe fellator erat. Vide Schol. ſupra ad *Plut.* v. 314. *v*) et Suid. v. Ἀρίστυλλος. *Kuſt.* Homo erat αἰσχροποιὸς, lingua et ore aliorum ſubſeruiens libidini, cuius mentio in Pluto 314. *Brunck.*

679. Citat Suidas v. καλαμίνθη. *Kuſt.* καλαμίνθης. In Pluto 314. μινθώσομεν θ' ὥσπερ τράγου τὴν ῥῖνα etc. *Bergl.*

680. γέγονεν ob metrum ſcribi debuit. Perperam vulgo γέγονε. *Brunck.*

681. (650. Br.) μή σε φιλήσῃ, Cod. οὐ μή σε φιλήσει. Hinc οὐ μὴ eſt etiam in edit. B. Iuntae, reclamante metro. — δεινὸν μέντ' ἄν γ' ἐπεπόνθη. Vulgo δεινὸν μέντ' ἂν ἐπεπόνθειν. Primo poſt ἂν inſeri debuit γε ob metrum *x*). Tum ἐπεπόνθη e puriori Atticismo repoſui. [Confirmauit cod. Rauenn.] Nec aliter hic Suidas legiſſe videtur, cuius haec eſt nota ex edit. Mediolan. deſcripta: ἐπεπόνθη, ἀντὶ τοῦ ἐπεπόνθειν· καὶ ἑωράκη, ἀντὶ τοῦ ἑωράκειν· καὶ ᾔδη, ἀντὶ τοῦ ᾔδειν. Omnia iſta ſunt tertiae perſonae, quam Attici terminatione a prima non diſtinguebant *y*). Vide Koenium ad Corinthum de Dial. Att. §. LVIII. [p. 121. 122. Schaef.] et confer not. ad Pl. 696. In edit. B. Iuntae [et aliis vett.] pro ἐπεπόνθειν eſt ἐπεπόνθην, quod ad verum propius accedit. Prioris coli vulgata lectio bona eſt, ὥστ' οὐχὶ δέος, μή σε φιλήσῃ. E codicis ſcriptura diverſa haec concinnari poſſet: ὥστ' οὐ δέος, οὐ μή σε φιλήσει. *Ita vt nihil cauſae ſit cur metuas; non te oſculabitur. Brunck.*

---

t) Δυσωδίας μεστὸς fuerit neceſſe eſt. Sed vnde illud vitium ortum ſit, diuinandum eſt: fortaſſe ἐγλωττοποίει. *Faber.* Hunc Ariſtullum, cuius baſium ait timendum eſſe, exagitauit etiam in Pluto, vt vir, cuius naſus ſtercus olebat, et de nare loquebatur, quod et rurſus indicat hanc fabulam et Plutum non multum differre tempore. *Palmer.*

v) Eundem locum affert *Bergl.*

x) Imo craſi facta ſcribendum μέντἄν. μέντἄν γε dici non ſolet. Br. errorem notauit Porſon. ad Medeam 863.

y) Tertiae quoque perſonae haec eſſe, recte negare videtur Buttm. Gr. Gr. T. I. p. 432. 433 ſq.

683. *δεκάπουν τὸ στοιχεῖον* z). Hoc explicat Casaubonus ad Athen. VI. 10. [T. III. p. 431. Not. Schw.] vbi Scholiastem emendat, cuius nota sic scribenda: *ἡ τοῦ ἡλίου σκιὰ, ὅταν ᾖ δέκα ποδῶν. θέλει δὲ εἰπεῖν, ὅτε γίνεται ὀψέ. — Τὸ παλαιὸν οἱ καλοῦντες ἐπὶ δεῖπνον, καὶ οἱ καλούμενοι παρεσημαίνοντο τὴν σκιάν. καὶ οὕτως οἱ μὲν ἀνέμενον τοὺς κληθέντας, οἱ δ' ἀπήεσαν ἐπὶ τὰς ἑστιάσεις· οὐδέπω τηρήσεως οὔσης ἑτέρας, ἀφ' ἧς οἷόν τε ἦν τεκμήρασθαι εἰς πόσας ὥρας προήκει.* Huc respexisse videtur Pollux VI. 44. *τῇ σκιᾷ δ' ἐτεκμαίροντο τὸν καιρὸν τῆς ἐπὶ τὸ δεῖπνον ὁδοῦ, ἣν καὶ στοιχεῖον ἐκάλουν. καὶ ἔδει σπεύδειν, εἰ δεκάπουν τὸ στοιχεῖον εἴη* a). *Brunck.* *λιπαρὸν χωρεῖν.* Sic bene cod. Vulgo *λιπαρῶς.* *Idem.*

684. *περὶ* iungendum est in constructione cum *ἔρεσθαι.* *Reisk.*

686. *ἦν.* MS. Monac. apud Reisig. I. p. 255. *εἰ.* — *δίκην τῳ.* Omnes quas vidi *δίκην τῷ·* male: debet enim esse pro *τινί.* *Bergl.*

688. *τουτὶ πόσους ἐπιτρίψει* b). Hoc in Athenienses, qui litium causa hoc loco, vt saepe alibi, ab Aristoph. vapulant; vel perpetua comoedia *Σφηκῶν.* Nam quod illa tanquam reipublicae saluberrimum dixerat, litium semina modo extinctum iri; *quot ciues nostros, dii boni, ea res pessundabit,* inquit Blepyrus. Ceterum legendum *τουτὶ δὲ πόσους,* etc. nam *τι* in *τουτὶ* vel longum est vel breue. *Faber.*

689. *κἀγὼ ταύτην γνώμην ἐθέμην.* Toupius in Suidam T. I. p. 200. *κἀγὼ ταύτῃ γνώμῃ γ' ἐθέμην*, compa-

---

z) Vide Suidam et Pollucem, qui hanc rem explicant; legitur et aliquid in Scholiis. Vide locum in *Cronosolone* Luciani [T. III. p. 399.], *ὅταν τὸ στοιχεῖον ᾖ ἑξάπουν.* Vide etiam omnino Salmasium in Solinum [p. 446.], qui hinc colligit, nec dum eo tempore in vsu fuisse horologia sciatherica, vt nec diem in particulas seu horas diuisisse; sed horarum vice vmbras pedibus dimensas: ex ea mensura diei tempus collegisse. *Faber.*

a) Casaubonum et Pollucem laudauit *Kust.*, Pollucem *Bergl.*

b) Omnes certe Sycophantas, quorum Athenis erat vberrimus prouentus, qui ex ea re victum sibi quaerebant: vt ille qui in Pluto introducitur v. 851. *Bergl.*

rans Soph. Philoct 1448. κἀγὼ γνώμῃ ταύτῃ τίθεμαι, vbi Elmsleius ad Eurip. Heraclid. 1053. contraria ratione ex hoc Ariſtophanis loco corrigit κἀγὼ γνώμην ταύτην τίθεμαι, de quo dubitat Blomfield. ad Aeſchyli Agamemnon. p. 279. In Ariſtophaneis ſi quid mutandum, frequens vſus formulae ταύτῃ τίθεσθαι ſuadet, vt ταύτῃ γνώμην ἐθέμην potius ſcriptum putemus, in quod iam Reiſigium I. p. 180. incidiſſe video. Similiter Herodot. I. 120. ταύτῃ πλεῖστος γνώμην εἰμί. *Dindorf.*

690. (659. Br.) ἑνὸς οὕνεκα. Perperam vulgo εἵνεκα. Vide not. ad Pl. 329. *Brunck.*

691. πόθεν οὖν ἐδάνεισ' ὁ δανείσας. *Vnde acceptam foenori dedit pecuniam ille, qui dedit?* Nimirum ex publico furatus eſt; nam priuatim nemo quicquam poſſidet: atque ſic non poterit in ius vocare debitorem. Hoc autem dicit, non fore deinceps foeneratores, ac proinde nec lites de foenore. *Bergl.*

692. (652. K.) κλέπτων δήπου 'στ' ἐπίδηλος. Recte in antiquis edd. haec tribuuntur adhuc Praxagorae. *Bergl.* Scilicet in Gelenii, Porti, Kuſteri edd. haec Blepyro tribuuntur. Deinde νὴ τὴν Δ. εὖ γε δ. Praxagorae, reliqua denuo Blepyro.

693. Πρ. νὴ τήν. Ita recte ed. Farrei et Brub. praemiſere Βλ. non recte nupera Πρ. quae ante τουτὶ demum id habet. *Bergl.*

τουτὶ τοίνυν σὺ φράσον μοι. Vulgo τουτὶ τοίνυν φρασάτω μοι, perquam inficete illata tertia perſona ſtatim poſt ſecundam c), in eodem ad eandem perſonam ſermone: διδάσκεις — φρασάτω. *Brunck.* Tollitur haec difficultas, quae vel ſic nulla erat, meliore perſonarum diſtinctione in cod. Rauenn.

694. (663. Br.) τύπτοντες. „κλέπτοντες Aldus. *leg.* ληφθέντες." *Bentleius* apud Kidd. ad Dawes. p. 550. — τῆς αἰκίας d) πόθεν ἐκτίσουσιν; Subauditur τὴν δίκην,

---

c) Perſonae mutatio. Secunda vti debuerat, φράσον μοι. Id hodie Italis frequentiſſimum. *Faber.* Subauditur autem τις ſub φρασάτω· vt τουτὶ φρασάτω μοι ſit, *hoc aliquis mihi dicat. Bergl.*

d) τὰς αἰκίας. *Reisk.* τὰς αἰκίας *vel potius* αἰκείας, *ſiue*

ſeu potius τὸ τίμημα. Pl. 480. τί δῆτά σοι τίμημ' ἐπιγράψω τῇ δίκῃ; Piget me eorum, quae ad hunc verſum ſcripſit Daweſius [p. 310. (550. Kidd.)] Oratorum Graecorum ne vnam quidem paginam legiſſe videtur. αἰκία producta media apud Poëtas Atticos ſaepe occurrit. Vide Aeſchylum Prom. 93. 117. *Brunck.*

695. οἶμαί σ' ἀπορήσειν. *Puto haerebis, nec extricare poteris. Bergl.*

696. ἀπὸ τῆς μάζης. In Lacedaemone, vbi communiter veſcebantur ciues, quem morem Praxagora Athenis etiam vult introducere, mos fuit ita mulctare. Nicocles apud Athenaeum III. p. 141. διακούσας δὲ πάντων ὁ Ἔφορος ἤτοι ἀπέλυσεν, ἢ κατεδίκασεν· ὁ δὲ νικήσας ἐζημίωσεν ἐλαφρῶς ἤτοι κάμμασιν ἢ καμματίσι· Sunt autem iſta liba quaedam, aut placentae. *Bergl.*

697. (666. Br.) Vocem οὐδεὶς addidi, ſententia flagitante et metro. Toto pede mutilus erat verſus. Faber *e*) reponebat ἑξῆς, vt ſupra 638. Kuſterus *f*), πώποτε: quorum illud frigidum, hoc ſoloecum. Neuter animaduerterat deeſſe nominatiuum verbi ὑβριεῖται. Eadem diphthongus initio vtriusque vocis, alterius omittendae cauſa fuit. Genuinum hoc eſſe oſtendit alterum quod infertur v. ſeq. οὐδείς. *Brunck.* Veram ſcripturam οὕτως αὖθις debemus cod. Rav.

698. (663. K.) πῶς γὰρ κλέψαι, μετὸν αὐτῷ; Senſus eſt: *Cur enim furetur aliquis, cum quilibet omnium rerum et bonorum, vtpote cunctis ciuibus communium, etiam absque furto particeps eſſe poſſit?* Sic nimirum habet Suidas v. μετὸν, vnde locum hunc emendauimus. In prioribus enim editt. ſic legitur, πῶς γὰρ κλέψαιμι τὸ 'μαυτοῦ; quae verba licet prima ſpecie bonam valetudinem mentiantur, latens tamen in iis mendum deprehendet, qui rem attentius conſi-

---

ἀκείας *Dawes.* De ellipſi δίκην Burgeſſ. ad Dawes. addit Doruill. ad Chariton. p. 456. (478. Lipſ.).

e) Verſus non ſtat. Verti quaſi legeretur οὐχ ἑξῆς ὑβρ. *Faber.*

f) Verſui huic integrum deeſſe pedem recte obſeruauit Faber: qui proinde defectum illum ſupplet, addendo vocem ἑξῆς. At ego malim poſt φαύλως inſerere πώποτε. *Kuſter.*

derauerit. Nam Attici non ſolent vocalem ε poſt articulum τὸ elidere, ſed potius per craſin duas illas ſyllabas in vnam contrahere, dicentes τοὐμαυτοῦ; vt τοὐμὸν, pro τὸ ἐμόν: τοὖπος pro τὸ ἔπος, et ſexcenta alia. Sed craſin illam verſus ratio non admittit. Quare dubitandum non eſt, quin vera manus Ariſtophanis ſit, quam Suidas dicto loco nobis conſeruauit. Eſt autem μετὸν participium neutrum, (a verbo μετεῖναι) quod abſolute ponitur; vt ἐξὸν, ἐνὸν, et ſimilia. *Kuſt.* repetiit haec *Bergl.* πῶς γὰρ κλέψει, μετὸν αὐτῷ; In impreſſis erat, πῶς γὰρ κλέψαιμι τὸ 'μαυτοῦ; E Suida, qui locum hunc profert in μετὸν, monuit Kuſterus legendum eſſe, πῶς γὰρ κλέψαι, μετὸν αὐτῷ; quam lectionem in textu exhibet nouiſſima Bataua: ſic quoque in cod. ſcriptum eſt. Sed ſoloeca eſt oratio. Oporteret πῶς ἂν κλέψαι, immo Attice κλέψειε — Scripſerat Comicus, quod repoſui, κλέψει. *Brunck.*

699. οὐκ ἦν οἴκοι. Comice, καὶ παρὰ προςδοκίαν. Quippe certum ſi quis ſeruat domi, tutum eum a λωποδυτῶν perpetuo fore, ſeu ſub Praxagora, ſeu ſub Archonte quouis. *Faber.* καθεύδῃς. καθεύδῃ (ſcil. τις) ob ſequentia δώσει, κομιεῖται, αὐτῷ etc. *Reisk.*

703. οὐδὲ κυβεύσουσ' ἄρα γ' ἅνθρωποι. Sic Reiſig. I. p. 153. et X.

705. συῤῥήξασ' εἰς ἓν ἅπαντα. Terent. *Adelph.* [V. 7, 10.] *Atque hanc in horto maceriam iube dirui, quantum pote eſt; hac transfer, vnam fac domum,* et infra: *fratri aedes fient peruiae. Faber.* repetiit *Bergl.*

706. (675. Br.) παραθήσεις. Sic cod. vt impreſſi. Marklandus ad Eurip. Suppl. 932. legendum cenſet παραθήσει in forma media, cuius rei me fugit ratio. *Brunck.*

707. Citat Suidas v. ἀνδρῶνα. *Kuſt.* τὰς στωάς. Hic et infra vbicunque haec vox occurrit, ſcriptum in cod. στόας. In impreſſis eſt στοιάς. Prior ſyllaba ob metrum produci debet. Analogiae magis congruum mihi videtur στωὰ, quam στοιά. Ab illo, στωὰ, deriuatur nomen Στωϊκοί. Formam στοιὰ, cuius neſcio, an apud ſcriptorem quempiam exemplum occurrat,

cuiusque non meminerunt Lexicographi, adfirmare videtur auctor Etymol. M. p. 550. l. 7. Sed voces fingere, quas vſus nunquam admiſit, Grammaticis ſolemne eſt. *Brunck.* *Στοιά*, quod et hic et aliis in locis habet cod. Rauenn., cum ſimilibus formis, quales *χροιά*, *ῥοιά*, comparat et defendit Elmsl. ad Eurip. Heraclid. 431. — *ἀνδρῶνας*. Vocem Graecam in verſione retinui vt Vitruuius et alii. Intellige loca ſatis ampla, numeroſis virorum conviuiis apta. *Faber.* repetiit *Bergl.*

708. *βῆμα.* Loci huius meminit Suidas v. *βῆμα.* *Kuſter.*

711. *ἵνα μὴ δειπνῶσι.* Mutatio numeri. Debuerat dicere *ἵνα μὴ δειπνῇ.* *Faber.*

712. Vide Suidam v. *κληρωτήρια,* qui locum hunc ex Comico noſtro adducit. *Kuſt.* Male hic Scholiaſtes, qui *κληρωτήρια* exponit *τὰς κληρωτικὰς ἀρχάς.* *Κληρωτήρια* hic aut locum, aut, quod magis placet, ſortes ipſas ſignificat. *Faber.* *Vrnas vero ſortium quo conferes?* in quas ſortes coniiciuntur, in ſortitione iudicum. *Bergl.*

713. *κᾆτα στήσασα.* *Deinde vbi eas collocauero iuxta* etc. *Bergl.* In cod. [et Suida v. *κληρωτήρια*] *καταστήσασα.* *Brunck.*

714. *ἐν ὁποίῳ γράμματι δειπνεῖ.* Ad huius loci illuſtrationem non parum faciunt ea, quae tam Schol. vetus, quam Nos notauimus ad *Plut.* 277. et 973. *Kuſt.* Scholia: *δέον εἰπεῖν δικάζει, εἶπε δειπνεῖ.* Sic in Pluto 973. *ἀλλ' οὐ λαχοῦσ' ἔπιες ἐν τῷ γράμματι;* vbi vide Notam. *Bergl.*

715. *ἐκ τοῦ βῆτα.* Literis diſtinguebantur loca, vbi ius dicebatur. Vide ad locum modo citatum. *Bergl.* *ἐπὶ τὴν στοιάν.* Leg. *τὴν στοιὰν,* vt et infra. *Faber.*

716. *τὴν Βασίλειον.* Quia incipit a *βῆτα.* *Bergl.* *τοὺς Θῆτ' ἐς τὴν παρὰ ταύτην.* Subaudi *λαχόντας: τοὺς Θῆτα λαχόντας.* Vulgo legitur, *τὸ δὲ Θῆτ' ἐς τὴν παρὰ ταύτην.* At vero in cod. ſcriptum eſt, *δειπνήσοντας. τοὺς δ' ἐκ τοῦ Θῆτα παρ' αὐτήν.* Quam lectionem ſince-

ram esse credo, et versum, qui sequebatur, excidisse. Porticum Thracum designari arbitratur Meursius Ath. Att. pag. 15. Scholiastes g) vero minus probabiliter, τὸ Θησεῖον, *Thesei templum. Brunck.* Schol. interpretationem commemorat *Bergl.*

717. (682. K.) τὴν στοιὰν τὴν ἀλφιτόπωλιν. Porticus nimirum olim Athenis fuit, Ἀλφιτόπωλις dicta, quod farinae illic venderentur. Hesychius: Ἀλφίτων στοὰ, ἐν Ἀθήναις, ἐν ᾗ τὰ ἄλφιτα ἐπωλεῖτο. Huius porticus etiam meminit Schol. supra ad *Acharn.* v. 547. et Eustathius ad Iliad. *Λ.* [p. 868, 37. Rom.]. *Kust.*

718. (687. Br.) Personae in hoc versu perquam absurde distinctae erant. *Brunck.* cuius distinctionem tacite sequutus est Inuern. Vulgo ἵνα κάπτωσιν Praxagorae continuabatur; deinde Βλ. μὰ Δί' — ἅπαντες. — ἵνα κάπτωσι. Hoc iam, non quasi στοὰ illa ἀλφιτόπωλις incipiat ab eadem litera, sed quia verbum κάπτειν est *vorare. Bergl.* τὸ γράμμα h). Nunc sors est, signum habens literam aliquam, qua vnum ex dicasteriis erat insignitum; ad quae dicasteria alluditur. *Idem.*

719. ἀπελῶσιν ἅπαντες. Sic recte cod. non, vt vulgo, ἅπαντας. *Brunck.*

722. Citat Suidas v. αὐτῷ στεφάνῳ. *Kust.* αὐτῷ στεφάνῳ πᾶς τις ἄπεισι τὴν δᾷδα λαβὼν i). Coronas gestabant et facem, cum irent comissatum. In Pluto 1042. ἔοικε δ' ἐπὶ κῶμον βαδίζειν· φαίνεται, inquit alter,

---

g) Schol. intelligit τοὺς Θῆτας ituros in Θησεῖον. Igitur παρὰ ταύτην intellige στοὰν λεχθεῖσαν παρὰ τὸ γράμμα τουτὶ Θ. vox obseruanda: posset et proximam significare; at non hic. *Faber.*

h) Petitum a more iudiciorum apud Athen. Aristophanes alibi. Vid. Sigon. et Meursium. *Faber.*

i) Quid sit κωμάζειν, hic meminisse necesse est. Adeundus Philostratus in Κώμῳ. Theocrit. in κωμαστ., et ad eum Casaubonus. Aristophan. in *Pluto.* Horatius alicubi tetigit: *Hic hic ponite lucida funalia et vectes et arcus oppositis,* etc. quae κωμαζόντων arma erant. *Faber.* Vide omnino Commentar. in Plutum p. 563 sq.

στέφανον γέ τοι καὶ δᾶδ' ἔχων πορεύεται. vbi v. Notam. *Bergl.*

723. ἄπεισι. Haec rursus menda e prioribus editt. me imprudente remansit: scribe ob metrum ἄπεισιν. *Brunck.*

724. διόδους. Suidas v. δίοδοι. *Kuster.*

726. δεῦρο παρ' ἡμᾶς. Videtur respexisse ad Sirenas Odysseae. Notissimi versus sunt. *Faber.* πρὸς ἡμᾶς. Reisig. I. p. 304.

729. Verba καὶ καλλίστη καὶ λευκοτάτη Reisig. l. l. post ὡραία v. 727. collocat.

730. πρότερον — αὐτῆς. Notetur vt duriusculum. Debuerat enim dici πρότερον ἢ παρ' αὐτῇ. *Faber.*

732. τοῖς δ' εὐπρεπέσιν γ'. Inferenda fuit ob metrum particula. *Brunck.* τοῖς εὐπρεπέσιν δ'. scribendum fuisse monuit Porson. in Censura Ar. Brunck. p. 572. Schaefer. (Mus. crit. Cantabr. V. p. 121.)

733. (702. Br.) αἱ φαυλότεραι sententia ipsa flagitante reponi debuit: vulgo absurde οἱ φαυλότεροι. *Brunck.* Lepidum hoc ἀκολουθοῦντες — αἱ φαυλότεραι, quod Br. vertit *sequutae deformiores*, notauit Reisig. I. p. XXI. Iohn Seager in Classical Iournal Nr. III. p. 509. de h. l. haec scripsit: Above, in v. 702., notwithstanding Bruncks opinion, οἱ φαυλότεροι appears to me the true reading: the ugly men check the handsome, and assert the right, given them by the new laws, of going first.

734. ποῖ θεῖς. Ita Aldina, Farrei, et Brub. Nupera θέεις. *Bergl.*

738. ὑμᾶς δὲ τέως *k*). Citatur hic locus ab Athenaeo Lib. III. cap. IV. p. 77. [T. I. p. 304. Schw.] et Suida v. δέφεσθαι. *Kust.* Pervulgatum accentus vi-

---

k) Nouum commentum concitandae libidinis. Ingeniosi homines in hac parte Graeculi; qui vtinam sibi in describendis quae tam libenter factitabant, temperassent: nam his patienter satis careret saeculum nostrum vitiorum ferax, σωφροσύνης incuriosum. *Faber.*

iam θρία emendauit Brunck. ad Vefpas 1312. Errat Schweigh. ad Athen. T. VIII. p. 159. — *διφόρου συκῆς.* Palmerius *l*) dicit intelligi τὸ πέος propter geminos tefticulos ab radicibus eius pendentes, et alludi ad ficus, quae dicantur *διφόροι*, quia combinatos fructus ferant. Quae expofitio, etfi non nimis apta videatur, tamen poteft vtcunque confirmari ex ifto Comici in Pace 1349. *τοῦ μὲν μέγα καὶ παχὺ, τῆς δ' ἡδὺ τὸ σῦκον.* nam ibi intelliguntur partes genitales. *Bergl.*

740. *m*) *προθύροισι* ob metrum fcribendum fuit, non, vt vulgo, *προθύροις*. Emendata hic eft fcriptura codicis. *Brunck.*

741. *φράσον μοι.* Scripfiffe Ariftophanem arbitror *φρασατόν μοι.* neque enim poteft Praxagora rogare Blepyrum, vt fimul pro choro refpondeat. Euanuiffe enim chori quaedam verba, ex iis perfpicuum eft, quae fubiungit Praxagora, v. 714., *ἠρημένην Ἄρχειν.* *Reifig.* I. p. 238.

742. (711. Br.) *βαδιστέον τ' ἄρ'* — Vulgo *βαδιστέον ἄρ' n*). Vide not. ad Ran. 656. *Brunck.*

744. *κηρύκαιναν.* Sic pro *ληρύκαιναν* (quod priores edd. nullo fenfu habent) fcribendum effe iam an-

---

l) Scholiaftes haec verba non intellexit, et nefcio quae de prurigine, quam facit afperitas foliorum, et de aliis mugi-natur. Sed nihil aliud intelligit Comicus per *δίφορον συκῆν*, quam *τὸ πέος*, membrum virile: quod fic vocat, *διὰ τὸ ἔχειν ὄρχεις δύο κρεμαμένους ὥσπερ καρποὺς*, ob duos tefticulos appendentes: et fic ridiculi gratia alludit ad ficus, quae dicuntur duplices, eo quod combinatos fructus ferant. Senfus eft obfcoenus, in quo explicando non eft immorandum. *Palmer.*

m) *δέφεσθαι.* *Mafturbari;* quod quid fit, diferte docebit Martialis lib. 9.

Pontice, quod nunquam futuis, fed pollice lena
Vteris, et Veneri feruit amica manus;
Hoc nihil effe putas? fcelus eft, mihi crede, fed ingens,
Quantum vix animo concipis ipfe tuo. etc.

Quae e libro ipfo petas. *Faber.*

n) Legi quafi in Graeco fuerit, vt ei corrigi debet: *βαδιστέον νῦν ἐστιν.* *Faber.*

te etiam recte viderunt Scaliger, Faber o), et Palmerius p). *Kuster.*

747. τήμερον. Vulgo minus bene σήμερον. *Brunck.*

748. Veterum edd. εὐωχησόμεθα emendauit *Faber.*

750. (719. Br.) δῆλον τουτογί. Vulgo τοῦτο τί. Quae scriptura retineri poterat, distinctis personis, vt in cod. distinctae sunt:

Βλ. ἱνατί; *Πρ.* δῆλον τοῦτο. *Βλ.* τί;

Sed longe praestat τουτογί, quod reponendum esse acute vidit Koenius ad Corinthum p. 56. [154.] *Brunck.* τουτοῖ aut τοῦτό τοι. *Reisk.*

751. Librorum omnium scripturam ἔχωσιν αὗται Brunck. in ἔχωμεν αὐταί, ne monito quidem lectore, mutauit. Nihil erat mutandum nisi μὴ 'χωσιν, quod incredibili sagacitate animaduertit, vt videtur, Inuern.

753. ὑφαρπάζειν Κύπριν. Ita in *Thesmoph.* [211.] de Agathone aurei versus sunt, et in re turpissime honestissimi:

δοκῶν γυναικῶν ἔργα νυκτερείσια
κλέπτειν, ὑφαρπάζειν τε θήλειαν Κύπριν.

Faber. repetiit *Bergl.*

755. (724. Br.) κατωνάκη seruorum est vestis. Hic metonymice ponitur res pro persona, quae re vtitur, vt supra 633. ἐμβάς. κατωνάκῃ valet igitur τῶν δούλων χάριν. Mentio κατωνακῶν in Lys. v. 1151. ad quem locum respexit Hesychius. Ad metonymiam non adtenderant, nec ad vsum datiui personam significantis pro genitiuo cum ellipsi nominis χάριν, qui hoc aliter

---

o) Necesse fuit innouare et quasi hibridam facere: quia lingua Lat. non habet quo exprimat praeconem feminam. Nemini enim dubium, quin, quod ab aliis praeuisum, legendum sit, κηρύκαιναν; id est, si placet, praeconissam, aut praeconem foeminam. *Faber.*

p) Interpres vertit *lyram nouam*, mutans procul dubio, et legens λύραν καινήν. At tu repone meo periculo κηρυκαίνην, id est, *praeconissam*, nec mirum, si nouis vocibus vtitur, et ab eo ipso formatis in rebus nouis et non antea visis nec cogitatis. *Palmer.*

acceperunt, et optimam lectionem temere ſollicitarunt q). *Brunck.*

758. Recitato hoc verſu Blepyrus et Praxagora in forum ituri e ſcena egrediuntur. Hoc intellexere Faber et Kuſterus, qui ſequentes verſus viro cuidam ſupellectilem ſuam in commune depoſituro tribuerunt. In primariis editt. verſus 728. et ſequens perquam abſurde Praxagorae tributi erant: prauam illam diſtinctionem inepte reuocauit Berglerus. Oeconomiam fabulae parum perſpectam habuerunt editores, minime vero omnium poſtremus ille. Poſt verſum 727.

q) *κατωνάκη*, et *κατωνάκης, ου*, ſatis notum. At hic adiectiuum fecit Ariſtoph. *κατωνάκη χοῖρον*, i. e. *θεραπαίνης χοῖρον*. Locus hic ſuauiſſimus, *τὸν κατωνάκη χοῖρον*. More Latino dicerem, *cunnum palliolatum;* atque ita ſeruarem *χαριεντισμόν;* quippe ex Martiale ancillae *palliolatae*. Poterat verti *villoſum*, ſed nulla gratia. *Faber.* Locus eſt paulo obſcurior, et ab interpretibus non recte, vt puto, intellectus. Faber nimirum exiſtimat, *κατωνάκη* hic eſſe adiectiuum, locumque hunc ita interpretatur, ac ſi meretrices *κατωνάκας* geſtaſſent; quod tamen ſecus eſt. Nam *κατωνάκη* non erat veſtis meretricum, vel famularum, ſed ſeruorum; vt ex pluribus auctorum locis facile probari poſſet, ſi hoc nunc agerem. Taceo, nimis durum et coactum mihi videri, vocem *κατωνάκη*, quae ſemper eſt ſubſtantiuum, hic adiectiue capere; tum quia nullum huius *χρήσεως* affertur exemplum; tum etiam, quia figura illa audacior eſt, quam vt ſocco Comico conueniat. Quare aliud placuit doctiſſimo Palmerio: quippe qui pro *ἀποτετιλμένας* ſcribendum cenſet *ἀποτετιλημένας*, ab *ἀποτιλάομαι*, quod exponit *detergo*. Sed nec illa coniectura mihi probatur. Nam vox *ἀποτιλάομαι* eſt prorſus commentitia, nec vsquam mihi lecta; cuius exemplum a Palmerio productum vellem. Ne dicam, metrum quoque lectioni huic manifeſto repugnare. Nam ſyllabam *τι* in *ἀποτετιλημένας* ſecundum legem metri hic oporteret eſſe breuem, quae tamen longa ſemper eſt in reliquis compoſitis, vt *ἐπιτιλάω, κατατιλάω*, etc. Nos igitur cenſemus locum hunc mendo quidem carere, ſed aliter interpretandum eſſe. Nam *κατωνάκη* hic accipio pro datiuo caſu; vt dicat Comicus, meretrices ſeruis, ſiue in ſeruorum gratiam, qui *catonaca* induti eſſe ſolebant, — — vulſum habere debere. Niſi locus eſſet obſcoenus, plura ad illuſtrationem eius afferre poſſem. Sed ſapienti ſat. *Kuſt.* Placet Cl. Kuſteri expoſitio, qui *κατωνάκῃ* in datiuo accipit. De hac re in Lyſiſtr. 89. *κομψότατα τὰν βληχώ γε παρατετιλμένη*. *Bergl.*

actus finitur, quo exacto, Chorus cantando et faltando partes fuas agebat: fed temporis iniuria et prifcorum Grammaticorum focordia periere chorica cantica huius fabulae tantum non omnia. *Brunck.*

759. r) ἔγωγ' — Sic legendum effe manifeftum eft. Perperam vulgo ἐγὼ δ' — Similis erat menda v. 173. *Brunck.* Iuntina minor ἐγὼ δὲ, ἵν' — maior ἐγὼ δ' ἵν' — quod eodem redit. Hoc non deterius vulgato. *Hotib.*

761. (275. K. 730. Br.) Supellectilem fuam foras effert quidam, eamque ordine disponit ante aedes. Alloquitur autem fingula vafa, vt in comoedia, tanquam effent homines: affignatque fingulis locum et officia, qualia in pompis et facrificiis effe folebant quarundam perfonarum. Nam iftud omnino tenendum, haec ad imitationem pompae fieri. Hinc infra 751. quidam ifta videns dicit: οὔτι μὴ Ἱέρωνι τῷ κήρυκι πομπὴ πέμπεται; Quodnam autem fit vas illud, quod primum effert, et κιναχύραν vocat, incertum eft; Faber c) admodum verifimiliter putat effe *cribri genus*, adductus, credo, etymologia vocis, παρὰ τὸ κινεῖν ἄχυρα. *Bergl.* Scholiaftae κιναχύρα eft ὄνομα δούλης. *Brunck.* καλὴ καλῶς. Pace 1330. χὤπως μετ' ἐμοῦ καλὴ καλῶς κατακείσει. Plautus Afin. III. 3. I fane bella belle. Curcul. IV. 2. t). Sequere iftum bella belle. *Idem.*

763. ἐντετριμμένη v). Citat Suidas v. ἐντετριμμέ-

---

r) Hos duos verfus [759. 760.] Praxagorae tribuunt antiquae edd. Nupera *Viro*, qui inferius. *Bergl.* Verba inde a 761. in priftinis edd. Viro tribui monet *Idem.*

s) Scholiaftes feruae nomen arbitratur; ego genus cribri exiftimo. Sed hic fenex, qui rifum comicum captat, res alienis nominibus vocat: vt gallinam vocat citharifiriam; ita hydriaphorum vocat bafin, quae ferendae hydriae fupponitur, etc. At inquies, an cribro dicat χώρει δεῦρο? Itidem fane vt ollae dicit, ἡ χύτρα δεῦρ' ἔξιθι etc. *Faber.*

t) Hunc locum attulerat *Faber.*

v) Hoc ambiguum: nam faccus bene fricatus erat, fed perfona fingitur callida τοῦ κανηφορεῖν, ad quod euocatur; vtrumque autem fignificat τὸ ἐντετριμμένη. Schol. ·σμηχθεῖσα, ἡ εἰδυῖα. *Hotib.*

νη. Ἐντρίβεσθαι autem apud Graecos interdum ſignificat, *fucari*, vel, vt proprie dicam, colorem aliquem faciei infricare, ſiue per frictionem illinere: cuius ſignificationis paſſim apud ſcriptores occurrunt exempla. Lucian. in *Iudic. Dear*. p. 225. ed. Amſtel. τοσαῦτα ἐντετριμμένην χρώματα, ὥσπερ ἑταῖράν τινα. Sed pluribus exemplis, vt in re nota, abstinemus. *Kuſt.*

κανηφορῆς x). De virginibus canephoris vide Meurſium Panathen. c. 25. y) cuius in fine laudantur Comicorum verſus, quos ſeruauit Noſtri Schol. ad Av. 1550. vbi Hermippi fragmentum deprauatum eſt, quod vel aliter, vel hoc modo legendum eſt.

ὥσπερ αἱ κανηφόροι
λευκοῖσιν ἀλφίτοισιν ἐντετριμμένοις z).
ἐγὼ δ' ἕνεκα ψαλαγμάτων τὴν διφροφόρον a).

Datiuus ἐντετριμμένοις pertinet ad ſubſtantiuum quod praecedebat in eodem caſu. *Brunck.*

764. θυλάκους στρέψασ' ἐμούς b). I. e. in quam multi ſacci ſcortei (nam tales οἱ θύλακοι), farinae pleni, effuſi ſunt; id quod ipſa feciſſe dicitur tanquam perſona; vnde Scholiaſta: στρέψασα, κλέψασα. *Hotib.*

---

x) Canephoros ſis. Puto ipſum innuere illam Cinachyram (quicquid tandem ſit) emeritam eſſe. Puellae enim cum iam nubiles erant, ἐκανηφόρουν. Ceterum ἐντετριμμένη praeter ſolitas ſignificationes fucatam quoque ſignificare poteſt; ſed ante quaerendum fuerit, quid ſit Cinachyra. Quae dico vt coniectanea. Nam certi nil habeo, niſi quod ſatis conſtare puto non eſſe hoc loco ſeruam intelligendam. *Faber.*

y) Add. Heindorf. ad Horatii Satir. p. 60 ſq.

z) Videtur legendum ἐντετριμμέναι, vt ad κανηφόροι referatur. *Bergl.*

a) Lege, ἐγὼ δ' ἐνίκαψα, λανθάνων τὴν διφροφόρον. ἐνίκαψα feliciter detexit Valckenaerius ad Herodot. II. 93. Totum verſum miſere corrupit Brunckius. *Porſon.* Aduerſar. p. 287. (254. ed. Lipſ.).

b) Id eſt, in quam tot mei ſacci inuerſi ſunt purgandae farinae; ſi perſtandum ſit in ſignificatione τῆς κιναχύρας. Interpretes hactenus interpretati reticulum panis; quod reiicit Caſaubonus. Θύλακος enim *ſaccus ſcorteus*, quem ſecum ferebant in forum, qui farinam emtum ibant. *Faber.*

765. Citat Suidas v. δίφρον. *Kuſt.* Scholia ad Aues, v. 1550. ταῖς γὰρ κανηφόροις σκιάδειον καὶ δίφρον ἀκολουθεῖ τις ἔχουσα. *Bergl.*

766. (750. K.) νὴ Δία, μέλαινά γ' οὐδ' ἂν εἰ τὸ φ. Verum huius loci ſenſum nec Faber c), nec alii interpretes perſpexerunt. Vertendum enim erat: *Per Iovem nigra ſane; adeo vt non fores nigrior, etiamſi pharmacum* (vel *pigmentum*) *coxiſſes, quo Lyſicrates comas denigrat.* Nimirum elegans d) hic latet Ellipſis, nondum a quoquam, quod ſciam, obſeruata. Integra enim oratio foret, νὴ Δία μέλαινά γ', (ὥστε οὐκ ἂν εἴης μελαντέρα,) οὐδ' εἰ τὸ φάρμακον, etc. Huiusmodi autem Ellipſes apud Atticos frequentiſſimae ſunt, vt ignorare non poſſunt, qui veteres ſcriptores Graecos triuerunt. Cf. Nos ſupra ad *Plut.* v. 468. vbi ſimilem Ellipſin, itidem paucis ante cognitam, expoſuimus. *Kuſt.* aſſentitur *Bergl.*

767. Λυσικράτης. Lyſicrates hic a Comico vt mollis ridetur. Solebant enim olim homines effoeminati, et mulierculariun amori plus nimio dediti, ingraueſcente iam aetate, capitis niuem pharmaco quodam ſiue pigmento celare, capilloſque nigro colore inficere, vt iuniores viderentur: qua de re paſſim exſtant apud ſcriptores veteres teſtimonia. Vnum tantum hic adducam locum ex Sereno Sammonico *de Medicina*, p. 2. ed. Amſtel. qui apprime huc facit.

Quos pudet aetatis longae, quos ſancta ſenectus
offendit, cupiunt properos abſcondere canos,
et nigrum crinem fuco ſimulare doloſo.

Et paulo poſt:

Praeterea niueum poterit depellere crinem,
reſina ex facili cera viſcoque coacta.

Kuſt. Scholia: ὡς τοῦ Λυσικράτους φαρμάκῳ μελαινον-

---

c) Comice riſum captat. Olla nigerrima quidem, verum ne ſic quidem ſatis apta tingendis Lyſicratis capillis. Alludit nempe ad illos molles, qui fuco ſeu pharmaco canitiem celabant. Clem. Alexandr. vocat χρίσματα πολιῶν. *Faber.*

d) Cur Kuſterus elegantem dixerit ellipſin, ignoro: mihi quidem videtur paullo durior. *Schaefer.* ad L. Bos. Ellipſ. p. 787.

τος ἑαυτοῦ τὰς πολιάς. Lyſicratis mentio ſupra 659. *Bergl.*

768. (737. Br.) Perperam vulgo legitur: δεῦρ' ἴθι κομμώτρια. Emendandi rationem vidit Faber *e)*, cuius criſin confirmat cod. in quo δεῦρ' ἴθ' ἡ κωμώτρια. Suidas: κομμωτὴς, καλλωπιστής. κομμώτρια, ἐμπλέκτρια, ἡ κοσμοῦσα τὰς γυναῖκας. *Brunck.*

769. De Hydriaphoris *f)* videndus Meurſius Panathen. cap. 21. *Brunck.*

770. (739. Br.) ἡ κιθαρῳδός *g)*. Gallinaceum intelligit, qui ὄρθριος ᾄδων dormientes e ſomno excitat. Hunc v. 30. praeconis nomine deſignat mulier: hic citharoedus eſt, vnde intelligendus iocus in ὄρθριον νόμον, quo adluditur ad muſicum modum, qui ὄρθιος appellatur. *Brunck.*

771. ἀναστήσασά μ' εἰς ἐκκλησίαν ἀωρὶ νυκτῶν. Quia ſummo mane ibant in concionem. Hinc illa hyperbole in Veſpis v. 100. τὸν ἀλεκτρυόνα δ' ὃς ᾖδ' ἐφ' ἑσπέρας, ἔφη, ὡς ὄψ' ἐγείρειν αὐτὸν ἀναπεπεισμένον παρὰ τῶν ὑπευθύνων ἔχοντα χρήματα. Etiam iſta concio, a qua nomen habet haec comoedia, fuit πρὸς ὄρθρον, vt loquitur ſupra v. 20. *Bergl.*

772. ὄρθριον νόμον *h)*. Quamuis hic Comicus intelligat *galli cantum*, lepide tamen, et quaſi aliud

---

e) κομμώτρια. Quin aliud intelligat ac loquatur, dubium eſſe non debet. Sed diuinare quid ſit, non eſt meum; niſi eandem ollam fuligine inunctam κομμώτριαν vocet. Ceterum corrige verſum corruptum et lege: δεῦρ' ἴθ' ἡ κομμώτρια. Eadem ratione qua ſupra, ἡ χύτρα δεῦρ' ἔξιθι. Et mox infra, σὺ δὲ δεῦρ' ἡ κιθαρῳδὸς ἔξιθι. *Faber.*

f) ὑδριαφόρε. Intelligo, vt ſupra a me dictum, baſin ſuſtinendae hydriae ſuppoſitam. *Faber.*

g) Scholia ἡ ἀλεκτορίς. Nempe gallinam dicit eſſe cithariſtriam, riſus cauſa: ſed potius gallus eſſe videtur. *Bergl.*

h) Quid ſit nomus in Muſicis notiſſimum eſt. Νόμος ὄρθριος erat canticum quod ſub diluculum pro foribus accinebatur; hodie apud nos dicitur *vne aubade*, quod ſub *albam*, i. e. auroram edi ſoleat. Ceterum ἀωρὶ νυκτῶν, ne mediam noctem cogites, ſed ſpatium illud tantum quod tenebrarum lucisque confinio miſcetur, diluculum ſcilicet; quod

agendo alludit ad *νόμον ὄρθιον*, qui ex Muſicis veteribus notus eſt. *Kuſt.* Pro *ὄρθιον νόμον*, quia tanquam de citharoedo loquitur, et tamen intelligit matutinum galli cantum. In Auibus v. 490. gallum dicit *ὄρθριον ᾄδειν*. *Bergl.*

773. (742. Br.) *ὁ τὴν σκάφην i*). Qua ſignificatione *σκάφην* accipi debeat, valde incertum eſt. Meurſius loco modo citato et Lect. Att. IV. 8. *ligonem* eſſe ait: alii *mactram*, in qua pinſitur farina. Hoc adfirmare videntur excerpta e Photii lexico [p. 382.] prolata ab Heſychii interprete ad *σκαφηφόροι*; illud vero probabile reddit quod docet Harpocratio in *Μετοίκιον*: *ἐκάλουν δὲ οἱ κωμικοὶ σκαφέας τοὺς μετοίκους, ἐπεὶ ἐν ταῖς πομπαῖς τὰς σκάφας ἐκόμιζον οὗτοι.* Sane *σκαφεὺς foſſorem* notat, cuius inſtrumentum eſt *ligo*. Sed hoc comicae licentiae eſſe poſſit. Altera acceptio probabilior mihi videtur. Praua diſtinctione locus hic impeditus erat, et copula inepte inſerta in ſeq. v. quam cod. non agnoſcit. Sic legitur in Kuſteri *k*) editione:

ὁ τὴν σκάφην λαβὼν προΐτω τὰ κηρία·
κόμιζε τοὺς θαλλοὺς καὶ καθίστη πλησίον,
καὶ —

Brunck.

775. *τὼ τρίποδ'*. I. e., *menſas tripedes*. Vide Polluc. X. 80. *Kuſter.* Infra 786. [818.] *καὶ δὴ μὲν οὖν τωδὶ ξυνάπτω τὼ τρίποδε.* Quod vulgatam huius verſus confirmat lectionem. In codice vero, *τὸν τρίποδ'*. *Brunck.*

777. Prodit homo tenax et parcus, qui non vult obtemperare edicto Praxagorae de afferendis in commune poſſeſſionibus. *Bergl.*

---

eo dico quia inepte diceret Ariſtophanes: neque enim intempeſta nocte gallinae canunt et galli. Ceterum alludit ad canticum *ὄρθιον*. *Faber.*

i) Pro alueolo in quo fauus eſt, accipio. Ceterum verſus hic aliquo modo haerere videtur; ſed nil mihi ſuccurrit, niſi quod in alia edit. *κόμιζε, καὶ θαλλοὺς κ. π.* *Faber.*

k) Verſum hunc et ſeq., tum ſenſus, tum etiam metri gratia, ſic legendos et diſtinguendos cenſeo, *ὁ τὴν σκ. λ. πρ., τὰ κηρία κόμιζε, καὶ θαλλοὺς κ. πλ.* *Kuſt.* repetiit *Bergl.*

778. (774. Br.) *ἀνὴρ ἔσομαι.* Sic cod. Harum vocum prior in impreſſis omiſſa cum verſus ruina *l*). *Brunck.*

779. *μὰ τὸν Ποσειδῶ γ᾽ οὐδέποτ᾽.* Porſonus in Adverſar. p. 36. (32. Lipſ.) corrigit: *μὰ τὸν Ποσειδῶ οὐδέποτέ γ᾽.* poſt iusiurandum enim non ſequi particulam *γε*, niſi alio vocabulo interpoſito. Eodem modo haec corrigit Elmsleius in Auctario ad Acharn. 127. p. 118. Reiſigio I. p. 254., qui recte monet, iurandi formam *μὰ τὸν Ποσειδῶ* non alio modo trimetro accommodari ſolere, niſi vt caeſuram efficiat penthemimerem, verius videtur *μὰ τὸν Ποσειδῶ οὐδέν ποτ᾽, ἀλλὰ* —, vel *μὰ τὸν Ποσειδῶ οὐδ᾽ ἕν ποτ᾽, ἀλλὰ* —. Vulgatam et h. l. et Avium v. 11. ſcripturam contra Porſonum nuper defendit Meineckius Quaeſtion. Menandr. Specim. I. p. 52., comparatis pluribus Iuliani, Libanii, Themiſtii locis, quibus aliquot Plutarchei addi poterant, vt Moral. T. I. p. 203. Wyttenb., ſed qui perinde omnes nihil faciunt ad Ariſtophanem. Nam et ex ſerioribus ſcriptoribus petiti ſunt et hoc habent ſingulare, quod omnes in formula *καὶ νὴ Δία γε* verſantur, cuius longe alia ratio eſt. Recte enim, etſi antiquiores repudiaſſe videntur, dicitur *καὶ νὴ Δία γε:* non poteſt *νὴ Δία γε*, *μὰ τὸν Ποσειδῶ γε*, quia in his *γε* nihil ſignificare poteſt. In Ariſtophane ſcribendum videtur *μὰ τὸν Ποσειδῶ ᾽γὼ οὐδέποτ᾽* — *ἐγὼ* eliſa vltima perfrequens in veteribus libris. V. ſupra ad 574. *Dindorf.*

782. *οὐδὲν πρὸς ἔπος οὕτως.* Citatur a Suida v. *οὐδὲν πρὸς ἔπος*, et v. *οὑτοσί:* vnde verſum hunc ſuppleuimus, addita voce *οὕτως*, quae in prioribus editt. deeſt *m*). *Kuſter.* *οὐδὲν πρὸς ἔπος.* Temere, nullius rei cauſa, etc. *Faber.* Scholia *ἀντὶ τοῦ, ὡς ἔτυχεν, ἕνεκα μηδενός.* Sic *ἐκ σμικροῦ λόγου, ob leuem cauſam,* apud Sophocl. in Oed. Col. 613. Idem in Aiace 477. *οὐκ ἂν πριαίμην οὐδενὸς λόγου βροτὸν, ὅστις* —. *Bergl.*

783. Elmsleius ad Eurip. Medeam p. 119. legit:

---

l) Verſus hic vno pede breuior eſt, quem Scaliger recte, vt puto, ſic ſupplet: *νὴ Δί᾽ ἔσομαι. Kuſt.*

m) Suidae lectionem probauerat *Faber.*

πρὶν ἂν ἐκπύθωμαι. Reifigio I. p. 65. vulgatam fcripturam defendenti Ariftophanes tragicum verfum imitari videtur.

785. πότερα. Vulgo πότερον. Illud magis Atticum eft, et Comico frequentatum. *Brunck.* Inutilem mutationem notauit Reifig. I. p. 27.

786. ἐνέχυρα θήσων. In Plut. 451. ποίαν ἀσπίδ' οὐκ ἐνέχυρον τίθησιν ἡ μιαρωτάτη; *Bergl.*

787. (751. K. 756. Br.) Locus hic citatur a Prifciano L. XVIII. col. 1196. ed. Putfch. *Kufter.* ἐπὶ στοίχου. Sic cod. et editt. primariae. In recentioribus ἐπὶ στίχου. *Brunck.* οὕτως. Ita Iuntina et Farrei et Brub. Aldina autem et Nupera οὗτος. *Bergl.* οὕτως iam *Faber* voluerat. — οὔτι που. Vulgo οὔτι μὴ, quod nefcio an graece dicatur pro *num.* At οὔτι που frequenter apud Poetas Atticos occurrit. Vide not. ad Ran. 522. Euripid. Helena 95.

πῶς; οὔτι που σῷ φασγάνῳ βίον στερεῖς;
485 πότ'; οὔτι που λελήσμεθ' ἐξ ἄντρων λέχος;
549 οὔ τι που κρυπτεύομαι
Πρωτέως ἀσέπτου παιδὸς ἐκ βουλευμάτων;

Herc. Fur. 968. οὔ τι που φόνος σ' ἐβάκχευσεν νεκρῶν, οὓς ἄρτι καίνεις;

Brunck. οὔ τι μὴ tacite reuocauit Inuern.

788. πομπὴν πέμπετε n); Sic cod. et edit. B. Iuntae. In ceteris πομπὴ πέμπεται; *Brunck.*

792. ὅπως; ῥαδίως. Scribe, vt eft in libris omnibus, πῶς; ῥαδίως. Iftud ὅπως, quod me nolente et imprudente irrepfit, metrum perimit. *Brunck.*

798. τὸ ταττόμενον. Hic verfus et antecedentes quinque conferri poffunt cum hoc Euripidis loco in Phoeniff. 1640. vbi Creon et Antigone colloquuntur: Κρ. Ἐτεοκλέους βουλεύματ', οὐχ ἡμῶν, τάδε. Ἀν. ἄφρονά γε, καὶ σὺ μωρὸς, ὡς ἐπείθου τάδε. Κρ. πῶς; τἀντε-

---

n) Metaphora. In pompa, vt notum eft, res ἐπὶ στίχου procedebant; itidem hic fupellectilia foras efferuntur, et veluti ad pompam ordinantur, vt fub Hierone praecone notiffimo illius aetatis veneant. *Faber.*

ταλμέν' οὐ δίκαιον ἐκπονεῖν; Ἀν. οὐκ, ἤν πονηρά τ' ᾖ, κακῶς τ' εἰρημένα· *Bergl.*

803. (772. Br.) ἀλλ' ἰδὼν ἂν ἐπιθόμην. Soloece vulgo ἀλλ' ἰδὼν ἐπειθόμην. Saepiſſime a librariis iſtae formae ἐπιθόμην, ἐπειθόμην male commutatae, cuius rei exemplum enotatum fuit ad Ran. 1376. aliaque occurrent. Equidem quempiam noui, cui vulgata lectio, nedum vitii ſuſpecta ſit, digna viſa eſt, quae tanquam exemplum proponeretur, ad cuius normam graecus ſermo exigi poſſet: ſed μάταιός ἐστι, καὶ φρονῶν οὐδὲν φρονεῖ. Vide notam ſupra ad v. 255. *Brunck.* Vulgatam ſcripturam reuocauit Inuern.

804. λέγουσι γοῦν — λέξουσι γοῦν. In repetitione earundem vocum ſita eſt venuſtas, cuius maxima pars perit, ſi legas, vt vulgo, λέξουσι γάρ. Poſtrema haec particula rurſus perperam infertur in trium ſequentium verſuum fine; quo ſententiae nexu, oſtendet qui eam tueri volet. *Brunck.* γὰρ recte ab Inu. reuocatum.

806. ἀπολεῖ *peribis*, aut ἀπόλοι' (pro ἀπόλοιο) *pereas. Reisk.*

807. Vulgo ſic fertur hic verſus vno pede claudus:

ὁ Ζεύς σ' ἐπιτρίψειεν. — ἐπιτρίψειε γάρ.

At in cod. et in primariis editt. o) legitur:

ὁ Ζεύς σ' ἐπιτρίψειεν. — ἐπιτρίψουσι γάρ.

Brunck.

808. In edit. Farrei haec ita diſtinguuntur perſonis: ἀν. ὅστις — ἔχει. φει. οὐ γὰρ — ἐστίν. ἀν. ἀλλὰ λαμβ. — δεῖ; φει. νὴ Δία — θεοί. Nempe cum Tenax dixiſſet: putasne quenquam allaturum bona ſua? reſpondet *Vir alter: quicunque eorum mentem habet* feret ſcilicet: *Ten. enimuero id non eſt vernaculum. Vir alter: ſed acciperene nos tantum decet? Ten. Ita profecto; nam et dii* accipiunt ſcilicet. *Bergl.*

818. καὶ γὰρ οἱ θεοί p). Subintellige, λαμβάνουσι:

---

o) In ed. Farrei ſic ſcribi annotauit *Bergl.*

p) Cum abruptum καὶ παρακεκινδυνευμένον ſenſum videret Scaliger, putauit verſum hic deeſſe; quod minus verum.

vt recte monuit vir doctus ad marginem libri Poſtelwaythiani. *Kuſter.*

811. Longas editorum notas q) inutiles reddidit libri Rauennatis ſcriptura *γνώσει δ' ἀπὸ τῶν χειρῶν τε τῶν ἀγαλμάτων*, in qua nihil mutandum eſſe niſi *τε* in *γε* recte animaduerterunt Cenſor Inuern. ſupra p. 638.

Nam poſtquam dixit, poeta, *ἀλλὰ λαμβάνειν ἡμᾶς μόνον δεῖ, νὴ Δία·* addit, *καὶ γὰρ οἱ θεοί.* Scilicet *λαμβάνουσι*: quod mox exponit. *Faber.*

q) *γνώσει δ' ἀπὸ τῶν χειρῶν τε καὶ ἀγαλμάτων.* Lego, *γνώσει δ' ἀπὸ τῶν ἱερῶν τε τῶν ἀγαλμάτων*, *id autem ex ſacris et imaginibus illorum diſces.* Nam quin illud *χειρῶν* ibi ridiculum ſit dubitari non poteſt, praeſertim cum dicat *χειρῶν τε καὶ ἀγαλμάτων.* Adde (quod ineptius eſſet) verſu abhinc ſecundo legitur, *ἐκτείνοντα τὴν χεῖρ' ὑπτίαν.* Bene autem iunxit *ἱερὰ καὶ ἀγάλματα*, quum ſciamus in plurimis ſacris ſtipes mitti ſolitas; interdum autem ſimulacris in manum dari. Sane quin vera reſtauratio haec ſit, puto dubitare neminem. *Faber.* Hic verſus in Aldino codice mutilus erat; ſic legitur in editione principe:

γνώσει δ' ἀπὸ τῶν χειρῶν τε, καὶ

Sinceriore codice vſus Bern. Iunta integrum verſum edidit:

γνώσει δ' ἀπὸ τῶν χειρῶν τε, καὶ τἀγάλματα.

Totidem iisdemque literis ſcriptus eſt in Reg. cod. Hanc lectionem repraeſentauit Cratander, quam poſtea imperite mutauit Zanettus, pro *τἀγάλματα* poſito *τἀγαλμάτων.* Bona lectio rurſus prodiit in Pariſina Wecheli. Ant. Fracinus et Frobenius mutilum Aldi verſum exhibuerunt. Kuſterus vero ex Fabro edidit:

γνώσει δ' ἀπὸ τῶν χειρῶν τε καὶ [ἀγαλμάτων].

Satius erat bellis illis editioribus poſtremam vocem, quam pro ſpuria habebant, prorſus omittere, quam prauum adeo ſenarium in Comici textum inferre. *καὶ* ante *ἀγαλμάτων* neceſſario eliditur, et ſcribendum erat *κἀγαλμάτων*, quo pacto verſus non ſtetiſſet. Quae ad hunc locum commentatus eſt Faber nauci non ſunt, nec Abreſchii meminiſſe quidquam adtinet, qui in Dilucid. Thuc. p. 439. ridicule ſe torquet, vt prauam Fabri lectionem tueatur. At Kuſterum neſcio quo nomine appellem, qui alterius lectionis *τἀγάλματα* notitiam habuerit, nec tamen viderit eam vnice veram eſſe. In codicis ſcriptura leue vitium eſt, librariorum ſolemni errore: *τε* mutandum in *γε*. Verba autem ſic ordinari et ſuppleri debent: *λαμβάνειν ἡμᾶς μόνον δεῖ. καὶ γὰρ οἱ θεοὶ (μόνον λαμβάνουσι.) γνώσει δὲ (τοῦτο) ἀπὸ τῶν χειρῶν γε (αὐτῶν.) καὶ γὰρ ὅταν εὐχώμεσθα (αὐτοῖς) διδόναι (ἡμῖν) τἀγαθὰ, τὰ ἀγάλματα ἕστηκεν ἐκτείνοντα τὴν χεῖρ' ὑπτίαν* — ***Brunck.***

commemoratus et *Hotibius*. Veram scripturam dudum coniectura assequutus erat *Reiskius*.

813. τὴν χεῖρ' ὑπτίαν, idem quod τὴν χεῖρα κοίλην, Thesm. 937. *Brunck*.

815. (784. Br.) σύ γ' ἔμ' ἔα. In cod. σύ γε ἔα, male omisso pronomine. In impressis minus concinne:

ὦ δαιμόνι' ἀνδρῶν r), ἔα με τῶν προὔργου s)
τι δρᾶν t).

Mendas primariarum editt. referre nihil adtinet. *Brunck*.

816. ποῦ μοι 'σθ' ἱμάς; Vulgo ποῦ μοὖσθ' ἱμάς; *Brunck*. De crasi Brunckio parum constabat. Recte μοὖσθ' reuocauit Inuern.

822. σεισμὸς εἰ γένοιτο πολλάκις v). Male interpretes: si terrae motus creber fiat. Vnus nimirum sufficiebat omini. Πολλάκις, h. e. fortasse, pertinet ad παίσαιντ' ἄν. Cf. 1150. *Hotib.* Cf. Heindorf. ad Platon. Phaedon. p. 19.

823. διάξειεν γαλῆ. Nimirum γαλῆς transcursus per viam, vel occursus, mali ominis loco habebatur:

---

r) Aliquando *infelix;* aliquando quod vulgo in Graecia dicebant, ὦ θαυμάσιε. Exempla sexcenta apud Homerum et hunc nostrum. *Faber.*

s) In Pluto 623. μὴ — διακωλύσῃ τι τῶν προὔργου ποιεῖν. *Bergl.*

t) Recte vulgatam h. v. scripturam reuocauit Inuern. ἔα saepe monosyllabum. V. Brunck. ad Ranas 1243. Erfurdt. Praef. ad Sophocl. Antigon. p. IX. ed. mai.

v) Locum huic sup parem apud Terentium habes in *Phormione: A. Quamobrem? aut quid dicet? G. Rogas? Quot res! Post illa monstra euenerunt mihi: Introiit in aedes ater alienus canis: Anguis per impluuium decidit de tegulis: Gallina cecinit: interdixit hariolus: Haruspex vetuit ante brumam aliquid noui Negoti incipere; quae causa est iustissima.* Quem locum ideo adduxi, non quod ibi monstra similia sint, (nam ne vnum quidem) sed quod ibi agatur de disturbandis saltem fictis vanae causae obtentu Phormionis nuptiis. Ceterum istud διάξειεν γαλῆ mire dictum est. Horatius [Od. III. 27, 5.] aliquid simile: *Rumpat et serpens iter institutum*, etc. *Similis sagittae*, etc. *Faber.* repetiit haec *Bergl.*

vt patet ex Theophr. *Charact.* cap. [16.] περὶ δεισιδαιμονίας. *Διάξειεν* autem eſt a verbo διαΐσσειν, non διάγειν: ne quis forte hac in re erret. *Kuſt.* repetiit haec ex parte *Bergl.*

825. Hic quoque Elmsleius ad Acharn. 323. p. 122. χαριεντά τἂν πάθοιμ' ἄν.

826. (795. Br.) καταθείην. Vulgo καταθείμην. *Brunck.* καταθείμην, quod recte reuocauit Inuern., ſcriptum citat Reiſig. I. p. 198. — μὴ γὰρ x) οὐ λάβοις y) ὅποι. Vertit Faber: *Caue metuas, fieri non poteſt quin habeas vbi poſſis deponere, etiamſi ad vltimum menſis diem veneris.* Quod frigidum eſt et alienum a Graecorum ſignificatione. Conciſa phraſis eſt et elliptica z), ſic ſupplenda: ἀλλὰ δέδοικα μὴ οὐκ ἔχῃς ὅποι λάβοις. *Times ne habeas vbi deponas: at ego tibi timeo,* vel, *time vero potius, ne habeas vbi capere poſſis.* Dixerat ſupra idem homo v. 778. ἀλλὰ λαμβάνειν ἡμᾶς μόνον δεῖ. *Brunck.*

827. ἕνην. Sic cod. Vulgo ἕνης. *Brunck.* ἕνης Genitiuus caſus. Vide in Nubib. 1182. *Bergl.*

828. ἐγῷδα. Sic cod. Vide ad Thesm. 502. *Brunck.*

830. a) οἴσουσιν. Hic interrumpitur oratio de inconſtantia decretorum populi Athenienſis vsque ad v. 807. [842.] *Bergl.*

837. b) πάνυ γ' ἂν οὖν Ἀντισθένης c). Haec ad-

---

x) γὰρ iſtud παρέλκει: quod Atticorum eſt: qua de re infra. *Faber.*

y) λάβῃς Heindorf. ad Platon. Phaedon. p. 36.

z) Subintellige ex praecedentibus καταθείης. Similem ellipſin notauimus paulo ante ad v. 774. [810.]. *Kuſter.*

a) Legendum arbitror εἰ δὲ μὴ οὐκ οἴσουσι, τί; Alterius verbis vtitur hic, vt ſupra 804 ſeqq., et in hoc conſiſtit iocus; μὴ οὐκ pro horum alterutro, vt apud Xenophontem, laudante Stephano, quicum cf. Aeſchyl. Prom. 619, 776. *Hotib.* Lepida nota.

b) Haec vsque ad v. 805. [841.] ita debent verti: *Omnino Antiſthenes Ea* (nempe bona ſua) *in commune conferet, ſcilicet; imo vero multo commodius Prius cacauerit, plus-*

modum turbata videntur, nec ex hoc loco, vt legitur, poteſt elici commodus ſenſus: nec ad aliud refero Scholiaſtarum ſilentium, quam quod eum locum deſperatae ſanitatis exiſtimauerunt: tamen eum reſarcire tentabo. Primum igitur de Antiſthene ſupra locutus eſt, vt de viro durum cacante, v. 566. Hic vero etiam auarum fuiſſe innuit, vt Callimachum pauperem. Pheidolus igitur, qui demouere vult virum deponentem a bonis deponendis, allegat et adducit ad exemplum hos viros, quorum alterum propter auaritiam, alterum propter paupertatem nihil depoſituros confidit, et ait, ſi deponendae forent res, eos promptiſſimos fuiſſe ad deponendum: et ſic a contrario ſenſu eos viros Comico ſale inſpergit poeta. Vir autem deponens ait, non mirum eſſe, ſi Antiſthenes nondum deponat, cum adeo ſit auarus, et a deponendo aliquid alienus, vt antequam feces deponat, gemat plusquam triginta dies. Sic ergo lego et diſtinguo:

Φειδ. πάνυ γ᾽ ἂν οὖν Ἀντισθένης
αὖτ᾽ εἰσενέγκοι πολύ γ᾽ ἐμμελέστερον.
Αν. πρότερον χέσαι πλεῖν ἢ τριάκονθ᾽ ἡμέρας
οἰμώζει. Φειδ. Καλλίμαχος δ᾽ ὁ Χοροδιδάσκαλος
αὐτοῖσιν εἰσοίσει τι πλείω Καλλίου.

Vltimo autem hoc verſu pungit Calliam Hipponici, vt helluonem et dilapidatorem auitarum et paternarum diuitiarum, et qui multa deponebat: de cuius

---

quam triginta dies. Vir dep. *Eiula, (male tibi ſit).* Ten. *Callimachus vero Chororum magiſter ecquid amplius ad illos conferet, quam Callias? Bergl.*

c) Qui ſciret quale decretum propoſuerit hic Antiſthenes, in hoc loco non laboraret; at id ferendum vt et plurima alia. Subolet mihi in illius decreto fuiſſe *προθεσμίαν* triginta amplius dierum. Vnde *παρ᾽ ὑπόνοιαν* intulit Poeta, *χέσαι πλεῖν ἢ τριάκονθ᾽ ἡμέρας·* cum dicendum eſſet *ἀναμεῖναι πλεῖν ἢ τριάκονθ᾽ ἡμέρας.* Quem huius loci genuinum ſenſum eſſe non dubito. At quid rogarit Antiſthenes, neſcire me fateor. *Faber.* Ironice. Vult autem dicere: Hunc Antiſthenem, quamuis alias aegre poſſit cacare, tamen libentius vel triginta dies cacaturum, quam bona ſua in commune allaturum. De Antiſthene tanquam difficulter et cum gemitu egerente excrementa v. 566. *οὗτος γὰρ ἀνὴρ ἕνεκά γε στεναγμάτων, οἶδε τί πρωκτὸς βούλεται χεζητιῶν.* ita enim illum recte accepit Palmerius. *Bergl.*

vita prodiga et morte voluntaria ob paupertatem imminentem vide Aelian. Var. Hift. IV. 23. et Andocidem περὶ τῶν Μυστηρίων [p. 55 fqq. Reisk.]: et Ariftotel. Rhetoric. III. 2. *Palmer.*

838. (807. Br.) πολὺ γὰρ ἐμμελέστερον (fub. ἔσται vel δόξει αὐτῷ) πρότερον χέσαι — Fallitur Berglerus *d*) iftud χέσαι accipiens pro tertia perfona optatiui, quum fit infinitiuus. Si χέσαι effet optatiui modi, oporteret πολύ γ' ἄν, tumque ἐμμελέστερον, fic aduerbialiter accipiendum, nullo nexu cum ceteris orationis partibus cohaereret. Praeterea forma illa optatiui χέσαιμι, χέσαις, χέσαι, Attica non eft. *Brunck.*

840. οἴμωζε *e*). Vt in Auib. 1571. et alibi *Bergl.* Καλλίμαχος. Pauperem fuiffe apparet, et ita dicit Schol. *Idem.*

841. αὐτοῖσιν εἰσοίσει τι πλείω Καλλίου. Nullus omnino fenfus. Lego et interpungo:

αὐτοῖσιν εἰσοίσει. *Α.* τί; *Φ.* πλείω Καλλίου.

Faber. τί πλεῖον. Sic cod. et edit. Bern. Iuntae. Male vulgo τί πλείω. *Brunck.* Καλλίου. Scholia: Καλλίας τις ἐγένετο πλούσιος, ὃς εἰς πόρνας ἑαυτοῦ οὐσίαν κατηνάλωσε, καὶ λοιπὸν πένης ἐγένετο. Vide in Auib. v. 287. *Bergl.*

842. ὤ 'νθρωπος οὗτος ἀποβαλεῖ τὴν οὐσιάν. Ita ed. Farrei. Vulgo minus recte ὦ 'νθρωπος οὗτος, ἀποβαλεῖ etc. Dicit autem hoc fecum. *Idem.*

843. δεινά γε λέγεις. Nunc redit ad illum fermonem de inconftantia decretorum populi Athenienfis, inceptum fupra v. 792. *Idem.* Fortaffe δεινόν γε λέγεις antiquitus fcriptum fuit. *Reifig.* I. p. 216.

---

d) χέσαι. 3. perf. Aor. 1. opt. Act. Alias in media etiam voce, fed rarius; vt in ifto fimili in Equit. 1054. loco: ἀλλ' οὐκ ἂν μαχέσαιτο, χέσαιτό γε πρὶν μαχέσαιτο. Eft autem hyperbole, χέζειν πλεῖν ἢ τριάκονθ' ἡμέρας. Sicut ille mentitur in Acharn. v. 82. qui dicit κἄχεζον ὀκτὼ μῆνας. *Bergl.* πλεῖν ἢ τριάκονθ' ἡμέρας. In Acharn. 857. ῥιγῶν τε καὶ πεινῶν ἀεὶ πλεῖν ἢ τριάκονθ' ἡμέρας τοῦ μηνὸς ἑκάστου. *Idem.*

e) *Plora. In malam rem.* Latini quoque vfurpant. *Nil praeter plorare relictum. Faber.*

845. (814. Br.) ἐκεῖν', ἄδοξε, τὰ περὶ τῶν ἁλῶν. Sic bene cod. Duo enim fuiſſe decreta intelligitur, quorum poſteriore prius abrogatum fuit. Vulgo οὐ'δοξε, τὸ — *Brunck.* τὸ περὶ τῶν ἁλῶν. Scholia: ἐψηφίσαντο γὰρ αὐτοὺς εὐωνοτέρους εἶναι, καὶ τὸ ψήφισμα ἄκυρον γέγονε. *Bergl.* Eadem, latine verſa, *Faber.* Cf. Boeckh. Staatsh. d. Athen. I. p. 65. 110.

846. (810. K.) τοὺς χαλκοὺς δ' ἐκείνους. Intelligit aereos illos nummos, qui ſub Archonte Callia cuſi fuerunt. Schol. ſupra ad *Ran.* 737. ἐπὶ Καλλίου χαλκοῦν νόμισμα ἐκόπη. *Kuſt.* repetiit *Bergl.*

847. ἐψηφισάμεθ'. Sic cod. et ed. B. Iuntae. In Ald. et aliis exinde ἐψηφισάμεσθ'. Vide not. ad Ran. 300. *Brunck.*

849. μεστὴν ἀπῆρα τὴν γν. *f*). Citat locum hunc Pollux IX. 92. Vt autem haec recte intelligantur, ſciendum eſt, morem olim fuiſſe Athenis hominum viliorum et ſordidiorum, qui in foro res venales habebant, vt pecunias ex venditione collectas in os et buccam conderent *g*). Patet hoc etiam ex alio fragmento Comici noſtri, quod legitur apud Pollucem IX. 63. διώβολον, ὅπερ λοιπὸν μόνον ἦν ἐν τῇ γνάθῳ. Clare etiam Theophraſt. in *Charact.* cap. [VI.] περὶ ἀπονοίας, circa fin. καὶ τοὺς τόκους ἀπὸ τοῦ ἐμπολήματος εἰς τὴν γνάθον ἐκλέγειν. Vide ibi accuratiſſimum Caſaubonum [p. 96. ed. Fiſch.], qui plura de hoc more docte ibi notauit. *Kuſter.*

852 ſq. V. Schneid. in Add. ad Xenoph. Hellen. p. 96.

---

f) Simiarum ſcilicet more, qui nummos in buccis abſcondunt: nam quod crumenam vertit interpres, eſt ſine exemplo. *Palmer.*

g) Nempe iſte, vt ipſe dicit, buccam chalcis repletam habens, (nam erat tunc moris pecuniam in ore geſtare,) iuit cum ſacco ad emendam farinam: ſed abrogatis interea chalcis, vacuum retulit ſaccum. Sicut ille in Auib. 504. qui etiam ad emendam farinam iuerat cum pecunia in ore, quam deglutiuerat imprudens, cum ad conſpectum miluii, pro more, ſupinus humi iaceret. De pecunia in ore condenda videatur locus, ad quem ibi lectorem remitto. Pollux etiam IX. 63. citat Comici noſtri fragmentum, vbi vide Iungermannum. *Bergl.*

854. (823. Br.) *τὸ δ' ἔναγχος οὐχ ἅπαντες ἡμεῖς ὤμνυμεν.* Sic legitur hic verſus in cod. et in edit. B. Iuntae. Immo ſic legitur etiam in editione Kuſteri, in quam neſcio quo caſu irrepſit bona lectio. Quin eam a ſciente et volente receptam fuiſſe credam, facit ejus nota: *Placet coniectura Scaligeri, qui verſum hunc ſic ſupplet et emendat:*

τί δ'; οὐκ ἔναγχος τοῦθ' ἅπαντες ὤμνυμεν;

Diu mecum quaeſiui, quid ſibi haec nota vellet: non enim videbam, quid cauſae eſſet cur aut ſupplementi aut emendationis indigeret vulgata lectio. Rem altius repetendam eſſe ſuſpicatus ſum. Fabri editionem adii, in qua exſtat:

τὸ δ' ἔναγχος οὐχὶ τοῦτο πάντες ὤμνυμεν:

Licet iners mihi *τοῦτο* videretur, nihil tamen in verſu hiulci aut mendoſi deprehendeban, aliudque a Scaligero lectum fuiſſe intellexi. Principem editionem conſului, in qua demum verſum hunc ſic conſtitutum vidi:

τὸ δ' ἔναγχος οὐχ ἅπαντες ὤμνυμεν;

Aldi lectionem repraeſentarunt Fracinus, Cratander, Veneti, Wechelus, Frobenius, Bataui, ita vt neſciam vnde ſincerum iſtud *ἡμεῖς* ab Aldo omiſſum in Kuſteri editionem migrarit. Scaligerum itaque cum ſuo ſupplemento valere iubeamus. *Brunck.*

856. *τῆς τεσσαρακοστῆς.* Sic libri: ſed ſcribendum *τῆς τετταρακοστῆς.* *Idem.* *ἢν ἐπόρισ'.* Sic bene cod. a themate *πορίζω.* Perperam vulgo *ἢν εὐπόρισ'* — *h*). *Idem.* *Εὐριπίδης i*). Tragici filium intelligit Boeckh. Staatsh. d. Athen. T. II. p. 27.

857. *κατεχρύσου.* I. e. *laudibus magnifice ornabat.* Eodem ſenſu *χρυσῷ πάττειν* capitur ſupra a Co-

---

h) Emendauerat iam *Bergl.* De barbaro *εὐπορίζω* v. Schaefer. Meletem. p. 7. „*εὐπορίζω*, quo parum aut nunquam vtuntur Graeci.“ Caſaub. ad Athenaeum T. IV. p. 170. *ἐξευπορίζοντες* editum in Lesbonacte T. VIII. p. 7.

i) Ne quis poetam Euripidem cogitet. Tributum autem illud erat, *ὥστε πᾶς ἀνὴρ τὴν τῶν ὄντων τεσσαρακοστὴν μερίδα εἰς τὸ κοινὸν εἰσφέρειν.* Tributum ſane ingens *μανικὸν ὅσον;* hodie autem, vt viuitur, nihil leuius eſſet. *Faber.*

mico nostro in *Nubib.* 909. *Kust.* Diphilus ap. Athenaeum X. p. 422. εὖ γ' ὁ κατάχρυσος εἶπε πόλλ' Εὐριπίδης. Sed hi duo Comici non de eodem Euripide videntur loqui: nam iste, cuius Aristophanes meminit, videtur remp. attigisse, vt etiam decreta scripserit. Schol.: οὗτος ἔγραψε τεσσαρακοστὴν εἰσενεγκεῖν ἀπὸ τῆς οὐσίας εἰς τὸ κοινόν. *Bergl.*

858. ὅτε δὴ δ' ἀνασκοπουμένοις. Sic recte cod. [et MS. Monac. ap. Reisig. I. p. 229.] Mendose rursus impressi ὅτε δ' ἤδ', vt supra v. 315. *Brunck.* ἐφαίνετο. Cod. ἐμφαίνεται. *Idem.* Iuntinae a. 1515. et 1540. ἐφαίνεται. Hinc Reisig. I. p. 229. XII. ἀνασκοπουμένοισι φαίνεται.

859. ὁ Διὸς Κόρινθος. Id alibi a Schol. explicatum est. *Faber.* Prouerbium de illis, qui eadem saepe inculcant. Vide ad Ran. 437. Nam et istud in ore erat omni populo. *Bergl.* οὐκ ἤρκεσεν. Perperam Scaliger οὐκ ἤρεσεν. Equit. 523. καὶ λυδίζων, καὶ ψηνίζων, καὶ βαπτόμενος βατραχείοις οὐκ ἐξήρκεσεν. Praetera eo minus necessaria mutatio est, quod ἀρκεῖν et ἀρέσκειν adfinis sint significationis, et *in nonnullis locutionibus permutentur*, vt obseruat Valckenarius ad Eurip. Hippol. 278. *Brunck.*

860. κατεπίττου k). Vt antea laudibus eum quasi auro ornabant, ita postea maledictis quasi pice nigra deformabant. *Bergl.*

863. κατουρήσωσι. Παρ' ὑπόνοιαν. Debebat enim dicere, ἃς ἐγὼ σπουδαίως φυλάξομαι μὴ σφάλλωσιν ἡμᾶς. *Faber.*

864. Citat Suidas v. ἀνάφορον [et Zonaras I. p. 189.] *Kust.* φέρε σὺ τἀνάφορον l), ὁ παῖς. Sic bene cod. quod vt reponeretur accedere necesse non erat codicis auctoritatem. Nam certum est senarium in quarta

---

k) Intellige κακολογεῖν, μελαίνειν. Diuerso sensu apud Martialem: *Non fuit Autolyco tam piceata manus. Faber.*

l) Quid sit Anaphorum, (neque enim Latini habent quo exprimant) notissimum est, et a Schol. satis explicatur h. l. Eiusmodi lignum in vsu etiamnum plurimis in locis videre est. *Faber.*

ſede ſpondeum non admittere. Editt. tamen omnium mendam *σοὶ τἀνάφορον* non eſt vllus editor qui ſubolfecerit. Fabri ſtuporem non miror: ſed Kuſteri veternum excitare poterat Suidas, quem ipſe laudat, quique ipſi ſinceram ſubminiſtrabat lectionem. Sic enim ille: *Ἀνάφορον, ξύλον ἀμφίκοιλον, ἐν ᾧ τὰ φορτία ἐξαρτήσαντες οἱ ἐργάται βαστάζουσιν. Ἀριστοφάνης· φέρε σὺ τἀνάφορον, ὁ παῖς.* *Brunck.*

866. *εὐθὺ τῆς στρατηγίδος.* In Pace 301. *εὐθὺ τῆς σωτηρίας.* *Bergl.*

867. *ὅπως ἂν ὑμῖν.* Sic recte Faber edidit, vt ſententia flagitat: vulgo legitur *ἡμῖν.* *Brunck.* *κληρουμένοις.* Ita enim ſupra v. 681. *κληρώσω πάντας.* *Bergl.*

869. *τράπεζαι — ἐπινενασμέναι.* Vide Suidam h. v. [et Zonar. I. p. 840.] *Kuſt.* Athenaeus p. 12. *τράπεζαι — κατηρεφέες παντοίων ἀγαθῶν κατὰ Ἀνακρέοντα.* De *νενασμένος* in Nubib. 1205. *Bergl.* Praeſtabat ſcribere *ἐπινενησμέναι,* et mox *νενησμέναι,* vt Nub. 1203. *Brunck.* in Supplem. Cf. Bekker. Anecd. I. 13, 24.

871. *νενασμέναι.* Male haec vox habuit Kuſterum *m*), quia modo praeceſſit *ἐπινενασμέναι:* nam minime ineloquens hic praeco, ne quis conſulto ſic peccaſſe Comicum exiſtimet. Malim equidem *κεκασμέναι,* quo verbo et Attici poetae vtuntur, velut itidem in ſenario de muris praeſidio inſtructis Euripides El. 616. *Hotib.*

872. (841. Br.) Vulgo ſic legitur hic locus: *κρατῆρα συγκιρνᾶσιν αἱ μυροπώλιδες ἑστῶσ' ἐφεξῆς,* quorum abſurditatem oſtendit Daweſius Miſc. Crit. p. 271. [481. Kidd.] Eius acumini debetur ſincera lectio *κρατῆρας ἐγκιρνᾶσιν,* e qua vides alteram vnius literae mutatione deprauatam fuiſſe, quod quidem ideo contigit, quia voces olim coniunctas male disiunxit libra-

---

m) *νενασμέναι.* Vox haec mihi ſuſpecta eſt, non ſolum quia proxime ante praeceſſit, *ἐπιν.;* ſed etiam, quia *κλίνας* non recte dixeris, *νενασμένας δαπίδων,* i. e. *tapetibus refertas* (vel vnus enim tapes lecto inſternendo ſufficit) ſed *δαπίσιν ἐστρωμένας, tapetibus ſtratas,* vel *ornatas:* quomodo Ariſtoph. forte ſcripſit. *Kuſter.*

rius aliquis. Scriptum erat *ΚΡΑΤΗΡΑΣΕΥΚΙΡΝΑΣΙΝ*. Litera *Σ* quae ad priorem pertinebat, poſteriori contributa fuit, quod mutationis *E* in *Y* cauſa fuit. Res eſt manifeſta. Ad eundem fere modum in Pl. v. 707. ἐνεκαλυψάμην mutatum fuerat in συνεκαλυψάμην. Quod ſequitur ἑστῶσ' ἐφεξῆς, id eſt plene ἑστῶσαι ἐφεξῆς, minus feliciter ille mutabat in ἑστῶτας ἐφεξῆς. Ad genuinam lectionem nobis viam aperuit Reg. cod. ſcriptura, quae ſic habet:

κρατῖνα συγκιρνᾶσιν· αἳ μυροπώλιδες.
ἵστασ^ι. ἐφεξῆς τὰ τεμάχη ῥιπίζεται.

In fine vocis ἵστασ' ſuperne ad latus literae σ poſitum eſt breuius ι. Et in vocum ſcriptura et in diſtinctione mendae ſunt ibi multae, ſed genuinam poëtae manum facile eſt inde elicere:

κρατῆρας ἐγκιρνᾶσιν αἱ μυροπώλιδες,
ἱστᾶσί τ' ἐφεξῆς.

Quis non meminit Virgilii canentis? [Aen. I. 724.]

Crateras magnos ſtatuunt et vina coronant.

Sane crateres et magni et complures eſſe debebant, in quibus vinum miſceretur vniuerſo Athenienſi populo. Sagaci Britanno vnicus crater merito ridiculus videtur *n*). *Brunck.*

874. πόπανα. Athenaeus p. 110. [T. I. p. 427.] λάγανα in iſto loco legit; huc enim videtur reſpicere, cum ſcribit: μνημονεύει δὲ τοῦ μὲν λαγάνου Ἀριστοφάνης ἐν Ἐκκλησιαζούσαις, φάσκων, λάγανα πέττεται. *Bergl.*

875. στέφανοι πλέκονται. Plautus *Bacchid.* [I. 1, 37.] *corona plectilis. Faber.* φρύγονται. Metri gratia

---

n) Daweſius prope verum *Κρατῆρας ἐγκιρνᾶσιν*· Ceterum infeliciter idem coniecit legendum eſſe ἑστῶτας ἐφ., nec melius Brunckius ἱστᾶσί τ' ἐφ., ineleganter inſerſa copula. Vnice verum Rauennatis libri ἑστᾶσ' ἐφ., praetereaque reponendum ἐγκιρνᾶσιν, intellecta σὺν praepoſitione. Non item crateras miſcebant vnguentariae, ſed ex ordine iuxta miſcentes ſtabant; nec feminae tantum in iſto opere occupatae, ſed etiam viri, velut Smoeus. Cf. Porſon. ad Eurip. Oreſt. 1645.; quanquam ibi fruſtra tentatur locus. *Hotib.* Porſoni verba haec ſunt: Cum MS. Rauenn. habeat κρατῆρας ὑγκιρνᾶσιν et ἑστᾶσ', quis dubitet legere, κρατῆρας οὓς κιρνᾶσιν αἱ μυροπώλιδες, ἑστᾶσ' ἐφεξῆς?

ſcribendum eſſe φρύγεται, recte monuit Scaliger in Excerptis. *Kuſt.* Lepida eſt vulgata lectio φρύγονται τραγήματα, quae ſaltem in Kuſteriana repeti non debebat. Mendam non perſenſiſſe videtur Berglerus. In cod. ſcriptum φρύσσεται. Ran. 510. καὶ τραγήματα ἔφρυγε. *Brunck.*

876. χύτρας ἔτνους ἕψουσι. In Ran. 508. ἧψε χύτρας ἔτνους. *Bergl.*

877. Smoeus iſte erat αἰσχροποιὸς εἰς τὰς γυναῖκας, vt ait Scholiaſtes [et ex eo *Faber.*], qualis et Ariphrades, de quo ſimiliter in Pace 885.

τὸν ζωμὸν αὐτῆς προσπεσὼν ἐκλάψεται. *Bergl.* Per τὰ τρυβλία innuitur τὰ αἰδοῖα. Smoeus autem inter equites meruerat, aut huic militiae nomen ſuum dederat, in quam forte acceptus non fuerat; ideo mentione ἱππικῆς στολῆς eum notat Comicus. *Brunck.*

879. γέρων δὲ χωρεῖ χλανίδα καὶ κονίποδας
ἔχων, καχάζων μεθ' ἑτέρου νεανίου.

Fugit editores pro inepto iſto ſene requiri nomen hominis, vt in praecedentibus Smoeus quidam commemorabatur. Scribendum videtur:

Γέρης δὲ χωρεῖ —

Geres iſte vt vetulae amicus exagitatur infra 968. (954. K.), vbi Scholiaſtes haec de eo memoriae tradidit: φαλακρὸς οὗτος καὶ πένης, quae auctius exſtant apud Suidam T. I. p. 477. Γέρης. ὄνομα κύριον πένητος καὶ φαλακροῦ, ἔθνους Χαόνων. διεβάλετο δὲ εἰς μαλακίαν. Simili vitio laborat Equitum v. 969. Quae ibi Brunckio in mentem venerunt, abſurdiſſima ſunt. *Dindorf.*

κονίποδα. Schol., στενὸν σανδάλιον. Heſychius autem ait eſſe μοιχικὸν ὑπόδημα, quod eodem redit. Quippe eiusmodi homines mire ſolliciti ſunt de calceis, qui niſi venuſtuli eſſent, ſubruſtici mulierculis noſtris viderentur; niſi quae fortaſſe bene mutoniatos malunt habere, harum munditiarum incurioſae, νὴ τὴν Ἀφροδίτην. *Faber.* κονίποδας. Perperam vulgo κονίποδα. Calceamenti leuis genus quoddam κονίποδες. *Brunck.*

880. καχάζων. Sic bene cod. Vulgo corrupto me-

tro *καγχάζων* o). Illud reponendum esse iam monuerat Piersonus ad Moerin p. 215. *Brunck.*

882. *μάζαν. Μάζα κυρίως ἡ τροφὴ ἡ ἀπὸ γάλακτος καὶ σίτου, παρὰ τοῦ μάττεσθαι* inquit Schol. *Irenes* [init.]. *Faber.*

883. (817. K.) *τὰς γνάθους διοίγνυτε.* Euripides in Cyclope 215. vbi Cyclops: *ἄριστον ἐστιν εὖ παρεσκευασμένον;* cui alter: *πάρεστιν· ὁ φάρυγξ εὐτρεπὴς ἔστω μόνον.* et ibid. 355. *εὐρείας φάρυγγος, ὦ Κύκλωψ, ἀναστόμου τὸ χεῖλος, ὡς ἕτοιμά σοι ἑφθὰ καὶ ὀπτά. Bergl.*

884. *τί γὰρ ἕστηκ' ἔχων* p). Vide ad Nubes 131. *Bergl.*

885. *ἐπειδὴ τῇ πόλει ταυτὶ δοκεῖ.* Sic cod. In impressis *ἐπειδὴ ταῦτα τῇ πόλει δοκεῖ. Brunck.*

886. (855. Br.) Praeco, seu, si mauis, Praeconissa, postquam ciues ad epulum conuocauit, partes suas absoluit, nec vlla causa est cur in scena moretur: abit igitur proclamatione facta. Perquam absurde vulgo quae sunt hominis probi, isti Praeconi tribuuntur, quo pacto perit omnis huius diuerbii lepor. *Idem.*

888. *πρίν γ' ἂν ἀπενέγκῃς.* Sic recte cod. Perperam in impressis cum versus ruina omissa est particula *ἄν*, quae fere semper apud Comicum *πρὶν* comitatur cum subiunctiuo constructum. Vide not. ad Lys. 1005. In primariis editt. *πρίν γ' ἀπενείκῃς. — ἀλλ' ἀποίσω. — ηνίκα;* Sic recte cod. Perperam in impressis *ὁπηνίκα; Idem.* Porson. apud Kidd. ad Dawes. p. 525. *πρὶν ἄν γ'* — Vtrumque dicitur. V. Elmsl. ad Acharn. 176. Reisig. I. p. 66.

891. *ὁμῶς.* Legendum aut *ὅμως*, aut [quod Gelen.

---

o) Vox haec in legem metri peccat. Syllaba enim prima necessario est longa, quam tamen per versum hic oportebat esse breuem, vt iambus sit in sede secunda. Quare nullum mihi dubium est, quin rescribendum sit *κιχλίζων;* quae vox, vt notum est, de lasciuo risu amantum dici solet. Vsus est hac voce Aristoph. et alibi. *Kuster.* Placet haec coniectura *Berglero.*

p) Illud *ἔχων* venustatis Atticae est, et *παρέλκει. Faber.*

habet] ὅπως: perinde eſt, licet ſenſu paulum diuerſo. *Faber.* ὅμως recte B. Iunta aliique.

894. ὁμόσ' εἶμι κύψας q). Contra ibo ſubmiſſo capite. Imago petita a bobus vel hircis ferituris. *Hotib.*

897. εἰσφερόντων. Vel εἰσφερόντων τὴν οὐσίαν εἰς τὸ κοινὸν, vel ὑπηρετῶν καὶ δούλων εἰσφερόντων· eorum ſcilicet qui miniſtrabunt etc. *Faber.*

898. ὦ Σίμων. Sic recte cod. Frequens in Comoedia nomen. Perperam in impreſſis Σίκων. *Brunck.*

899. (865. Br.) παμπησίαν r). [Schol.] τὴν πᾶσαν κτῆσιν. πᾶσαν τὴν ὕπαρξιν. Huc reſpexit Pollux p. 1154. Sed παμπησία, non minus quam παγκληρία, vox eſt tragica, et ſermone vulgi haud frequentata. Talibus cum in aliis fabulis, tum in hac maxime, multis vtitur Comicus. Aeſchylus S. Theb. 819. διέλαχον σφυρηλάτῳ Σκύθῃ σιδήρῳ κτημάτων παμπησίαν. Euripides Ione 1316. ὅσ' ἀσπὶς, ἔγχος θ', ἦθε σοι παμπησία. *Brunck.*

901. σύ; μηδαμῶς. Sic optime cod. In impreſſis μὴ, μηδαμῶς. *Idem.*

902. παρὰ τῇ στρατηγίδι. Supra 855 ἐπείγεσθ' εὐθὺ τῆς στρατηγίδος. Hoc ſubſtantiuo augeantur lexica, in quibus στρατηγὶς reperitur quidem, ſed tantum adiectiue. Scribere poterat v. 491. Comicus, ὅθεν περ ἡ στρατηγὶς ἐσθ' — et v. 500. ὡς τήνδε καὶ δὴ τὴν στρατηγίδ' ἡμῶν χωροῦσαν ὁρῶμεν. Sed iis in locis aeque bene dixit στρατηγὸς et στρατηγόν. Sic Theſm. 432. ἡ γραμματεὺς, ad quem modum tot ſubſtantiua maſculina de feminis adhibentur, adeo vt mirer illud Pollucem tanquam rarum quid et inſolitum enotaſſe. Vide notam ad eum locum. *Idem.*

---

q) Non habent Latini qui exprimere queant iſtud κύψας hoc loco. Galli noſtri belle et militariter dicunt; *Aller tête baiſſée vers les ennemis. Faber.*

r) τὴν ὁλοκληρίαν, τὴν ὅλην κτῆσιν, παρὰ τὸ πάω, τουτέστι κτῶμαι. Apud Heſych. ſcribitur παμπησσία, male. Verſu ſuperiori lego: ἀλλ' ἀποίσω. K. πηνίκα. *Faber.* παμπ. Deſcendit a πάω, *acquiro, poſſideo. Bergl.*

908. *Γρ.* Id eſt, *γραῦς, vetula.* Haec vult allicere ſibi adoleſcentulum aliquem. Geruntur autem nunc illa, quae praedixit Praxagora ſuperius, cum aiebat ſe mulieres facturam communes v. 613. [645.] *καὶ ταύτας κοινὰς ποιῶ.* Et quia omnes erant properaturi ad puellas et formoſas, ita rem ſe ordinaturam dicit v. 616. [647.] *αἱ φαυλότεραι* etc. et v. 692. [724.] *αἱ δὲ γυναῖκες* etc. *Bergl.* *ἄνδρες.* Leg. *ἄνδρες* ſiue *ὦνδρες.* *Hotib.*

909. *καταπεπλασμένη ψιμυθίῳ.* Sic in elegantiſſimo Epigr. Lucillii Anthol. L. II. c. 9. *μὴ τοίνυν τὸ πρόσωπον ἅπαν ψιμυθίῳ κατάπλαττε, Ὥστε προσωπεῖον, κοὐχὶ πρόσωπον ἔχειν.* *Kuſt.* et *Bergl.*

911. (875. K. 880. Br.) *ἀργός.* Pro *ἀργή.* Vide quae de hac re notauimus ſupra ad *Nub.* v. 53. *Kuſter.* *μινύρομαι* ſecundam producit, quae in *μινυρίζω* corripitur. Illud forma tantum media adhibetur, hoc actiua. Sic differunt *μαρτύρομαι* et *μαρτυρέω*, quod Clarkio obſeruatum ad Il. *ά.* 338. *Brunck.* In Veſpis 219. *μινυρίζοντες μέλη.* *Bergl.*

912. *περιλάβοιμ'.* In cod. *παραλάβοιμ'.* *Brunck.*

914. *μελύδριόν τι -- τῶν Ἰωνικῶν s).* Carmen molle amatorium, qualia erant Anacreontis. Erant autem Iones molles et luxurioſi. *Bergl.*

915. Perperam haec vulgo alii anui tribuuntur, quae puellae eſſe vere cenſuit Berglerus *t*). In faceto hoc anuum, puellae et adoleſcentis congreſſu perſonae vulgo abſurdiſſime notatae. Eas ego clarius diſtinxi, et ad fabulae oeconomiam loquendi vices eis

---

s) Mollities Ionica notior eſt quam vt explicari debeat; nam et in harmonia, et in veſtibus et in victu tanta fuit, vt quidquid molle etc. Ionicum dicerent; quo referri queat locus Theſmoph. [170.] *ἐμιτροφόρουν τε καὶ διεκίνουν Ἰωνικῶς.* Vbi haec Schol., *Ἰωνικῶς γάρ τι ποιεῖν σημαίνει ἁβρῶς, θηλυκῶς, καὶ μαλακῶς ἐργάζεσθαι,* etc. quae inde petas, ſi tanti videbitur. Et infra [953.] *ἤδη τὸν ἀπ' Ἰωνίας τρόπον τάλαινα κνησιᾷς.* Plautus non vno loco. Horatius [Od. III. 6, 21.] *Motus doceri gaudet Ionicos.* *Faber.*

t) Verba eius haec ſunt „Haec potius a puella dicuntur, vt deinceps patebit."

diuisi, quod hic semel tantum moneo. *Brunck.* ὦ σαπρά. Saepe hoc epitheton tribuitur vetulis. *Bergl.*

916. ἐνθαδί. Vulgo ἐνθάδε. Illud magis est Atticum, hicque reponi debuit ad vitandum ingratum hiatum ob concursum eiusdem vocalis. ἐνθαδὶ ἐμοῦ ad aures suauius accidit, quam ἐνθάδε ἐμοῦ. Nihil minutum est eorum quae ad venustatem conferunt: nec scio an saepius quam par erat eiusmodi minutias neglexerim. *Brunck.*

917. τρυγήσειν. Ἀμπέλους scilicet. Ita in Σφηξὶν v) [634.]· ἀλλ' ἐρήμας ᾤεθ' οὕτω ῥᾳδίως τρυγήσειν. Simili, si sensum spectes, dicendi genere vsus est ἐν Ἱππεῦσι [391.]: τ' ἀλλότριον ἀμᾶν θέρος. Ἐρήμας autem τρυγᾶν est aliquid secure, impune, et tuto facere. *Faber.*

918. (887. Br.) ἢν τοῦτο δρᾷς, ἀντᾴσομαι. In primariis editt. literis male disiunctis, δράσαντ' ᾄσομαι. In cod. ἢν τοῦτο δράσῃς ᾄσομαι. *Brunck.*

919. x) Citat Suidas v. δι' ὄχλου. *Kuster.*

921. (890. Br.) κἀπιχώρησον. Sic libri. Anus puellae senem quemdam ostendit, eique dicit: *Cum hoc sene colloquere et ei permitte, seu, copiam fac tui.* Quia lege cautum fuerat ne formosae puellae adolescentem vllum admitterent, antequam seni alicui gratificatae fuerint. Vide supra 705. Suspecta tamen est haec scriptura, et cum Fabro y) malim κἀποχώρησον. Intelligenda phrasis tanquam si scriptum esset: ἀποχωρήσασα τούτῳ διαλέγου. Schema est quod vocant πρωθύστερον.

---

v) Eundem locum affert *Bergl.* cuius notam dabo ad Schol. Vesp. l. l.

x) Haec iam ex persona poetae: loquitur autem de se pauca ad spectatores in hac Comoedia, nempe infra etiam pauca quaedam v. 1149. [1199.] *Bergl.*

y) τούτῳ διαλέγου κἀπιχώρησον. Τούτῳ scil. γεροντίῳ, τυφογέροντι. Istud autem ἐπιχώρησον non videtur esse sine mendo. Putaueram ego fuisse scriptum, κἀποχώρησον, hoc sensu; vt puella dicat, parem tibi quaerito, quocum sermones caedas; viden' hoc senium? abi, concede hinc, et cum ipso rem habeto, si lubido est. *Faber.* cui assentitur *Bergl.* κἀπιχείρησον. *Reisk.*

Eaque ratione bene hic *διαλεχθῆναι* eo ſenſu accipietur, quem in Pl. verſ. 1082. minus probavi. *Abſcede hinc et cum hoc ſeniculo rem habe. Brunck.*

924. z) *ἀγαθὸν παθεῖν*. *Παθεῖν* de bonis et iucundis dicitur, quemadmodum de malis rebus et iis quae

---

z) 924, et ſqq. *στρ.*

εἴ τις ἀγαθὸν βούλεται παθ-
εῖν τι, παρ' ἐμοὶ χρὴ καθεύδειν·
οὐ γὰρ ἐν νέαις τὸ σοφὸν ἔν-
εστιν, ἀλλ' ἐν ταῖς πεπείροις·
οὐχ ἥκει μοι ταῦρος,
ὃν οὔτις ἂν στέργειν ἂν ἐθέλ-
οι, μᾶλλον ἢ 'γώγ'
ἂν, φίλον, ᾧ ξυνείην.

ἀντιστρ.

ἀλλ' ἐφ' ἑτέραν εἰ πέτοιτο —
ΝΕ. μὴ φθόνει ταῖσιν νέαισιν·
τὸ τρυφερὸν γὰρ ἐμπέφυκε
τοῖσιν ἁπαλοῖς μηρίοισιν
καὶ μήλοισιν ἐπανθεῖ·
σὲ δ', ἡ γεραία περιπέφλεξ-
αι κἀκτέτριψ-
αι, θανάτῳ μέλημα,
ᾄδειν μάταια ταῦτα γ'. ἄλλα δεῖ
λέγειν.

στρ. β'.

ΓΡ. ἐκπέσοι τὸ τρῆμα σοῦ,
τό τ' ἐπίκλιντρον ἀπολάβοι,
βουλομένης σποδεῖσθαι.

ἀντιστρ. β'.

ΝΕ. κἀπὶ σῆς κλίνης ὄφιν,
καὶ προσελκύσασ', ἔχοις,
βουλομένη φιλῆσαι·

στρ. γ'.

αἶ αἶ τί ποτε πείσομαι·
μόνη γὰρ αὐτοῦ λείπομαι·
ἡ γάρ με μητὴρ
αὐτὴ βέβηκε καὶ πάλαι·

ἀλλ', ὦ μαῖ, ἱκετεύομεν,
κάλει τὸν 'Ορθαγόραν, σὺν ᾧ
κἂν σαυτῆς κατόναι',
ἀντιβολῶ σε.

ἀντιστρ. γ'.

ΓΡ. ἤδη τὸν ἀπ' Ἰωνίας
τρόπον, τάλαινα, κνησιᾷν
δοκεῖς ἐμοὶ, καὶ
τὸν λάβδα κατὰ τὰς Λεσβί-
δας.
ἀλλ' οὐκ ἄν ποθ' ὑφαρπάσαι-
ο τἀμὰ παίγνια· τὴν δ' ἐμὴν
ὥραν οὐκ ἀπολεῖς
οὐδ' ἀπολήψει.

V. 5. Hic verſus vulgo ponitur poſt *πείσομαι* in v. 24. ſic ſcriptus: *οὐχ ἥκει μοι τοῦρος:* at Brunckius poſt Berglerum emendauit: *ταῦρος*. Recte. Cf. Horat. *Lesbia quaerenti taurum monſtrauit inertem.* Aliis fortaſſe placebit *'ταῖρος* vt Rau. V. 6. Vulgo *Οὐδέ τις στέργειν ἂν ἐθέλοι* et mox *ἐγὼ τόν*. V. 9. Vulgo *ἕτερον:* dedi *ἑτέραν* ſubaudito *γυναῖκα*. Etenim tale facinus foeminae aegre ferunt *ζηλοτυπούμεναι*. Apoſiopeſis illa hic ſuam vim habet. V. 13. Interpolator inſeruit *ἐπὶ τοῖς*. V. 14. Vulgo *σὺ δ' ὦ γραῦ* contra metrum. ibid. Vulgatum *παραλέλεξαι* intelligere nequeo. Repoſui *περιπέφλεξαι*. Iocus eſt in duplici ſenſu verbi *περιφλέγομαι*. Nempe anus, vtpote morti proxima, dicitur eſſe *ignibus funereis combuſta:* et quod ad alteram ſignificationem attinet, id patet e Theſm. 236 et ſqq. collatis cum Eccl. 13. V. 15. Pro *ἐντέτριψαι* dedi *ἐκτέτριψαι*. Collato Horatiano „*Dilapſam in cineres facem*" redde *in puluerem conuerſa es*, reſpectu habito ad *περιφλέγομαι* in

nobis durae et molestae sunt. Aristoph. ἐν Ἱππ. [876.] ἐμοῦ δὲ μὴ μνείαν ἔχειν ὅσων πέπονθας. Ibi autem Cleo exprobrat populo Atheniensi sua in eum collata beneficia. Et in eadem Comoedia: οἷον πέπονθας εἰς τὰ πράγματα. Plautus in *Asinar.* [II. 2, 58.] *Fortiter malum qui patitur, idem post patitur bonum.* Quo loco Lambinus legi vult *potitur*; male, vt opinor. *Faber.*

926. οὐκ ἐν νέαις τὸ σοφόν. Eurip. in Phoeniss. 531. ἡ 'μπειρία ἔχει τι λέξαι τῶν νέων σοφώτερον. *Bergl.*

927. Versus hic est dimeter trochaicus, cuius corrupti sunt numeri: scribendum, ἔστιν, ἀλλ' ἐν ταῖς πεπείροις. In cod. scriptum ἐν ταῖς ἐμπείροις, ad sensum non male, sed reclamante metro. ἐμπείροις glossema est. *Brunck.* πεπείροις. Metaphora a fructibus. Xenarch. Comicus apud Athenaeum p. 569. B. *Νέᾳ*, παλαιᾷ, μεσοκόπῳ, πεπαιτέρᾳ. loquitur autem de meretricibus. *Bergl.*

---

sensu funeris; et *attrita*, respectu habito ad alterum sensum verbi: quod exponit Schol. ad Plut. 1083. ἐν τῇ συνουσίᾳ κατατετριμμένη ἢ ἄχρηστος πρὸς συνουσίαν διὰ τὸ γῆρας. V. 17. Hic versum inserui efformatum e vocibus οὐδὲν μετὰ ταῦτα δεῖ λέγειν: quae sedem habent in 914. [Br.] vbi tamen Brunckius omisit δεῖ λέγειν. Quod ad sententiam, cf. 924. Ἀιδ' ὅποσα βούλει, καὶ παράκυψον ὡς γαλῇ — Οὐδεὶς γὰρ ὡς σὲ πρότερον εἴσεισ' ἀντ' ἐμοῦ. V. 19. Vulgo ἀποβάλοις βουλομένη: quod minime capio. Reposui ἀπολάβοις βουλομένης: etenim syntaxis est τὸ τρῆμα (quod sicut τρύπημα vtriusque generis res notat) ἐκπέσοι σου (cf. Lys. 410.) βουλομένης σποδεῖσθαι τό τ' ἐπίκλιντρον ἀπολάβοι (*recipiat*) τὸ τρῆμα. V. 22. Illud προσελκύσασα exponet Ouid. Amor. III. 7. 73. et Petronius, c. 121, 5. ibid. ἔχοις dedi pro εὕροις: eadem var. lect. in Ran. 170. V. 25. Vulgo δ': mox μοι et ἄλλη: cuius vice αὐτὴ reposui: etenim faceta est puella, conquesta matrem abiisse sibi indulsura et reliquisse filiam sine viro. V. 28. Pro ἱκετεύω Rau. ἱκετεύομαι. Ipse ἱκετεύομεν: saepe sic numeri permutantur: vid. Elmsl. *Quarterly Rev.* No. XIV. p. 458. V. 29. Vulgo ὅπως. Ipse dedi σὺν ᾧ κἂν: Facete enim puella nutrici pro mercede promittit illam ipsam Orthagora fruituram esse. V. 35. Inserui τὸν (scil. τρόπον) quod vix abesse potest. Mox reposui τὰς Λεσβίδας. Perlege Schol. ad Ran. 1343. et Eustath. ad Ἰλ. I. p. 637. *Bas. G. Burgess.* in Classical Iournal Nr. XXVIII. p. 227 sq.

932 — 959. a) „Eximium interruptionis antiſtrophicorum exemplum, niſi magnopere fallor, in

---

a) 924 — 931. Hic proodus, ſequentiaque ad verſum vsque 959. ſunt ſtrophica, quae ſic in poſterum legentur:

Ν Ε Α Ν Ι Σ.

Μὴ φθόνει ταῖσιν νέαισι·) στροφὴ ά.
Τὸ τρυφερὸν γὰρ ἐμπέφυκε) troch. dim.
Τοῖς ἁπαλοῖσι μηροῖς, anacreont.
Κἀπὶ τοῖς μήλοισιν ἐπανθεῖ· glycon. polyſchem. hypercat.
Σὺ δέ γε παραλέλεξαι, troch. dim. brachycat.
Τῷ θανάτῳ μέλημα. anacreont.

Παραλέγομαι accipiendum ſicut Polluc. 2, 35. et paſſim; cuius interpretamentum fuit *καὶ ἀνατέτριψαι*, quod nunc corruptum legitur *κἀντέτριψαι* vocique genuinae additur, quaſi de fuco vel vnguento ageretur. Habetur item ex interpretatione in vulgatis *Σὺ δ', ὦ γραῦ, παραλέλεξαι*, quod falſum verſus arguit. Minores quasdam mutationes, metri cauſa factas, debitasque partim ſcriptis, neque hic neque in ſequentibus commemorabo.

Γ Ρ Α Υ Σ.

Ἐκπέσοι σου τὸ τρύπημα, ἀντ. ά.
Τό τ' ἐπίκλιντρον ἀποβάλοιο,
Βουλομένη σποδεῖσθαι,
Κἀπὶ τῆς κλίνης ὄφιν εὕροις
Καὶ προσελκύσαιο,
Βουλομένη φιλῆσαι.

Inuitis numeris vulgo *τρῆμα* legitur pro *τρύπημα*, et *ἀποβάλοις*. Haud raro verba actiua et media confunduntur: cf. Brunck. ad 943.

Ν Ε Α Ν Ι Σ.

Αἴ, αἴ, τί ποτε πείσομ'; οὐχ στρ. β'. antiſpaſt. dim. catal.
Ἥκει, μόνη δὲ λείπομαι· iamb. dim.
Ἡ γάρ μοι μήτηρ ἄλλη βέβηκε· dochm.
Καὶ τἄλλα μὲν οὐδὲν μετά γε ταῦτα δεῖ λέγειν. iamb. ſenar.
Ἀλλ', ὦ μαῖ, ἱκετεύομαι, κά- glycon. hypercat.
λει τὸν Ὀρθαγορίσκον, οὔ- glycon.
τω σαυτῆς κατόναι', ἀντιβολῶ σε! choriamb. dim. hypercat. cum baſi.

Gloſſatoris ſunt verba *μου 'ταῖρος*, quae leguntur in Ravennate poſt *ἥκει* 2. huius ſtrophae verſu: nam veteres editiones corrupte *μοῦ τοῦρος*, Brunckius, laterem lauans, *μοι ταῦρος*. Puella ellipſi pathetica, *οὐχ ἥκει*, vt ſolent amantes: Clinia Heautont. Terent. 2, 1.: Secundae ſi de amore meo res mi eſſent, iamdudum, ſcio, Veniſſet; et mox item: Si nil mali eſſet, iam hic adeſſet: Elmira Goe-

Eccleſ. eſt a v. 900. in quo non modo alii verſus cantico mixti, ſed etiam tria verba inſerta omni metro carentia. Carmen illud ita ſcribendum videtur: diſtinxi autem, quae antiſtrophica ſunt, ſignis quibusdam et numeris verſuum:

1 *ΝΕ.* „μὴ φθόνει ταῖσιν νέαισι· στρ. ά.
2 „τὸ τρυφερὸν γὰρ ἐμπέφυκε
3 „τοῖς ἁπαλοῖσι μηροῖς·
4 „κἀπὶ τοῖς μήλοις ἐπανθεῖ·"
σὺ δ', ὦ γραῦ,
5 „παραλέλεξαι, κἀντέτριψαι

---

thiana: Er iſt nicht weit. Verſui 3. quid reſponderit in antiſtropha, neſcio; ſed totus iſte locus credere ſuadet, ſpurcitiem haud vulgarem ſanctas neſcio quas aures tam grauiter offendiſſe, vt amouenda ex oculis Chriſtianorum videretur. Ceterum *ἀμέτρως* exhiberi ſolet in ſequentibus *ἱκετεύω*, pro eo quod dant Rauennas et Iuntinae, *ἱκετεύομαι*, quem Datismum puellae indoctae ſeruandum puto tanquam *χαρακτηριστικόν*: nam alioqui facile neque improbabiliter refingi poſſit *ἱκετεύομεν*.

Antiſtrophae quae ſuperſunt, recte ſe habent in vulgatis, niſi quod verba *Δοκεῖς* — *Λεσβίους* vni verſui includenda ſunt, exemplo Iuntinarum. *Hotib.*

932. *ταῖσιν.* Sic ob metrum ſcribendum: eſt enim hic verſus etiam trochaicus. Vulgo *ταῖσι.* *Brunck.*

934. Mendoſe vulgo legitur *τοῖς ἁπαλοῖς μηρίοις;* in cod. *μηροῖς.* Verſus eſt dimeter trochaicus. *Brunck.* qui edidit *τοῖσιν ἁπαλοῖς μηρίοισι.*

937. Nihil omnino viderunt interpretes, neque Schol. neque Biſet. Interpres Latinus hic, vt alibi, ineptiſſimus, et imperitus quam qui maxime: *Collige canos tuos, et te fuco linito:* quaſi *παραλέλεξαι* ſit *προστακτικὸν*, ſcilicet; quod, ſi quid aliud, et imperitum et ridiculum eſt. Schol. autem, *πολιάς σου παραλέλεξαι, ἢ ἐπλέξω τὰς τρίχας, μίαν παρὰ μίαν.* At Biſetus: Melius, inquit, ſcribere *παραπέπλεξαι*, videlicet *τρίχας σου*, etc. quemadmodum ſupra. Verum in his omnibus *ὑγιὲς μηδέν.* Senſus eſt feſtiuiſſimus. Videbat illam in lectulo aniculam *κνησιῶσαν*, et vnguentis delibutam; atque ipſam decumbere morti, id eſt, adeo decrepitam eſſe, vt in eo ipſo lecto efferenda ſit: quin et, inquit, *ἐντέτριψαι μέλημα θανάτῳ, vncta es, ſed vt cadauera in rogum efferenda ſolent.* In hanc materiam (de lecto) aliquot Martialis epigrammata leguntur. Ceterum ne quis erret, non ex *παραλέγομαι*, ſed *παραλέχομαι* natum eſt. *Faber.*

6 „τῷ θανάτῳ μέλημα.“
1 ΓΡ. „ἐκπέσοι σου τὸ τρῆμα, ἀντ. ά.
2 „τό τ' ἐπίκλιντρον ἀποβάλοιο,
5 „βουλομένη σποδεῖσθαι,
4 „κἀπὶ τῆς κλίνης ὄφιν εὔ-
5 „ροις τε καὶ προσελκύσαιο,
6 „βουλομένη φιλῆσαι.“
1 ΝΕ. „αἶ αἶ, τί ποτε πείσομαι; στρ. β΄.

---

938. τῷ θανάτῳ μέλημα. Eleganter ſic dicitur vetula, et iam decrepita mulier: quaſi dicas, *cura et delicium mortis.* Nam puellae dici ſolent μελήματα νεανιῶν, *curae iuuenum*: quo lepide alluſit Ariſtoph. *Kuſt.* Sic infra 965. [1016.] Adoleſcens ad Puellam: ὦ χρυσοδαίδαλον ἐμὸν μέλημα. *Bergl.*

939. (906. Br.) Anus iſtae imprecationes ſubobſcurae ſunt, quibus luminis adtulit quantum potuit Biſetus. Quemadmodum ille, per τὸ τρῆμα intelligo τὸ αἰδοῖον; hoc enim puellis etiam accidit, quarum labefactata valetudo. ἐπίκλιντρον pars eſt lecti, ad quam puluinum ponebant ſuſtinendo capiti, qua de re vide Salmaſium ad H. A. p. 65. cetera ſenſu naturali accipio: *et anguem pro mentula in lecto reperias. Brunck.* σου. Typothetae culpa apud Hermannum legitur τοῦ. — τρῆμα. Vel eugium, vel pars lecti: ſi prius, ſenſus erit (flacceſcat et madeſcat;) non quemadmodum Biſetus: nam quod ait, nonniſi vetulis contingit; at quod dico ego etc. Si alterum; intellige eam lecti partem, per quam funiculi intendebantur. Vnde Homero πολυτρήτοις λεχέεσσι, alicubi. Quanquam alii aliter; et nil affirmo. *Faber.*

940. ἐπίκλιντρον. Pollux inter ornamenta muliebria recenſet; tamen aliud hic coniicio. Fuiſſe videlicet puluinum aliquem, quo ad fulciendum corpus vtebantur ſcortilla, vel etiam matronae, quo benignius praeberent. *Faber.* Citat Suidas v. ἐπίκλιντρον [et Zonaras I. p. 811.]. *Kuſter.*

942. ὄφιν. Adi locum Scaligeri ad Priapeia [p. 162. ed. Patav. 1664.], vbi de angue pro ea parte, quam non appello: ſed anguis tum dicitur cum languet. *Faber.*

943. (910. Br.) προσελκύσαιο. Perperam in cod. προσελκύσαις. Literam σ ad hunc modum pingebant veteres C, inde contigit vt C et O ſaepiſſime commutarentur. In Ran. 437. obſeruauimus αἴροις pro αἴροιο: in Pl. 1140. ὑφέλοις pro ὑφέλοιο. *Brunck.*

945 — 948. De metro horum verſuum vide Hermann. Elem. doctr. metr. p. 568.

945. πείσομαι. In cod. πειράσομαι. *Brunck.*

2 „οὐχ ἥκει μοὐταῖρος,
3 „μόνη δ' αὐτοῦ λείπομ', ἡ
4 „γάρ μοι μήτηρ ἄλλῃ"
βέβηκε· καί τοι τἄλλα γ' οὐ-
δὲν τὰ μετὰ ταῦτα δεῖ λέγειν.
5 „ἀλλ', ὦ μαῖ', ἱκετεύομεν, κά-
6 „λει τὸν ὀρθαγόραν, ὅπως
7 „σαυτῆς ἂν κατόναι', ἀντιβολῶ σε."
1 ΓΡ. „ἤδη τὸν ἀπ' Ἰωνίας". ἀντ' β'.

---

946. *Οὐχ ἥκει μου τοὖρος.* [Sic enim vulgo legebatur.] Haereo hic. Scio quid ſit, *ciere vrinam* in his rebus; verum non placet. Olim putaueram legi poſſe *ταῦρος;* verum nunc durum videtur. Quamobrem alii viderint. *Faber.* *τοὖρος.* Mallem *ταῦρος.* vt *οὐχ ἥκει μου ταῦρος* idem ſit quod, *οἴκοι ἀταυρώτη διάγω τὸν βίον.* vt loquitur in Lyſiſtr. 218. *Bergl.* *οὐχ ἥκει μοι ταῦρος.* Inepte vulgo *οὐχ ἥκει μου τοὖρος,* quod Faber vertit, *non venit mihi vrina.* Miſeret me puellae *δυσουρίᾳ* laborantis; nec tamen ſcio quid ſit *τοὖρος:* ſaltem ſcripſiſſet *τοὖρον.* Quid in re venerea *ταῦρος* ſignificet, ipſe oſtendit Comicus hoc verſu, qui eſt in Lyſ. 217. *οἴκοι δ' ἀταυρώτη διάξω τὸν βίον.* Qui plura cupiet, Valckenarium conſulat ad Ammonium p. 40. *Brunck.* *μοῦ ταιρος* (i. e. *ἕταιρος*) aut *μου ἕταιρος.* Eſt ex Euripide procul dubio. *Reisk.* cuius praeclaram emendationem confirmauit cod. Rav.

948. (914. Br.) *καὶ τἄλλ' οὐδὲν μετὰ ταῦτα.* Haec eſt ſcriptura cod. In edit. B. Iuntae additae ſunt duae voces *δεῖ λέγειν:* in ceteris vero ſic legitur hic verſus:

καὶ τἄλλ' οὐδέν με ταῦτα δεῖ λέγειν.

Sincerum eſt *μετὰ ταῦτα,* quo admiſſo, duarum vocum additamentum ſponte ſua reſecari ſe patitur. *Brunck.*

951. *ὀρθαγόραν.* Mentulam arrectam, *cat — — dritto:* ab *ὀρθὸς* et *ἀγείρω.* *Faber.* Interpretatur Schol. *τὸ αἰδοῖον:* neſcio quam bene. Nam apud Platonem in *Protagora* [p. 318. c. HSt. I. 1. p. 167. Bekk.] Orthagoras vocatur aliquis, qui optime tibia canebat. Tzetzes vero ad Lycophron. p. 94. haec habet: *Ὀρθάνης, δαίμων πριαπώδης παρὰ τῇ Ἀφροδίτῃ.* Hoc loco melius mihi videtur intelligere tibicinem illum celebrem. *Palmer.* Quaſi dicat: *κάλει τινὰ, ὀρθὸν τὸ αἰδοῖον ἔχοντα.* Hoc videtur voluiſſe Schol., cum ſcribit: *Ὀρθαγόραν δὲ, τὸ αἰδοῖον.* qui forte ſcripſerat: *ὀρθὸν τὸ αἰδοῖον ἔχοντα.* aut ſimili modo. *Bergl.* Vide Heſychii interpretes ad gloſſas *Ὀρθάνης, ὀρθαγορίσκος.* *Brunck.* *οὕτως σαυτῆς κατόναι'.* Sic legendum eſt, quod vidit etiam Faber. Perperam vulgo *ὅπως.* In Theſm. 469. *οὕτως ὀναίμην τῶν τέκνων.* *Brunck.*

953. *τὸν ἀπὸ Ἰωνίας τρόπον.* Vide Adr. Iun. *Adag.* Cent. 1. 19. *Kuſter.*

τρόπον, τάλαινα, κνησιᾷς,
δοκεῖς δέ μοι
καὶ λάβδα κατὰ τοὺς Λεσβίους.
„ἀλλ' οὐκ ἄν ποθ' ὑφαρπάσαιο
„τἀμὰ παίγνια· τὴν δ' ἐμὴν
„ὥραν οὐκ ἀπολεῖς, οὐδ' ἀπολήψει."

Hermannus Elem. doctr. metr. p. 745 ſq.

Aliam viam iniit Reiſigius I. p. 520.:

ΝΕΑΝΙΣ.

στροφὴ ά. μὴ φθόνει ταῖς *a*) νέαισι· a.
τὸ τρυφερὸν γὰρ ἐμπέφυκε I.
τοῖς ἁπαλοῖσι μηροῖς· b.
κἀπὶ τοῖς μήλοις ἐπαν- c.
θεῖ· σὺ δ' ὦ γραῦ παραλέλεξαι, κἀν-
τέτριψαι, II.
τῷ θανάτῳ μέλημα. d.

ΓΡΑΥΣ.

ἀντιστροφὴ ά. ἐκπέσοι σου τὸ τρῆμα, a.
τό τ' ἐπίκλιντρον ἀποβάλοις *b*) III.
βουλομένη σποδεῖσθαι, b.
κἀπὶ τῆς κλίνης ὄφιν c.
εὕροις, καὶ προσελκύσαιο IIII.
βουλομένη φιλῆσαι. d.

---

954. *κνησιᾷς, pruris.* Eiusdem originis ſunt *κατακέκνησμαι* et *κνησμὸς* in Pl. 973. *Brunck.*

956. *λάβδα κατὰ τοὺς Λεσβίους.* Alludit ad foeditatem Lesbiam. (Tanta mihi prurigine videris correpta, vt vel medium virum glubere, *tanta viri vorare,* poſſis.) Fortaſſe id etiam eo dictum eſt, quod eam diuaricatis cruribus decumbentem videret. *Faber.* Pro *λειχάζειν κατὰ τοὺς Λεσβίους* i. e. *Λεσβιάζειν·* propter primam literam *λ. Bergl.* Vide Veſp. 1346. et not. ad Ran. 1308. *Brunck.* Cf. Toup. Em. in Suid. T. II. p. 163 ſq.

a) Scripſi *ταῖς* pro vulgata, Monacini quoque libri ſcriptura, *ταῖσι.* Deinde *μηροῖς* ex Brunckii MS. pro vulgato *μηρίοις,* quod etiam ſignificatu ineptum eſt. *Reiſig.*

b) Antiſtrophae *ά.* verſus 2. licet accommodari ſtrophae poſſit mutando *ἀποβάλοις* in *ἀποβάλοιο* ex ſententia Hotibii, quale mendum in Scaligeri vetere libro verſatur paullo poſt, *ὑφαρπάσαις* pro *ὑφαρπάσαιο,* tamen id ipſum noluiſſe videtur Ariſtophanes, ne concinnitas in reliquis conuelleretur: et *ἀποβάλοις* teſtatur Suidas quoque. *Reiſig.*

ΝΕΑΝΙΣ.

στροφὴ β'. αἶ, αἶ· τί ποτε πείσομαι; A.
οὐχ ἥκει μοῦ 'ταῖρος
μόνη δ' αὐτοῦ λείπομ'· ἡ 1.
γάρ μοι μήτηρ ἄλλη
βέβηκεν· ἀλλ' οὐδέν με ταῦτα δεῖ λέ-
γειν c) B.
ἀλλ', ὦ μαῖ', ἱκετεύομαι d), κά- C.
λει τὸν 'Ορθαγόραν, οὕ- 2.
τω σαυτῆς κατόναι', ἀντιβολῶ σε. D.

ΓΡΑΥΣ.

ἀντιστροφὴ β'. ἤδη τὸν ἀπ' Ἰωνίας A.
τρόπον τάλαινα κνησιᾷς· 3.
δοκεῖς δέ μοι καὶ λάβδα κατὰ τοὺς
Λεσβίους. B.
ἀλλ' οὐκ ἂν ποθ' ὑφαρπάσαιο C.
τἀμὰ παίγνια, τὴν δ' ἐμὴν 4.
ὥραν οὐκ ἀπολεῖς, οὐδ' ἀπολήψει. D.

a. I. b. c. II. d. a. III. b. c. IIII. d.

---

c) Deprauata esse verba βέβηκε· καὶ τἄλλ' οὐδὲν μετὰ ταῦτα δεῖ λέγειν., non metrum solum sed ipsa sententiae obscuritas videtur conuincere. Quaenam enim sunt illa *alia* non digna commemoratu? Expuncto igitur καὶ post βέβηκε, et τἄλλ' in ἀλλ' mutato, οὐδέν με ταῦτα reuocaui ex antiquis libris quibusdam [in his MS. Monac.] iam supra laudatum, p. 223.: βέβηκεν autem posui ex MS. Monac. Praeterea retinui Fabri verborum ὅπως σαυτῆς κατόναι' emendationem, οὕτω [οὕτως] σαυτῆς κατόναι', probatam Brunckio, Heindorfioque annotatione ad Horatii Satiras, p. 331. *Reisig.*

d) Medium ἱκετεύομαι [codicis Rau.] nolo vocari in controversiam. ὠνομάζετο Medium tuetur Erfurdtus cum Brunckio in Sophocl. Oed. Tyr., 1012.: et ἱκετεύοντο vero pro ἱκέτευον non improbauit Wesselingius in Herodoti libro III. p. 220. g. [c. 48, 15. Schweigh. at huius loci nulla auctoritas.], quam rem a Schaefero accepi. Eurip. Hercule F., 1206.; facilius assentirer Seidlero, si voluisset ἱκετεύομαι μὲν — scribi: ἱκετεύομεν μὲν — ab eo propositum p. 364., de Vers. Dochm., meis quidem certe auribus parum pla-

Quae numeris Romanis in margine appofitis notata funt, ea libera elle vult refponfione antiftrophica.

960. Hunc verfum et feq. vetulae potius tribuerim. *Bergl.* Eodem modo Iohn Seager in Claffical Iournal N. III. p. 509. qui fequentia fic perfonis diftinguit: Puella. οὔκουν ἐπ' ἐκ. γε. Anus. καινόν γ'. Puella. ὦ σαπρά, οὐ δῆτα. τί γὰρ ἂν γραῦν καπρῶσάν τις λέγοι. — παράκυφ' ὥσπερ γαλῆ. Lege παράκυφθ' ὥσπερ γαλῆ· παράκυπτε. Neque enim vnquam, ὡς ἐμ' εἰδέναι, dictum eft, aut παράκυπον, aut παράκυπε, vnde fieri poffit, παράκυφ' ὥσπερ, etc. *Faber.* affentitur *Bergl.* παράκυψον ὡς γαλῆ. Mendofe in impreffis: παράκυφ' ὥσπερ γαλῆ. In cod. et in edit. B. Iuntae παράκυφ' ὡς γαλῆ. Inde facile fuit finceram lectionem reftituere. *Brunck.* Fabri παράκυφθ', codice Rau. confirmatum, iure probat Reifig. I. p. 312. qui Brunckii fcripturae opponit, Atticos in vulgari fermone ὡς pro ὥσπερ non videri dixiffe. MS. Monac. apud Reifig. παράκυφρ' ὥσπερ.

962. *e*) Hunc verfum Adolefcentulae potius tribuerim. *Bergl.* οὔκουν ἐπ' ἐκφοράν γε. Aliter, atque Schol., accipio. Quippe adolefcentula dicit: *accedet ad te amator, antequam ad me? fortaffe quidem, fed vt efferaris.* Puella refpondet: *Mirum profecto quod fiet, fi adolefcens mulier cum fim, ὦ σαπρά, ante te efferar. Faber. Imo ad auferendum aliquid veniet.* Scholia: ὅτι τῶν γραϊδίων ἐκφέρουσι τὴν οὐσίαν οἱ ἐρώμενοι. Sicut in Pluto v. 1008. vbi cum vetula

---

cere fateor. [Propter fenum hoc nolim improbari. Vide Aefchyl. Choephor. 848. Stanl. Antiphan. in Bekker. Anecd. I. 455, 1. Ariftophani vere, vt arbitror, reftituit Erfurdt. Koenigsb. Archiv III. p. 442.] *Reifig.*

e) 962. 963. Nefcio an in toto Ariftophane verfus vllus fit pofteriori deprauatior. Tu lege, Οὔκουν ἐπ' εὐφρόνην γε; Καινόν γ' ὦ σαπρά. Οὐ δῆτα· Τίς ἂν σὺν γρᾶι τὰ κοίν' εὐνῆς γ' ἕλοι. Vulgatum ἐκφορὰν defendere videtur Hemfterhuf. ad Plut. 1009. Quod nollem factum. Merus enim error eft. Quod ad τὰ κοινὰ in re Venerea frequentatum, bene Porfonus intellexit cognatam vocem κοινωνίαν in Phoen. 16. Confer et Ion. 358. τὰ κοινὰ χαίρων. *G. Burgeff.* Praefat. ad Euripid. Troad. p. XVI fq.

dixiſſet de Adoleſcente, qui ipſam lucri cauſa amare ſe ſimulabat. *ἐπὶ τὴν θύραν ἐβαδίζεν αἰεὶ τὴν ἐμήν*, alter *ἐπ' ἐκφορὰν* inquit. Faber de elatione mortuorum accepit *ἐκφορὰν* hic in Eccleſiaz. nec male adeo. *Bergl.*

963. (925. Br.) Vulgo legitur: *τί γὰρ ἂν γραῦς τάλαινά τις λέγοι;* Frigidum eſt iſtud *τάλαινα*, quod nec genuinum eſſe videtur; illud enim non agnoſcit cod. in quo ſcriptum, *τί γὰρ ἂν γραῦς μαινάς τις λέγοι;* Mulierem libidine in furorem actam *μαινάδα* non raro appellant poëtae. Sed etiamſi ſoccus appellationem hanc admitteret, metrum hic repugnat. *καπρῶσα* ſubſtitui e Noſtro, in Pluto v. 1024. *ἀλλ' ἠπίστατο γραὸς καπρώσης τἀφόδια κατεσθίειν.* *Brunck.* Satis bene Ravennas: *Τί γὰρ ἂν γραῖα* [imo *γραῖ*] *καινά τις λέγοι;* ſed *τῷ τις* adiuncto ſuo nomini ſcribendum eſt: *τί γὰρ ἂν γραῖά τις καινὸν λέγοι;* Nam quid noui dicat vetula? Sic irridetur anus propterea quod negauerat, nouum ſe dixiſſe. *Hotib.* MS. Monac. *γρᾶ.* Reiſig. I. p. 91. *τί γὰρ ἂν γραῖ' ἄρα καινά τις λέγοι;*.

965. Citat Suidas v. *ἄγχουσα* [et Zonar. I. p. 29.]. *Kuſter.*

967. *ᾄδω πρὸς ἐμαυτήν.* In Ranis 53. *ἀναγινώσκοντί μοι πρὸς ἐμαυτόν.* *Bergl.*

968. *Γέρης.* Debuit fuiſſe aliquis paulo grandior, et pauperculus. *Faber.* Loci huius meminit Suidas v. *Γέρης.* *Kuſt.* Schol. verba appoſuerunt *Bergl.* et *Brunck.* Vide ad 879.

969. *δείξει γε καὶ σοί.* B. Iunta *δόξει* pro *δείξει:* vitioſior etiam in hac re Monac. MS., *δόξῃ:* ſed ſcribo: *δείξει γε καὐτός.* *Reiſig.* I. p. XVI.

973. *πολύ σου μεῖζον φρονῶ.* Arguta ſententia. Adoleſcentula recedebat, ne videlicet illius *δελεάσματι* captus amator, qui ipſam ad feneſtram vidiſſet, fores pultaret, et interim ex lege Senatus muliebris cogeretur cum vetula rem ante habere; quod conſilium ubi perſenſit vetula, ait: Ego pariter conſedo hic, vt me multo ſapientiorem agnoſcas quam ſis. Aliter Schol. *Faber.*

974—982. *f*) Hos verſus Hermannus Elem. doctr. metr. p. 695. ſic deſcripſit:

εἴθ' ἐξῆν παρὰ τῇ νέᾳ καθεύδειν,
καὶ μηδὲν g) πρότερον διασποδῆσαι

---

f) 974. et ſqq. *σύσστημα ά.*

εἴθ' ἐξῆν παρὰ τῇ νέα καθεύδειν,
καὶ μηδὲν πρότερον διασποδῆσ', ἧς
τό γε σίμον ἢ πρεσβύτερον· 5
ποῦ γὰρ ἀνασχετὸν τοῦτό γ' ἐλευθέρῳ;

σύσστημα β'.

ΓΡ. σίμ' ὦζ' εἰ τραγονήδυα, σποδήσεις.
οὐ γὰρ τἀπὶ Χαριξένης τάδ' ἐστίν· 6
κατὰ τὸν νόμον ταῦτα ποιεῖν ἐστὶ δίκαιον, εἰ δημοκρατούμεθα.

V. 2. Vulgo *διασποδῆσαι ἀνάσιμον ἤ.* At in ſcoliis huiusmodi, vltimis ſyllabis non conceditur ἡ *ἀδιαφορία* niſi ad finem ſyſtematis. Rem illam comprobabo, cum Lyrica fragmenta attigero. Bene igitur Porſonus ad Hec. 300. et Oreſt. 792. ed. 2dae emendat *ποῦ* vice *οὐ.* Verum haec ſunt leuia. Mentem Comici, non metra, nunc perſcrutor. Exponitur a Suida *'Ανάσιμον* per *ἄμορφον*, hoc loco allegato. Bene quod ad ſententiam, at ſecus quod ad vocis etymologiam. Etenim *σίμος* eſt proprie *planities lata et ſimul accliuis:* hinc vſurpatur de nare preſſa, de ventre non curvato, et de latere collis inclinati et plani: quo ſenſu proximo habet Comicus in Lyſ. 288. vbi apud Schol. citantur Noſter in Babyloniis *Μέσην ἔρειδε πρὸς τὸ σίμον* et *Πλάτων ἐν Νικαῖς* (ſic enim corrigit Elmsl. ad Ach. 377.) *Τουτὶ προσαναβῆναι τὸ σίμον δεῖ·* verum ibi *σίμον* ſignificat *rem muliebrem:* quae plana eſſe ſolet, teſte Ouidio: *Quam caſtigato planus ſub pectore venter:* et ſane cum illa ſignificatione vocis *σίμον* bene conuenit et *ἔρειδε* (vid. Eccl. 616. et Thesm 488.) et *προσαναβῆναι.* vid. Pierſon. ad Moer. p. 3. vbi Grammatici aduocant e Noſtri Thesmophor. 2dis *'Αναβῆναι τὴν γυναῖκα βούλομαι.* Bene igitur me hic repoſuiſſe arbitror *τὸ σίμον* in ſenſu eodem: nec male propter ſententiae nexum mutaſſe *οἰμώζων ἄρα νὴ δία* in *σίμ' ὦζ' εἰ τραγονήδυα:* etenim non grauius aliquid Venerem reprimere ſolet, quam malus odor; quo maxime eminet hircorum genus. Cf. Pac. 813. *τραγομάσχαλοι:* quam vocem plane factam, ſicut *τραγόνηδυς*, exponunt Scholia per *δύσοσμοι.* Cf. quoque Ach. 852. *"Οζων κακὸν τῶν μασχάλων πατρὸς τραγασαίου:* vnde firmatur mea coniectura *ὦζ' εἰ* i. e. *εἰ ὦζε:* quod verbum egregie reſtituit Porſonus ad Hom. *Οδ. Ε.* 455. Crateti apud Athen. p. 690. D. *G. Burgeſſ.* in Claſſical Iournal Nr. XXVIII. p. 228 ſq.

g) *μηδέν.* Elmsleius in Muſeo crit. Cantabrig. V. p. 44. corrigit: *μὴ 'δει.* Hanc coniecturam nuper repetiit ad Eurip. Medeam p. 74.

ἀνάσιμον h) ἢ πρεσβύτερον i).
οὐ k) γὰρ ἀνασχετὸν τοῦτό γ' ἐλευθέρῳ.
οἰμώζων ἄρα, νὴ Δία, σποδήσεις.
οὐ γὰρ τἀπὶ Χαριξένης l) τάδ' ἐστίν.
κατὰ τὸν νόμον ταῦτα ποιεῖν
ἔστι δίκαιον, εἰ δημοκρατούμεθα m).

985. ἔρχομαι ποθῶν πάλαι. In cod. ποθῶν πάλιν. Vulgo inuerſus eſt ordo vocum: ἔρχομαι πάλαι ποθῶν. *Brunck.*

989. n) — 992. στρ. ά. 993 — 996. στρ. β'. 997 —

---

h) ἀνάσιμον. Vide Suidam h. v. *Kuſter.*

i) πρεσβύτερον. Verſus expoſcit πρεσβυτέραν. *Hotib.* πρεσβυτέραν etiam Reiſig. I. p. 193.

k) οὐ. Porſon. ad Eurip. Hecub. 300. ποῦ, recte repugnante Reiſig. I. p. 193.

l) Χαριξένης. Charixenam εὐήθη καὶ μωρὰν γυναῖκα fuiſſe teſtantur Scholia. Alluſum fortaſſe eſt ad χάριν et ξένος. *Non eſt quod hic quidpiam ad gratiam geri putes; omnia ad ſummum ius exiguntur. Faber.* Egregie ad hunc locum Etymologus [367, 21.]: Ἐπὶ Χαριξένης. αὐλητρὶς ἡ Χαριξένη ἀρχαία, καὶ ποιήτρια κρουμάτων· οἱ δὲ, μελοποιόν. Θεόπομπος Σειρῆσιν, Αὐλεῖ γὰρ σαπρὰ αὕτη γε κρουμάτια τὰ ἐπὶ Χαριξένης. Ἀριστοφάνης· οὐ τὰ κατὰ μισθὸν, ἀλλ' οἷον καὶ ἄλλα τινά. Haec vltima ſunt corruptiſſima. Nam poſt vocem Ἀριστοφάνης ſubiecerat procul dubio Etymologus locum hunc Ariſtophanis ex Eccleſ.: οὐ γὰρ etc. Sed his neſcio quo caſu eiectis, alia illuc intruſa fuerunt, quae minime pertinent ad articulum ibi propoſitum, ſed potius ad vocem Ἐπίχειρα, quae apud Etymologum proxime ſequitur. Sed haec obiter. Heſychius [quem etiam *Bergl.* et *Brunck.* laudant]: Ἐπὶ Χαριξένης. ἐπὶ μωρίας ἡ Χαριξένη διεβεβόητο, ἀρχαία οὖσα. ἔνιοι δὲ καὶ ποιήτριαν αὐτὴν ἐρωτικῶν λέγουσιν. ἔστι δὲ καὶ παροιμία, οἷα τὰ ἐπὶ Χαριξένης. Miror haec loca non fuiſſe obſeruata ab Eraſmo, Iunio, aliisque prouerbiorum Graecorum compilatoribus. Vide etiam Euſtath. ad Il. β'. p. 326. lin. penult. et Suidam v. Χαριξένη. *Kuſter.*

m) Hic verſus ſenarius eſt, cuius vulgo ſoluti ſunt numeri: ſic in impreſſis fertur: ἐστὶ δίκαιον, εἰ δημοκρατούμεθα. In cod. eſt εἴπερ δημ— et ſenſus et metrum εἴγε flagitant. *Brunck.* Recte Fracinus ἔστι δίκαιον, ex lege verſus dochmaïci, qualis hic eſt. *Hotib.*

n) 989 — 1020. Legendum:
Δεῦρ' — — μοι στρ. ά. *cretic. tetram.*

999. στρ. γ'. His eodem ordine respondent antistrophae 1000 — 1009.

Πρόσελθε, καὶ ξύνευνος anacreont.
T. ε. ὅ. ἔσει! iamb. dim.
Πάνυ γάρ τις ἔρως με δονεῖ τωνδὶ anapaest. dim.
Τῶν σῶν βοστρύχων dochmius.
Ἄτοπος, ὅς μ' ἔχει διακναίσας. glycon. hypercat.
Μέθες, ἱκνοῦμαί σ', Ἔρως, cretic. dim.
Καὶ — — — ἱκέσθαι! troch. tetram. bachycat.
NE. Δεῦρο — — — καταδραμοῦ- ἀντιστρ. ά
σα τὰν θύραν ἄνοιξον·
Εἰ δὲ, καταπεπτὼς κείσομαι,
Φίλον. Ἀλλ' εἴσω πληκτίζεσθαι
Μετὰ τῆς σῆς πυγῆς! etc.

Vulgatae: τὴν θυρ. ἄν. τήνδ'· εἰ δὲ μὴ, καταπεσὼν κείσομαι, versuum priore hypermetro, posteriore peruerso: nam qui huic quidem respondet in stropha, manifesto iambicus est dimeter. Εἰ δὲ ellipsi elegante dicitur pro εἰ δὲ μή: cf. Sophocl. Antig. 722. ed. Brunck. Rarius versuique congruens καταπεπτὼς formae tritiori cessit. In sequentibus vulgo ita legitur: ἀλλ' ἐν τῷ σῷ βούλομαι κόλπῳ πληκτίζεσθαι μετὰ τῆς σῆς πυγῆς. Corruptis ἐν σῷ, vel, quod peius etiam, ἐν τῷ σῷ, adscriptum κόλπῳ, quomodo haud scio an nusquam loquantur in re simili probi scriptores, τῷ πληκτίζεσθαι vero non intellecto addidere βούλομαι. Μετὰ instrumentum indicat, vt saepius, proindeque nihil absurdius quam ipsum iuuenem velle πληκτίζεσθαι natibus non suis, sed puellae. Imo, infinitiuo posito pro imperatiuo, haec iubetur illud facere, quo nihil opus esse coniugibus Romanis videbatur Lucretio de rerum nat. 4, 1271. Εἴσω, vt ἔνδον infra 1081. In antistropha 2. τέ post Τρυφῆς exciderat cum ruina versus.

Καὶ ταῦτα μέντοι μετρίως γε πρὸς τὴν στρ. β'. asynart. ex 2 penthemimm. iamb.
Ἐμὴν — ἐστί· similis.
Σὺ δέ μοι, φίλτατον, ὦ ἱκετεύω, antispast. dim. hypercat.
Ἄνοιξον! ἀσπάζου με! anacreont.
Διά τοι σὲ πόνους ἔχω. anacreont. catal.

(possunt et in vnum coniungi duo anacreontei, sicut saepius fit apud Pindarum, velut Nem. 3, 1. 5, 1. 8, 1. epodi).

Ὦ χρ. ἐ. μ. ἀντιστρ. β'.
Τῆς Κύπριδος — — — Μοῦσας,
Χαρ. θρ., Τρυφῆς τε πρόσωπον, etc. Hotib.

989 et sqq. στρ. ά.	ἀντιστρ. ά.
δεῦρο δὴ δεῦρο δὴ δεῦρό μοι φίλον ἐμὸν	δεῦρο δὴ δεῦρο δὴ καὶ σύ μοι καταδραμοῦ-
πρόσελθε, καὶ ξύνευνος	σα τὴν θύραν ἄνοιξον
τὴν εὐφρόνην	τήνδ'· εἰ δὲ μὴ,

989 — 992. Strophica valde corrupta ſunt: quae ſic conſtituenda videntur:

δεῦρο δή, δεῦρο δή,
φίλον ἐμόν,
δεῦρό μοι πρόςελθε, καὶ ξύνευνος
τὴν εὐφρόνην φίλος ὅπως τήνδ' ἔσει.

Dubitari poteſt, an *φίλον ἐμὸν* et *δεῦρό μοι* rectius locum commutent, quia ita in antiſtropha pedes diſpoſiti ſunt. *Hermannus* Elem. doctr. metr. p. 202.

Reiſigius I. p. 3.2. haec ſic deſcripſit, vt vltimi *στρ. α'.* et *β'.* vtrinque verſus reſponſione liberi ſint:

στροφὴ α'. *δεῦρο δή, δεῦρο δή,*

ὅπως εἴσει· δονεῖ
πάνυ γάρ τις ἔρως
βοστρύχων τῶν σῶν
τῶνδ'· ἔγκειται δ' ἄτοπός
μοι πόθος, καὶ διακναί-
σας ἕλκει με· μέθες, ἱκνοῦ-
μαί σ', Ἔρως, καὶ ποίη-
σον τήνδ' ἐς εὐνὴν τὴν ἐμὴν ἱκέ-
σθαι.

καταπεσὼν κείσομαι,
φίλον· ἀλλ' ἐνὶ σοὶ
βούλομαι κόλπῳ
πληκτίζεσθαι μετὰ τῆς
σῆς σπαθῆς· Κύπρι, τί μ' ἐκ-
μαίνεις; τῆδε μέθες, ἱκνοῦ-
μαι σ', Ἔρως, καὶ ποίη-
σον τήνδ' ἐς εὐνὴν τὴν ἐμὴν ἱκέ-
σθαι.

στρ. β'.

καὶ ταῦτα μέντοι μετρίως
πρὸς τὴν ἐμὴν ἀνάγκην
εἰρήμεν' ἐστίν· σὺ δ' ἐμοὶ
φίλτατον ὦ ἱκετεύω
ἄνοιξον· ἀσπάζου με·
διά τοι σὲ πόνους ἔχω.

ἀντιστρ. β'.

ὦ χρυσοδαίδαλτον ἐμὸν
μέλημα Κύπριδος ἔρνος,
μέλιττα μούσης, Χαρίτων
θρέμμα, Τρυφῆς πρόσωπον,
ἄνοιξον, ἀσπάζου με·
διά τοι σε πόνους ἔχω.

Inter haec vocum ſedes paulum mutaui, quo metra melius conuenirent. V. 3. Pro *εὐφροσύνην* recte Bergler. *εὐφρόνην.* quocum facit MS. et ſic Bentleius: mox vice *ἴσει* Faber recte *εἴσει;* cf. Hom., *Ἰλ. Α.* 243. *ἧς οὔτοι χάριν οἶδε.* V. 9. Vulgo *ἔχειν.* Dedi *ἕλκειν.* Cf. Theocrit. 11. 17. *Ἴυγξ ἕλκε τυ τῆνον ἐμὸν ποτὶ δῶμα τὸν ἄνδρα.* Sic et Ouidius — *natale ſolum dulcedine captos Ducit:* et Horatius — *Quo me, Bacche, rapis tui Plenum.* V. 19. *πυγῆς* ineptum eſſe vidit et Hotibius: qui bene monet nihil poſſe *abſurdius quam ipſum iuuenem velle* *πληκτίζεσθαι* *natibus puellae.* Repoſui igitur *σπαθῆς.* Heſych. *Σπαθητὸν γυναικεῖον.* lege *Σπαθὴ, τὸ γυναικεῖον.* Hinc intelligas iocum in Nub. 55. *ὦ γύναι λίαν σπαθᾷς.* *O mulier valde percuſſione vteris.* V. 20. Vulgo *ἐπὶ ταύτῃ.* At *ἐπὶ* eſt interpolata lectio et *ταύτῃ* corrupta pro *τῇδε:* vid. Porſon. ad Phoen. 1597. V. 29. Ita Suid. in *Δαιδαλόχειρ* et *Θρύψις.* *G. Burgeſſ.* in Claſſical Iournal Nr. XXVIII. p. 229. 230.

φίλον ἐμόν o), δεῦρό μοι
πρόσελθε καὶ ξύνευνος
τὴν εὐφρόνην p)
ὅπως ἔσει q) μοι. I.
στροφὴ β'. πάνυ γάρ τις ἔρως με δονεῖ r)
τῶνδε τῶν σῶν βοστρύχων.
ἄτοπος δ' ἔγκειταί μοί τις πόθος s),
ὅς με διακναίσας ἔχει. II.
στροφὴ γ'. μέθες — ἱκέσθαι.

ΝΕΑΝΙΑΣ.

ἀντιστροφὴ ά. δεῦρο δή, δεῦρο δὴ t)
καὶ σύ μοι καταδραμοῦ-
σα τὴν θύραν ἄνοιξον
τήνδ'· εἰ δὲ μή,
καταπεσὼν κείσομαι v). III.
ἀντιστροφὴ β'. ὦ φίλον, ἀλλ' ἐν τῷ σῷ x)
βούλομαι κόλπῳ μετα-

---

o) φίλον ἐμόν. Cod. φίλον ἐμοί. *Brunck.*

p) τὴν εὐφροσύνην. Ita omnes quas vidi: legendum cenſeo τὴν εὐφρόνην, id eſt, *noctem. Bergl.* τὴν εὐφρόνην. Sic cod. Inepte vulgo τὴν εὐφροσύνην. *Brunck.* τὴν εὐφρόνην etiam Daweſ. Miſc. p. 311. (553. Kidd.) Bentlei. ap. Kidd. Toup. Em. in Suid. T. III. p. 187. et *Reiskius*

q) ἔσει. Verti quaſi fuiſſet ſcriptum εἴσῃ, vel Attice εἴσει. *Faber.*

r) Citat Suidas v. βόστρυχος, et v. δονεῖται. *Kuſt.*

s) Vide Suid. v. ἀτοπίας. *Kuſt.*

t) Obſeruent hic ſtudioſi canticum κωμαστικόν. *Faber.* Eſt carmen παρακλαυσίθυρον, vt Graeci vocant: ſiue carmen, quod amantes pro foribus amicarum canere ſolebant, intromitti ab illis cupientes. Tale carmen etiam legitur apud Theocrit. *Idyll.* III. Plautum *Curcul.* I. 2, 60 ſqq. Propert. I. 16, 17. ſqq. Tibull. I. 2, 9 ſqq. Ouid. I. *Amor.* El. VI. et alios. *Kuſt.*

v) καταπεσὼν κείσομαι. Sic ap. Theocrit. III, 53. [eundem locum affert *Brunck.*] caprarius ad antrum Amarylidis abſoluto carmine παρακλαυσιθύρῳ, inquit: κεισεῦμαι δὲ πεσών. Huc ſpectat illud Horat. Lib. III. *Od.* X. Ouid. Lib. III. *de Art. Amandi* v. 581. *Ante fores* iaceat etc. Sed quid adtinet in re obuia et clara plura loca congerere? *Kuſt.* Abreſch. Lectt. Ariſtaenet. p. 204. citat *Reiſig.*

x) ἐν τῷ σῷ. Sic cod. Vulgo articulus omiſſus. *Brunck.*

πληκτίζεσθαι y) τῆς σῆς πυγῆς.
Κύπρι, τί μ' ἐκμαίνεις ἐπὶ ταύτῃ; IIII.
ἀντιστροφὴ γ'. μέθες — ἱκέσθαι.

Verſibus 1010 — 1015. reſpondent 1016 — 1020., male diſtincti. v. 1012. ſcribendum ἐστίν, vt citat Reiſig. I. p. 300. v. 1018. τε poſt τρυφῆς addendum.

1014. ἀσπάζου με. Sic bene cod. Vulgo ἀσπάζου τε. Vide infra 975. [1019.] *Brunck.*

1016. (965. K. 972. Br.) χρυσοδαίδαλον z). Me imprudente et inuito hoc remanſit. Legendum χρυσοδαίδαλτον, vt recte edidit B. Iunta, quam ſcripturam adfirmat Suidas in δαίδαλον, vbi hunc locum profert. Mendoſe in Aldi edit. excuſum χρυσοδαίδαλμον. Eurip. Iphig. A. 219. καλλίστους εἰδόμαν [l. ἰδόμαν] χρυσοδαιδάλτους στομίοισι πώλους. [Suidae et Euripidis locos attulerat *Kuſt.*] Metri lex omnino hic requirit χρυσοδαίδαλτον. Verſus eſt antiſpaſticus trimeter catal. ſeu hendecaſyllabus phalaecius, qui in ſecundo pede titubaret, ſi legeretur χρυσοδαίδαλον. Sic eum dimetiri oportet: ω χρυσοδαι | δαλτον εμον | μελημα. Pes ſecundus eſt choriambus, qui antiſpaſto ἰσόχρονος eſt, quemque hoc metrum admittit. δαλον εμον quinque tantum conſtat temporibus, ac proinde metrum peſſumdat. *Brunck.* ἐμὸν μέλημα. Iulianus Epiſt. 17. τὸ μέλημα τοὐμόν. *Bergl.*

1017. Κύπριδος ἔρνος — Χαρίτων θρέμμα. Videtur imitatus Ibycum, cuius fragmentum extat ap. Athenaeum p. 564. Εὐρύαλε γλαυκέων Χαρίτων θάλλος καλλικόμων (ἐμὸν) μελέδημα, σὲ μὲν Κύπρις ἅ τ' ἀγανοβλέφαρος Πειθὼ ῥοδέοισιν ἐν ἄνθεσι θρέψαν. Quod Ibycus θάλλος, id noſter ἔρνος dixit. *Bergl.*

1018. θρέμμα. Quamuis lectionem ferri poſſe non

---

y) πληκτίζεσθαι. Ait ſe laſciua manu nates illius pulſare velle: metaphora ab aliis inſtrumentis, quae plectro pulſantur. Apud Heſychium exponitur ὑβρίζειν; ita et ὑβριστὴς vox eſt amatoria. *Faber.*

z) χρυσοδαίδαλον. Intellige κειμήλιον πεποικιλμένον, vel παίγνιον, ſeu ludicrum, quod puellulis dabatur, nugamenta amatoria. *Faber.*

negem; magis tamen placet *θρύμμα*, quod habet Suidas v. *θρύψις*, et v. *Χαρίτων*, vbi locus hic adducitur. *Θρύμμα* autem ſignificat *delicium*, a *θρύπτεσθαι*: cuius originis et ſignificationis etiam eſt *τρύφημα*; qua voce vſus eſt Eurip. *Iphig. in Aul.* 1050. vbi Ganymedem *τρύφημα λέκτρων* vocat. *Kuſter.*

1021. *τί κόπτεις;* Corrige typothetae errorem [*κύπτεις*]. *πόθεν a)*; Vide ad Ran. 1455. *Brunck.*

1023. *τοῦ δὲ σὺ δεόμενος.* In cod. et in edit. B. Iuntae, *τοῦ δὲ δεόμενος*. Vulgo *τοῦ δαὶ δεόμενος*. *Brunck.* *δᾷδ' ἔχων b)*. Vt qui comiſſatum eunt. Supra 687. *τὴν δᾷδα λαβών.* vbi vide Notam. *Bergl.*

1024. *Ἀναφλύστιον c)*. A pago Attico. Sed alludit ad *ἀναφλᾶν*. Sicut etiam in Ran. 425. *Σεβῖνον, ὅστις ἐστὶν Ἀναφλύστιος.* vbi etiam ad verbum *βινεῖν* alluditur. Vide ibi Notam. *Bergl.* Vide ad Ran. 426. *Brunck.*

1025. *αὐτήν σε κινοῦνθ'* — Sic cod. Vulgo *βινοῦνθ'*, quod perinde eſt. Vide ſupra ad v. 468. *Brunck.* Iuntinae *αὐτόν σε β.* Reponam *οὐ τόν σε β.*, quod lepidius. *Hotib.* Comparato verſu ex Ranis Reiſig. I. p. XIII. veram ſcripturam reſtituiſſe videtur: *οὐ τὸν Σεβῖνον* — MS. Monac. *βινουῶθ'* pro *βινοῦνθ'*.

1026. *ἤν τε βούλῃ* etc. Subaudi, quod tacet vetula, *ἐμὲ βινήσεις εὖ κἀνδρικῶς*. *Faber.*

---

a) *πόθεν.* Id eſt, *minime*, vel *nequaquam.* Habet enim particula haec aliquando vim negandi; vt apud Noſtrum in *Ran.* 968. et in hac ipſa fabula 330. 389. et paſſim alibi. *Kuſt.* Veſp. 1147. Eurip. Alceſt. 95. Androm. 84. Electr. 657. addit *Bergl.*

b) Erat enim *κωμάζοντος ἀνδρὸς τὴν δᾷδα φέρειν.* Quamobrem non abs re vetula ſubiicit, *τοῦ δαὶ* etc. *Faber.*

c) Bene et argute. *Ἀναφλ. ἀνὴρ* eſt vir ex Demo ſeu *populo* Attico, cui nomen *Ἀνάφλυστον*, eratque tribus Antiochidos. Et quia *ἀναφλᾶν* ſignificat *maſturbari*, ideo dicit quaerere ſe virum aliquem *Ἀναφλύστιον*, eam qui ſubagitet; quod valde amarulentum eſt: quippe ſi ſit *maſturbator*, maligne, inſtrenueque agitabit; vt qui artifice manu malit uti, quam in pantices putridas et *σαπρὰς* ſe immergere; quod quid eſſet aliud, quam *Mortua quin etiam iungebat corpora viuis Corporibus? Faber.*

1027. τὰς ὑ. εἰσάγομεν. Bene hic Scholia; ea legito: metaphora perpetua a caufis iudicandis. Ita Latini loquuntur vt Graeci. Plinius L. 6. (V. Epift.) *Tertio die inducta cognitio Iulii Tyronis.* Ibi *cognitio*, verbum iuridicum eft. *Faber.* ἐσαῦτις. Recte pars vett. edd. εἰσαῦθις. Cf. Schaefer. in ind. in Bos. Ell. p. 866.

1029. τὰς ἐντὸς εἴκοσιν γὰρ ἐκδικάζομεν. Allegorice. Loquitur enim quafi de litibus forenfibus, et intelligit aetates mulierum. Hoc Scholiaftes breuiter: ἀπὸ τῶν δικῶν. ἔλεγον γὰρ ἀεί· τὰ πρὸ τόσων ἐτῶν δικάζομεν. Nempe quum Athenis non tantum lites domefticae, fiue ipforum Athenienfium, diiudicarentur, verum etiam exterorum, quicunque Athenienfium imperio erant fubiecti, ita obruebantur multitudine negotiorum, vt vno tempore non poffent omnes lites cognofcere, fed multas differrent in aliud tempus, deinde in aliud. *Bergl.* repetiit *Brunck.*

1030. ἐπὶ τῆς πρότερον ἀρχῆς. Sic cod. Vulgo προτέρας. *Brunck.* Γλύκων *d*). Fuit hic infigni fatuitate nobilis; vnde Hefychio εὐήθης. *Faber.* Ὑποκοριστικόν, vt infra 1050. [1105.] ὦ μαλακίων. *Bergl.*

1032. (987. Br.) κατὰ τὸν ἐν πεττοῖς νόμον. Sic optime cod. In impreffis ἐν Παιτοῖς. Vetus eft menda, cuius haec fertur in fcholiis interpretatio: Παιτοί. ἔθνος μέν ἐστι Θρακικόν. ἔπαιζε δὲ Παιτοῖς, παρὰ τὸ παίειν. Sic fcholion legendum videtur: fed totum ineptum eft. De *calculorum*, feu *latronum*, quos Graeci πεσσὰ, πεττοὺς vocant, ludo, feu de πεττείᾳ videndus Io. Meurfius in *Graecia ludibunda.* πεττείαν cum κυβείᾳ aliquoties confudiffe Grammaticos vere obferuat, quod etiam auctori Etymol. M. contigit, cuius notam hic adponam, non prout vulgo fertur, fed fuppletam ex *Ori Thebani* Etymologico Mf. ad quod vulgatum contulit familiaris meus, atque in Regia Academia focius, eruditiffimus *Larcherus*, qui mihi obferuationes fuas in Etymol. M. dedit, iisque,

d) Male pro nomine proprio habetur. *Ruhnken.* ad Timaeum p. 132.

pro eo quo me amplectitur amore, vt tanquam meis vterer permisit: quas si, vt fert animus, cum eruditis aliquando communicauero, πλήν γ' ἑνὸς ἂν οὐδεὶς ἐνδίκως μέμψαιτό μοι. [V. Mém. de l' Acad. des Inscr. et B. l. T. XLVII.] Scilicet gratum id non accidet nupero commentatori, qui Sophoclem illotis manibus attrectauit: huius ineptias bene multas in Obseruationibus illis confutat optimus *Larcherus*. En autem locum Etymologici e). *Πεσσοὶ, βόλια κυβιστῶν, πεσσὰ, ὁμωνύμως ἥ τε γραμμὴ, καὶ ὁ ψῆφος f)· πέντε δὲ ἦσαν, οἷς ἐχρῶντο, κατὰ Σοφοκλέα.* [Naupl. fr. VI]:

καὶ πεσσὰ πεντάγραμμα, καὶ κύβων βολαί.

καὶ τάχα ἡ πεττεία, οἱονεὶ πεντεία τις οὖσα. ἐπὶ δὲ τῶν πέντε γραμμῶν τὰς ψήφους ἐτίθουν, ὧν ἡ μέση Γραμμὴ Ἱερὰ g) ἐκαλεῖτο. εὗρε δὲ αὐτὴν Παλαμήδης, ὡς εἴρηται ἐν ἡρωϊκῷ στίχῳ παλαιῷ γραμμάτων τριάκοντα ἕξ, πρὸς τοὺς τόπους οὓς ἔχει τὸ Παλαμήδειον ἀβάκιον·

εὗρε σοφὸς λιμοῦ με παραιφασίην Παλαμήδης.

ἔστι πέτω, ὃ σημαίνει τὸ καταπίπτω· ὁ μέλλων πέσω. ἐξ αὐτοῦ ὄνομα πεσσὸς, ὁ πίπτων ἐν τῷ βάλλεσθαι, καὶ τροπῇ, πεττός. καὶ πεττεύειν, τὸ μεταφέρειν τὴν ψῆφον· ἀπὸ τῶν πεττῶν, τουτέστι τῶν κύβων. πεττεύειν δὲ καὶ τὸ ταβλίζειν. γίνεται δὲ ἀπὸ τοῦ πεττὸς, πεττεύω· δηλοῖ δὲ τὸ μετατιθέναι τὴν ψῆφον, καὶ παίζειν. Si in abaco quadrilatero, qualia sunt nostra ζατρίκια, (gallicum nomen *trictrac* a graeco barbaro ζατρίκιον originem ducere videtur.) quinque lineas transuersas, totidemque perpendiculares ducas, areolae efficientur XXXVI. quot numero sunt literae in illo heroico versu. Etymologi errores, de calculorum iactu, tanquam si tesserae aut tali essent, loquentis, ostendit Meursius. Confer Salmasium ad H. A. p. 459 seqq. *Brunck.*

1033. (988. Br.) Hic versus in cod. omissus. ratio ob oculos posita. *Idem.*

---

e) Cf. Etymol. M. p. 666, 17. Ruhnken. ad Timaeum p. 217.

f) ὁ ψῆφος etiam Etym. M. Cf. Poppo Obss. in Thucyd. p. 246. Laurent. Lydus de magistr. R. R. p. 14. ψήφοις οἰκείοις. Editor e coniectura ψ. οἰκείαις. Compares ὁ βῶλος.

g) Cf. interpretes Hesychii T. I. c. 644.

1036. κρησέραν *h*) Alludit ad antecedens κρούειν, vt et Bifeto videtur. Forte κρησέραν vocat vetulam eadem ratione, qua Hyperboli matrem cum τηλίᾳ dicitur comparasse Eupolis ap. Schol. ad Plut. 1038. quandoque autem istae duae voces idem significant. *Bergl.*

1038. θύραισι. Cod. θύρησι. *Brunck.*

1039. ὦ μέλ'. Sic recte cod. Perperam vulgo ὦ μελέ'. V. not. ad Lys. 56. *Idem.* Cf. Buttm. Gr. I. p. 225.

1040. *i*) τὰς ληκύθους. Ampullae mortuis apponebantur: supra 537. Forte picturis quibusdam ornabantur istae ampullae. Aut etiam in monumentis pingebantur; vt Schol. τοιαῦτα γάρ τινα ἐν τοῖς μνήμασιν ἔγραφον. Iocatur autem in vetulam, quae morti vicina amori det operam. *Bergl.*

1043. (998. Br.) οἶδ', οἶδ' ὅ τι βούλει. Sic recte cod. et editt. primariae. Perperam in recentioribus alterum οἶδ' omissum, cum versus labe. Sic saepe peccatum fuit. Vide ad Lys. 524. 831. Thesm. 650. 689. 768. 1194. 1226. Ran. 1001. *Brunck.* καὶ γάρ ἐγώ σε *k*). Elmsl. ad Acharn. 127. p. 118. malit καί σ' ἔγωγε.

1044. ἤ μ' ἔλαχεν. Sic ob metrum scribi debuit. Perperam vulgo ἔλαχε. *Brunck.*

1045. (1000. Br.) μὴ 'γώ σ' ἀφήσω. Vetans μὴ po-

---

h) Sensus est: *Si quidem pollinarium aut aliquid ad eum modum vellem mutuo sumere, mihi ad te veniendum esset; verum quod nunc quaerito, apud te aut in te non est: formosam enim puellam aliquam cupio: at tu nil nisi senium es, et tabum pus et venenum.* Forte et aliter, si illius vetulae vterum cum κρησέρᾳ compareret; sed haec iam nimia sunt, et vetularum taedet. Alio igitur. *Faber.*

i) τὸν τῶν γραφέων ἄριστον — ληκύθους. Εἰρωνεία. Pictores enim illi, quorum opera ad eam rem vtebantur, ex diobolaribus erant, non autem Protogenes aliquis, Timantes, Apelles, etc. Quod autem lecythi mortuis appingerentur, aliunde ex Aristophane innotuit. Lepide Aristoph. qui vetulae tamen amatorem dedit; quippe quae sapienter et feliciter amaret; amatorem eum habens, qui ipsi lecythum vbi primum morte solueretur, posset pingere. *Faber.*

k) ἐγώ σε. *Relinquere decreui*, vel vt Schol. (quod tamen minus probo) βούλομαί σ' ἀπιέναι ἐπὶ τὸν θάνατον. *Faber.*

ſitum eſt hic pro negante *οὐ*, quod non fert harum particularum indoles. Infra 1075. recte legitur, *ἀλλ᾽ οὐκ ἀφήσω σ᾽ οὐδέποτ᾽*. Rurſus v. 1085. *ἀλλ᾽ οὐκ ἀφήσω μὰ Δία σ᾽*. Sic Ranis 515. *οὐ γάρ σ᾽ ἀφήσω*. Et ſic ſemper in ſimili formula. Alter tamen ſuccurrit locus, vbi itidem *μὴ* pro *οὐ* poſitum: eſt in Lyſ. 917. *μὰ τὸν Ἀπόλλω, μή σ᾽ ἐγώ, καίπερ τοιοῦτον ὄντα, κατακλινῶ χαμαί*. Sed et ille locus et hic deprauatus eſt. Scribendum in Lyſiſtrata: *μὰ τὸν Ἀπόλλω, οὐ μή σ᾽ ἐγὼ* — Sic Ranis 508. *μὰ τὸν Ἀπόλλω, οὐ μή σ᾽ ἐγὼ περιόψομ᾽ ἀπελθόντ᾽* — Hic vero *οὐ μή σ᾽ ἀφήσω*. Quis enim deſiderare poſſit inutile pronomen *ἐγώ*? at *μή σ᾽ ἀφήσω*, pro *οὔ σ᾽ ἀφήσω*, vix me continere queo, quin ſoloecum eſſe pronuntiem. *Brunck*. *μὴ ᾽γώ σ᾽ ἀφήσω* praemiſſa iurandi formula et comparato Av. 195. defendit Reiſig. I. p. 106.

1047. *τί δῆτα κρεάγρας l*). Verſum hunc et duos ſequentes citat Suidas v. *κρεάγρα*. *Kuſter*.

1049. (1004. Br.) *ἐκ τῶν φρεάτων*. Quum apud Homerum aliosque poëtas legere meminiſſem *φρέατα* correpta media, mendam hic ſubeſſe primo arbitratus fueram, excudique feceram *ἐκ τῶν γε φρεάτων*. Poſtea vero intellexi perperam me iſtud *γε* inſerſiſſe, quod eo abire iuſſi, vnde malum intulerat pedem. Atticis poëtis media in *φρέατος* longa eſt, vt in *κόβαλος, φλύαρος* infinitisque aliis, quod oſtendit dimeter hic trochaicus in Pace 578.:

τῷ φρέατι τῶν τ᾽ ἐλαῶν. *Brunck*.

1051. *εἰ μὴ τῶν ἐμῶν τὴν πεντακοσιοστὴν κατέθηκας τῇ πόλει*. Locus hic procul dubio corruptus eſt, quod oſtendit ſententiae abſurditas. Quis enim vnquam audiuit de ciuitate quempiam bene mereri et honoris commodiue aliquid prae aliis adipiſci, quod de aliorum bonis in commune quicquam contulerit: immo de ſuis contuliſſe eum oportuit. Eſt igitur iſtud *ἐμῶν*

---

l) Studioſi obſeruent *κρεάγραν* in ſignificatu alieniore ſumi, videlicet pro vnco, non quo carnes ex aheno extrahimus, ſed quo vrnas aut cados puteo aut fonte exhauſtos retrahimus. *Faber*.

librarii ineptiae imputandum. Quid reponendum esset, non mihi succurrerat; sed bona fortuna, postquam iam typis descripta erat haec fabula, opem mihi et Comico tulit Vir ingenii et doctrinae laudibus celebratissimus *Thomas Tyrwhitt*, cuius erga me benevolentiam et studium saepe expertus sum. Is literis ad me datis vltro mecum coniecturam communicauit eo probabiliorem, quod lenissima medicina, ἐτῶν pro ἐμῶν scribendo, lepidam et facetam Comico sententiam reddit *m*). Hoc in versione expressi, et dignum censeo, quod in textu reponatur. *Brunck.*

1053. *n*) Tres Iuntinae δεῖ γε μέντοι γ'. Hinc Reisig. I. p. 295. δεῖ γε μέντοι σ'.

1056. Elmsl. ad Acharn. 127. p. 118. οὐδέποτέ γε. νὴ Δία.

1058. καθ' ὅ σε. Sic emendate scriptum in cod. Aliae editiones καθόσε, aliae καθό σε habent. Itane socordes fuisse homines, vt tam apertas mendas non viderent! *Brunck.*

1060. ἔδοξε ταῖς γυναιξίν. Ita quippe ψηφίσματα incipiebant. Exempla ex Demosthene et aliis. *Faber.*

1061. Nota comice dictum: μὴ σποδεῖν αὐτὴν, πρὶν ἂν πρῶτον προκρούσῃ τὴν γραῦν. Quippe tria dixit, cum interim vel vnum satis esse potuerit, πρὶν, πρῶτον, προκρ. *Faber.*

1065. (1012. K. 1020. Br.) ἀνατί. Alias etiam scribitur ἀνατεί, i. e. *impune, absque damno:* ab ἄτη. Vide Magnum H. Vales. ad Harpocrat. v. ἀνατεί. *Kust.* Euripides in Med. 1357. ἀνατεὶ τῆσδέ μ' ἐκβαλεῖν χθονός. vbi Schol. ἄνευ ἄτης καὶ βλάβης. γράφεται δὲ καὶ, ἀνατὶ, παρὰ Σοφοκλεῖ ἐν Ἀντιγόνῃ. Istud tamen Scholion non inuenio in prima editione Schol. in Euripidem *o*). Locus autem ille Sophoclis videtur iste esse

---

m) Imo absurdam. Vide Boeckh. Staatsh. der Athener. T. II. p. 56.

n) δεῖ γε μέντοι. ὡς ἐγὼ — Hiatus non admittendus. Legam: μένθ'· ὅλως ἐγὼ etc.: sane ego etc. *Hotib.*

o) Non mirum: debetur enim Barnesii scholia scribendi libi-

in Antigona 491. [485. Br.] quamuis ἀνατεὶ ibi etiam hodie legatur. Occurrit et ἄνατος apud eundem in Oed. Colon. 780. [787. Br.] vbi Schol.: ἀντὶ τοῦ ἀβλαβὴς, ἢ ἀναίτιος. Et apud Aeſchyl. in Suppl. 361. ἄνατον πρᾶγμα. et mox ibid. ἄνατον φυγάν, vt inferius 415. ἄνατα ταῦτα. Occurrit et aduerbium ἀνατεί apud eundem in Eumen. 59. et ibid. 75. *Bergl.* ἀνατεί. Perperam vulgo ἀνατὶ *p*), forma inſolita. Sophocl. Antig. 485. Eur. Med. 1357. ἀνατεί. *Brunck.* Alia huius aduerbii exempla vide in aureo Ruhnk. commentario ad Timaei Lexicon. [p. 31.]. *Idem* in Suppl. παττάλου *q*). Lyſ. 1119. ἢν μὴ διδῷ τὴν χεῖρα, τῆς σάθης ἄγε. *Brunck.* πάσσαλος eadem, quod hic adhibetur, ſignificatione occurrit in Automedontis Epigr. III. *Idem* in Suppl.

1066. *Προκρούστης r*). Faceta paronomaſia e verbo προκρούειν, quod bis occurrit in ſuperiore decreto. Fuit autem *Προκρούστης* latro, non *aliquis*, ſed inſignis, e Theſei hiſtoria notiſſimus. Vide Plutarchum in Theſeo p. 9. edit. Bryani. Ouidius Metam. VII. 438. vbi egregia Theſei facinora recenſet: Vidit et immitem Cephiſias ora Procruſten. *Brunck.*

1069. ἐλθόντες [ſic Ald. ἐλθόν τις B. Iunt.] Reſtitue, vt editiones quaedam habent, ἐλθών τις. Nam germana lectio eſt. *Faber.*

1070. ὑπὲρ μέδιμνον ἔστ' ἀνήρ. Locum hunc bene explicat Schol. vetus. Cui addendus eſt Harpocrat. qui in ſerie ſua haec habet: ὅτι παιδὶ καὶ γυναικὶ οὐκ ἐξῆν συμβάλλειν πέρα μεδίμνου κριθῶν. Eiusdem legis

---

dini. Vide Matthiae. T. V. p. 408. Eodem modo, quo Bergl., decipi ſe paſſus eſt Blomfield. ad Aeſchyl. Prometh. p. 122.

p) ἀνατὶ retineri et vbique ſic ſcribi vult Blomfield. l. l.

q) Mentulam verti e ſenſu ſcilicet . . *Ruber porrectus ab inguine palus.* Et alibi ſaepe. *Faber.*

r) Seruari venuſtas Latine non poteſt. Quis fuerit Procruſtes, notius eſt ex fabulatoribus, quam vt hic exponi neceſſe ſit. *Faber.* Quia bis dixerat προκρούειν. Fuit autem Procruſtes latro aliquis. *Bergl.*

meminit Dio Chryfoft. Orat. 73. p. 638. D. [T. II. p. 597. Reisk.] Vide etiam Suid. v. ὅτι, et Meurf. *Lectt. Attic.* L. II. c. 4. [et Them. Att. II. c. 9.] *Kuft.* Quod alias mulieribus et pueris erat interdictum vltra medimnum hordei non inire contractum: id iam inuerfo reip. ftatu et mulieribus dominantibus, eft interdictum viris. Ifaeus de Haer. Arift. [p. 259.] *ὁ γὰρ νόμος διαῤῥήδην κωλύει παιδὶ μὴ ἐξεῖναι συμβάλλειν, μηδὲ γυναικὶ, πέρα μεδίμνου κριθῶν. Bergl.*

1071. (1018. K.) *ἐξωμοσία* s). Verbum forenfe. Eft autem excufatio, cur quis fe non poffit aut non

---

s) Satis explicat Schol. quid fit *ἐξωμοσία.* Idque tum hic tum ad *Σφῆκας* [1036.] docuit. Cum videlicet aliquis magiftratum eierabat, proprie. At hic metaphorice *Faber.* *ἐξωμοσία* fecundum Schol. et alios, eft excufatio, quae proponitur in iudicio, ob abfentiam eius, qui in ius vocatus eft; quae fiebat iuramento interpofito per procuratorem, qui iurabat *ἔξω εἶναι τὸν κληθέντα*, foris effe eum, qui in vocatus erat: et a formula ifta iudiciali Graecorum, *ἔξω εἶναι ὄμνυμι*, verifimile eft manaffe vocem illam forenfem et iam obfoletam, *exoine*, qua vtebantur pro excufatione maiores noftri. Nam plures tales voces Graecas tritaui noftri poft recuperatam a Graecis Conftantinopolin ad nos attulerunt, vt notare eft facile. Ex fuperioribus licet colligere, hanc fabulam fere contemporaneam effe fabulae, cuius eft titulus *Πλοῦτος.* Anteriorem effe fuadet auctor anonymus vitae Ariftophanis, fed procul dubio antiquus, qui *Plutum* fabulam omnium vltimam cenfet, poft quam nullam aliam fuo nomine compofuit Ariftophanes; annum certo notare non aufim. Nam argumenta, quibus vtitur Petitus, et probare intendit eam fine dubio prodiiffe anno 4. Olymp. 96., mihi infirmiora videntur, quam vt quis poffit fecundum ea aliquid certi pronuntiare. Nam quod ex Philochoro attulit Schol.; *πρὸ δύο ἐτῶν ἐγένετο συμμαχία Λακεδαιμονίων καὶ Βοιωτῶν,* licet emendetur (vt credo debere fieri) *Ἀθηναίων καὶ Βοιωτῶν;* id non euincit. Nam illud *πρὸ δύο ἐτῶν* non videmus ad quem terminum, feu annum referri debeat. Nimis breuiter enim ea verba citauit Schol.; nec credo Philochorum in fuis Atticis notaffe annos, quibus fabulas fuas docuit Ariftophanes. Non tamen ibo inficias, fatis verifimile effe hanc fabulam prodiiffe eo anno, quo eam prodiiffe decernit Petitus. Sed aliud eft, verifimile quid proponere; aliud verum quid afferere. Audacter etiam decernit idem doctus vir, eam prodiiffe Panathenaeis, quod falfum effe omnino videtur. Nam hieme in Lenaeis actam fuiffe, dum diluculo cogebatur ecclefia, fupra probauimus; et de Sciris loco intelligi debere verba Comici, non de fe-

debeat ſiſtere iudicio, et fiebat interpoſito iuramento. Ex Schol. *Bergl.* οὐ γὰρ δεῖ στροφῆς. In Pluto 1155. ἀλλ' οὐκ ἔργον ἐστ' οὐδὲν στροφῶν. Saepe autem in excuſationibus eiusmodi vtebantur fallaciis. *Idem.*

1072. (1019. K. 1027. Br.) ἔμπορος εἶναι σκήψομαι. Gemellus huic eſt locus ille in *Pluto*, 905. *Δι.* ἀλλ' ἔμπορος. *Συ.* ναὶ σκήπτομαί γ', ὅταν τύχω. Vide ibi Schol. vetera, quae loco huic lucem afferunt. *Kuſt.* Vide quae ibi notaui. *Bergl.* κλαύσει γε σύ *t*). In cod, κλαύσεις γε σύ Forma actiua futuri κλαύσω apud Comicum non reperitur: media ſemper vtitur. Vide Pac. 255. 1277. Nub. 58. Pl. 174. 425. 572. Saepiſſime autem permutatae verborum terminationes ει et εις,

---

ſto, ob eandem cauſam demonſtrauimus: et de thallis quod ait, ſubleſtum eſt omnino. Non enim de Panathenaeorum pompa agitur, dum vir ſuam omnem profert ſupellectilem e domo, deponit etiam θαλλοὺς, ramos quosdam oliuae. Sed Schol. ait, Comicum alludere tantum ad Panathenaeorum pompam, in qua ſenes ramos illos ferebant. Ridicule igitur facit virum omnia ſua tam religioſe deponere in publicum, vt etiam ramos illos, quos ſeruauerat domi, deponat. Sic noſtri ruſtici die S. Ioannis circa ſolſtitium ramis arboris nucis domos ſuas ornant, quas ſaepe per totam hiemem vsque ad ſolſtitium anni ſequentis ſeruant. In ſumma, nihil video, quod me poſſit inducere, vt dubitem tantum hanc fabulam Panathenaeis actam fuiſſe. Si quis tamen certiora docuerit, et ſi quis quid docere poterit de tempore, quo decreta quaedam facta ſunt de ſalis negotio [v. 845.], et de moneta aerea abrogata, quae tamen paulo poſt antiquata fuerunt [v. 853.], de quibus loquitur Comicus; facem praeferet in his tenebris, et ſic annum certo deſignare liceret. *Palmer.*

t) Verſus non ſtat. Deinde iſtud κλάε σὺ aliud prae ſe poſtulat; quamobrem ita lege: ἀλλὰ κλάε σύ. Figura amoeniſſima, qua vtimur cum aures ab aliquo nobis obtunduntur. Ita Plaut. *Curcul.* [I. 1, 7.]: Pa. *At tandem tandem.* Ph. *Tandem es odioſus mihi.* Ita et Ariſtoph. ἐν Ἱππεῦσι [997.] — κ' οὐχ ἅπαντας ἐκφέρω. *Αλ.* — — κ' οὐχ ἅπαντας ἐκφέρω. Quem locum inuenuſte habuit Friſchlinus, qui eadem verba in ſecundo verſu debuerat exhibere. Ita Plaut. in *Bacchid.* [II. 2, 33.]: Ch. *Tanto hercle melior Bacchis.* Pl. Immo. Ch. Immo *hercle abiero.* Sic in *Moſtellaria* (ſed hodie locus corruptus legitur, verum iam emendabitur.) Th. *Minas quadraginta accepiſti quod ſciam:* Ibi reſpondet alter *Nunquam nummum quod ſciam. Faber.*

quod obferuaui ad Pl. 932. Peffime vulgo legitur, κλᾶε σύ. *Brunck.* Veram fcripturam cod. Rau debemus. Proxime ad verum *Bergl.* „Hic verfus non eft integer; effet autem fi pro κλᾶε σὺ fcriberetur κλάων σύ γε.“

1074. Διομήδεια v). Schol. verba appofuit *Bergl.*

1075. Haec omnia, quae adolefcens iubet anum apparare, ad funerum ritus pertineut, quorum plerique etiamnum nobis obferuantur, ab vltima antiquitate transfumti. Quibus ifta minus nota funt Kirchmannum adeant. *Brunck.* ὑποστόρεσαι. Quia vetula dixerat neceffe effe, vt cum ipfa concumbat adolefcens; ifte iubet eam cubile parare, fed non geniale profecto; verum vbi vetula fola cubet θανάτῳ μέλημα, vt loquitur fupra 900. Nam haec omnia, quae iubet vetulam facere, fpectant ad apparatum funeris. *Bergl.* τῆς ὀριγάνου x). Ad hunc locum Comici refpexit Etymol. v. ὀρίγανον, vbi ait: ἰστέον δὲ ὅτι λέγεται καὶ ὁ ὀρίγανος, καὶ ἡ ὀρίγανος, καὶ τὸ ὀρίγανον. καὶ θηλυκῶς μὲν εὕρηται παρὰ Ἀριστοφάνει ἐν Ἐκκλησιαζούσαις. [Cf. Phrynichum Bekkeri I. 56, 28.] Notet hic etiam Lector, mortuis origanum fubfterni folitam fuiffe. Nam de apparatu funeris totus hic locus intelligendus eft. *Kufter.*

1077. ταινίωσαι. Schol.: στεφάνωσαι ὡς οἱ νεκροί. Nempe mortui coronabantur, vt dictum fupra 534. ὥσπερεὶ προκείμενον μονονοὺ στεφανώσασ᾽ οὐδ᾽ ἐπιθεῖσα λήκυθον. vbi itidem *ampullae* apponi folitae mentio eft, vt hic. *Bergl.* παράθου τὰς ληκύθους. Mortuis nimirum *lecythi*, fiue *ampullae* apponi folebant: vt pa-

---

v) Diomedes Thrax qui ab Hercule etc. hofpites cogebat vt cum filiabus fuis συνουσιάζοιεν. Itaque, fi Veneri placet, *Diomedea neceffitas, erat* — — ututa *neceffitas*, κατὰ Catullum. *Faber.*

x) Hic obferua morem apparandi funeris: fingulas partes alibi alias tetigit Ariftophanes. Locus ftudiofe obferuandus; nam vel hinc difcas quam vetera fint ea, quae hodieque apud plerosque Chriftianos vfurpantur, lecythi, vrnulae aquae, cerei, et cetera alia, quae tam bona antiquitate digna funt. *Faber.*

tet etiam ex loco ſimili in hac ipſa fabula 534. Huc etiam ſpectat illud, quod legitur paulo ſuperius 988. ὅστις νεκροῖσι ζωγραφεῖ τὰς ληκύθους. *Kuſt.*

1078. (1025. K.) ὕδατός τε κατάθου τοὔστρακον πρὸ τῆς θύρας. Loci huius meminit Suidas v. τοὔστρακον. Pro καθαροῦ [imo καταροῦ] autem, vt ed. Genev. habet, ex edd. vetuſtioribus repoſuimus κατάθου. Quod autem ad ſenſum loci huius adtinet; ſciendum eſt, ante fores funeſtarum aedium olim poni ſolitum fuiſſe vas fictile, aqua luſtrali plenum, qua quisque ex aedibus illis exiens, purificationis gratia ſeſe aſpergebat. Vas illud appellabatur ὄστρακον, vt non ſolum ex loco hoc Comici, ſed etiam aliis ſcriptoribus conſtat. Pollux VIII. 65. οἱ ἐπὶ τὴν οἰκίαν τοῦ πενθοῦντος ἀφικνούμενοι, ἐξιόντες ἐκαθαίροντο ὕδατι περιῤῥαινόμενοι. τὸ δὲ προὔκειτο ἐν ἀγγείῳ κεραμέῳ, ἐξ ἄλλης οἰκίας κεκομισμένον. τὸ δὲ ὄστρακον ἐκαλεῖτο, καὶ ἀρδάνιον. Notet hic Lector, vas illud aquae luſtralis etiam vocatum fuiſſe ἀρδάνιον: quod teſtatur quoque Heſychius v. ἀρδανίαι, et Suidas v. ἀρδάνιον. Idem Heſychius nos docet, vas illud etiam dictum fuiſſe πηγαῖον. Πηγαῖον, inquit, τὸ ὄστρακον, ὃ καὶ ἀρδάνιον ὁμοίως λέγεται. Videtur nimirum reſpexiſſe ad locum illum Eurip. *Alceſt.* 98.

πυλῶν πάροιθεν δ' οὐχ ὁρῶ
πηγαῖον, ὡς νομίζεται
γε, χέρνιβ' ἐπὶ φθιτῶν πύλαις.

Vide Nos etiam ad Suidam v. τοὔστρακον. *Kuſt.*

1079. (1034. Br.) στεφάνην y) recte Kuſterus z) accipit de corona, quae mortuis imponebatur: vide ſupra v. 539. Notiſſimus eſt hic funerum ritus. At in iis quis fuerit *cribri* vſus, neſcio an quispiam tradiderit. Nec tamen idcirco deprauata eſſe Graeculi

---

y) *Cribrum* verti, ſubmonente Schol. Morem hunc mox aperiam. Fortaſſe tamen et ad morem coronandi mortuos referri queat, et res nota eſt. *Faber.* Malim vetere: *coronam.* Quia adoleſcens dixerat ταινίωσαι, quod eſt a ταινία, *faſcia capitis,* haec dicit: *imo etiam coronam adhuc emes mihi. Bergl.*

z) Per στεφάνην hic ſimpliciter intelligo coronam, quae mortuis ornatus gratia imponebatur. *Kuſter.*

verba crediderim. Voci *στεφάνην* notam adpoſuit *εἶδος κοσκίνου*, quia meminerat illud nomen eo ſenſu alicubi legiſſe. Sic accipi poſſit apud Oppianum *ἁλ. δ'.* 500. *περιπλήθουσα δὲ πάντῃ πυροδόκος στεφάνη λευκαίνεται ἔνδον ἀλωῆς.* Sed hoc nihil ad poëtam noſtrum facit, coaeuosque ſcriptores Atticos, quorum haud ſcio an apud vllum nomen *στεφάνη* *cribrum* ſignificans occurrat. *Brunck.* in Supplem.

1080. *a*) *ἣν περιῆς γέ που τῶν κηρίων.* Sic optime cod. Vulgo ſine metro et ſenſu *ἣν περί γε ποῦ τῶν κηρίων.* *Si conſumtis cereis ſuperſtes ſis.* Quod Faber dederat, *praeterea etiam, ſi quid opus cereis, emam:* ineptum eſt, et ne quidem eſt in Graecis. At ſuſpectum eſt mihi *κηρίων*, quod nullibi legiſſe memini ea ſignificatione, quam huius loci ſententia flagitat, nempe pro *cereis candelis.* Scribendum *κηρίνων*, et notanda ellipſis ſubſtantiui *λαμπάδων.* Antipater Theſſal. Epigramm. XIII.:

λαμπάδα κηροχίτωνα, Κρόνου τυφῆρεα λύχνον
σχοίνῳ καὶ λεπτῇ σφιγγόμενον παπύρῳ,

Candelae iſtae e papyro vel ſcirpi cortice fiebant cera circumdato. Vide Salmaſium in Plin. Exerc. p. 705. extrema: et Harduinum ad iſta Plinii T. II. p. 50. edit. in fol. Scirpi fragiles paluſtresque, ad tegulum, tegetesque, e quibus detracto cortice candelae lumi-

---

a) Nullus fere in hac comoedia locus me quam hic peius habuit, nam nullus omnino ſenſus erui poteſt; deinde nec verſus ipſe ſtat. Sed tamen cum ſuperiora ſaepius legiſſem, praeſertim vero illa *εἰρωνεύοντος γραΐδιον* verba: *ἦ μὴν ὠνήσει σὺ καὶ στεφάνην ἐμοί.* *Tu ſcilicet cribrum, vt funeraria ſupellex ſuis omnibus numeris conſtet, mihi emes, o adoleſcens: Ain' tu, cribrum,* inquit ille; *ne te quaeſo ea res ſolicitam habeat. Neque enim modo cribrum tibi emptum dabo, ſed inſuper, ſi cereis opus ſit, hos iam habebis.* Quamobrem libenter reſcripſi: *νὴ τὸν Δί' ἥνπερ δεῖ γέ που τῶν κηρίων.* Quae an vera lectio ſit, qui dubitabit, is meliora det, etc. Ceterum, ne quis tricetur, iſtud *ἥνπερ γε* ſciat eſſe *'Αττικώτατον;* nam memini me non vno loco apud Platon. et Xenophont. legere, *Faber.* Satis bene videtur Faber correxiſſe *ἣν* etc. ſed pro *κηρίων* cenſeo *κειριῶν.* ſunt faſciae in funere neceſſariae. (vid. Cuperi obſeruatt.) et quod ſequitur *διαπεσεῖσθαι.* Atqui res dilapſuras conſtringimus faſciis. *Reisk.*

nibus et *funeribus* feruiunt. Ibi merito Harduinus veterem lectionem *funeribus* retinuit. *Brunck.*

1081. *διαπεσεῖσθαι* b). Schol.: *τεθνήξεσθαι. Bergl.*

1085. *μήτηρ ἂν αὐτοῦ.* Sic cod. Vulgo *αὐτῷ. Brunck.*

1087. *Οἰδιπόδων.* Quia Oedipus matrem duxit vxorem, vt notum ex Tragoediis. *Bergl.*

1088. Ed. nupera hic praemifit *ΓΡ.* quod recte abeft in Aldina, Farrei, et Iuntina. *Bergl.* *τόνδε τὸν νόμον.* Et falfum eft, et ineptum eft: nec enim legem illam inuenerat. Dein legem reprehendit, multaque ex illius obferuatione prouentura effe pericula demonftrat. Multis [nefcio cui] quidem ante me error fuboluit, fed, vt varias illorum molitiones taceam, dicam libere et vere, nihil egerunt tamen. Tribus verbis rem transactam dabo. Adolefcentula duobus abhinc verfibus dixerat, *ὥστ᾽ εἰ καταστήσεσθε τοῦτον τὸν νόμον, τὴν γῆν ἅπασαν Οἰδιπόδων ἐμπλήσετε.* Quod dictum, fi quid vnquam aliud, legem illam labefactabat; quamobrem dolore percita anus refpondet: *O impiata hanc orationem fcilicet prae inuidia excogitafti.* Quod et verum et neceffarium eft. Legendum itaque *τόνδε τὸν λόγον.* Illa autem vox *νόμον* defluxit per incogitantiam exfcriptoris ex verfu paulo fuperiori, vti antea monui. *Faber.* *τόνδε τὸν λόγον.* Sic recte Faber. Vulgo *τόνδε τὸν νόμον. Brunck.*

1091. *ὦ γλυκύτατον.* Plaut. *Curcul.* A. I. Sc. 1. *Egon' apicularum opera congeftum non feram, ex dulci oriundum, melliculo dulci meo?* Quo loco prius illud *dulci* fauum fignificat. Locum ipfum adi. Alibi quoque [ibid. I. 3. 8.]: *Haud recufo quin mihi male fit, mel meum. Faber.*

---

b) *τεθνήξεσθαι*, Schol. bene. Sed videtur voce media vfus effe, quae decumbere et mori fignificat. Ita *τῷ cadere* vfus eft Plautus *in Moftellaria* [I. 4, 16.]: Ca. *Sine cadere me.* De. *Sino: fed et hoc quod mihi in manu eft: fi cades, non cades, quin cadam tecum.* Dum ea dicebat Delphium, aut *φορμίσιον* fuum, aut *ὀρθαγόραν* Callidamatis manu tangebat. *Faber.*

1092. *ἐς ἑσπέραν.* In Pace 967. *ἀλλ' ἐς ἑσπέραν δώσουσιν αὐταῖς ἄνδρες.* *Bergl.* *εἰς ἑσπέραν.* Sic cod. Vulgo *ἐς ἑσπέραν*, ſono minus ſuaui. *Brunck.*

1093. *μεγάλην — καὶ παχεῖαν* c). Idem intelligitur, quod in Acharn. 787. *ἕξει μεγάλαν τε καὶ παχεῖαν κήρυθραν.* De eadem re etiam in Pace 1349. *τοῦ μὲν μέγα καὶ παχὺ, τῆς δ' ἡδὺ τὸ σῦκον.* *Bergl.*

1094. Traiectae voces ſic ordinandae: *αὕτη σὺ, ποῖ, παραβᾶσα τὸν νόμον, ἕλκεις τόνδε;* *Brunck.* Lege absque ambiguitate: *αὕτη σὺ, ποῖ τονδὶ, παραβᾶσα τὸν νόμον, Ἕλκεις —;* *Hotib.*

1095. *τῶν γραμμάτων* d). Lex illa habetur ſupra 1007. [1060.] et ſeqq. *Bergl.*

1100. *ὑπὸ τῆς* [Sic vett. edd. *τῆσδ'* Kuſt. Bergl. Br.]. Reticentia ſeu *ἀποσιώπησις*; aliquid enim grauius dicere voluit; itaque in interpretatione mea aſteriſcos tantum poſui. *Faber.* *ἀλλ' οὐκ ἐγὼ ἀλλ' ὁ νόμος ἕλκει.* Ita ſolent qui legem praetendunt. Lyſias Eratoſth. [p. 28.] *οὐκ ἐγὼ σὲ ἀποκτενῶ, ἀλλ' ὁ τῆς πόλεως νόμος.* *Bergl.*

1101. *ἕλκει σ' —* Sic optime cod. In edit. B. Iuntae *ἕλκει σε.* In ceteris pronomen perperam omiſſum. *οὐκ ἐμέ γ', ἀλλ' —* In cod. *οὐκ ἐμ', ἀλλ' —* *Brunck.*

1101. *ἔμπουσαν.* Quid ſit *ἔμπουσα* fuſe ab Ariſto-

---

c) Idem intelligit, quod in *Lyſiſtr.* [23.] *χρῆμα παχὺ* vocauit. Plautus in *Caſina* [V. 2, 28.] *Oh erat maximum.* Neque enim quidquam turbandum, quod facit Douza. Sic et alibi [ibid. 56.]: *Ita, quidquid erat, grande erat.* *Faber.*

d) Quid velit ſatis explicat verſio noſtra: nam *γράμματα* ex Ariſtotele et aliis ſunt leges ſcriptae. Quid ſit autem proprie, olim explicauerat Heſychius, ſed hodie locus ille mutilus eſt. En tibi: *γράμματα, τὰ γεγραμμένα, καὶ συλλαβαὶ, καὶ τὰ ζωγραφήματα·* haec nemini ignota ſunt; ſed longe aliud erat quod ſequitur: *καὶ τὰ ἐν ταῖς δικαστικαῖς ψήφοις καὶ υ... ἀπογραφαί.* Quid illa *καὶ υ...?* Lege et ſupple, *καὶ τὰ ἐν ταῖς δικαστικαῖς ψήφοις τυπώματα, καὶ ἀπογραφαί.* Dum haec tranſcribo aliud vidi paulo inferius. *Γραμματίδιον, ὅτε μὲν τὸ πινακίδιον, ὅτε ὅμοιον γλασσοκόμῳ. λέγεται δὲ καὶ ἐπιστόλιον.* Arbitror legendum, *γραμματίδιον, ὅτε μὲν τὸ πινακίδιον, ὅτε* (cum hoc accentu) *δὲ χαρτίον ὅμοιον γλωσσοκόμῳ. λέγεται δὲ καὶ,* etc. *Faber.*

phane ἐν Βατράχοις [288.] demonſtratur; neque ibi ſilent Scholia. *Faber.* Terribile quoddam erat Daemonium ſiue ſpectrum. *Bergl.*, laudans etiam locum ex Ranis.

1102. *ἐξ αἵματος φλύκταιναν.* Recte et ingenioſe Schol. [cuius verba appoſuit *Bergl.*], qui haec ideo [dici] putat, quod anus crocotio induta erat. *Faber.*

1103. *Μαλακίων.* Quaſi nomen proprium hominis eſſet, vt *Γλύκων.* *Faber.* Diminutiuum blandientis vt ſupra 977. *ὦ γλύκων.* *Bergl.*

1106. *αὐτοῦ τι δρῶντα πυῤῥόν.* Supra 330. *τί τουτό σοι τὸ πυῤῥόν ἐστιν; οὔτι που Κινησίας σου καταιτατίληκεν; Bergl.*

1108. *μὴ πλέον e).* *Χεσοῦμαι.* *Bergl.*

1110. (1065. Br.) *ἀξιόχρεως.* Sic perſpicue et emendate cod. vt recte edidit Kuſterus. In prioribus editt. erat *ἀξιόρχρεως,* quod defendit et genuinum cenſet Berglerus, *quia alluditur ad ὄρχεις.* Sed ſic oportuiſſet *ἀξιόρχεως.* Verum hoc eſt ingenio abuti. Iſtud *ἀξιόρχρεως* nihil aliud eſt, quam librarii vel typothetae error. *Brunck.*

1111. Recte cod. Rau. *μετὰ ταύτης.* Vid. Reiſig. I. p. 98.

1113. *ὦ Ἡράκλεις.* Vt antea Vetulae II. ereptus fuerat a puella, nondum conſpecta femina, cuius ſtudio nunc Vetulae I. eripitur, credit etiam puellam eſſe: ſed poſtquam eam intuitus eſt, cognouitque anum etiam eſſe, et inſuper altera foediorem, in has erumpit exclamationes. Non ſatis diſtinctae erant in prioribus editt. tres vetulae: quin etiam neſcio an vllus editor ſuſpicatus fuerit trinas eas eſſe. *Brunck.*

1114. Panas inuocat, quia ſalaces ſunt vetulae iſtae, Corybantes *f*), quia furentibus ſimiles, Dioſcuros, vt ipſi opem ferant. *Bergl.*

---

e) Sed quid illud quod timet ne plus faciat? non auſim dicere; ſed aſteriſci, qui in interpretatione ſunt, id ſatis oſtendunt. Leg. *μὴ πλέον γ' ἢ* etc. *Faber.*

f) Ex Luciani Timone apparet (ſed et id aliunde conſtat) Corybantes bonis et ſecundis rebus praefuiſſe. *Faber.*

1115. τοῦτ' αὖ. Ita ſcribo, quamuis edd. habeant τοῦτ' ἄν. *Bergl.* Eodem modo *Reisk.* κακόν. Iſtud malum anus eſt. *Faber.*

1117. ἀνάπλεως ψιμυθίου. Eubulus Comicus apud Athen. p. 557. 558. ἐπὶ τῷ προσώπῳ δ' αἱ τρίχες φορούμεναι εἴξασι πολιαῖς, ἀνάπλεω ψιμμυθίου. Nempe quia facies adeo ceruſſata eſt, crines eo pertingentes albore inficiuntur. Ne quis inde colligat, mulieres tunc dealbare ſolitas capillos. *Bergl.*

1118. (1065. K. 1073. Br.) παρὰ τῶν πλειόνων. Sic cod. quod e Suida bene repoſuit Kuſterus g). In prioribus editt. erat παρὰ τῶν νεκρῶν, quod purum putum eſt gloſſema. Sic eſt apud Suidam: *Πλειόνων,* τῶν νεκρῶν. ἡ γραῦς ἀνεστηκυῖα παρὰ τῶν πλειόνων. Vera lectio apud Scholiaſtem etiam deprehendi poterat, cuius verba ad deprauatum textum accommodata fuere; ſcripſerat ille: παρὰ τῶν πλειόνων, παρὰ τῶν νεκρῶν. Sed poſtquam νεκρῶν in textum immigrauit, ſcholion inuerterunt, quod ſic Aldus edidit: παρὰ τῶν νεκρῶν, παρὰ τῶν πλειόνων: tanquam ſi vox νεκρῶν explicatione indiguiſſet. Iam ſtipitem eſſe oportet, ſi quis non intelligat, qui gloſſae in cauſa fuere cur textus depravarentur. Vide not. ad Ran. 874. Euſtathius initio

g) παρὰ τῶν νεκρῶν. Verſus corruptus; itaque vel ſilente Schol. facile fuit emendare, παρὰ τῶν πλειόνων: nam *plures* ſunt mortui. Heſychius, Plautus, Pauſanias p. 41. ſed horum piget. *Faber.* παρὰ τῶν πλειόνων. Sic recte habet Suidas v. πλειόνων: vnde locum hunc emendauimus. Priores enim editt. male habent, παρὰ τῶν νεκρῶν, vel metro lectionem hanc falſi conuincente. Νεκρῶν autem eſt gloſſa et interpretatio τοῦ πλειόνων, quae, vel temeritate, vel negligentia librariorum, locum authenticae vocis in textu occupauerat, ſed de hoc errato iam pridem etiam eruditos ante Nos monuit vir excellentis doctrinae et iudicii Gulielmus Canterus *Nouar. Lect.* Lib. IV. c. 18. Quod autem ad vocem πλείονες adtinet, eam aliquando ſignificare *mortuos* conſtat. Notum eſt hanc in rem Oraculum, Aeſymno Megarenſi redditum, quod refert Pauſanias Lib. I. c. 43. *Μεγαρέας εὖ πράξειν, ἢν μετὰ τῶν πλειόνων βουλεύσωνται.* Eam enim oraculi mentem fuiſſe, Pauſanias in ſequentibus docet. Aliud huius ſignificationis exemplum ex Ariſtide adducit G. Canterus loco laudato. *Kuſt.* Repetiit haec *Bergl.*

commentarii ad Odyff. p. 1582. l. 18. ὡς δὲ καὶ νεκροῖς προσφυὲς τὸ, οἱ πολλοὶ, καὶ τὸ, οἱ πλείους, δηλοῖ ὁ εἰπὼν τὸ, ἀπελεύσομαι παρὰ τοὺς πλείονας, ὅ ἐστι, θανοῦμαι. πλείονας γὰρ, τοὺς τεθνεῶτας ἐκεῖνος ἔφη. *Brunck.*

1120. Elmsl. ad Acharn. 127. p. 118. ὡς σ' οὐκ ἀφήσω οὐδέποτέ γ'.

1122. Male hoc et feq. verfu notatae funt perfonae. Huic verfui praeponi debuit *ΓΡΑΥΣ Α.* Sequenti vero *ΓΡΑΥΣ Γ.* Quippe Anus I. iam antea adolefcentem follicitauerat, vt fecum effet, quocirca ei dicit: ἐμοὶ γὰρ ἀκολουθεῖν σ' ἔδει κατὰ τὸν νόμον. Tum Anus III. quae poftrema fuperuenit omnium foediffima eft, quod ex iis intelligitur, quae dicit Adolefcens v. 1069. [1114.] Ideo excipit illa: οὐκ, ἢν ἑτέρα γε γραῦς ἔτ' αἰσχίων φανῇ. *Brunck.*

1126. Lege cum Atticismi, tum euphoniae gratia; ταδὶ δέ σοι ποιητέον. *Brunck.* in Supplem.

1127. ποτέρας προτέρας οὖν κατελάσας. Faber: vtram veftrum priorem hinc abigam? Male. Non animaduertit enim τὸ κατελαύνειν hic effe verbum rei venereae, idemque fignificare, quod interdum fimplex ἐλαύνειν, i. e. *fubagitare.* Sic fupra in Pace 710. κατελάσας τῆς 'Οπώρας. i. e. *fubagitata Opora:* (meretrice nimirum fic dicta.) [Eundem locum attulit *Bergl.*] Ad pofteriorem hunc locum Comici (quod obiter moneo) refpexit Aelian. Epift. VII. vbi ait: τῆς 'Οπώρας οὖν καταγελάσας, τί ἀδικῶ; Sed pro καταγελάσας ex dicto loco Comici noftri refcribendum ibi effe κατελάσας, nemo dubitabit, qui Aelianum ipfum infpicere voluerit. *Kufter.*

1129. *h*) (1084. Br.) Vulgo fic legitur hic verfus:

δευρὶ μὲν οὖν ἴθ' ὡς ἐμέ. — ἢν νὴ Δία γ' ἀφῇ.

In cod. fcriptum ἢν μὰ Δία μ' ἀφῇ. Sed quid, malum, fibi vult iftud fiue νὴ Δία, fiue μὰ Δία, quod nemo non videt e fequenti verfu huc retractum fuiffe? At

---

h) 1130. Verfu proxime fuperiori dixerat Adolefcens: ἢν νὴ Δία γ' ἀφῇ. Ita et hic lego νὴ Δία γ'. Venuftatem huius cognofcent elegantiores homines. *Faber.*

vero desideratur nomen vel pronomen, a quo regatur verbum ἀφῇ. Emendo certissime:

δευρὶ μὲν οὖν ἴϑ' ὡς ἐμ'. — ἤν γ' ἡδί μ' ἀφῇ.
Brunck.

1130. *ἀλλ' οὐκ ἀφήσω μὰ Δία σ'.* Sic optime cod. Soloece in impressis *νὴ Δία*, in negatiua phrasi adhibita particula affirmatiua. Ista *μὰ* et *νὴ* saepissime permutantur, quod praeter superiorem notam ostendunt notata ad Lys. 465. Pl. 764. *Brunck.*

1131. *πορϑμῆς.* *Πορϑμεὺς, πλωτὴρ, ναῦς, κώπη, διακωπεῖν* etc. verba Venerea sunt *μεταφορικῶς*. *Faber.*

1134. (1089. Br.) *Καννώνου ψήφισμα i).* Hesychius: *εἰσήνεγκε γὰρ οὗτος ψήφισμα, ὥστε διειλημμένους τοὺς κρινομένους ἑκατέρωϑεν ἀπολογεῖσϑαι.* Male apud Lexicographum excusum *Καννόνου*. Veram huius nominis scripturam adstruit hic Comici locus. Eiusdem Cannoni decreti meminit Xennophon. Hellen. I, sub

i) *Καννώνου.* Alii *Καννώπου*, alii *Κανώπου*; male. Legendum enim *Κοννώνου*. Ait autem Bisetus, difficile inueniri posse, quis hic fuerit; et tamen scio me legisse alicubi; sed nunc quidem haud sane memini. Locum autem Aristophanis explicabo, qui multis longe difficillimus videtur. Ait Schol. decretum a Connono scriptum fuisse, vt qui in crimine *εἰσαγγελίας* deprensus esset, is causam diceret *ἑκατέρωϑεν κατεχόμενος*; nam quae ibi mox leguntur corrupta sunt. Itaque quod Connonus decreuerat, vt eiusmodi reus causam diceret, et sese in iudicio defenderet *ἑκατέρωϑεν κατεχόμενος*, id innuit Aristophanes per vocem *διαλελημμένος*. Erant enim huic adolescenti et a dextra et a sinistra Anus duae; ex quo apparet huius loci gratia. His addi etiam poterunt quae ab Harpocratione ad vocem *εἰσαγγελία* dicuntur. *Faber.* Ad h. l. Comici procul dubio respexit Hesych., vbi ait: *Καννόνου* (lege *Καννώνου*, per *ω*) *ψήφισμα* etc. Forte etiam huc spectat locus ille Xenoph. *Ἑλληνικ.* Lib. I. in fin. *ἔγραψε* etc. Quin de vno eodemque Cannono et Aristoph et Xenoph. intelligendi sint, non dubito. Vtrum vero de eodem quoque psephismate vterque loquatur, pro certo affirmare non ausim. Caeterum hinc saltem patet, *Κάννωνος* verum fuisse viri illius nomen; non autem *Κόννωνος*, vt Faber volebat; quippe cui loca a nobis adducta non venerant in mentem. Praeterea Suidas v. *εἰσαγγελία*, vbi loci huius meminit, habet etiam *Καννώνου*. *Kuster.* Aliorsum detorquet verba Decreti a Cannono scripti. *Bergl.*

finem [7, 21. vbi vid. Schneid.] *Ταῦτ' εἰπὼν Εὐρυπτόλεμος, ἔγραψε γνώμην, κατὰ τοῦ Καννώνου ψήφισμα κρίνεσθαι τοὺς ἄνδρας δίχα ἕκαστον. ἡ δὲ τῆς Βουλῆς ἦν, μιᾷ ψήφῳ ἅπαντας κρίνειν.* In Reg. cod. recte ſcriptum eſt *Καννώνου.* Si eiusdem criminis plures eſſent rei, Cannoni decreto cautum erat, vt ſingulorum ſeorſum cauſa cognoſceretur: eo facete adludit Comicus; non enim aliud decretum in animo habuit. Iuxta Cannoni decretum ait adoleſcens ſibi impoſitam eſſe neceſſitatem *δίχα ἑκάστην*, non *κρίνειν iudicare*, ſed *βινεῖν permolere.* Iocus in eo conſiſtit, quod quum in decreto eſſet reos *διειλημμένους ἀπολογεῖσθαι, ſeorſum cauſam dicere*, adoleſcens dicat ſe *διαλελημμένον* tanquam in *diuerſa diductum* binis ſubantibus vetulis ſimul morigeraturum. Mendoſe in cod. ſcriptum *κατὰ τὸ Διαγόρου σαφῶς. Brunck.*

1136. *δικωπεῖν k*). Metaphorice: vt *ἡ μὲν ἐλαυνομένη λαθρίοις ἐρετμοῖς, ὁ δ' ἐλαύνων.* Quem locum citaui ſupra ad 39. *Bergl.*

1137. Citat Suidas v. *βολβός. Kuſt. βολβῶν.* Sunt enim irritamenta Veneris. Athenaeus [p. 65. *Bergl.*], Schol., alii. *Faber.*

1139. *ἑλκόμενος εἴμ'* — Sic bene cod. Vulgo *εἰμι. Brunck. οὐδὲν ἔσται σοι πλέον.* Arbitror hanc anum alloqui alteram: *Nihil plus efficies; nam tecum vna in lecto ero cum adoleſcentulo.* Quod ſequentia probent: *NE. μὴ πρὸς θεῶν* etc. *Faber.*

1140. *ξυνεισπεσοῦμαι. Vna tecum irrumpam in aedes. Bergl.*

1146. (1095. K.) *Φρύνη.* Vetula quaedam. *Bergl.* Non illam decantatam Phrynem intellige; ſed putidam anum. *Faber.* Hoc nomine meretrices fuere complures. Adluditur hic forte ad *φρύνη* ſeu *φρῦνος*, quod *rubetam venenoſam* ſignificat. *Brunck. λήκυθον*

---

k) Id alii dicebant, *δικωπίαν ἕλκειν.* Lucian. [T. I. p. 490.] Quid autem intelligat per *δικωπεῖν*, facile eſt ad intelligendum ex notula ſuperiori ad vocem *πορθμῆς*, ſcilicet *ἀμφοτέραν τὴν γραῦν ἐλάσαι.* Nam et *agitare* remum dicimus, et aliud etiam. *Faber.*

πρὸς ταῖς γνάθοις. Schol. [cuius interpretationem commemorat *Bergl.*] intelligit mulierem, cui facies praetumida ſit: ego aliter; quae pendulas maxillas habet, ita vt lecythum pendentem referre videantur maxillae. *Faber.* Fabri interpretatio nimis longe petita mihi videtur. Quare potius cum Schol., et Suida v. *Φρύνη*, locum hunc de maxillis tumidis inſtar ampullae accipiendum eſſe puto. *Kuſter.*

1149. *l*) *συννήξομαι.* Quaedam edd. habent, *συννείξομαι:* ſed procul dubio corrupte. *Kuſter.*

1150. *m*) (1105. Br.) *ἐάν τι πολλὰ πολλάκις πάθω.*

---

l) *ὅστις τοιούτοις θ. σ. Cum huiusmodi belluis natabo.* Sed cur *natabo* potius, quam alio verbo vſus eſt? dicam. Sed turpicula res, et tamen haud flagitioſe dicetur. En tibi: id timet Adoleſcens, quod a Poeta Latino dictum alio ſenſu eſt: *In laxa pes mihi pelle natat.* Id quod ſupra de putridis pànticibus dixi. *Faber.*

m) Vox *πολλάκις* corrupta eſt, aut deeſt aliquod participium. Eſt autem totus iſte locus vsque ad 1103. [1156.] fere corruptus: hinc etiam verſionem non addidit hic totam Faber, ſed eam in notas reiecit. Ego etiam pro meo captu interpretabor, id praemonens, domum, in quam trahebatur adoleſcens, comparari cum lacu aut palude. Dicit ergo, vt a praecedentibus ordiar: *Sum quidem homo infelix, qui cum eiusmodi belluis (marinis) natabo; tamen ſi quid humanitus mihi acciderit, dum coactus ab hiſce impuratis meretricibus intro nauigo, ſepelire me (mementote) in ipſo oſtio aditus: atque hanc (vetulam) in ſummo tumulo, poſtquam eam viuam feruida pice obleueritis, pedesque eius plumbo infuſo circa plantas munieritis, ſuperimponere loco lecythi.* Illud *ἐάν τι πάθω* ita accipio vt in Veſp. 384. qui locus fere ſimilis huic eſt; nam et ibi aliquis ſuprema dat mandata de ſepulturae loco, ſi forte moriatur: *καὶ μανθάνεθ' ὑμεῖς ἤν τι πάθω 'γὼ, ἀνελόντες καὶ κλαύσαντες θεῖναί μ' ὑπὸ τοῖσι δρυφάκτοις. Bergl.* *ὅμως.* Ita hos duos verſus emendauit Scaliger, vt in poſteriori errorem admiſerit. Videlicet ex ora codicis quo vtebatur, haec ſine iudicio ſumpta fuerant; quaſi ſi rem otioſe examinaſſet; quod ab eo factum non arbitror. *Faber.* Verſus hic vno pede breuior eſt, quem Scaliger ſic ſupplet: *ὅμως δ' ἐὰν τοιοῦτο πολλάκις πάθω.* [Seq. verſ. in Scalig. Excerpt. ſic legitur: *ὑπὸ ταῖνδε δεῦρο κασαλβάδοιν ἐσπλέων.*] *Kuſt.* *ὅμως δ' ἐάν τι, πολλάκις δεῦρ' εἰσπλέων, ὑπὸ ταῖνδε ταῖν κασαλβάδοιν, ὦ Ζεῦ, πάθω, θάψαι* (ſcil. *χρὴ* vel *εὔχομαι*) *μ'* (id eſt *με*). *Reisk.*

Sic cod. optime. Vox πολλὰ vulgo omiſſa cum verſus labe. πολλὰ πολλάκις duo ſunt aduerbia ἐκ παραλλήλου poſita, vt αὖθις αὖ. Notus eſt εὐφημισμὸς, ſeu formula bene ominata, ἤν τι πάθω, *ſi quid obtigerit*, id eſt, *ſi moriar*. Theocr. Idyll. VIII. 10.

οὔ ποτε νικαξεῖς, οὐδ' εἴ τι πάθοις τύ γ' ἀείδων.

Meleager Epigr. XVI.

ἤν τι πάθω, Κλεόβουλε, (τὸ γὰρ πλέον ἐν πυρὶ παίδων
βαλλόμενος, κεῖμαι λείψανον ἐν σποδιῇ)
λίσσομαι, ἀκρήτῳ μέθυσον, πρὶν ὑπὸ χθόνα θέσθαι,
κάλπιν, ἐπιγράψας· ΔΩΡΟΝ ΕΡΩΣ ΑΙΔΗι.

Sic Philocleon in Veſpis 385.

ἤν τι πάθω 'γὼ,
ἀνελόντες καὶ κατακλαύσαντες θεῖναί μ' ὑπὸ τοῖσι
δρυφάκτοις. *Brunck*.

πολλάκις, fortaſſe, vt 822., cuius poteſtas augetur addito πολλά. *Hotib.*

1151. κασαλβάδοιν. Verti, non ſimpliciter *meretricibus*, ſed *meretricibus impuratis*. Diſerte enim Heſychius, κασαλβὰς, πόρνη αἰσχροποιὸς, atque adeo vetula. *Cui*, vt ait ille, *ore allaborandum eſt*. Rem dignam Graecis hominibus, qui nihil parcebant. *Faber*.

1152. Qui verſus hunc ſequuntur, ita corrupti ſunt, vt eorum interpretationem minime tentandam arbitrer. Senſum tamen, quem expiſcatus ſum, exponam: *Si mihi cum illis vetulis res habenda erit, dii faxint, vt in ipſo aditu putridae paludis repente emoriar; tum denique officioſi amici aniculae os, pectus, ventremque picantes, et crura ac pedes infuſo plumbo munientes, vt ſunt colla lagenarum, illam ſepulcro meo ſtatuant pro lecytho.* Mirabor ſi qui meliora dixerint. *Faber*. θάψαιμ' ἐν αὐτῷ τῷ στόματι τῆς etc. Optime vetus editio [Scaligeri Excerpta] ἐν αὐτῷ με στόματι. *Faber*. θάψαιμ' ἐν. Scribi θάψαι μ' ἐν. Infinitiuus pro imperatiuo [idem monet *Hotib.*], aut ellipſis verbi alicuius, vt ſaepe alias. *Bergl.*

1153. καὶ τὴν ἄνωθεν n). Sic bene cod. Vulgo καὶ

n) Videtur legendum καὶ τήνδ' ἄνωθεν. Ceterum vult vetulam hanc ſtatui in tumulo tanquam στήλην, *columnam:* aut

τῶν ſine vllo ſenſu. Intelligendum eſt adoleſcentem haec ad ſpectatores conuerſum dicere. Oratio elliptica eſt; ſupplendum λίσσομαι ὑμᾶς, θάψαι με — καὶ καταπιττώσαντες — *Brunck.* Ἡ ἄνωθεν accipienda ἡ γραῦς ἄνωθεν οὖσα, vel potius ἡ ἄνωθεν κειμένη, ſicut altera κάτω: cf. 1155, 6. In alterius igitur, quae ſubter iacebit, ipſo στόματι τῆς ἐσβολῆς cremari ſe iubet adoleſcens, ſi quid acciderit, ita vt ipſa anus eadem pereat; alteram ſuperiorem pice oblini iubet et plumbo circumfundi, tanquam ampullam buſtuariam. *Hottib.* Corrige typothetae errorem σοῦ pro τοῦ in Inuern. editione.

1155. μολυβδοχοήσαντες. Vt grauitas plumbi baſin firmet, ne a vento proſternatur. *Bergl.*

1157. Venit ancilla ex conuiuio. *Bergl.*

1158. αὕτη τέ μοι. Legam potius αὕτη τ' ἐμή. *Bergl.*

1159. (1114. Br.) ὑμεῖς. Ad Chorum, qui nunc primum videtur apparere. *Bergl.* ὅσαι πάρεστ' ἐπὶ ταῖσδε ταῖς θύραις. In cod. ὅσαι παρέστ' ἐπὶ ταῖσι θύραις. In impreſſis, ὅσαι παρέσταт' ἐπὶ ταῖσι θύραις. Veram lectionem reſtituimus. *Brunck.*

1160. οἱ γείτονές θ' ἅπαντες. Sic eſt in cod. qui, vt impreſſi, in verſus fine mendoſus eſt. Sic illi [et cod. Rau.] habent: οἱ γείτονές τε πάντες οἱ τῶν δημοτῶν o). quod, quidquid Faber cenſuerit, ineptum eſt. *Brunck.*

1162. (1109. K.) μεμύρωμαι. Sic etiam habet Suidas v. ἀπανθήσαντα, et v. μεμύρωμαι. At Athenaeus L. XV. c. 13. p. 691. [T. V. p. 523.] locum hunc citans, legit μεμύρισμαι [quae vſitatior eſt forma. *Brunck.* qui intextum recepit.], a μυρίζεσθαι. *Kuſter.*

1163. ὑπερπέπαικεν αὖ τούτων. In cod. ὑπεπέπαικε νῦν αὐτῶν. *Brunck.*

---

potius, quia ipſe eſt ἄγαμος adoleſcens, κόρην λουτροφόρον. de qua re Pollux VIII. 66. *Bergl.* Aut l. τοὺς ἄνωθεν, aut ſubintell. τινάς. *Reisk.*

o) Bene; nam inter vicinos illi erant cari magis, qui ex eodem *demo* ſeu *populo* oriundi. *Faber.*

1164. *Θάσια.* De vino *Thasio, Chio*, etc. fuse Athenaeus [T. I. p. 107.]. *Faber.* Respexit ad h. l. Pollux X. 72. sed vbi pro *Eccles.* male laudatur fabula *Acharn.* [cf. Kuster. supra ad 326.] *Kust.* De vino Thasio, cuius fragrantiam hic maiorem dicit, quam odor sit vnguentorum, etiam in Pluto 1022. vbi, cum vetula dixisset: *ὄζειν τε τῆς χρόας ἔφασκεν ἡδύ μου*, alter inquit: *εἰ Θάσιον ἐνέχεις, εἰκότως γε νὴ Δία.* Et in Lysistr. 196. *Θάσιον οἴνου σταμνίον·* vbi mox: *καὶ μὰν ποτόδδει γ' ἀδὺ ναὶ τὸν Κάστορα. Bergl.*

1166. *ἀπανθήσαντα.* Citat h. l. Suidas v. *ἀπανθήσαντα.* Ceterum miror quare Faber *ἀπ.* hic verterit *efflorescentia*, cum potius significet, *quae florem et odorem amiserunt.* [*deflorescentia. Bergl.*] *Kust. ἀπέπτατο.* [Sic vulgo.] Scribendum *ἀπέπτετο. Brunck.* in Supplem. Tacite sequutus est Inuern.

1167. Anus bibacula apud Plautum Curcul. I. 2. Nam omnium vnguentum odor prae tuo, nautea est. *Brunck.*

1169. *ἐκλεγομένη.* Sic cod. bene [cum hiatu]: refertur enim ad *κέρασον.* Vulgo *ἐκλεγομένας* [quod reuocandum] p). — *ἔχῃ.* Male cod. *ἔχοι. Brunck.*

1170. (1125. Br.) *φράσατέ μοι τὸν δεσπότην, ὅπου 'στί* q). Vsitatissimam hanc constructionem semel obseruasse satis erit. Verbis cogitandi et dicendi substantiuum adjungunt, quod sequenti verbo adiungi debuisset: *φράσατέ μοι τὸν δεσπότην, ὅπου ἐστίν.* Pro *φράσατέ μοι ὅπου ὁ δεσπότης ἐστίν.* Exempla multa congessit Taylorus in Indice Attico ad Lysiam [p. 917.], tametsi haec loquendi ratio Atticis propria non est, sed apud quosuis scriptores obuia. Homerus *Ιλ. β'.* 409.

ᾔδεε γὰρ κατὰ θυμὸν ἀδελφεὸν, ὡς ἐπονεῖτο.

---

p) Haud dubie legendum *ἐκλεγόμενος:* ita alicubi memini legere. *Faber.* *ὀσμὴν ἔχῃ.* Notat vinum *ἀνθοσμίαν.* Res nota est. *Idem.*

q) Ait quidam ex interpretibus [Bisetus], hoc dictum esse *καινοπρεπέστερον: nescio dominum vbi sit;* sed homo meus somniabat. Nam millies eo modo locutus est Aristoph.; neque aliter omnes Attici. Sic centies Plautus, sic Terentius. *Faber.*

v. 310. *Ἐννοσίγαι᾽, αὐτὸς σὺ μετὰ φρεσὶ σῇσι νόησον Αἰνείαν, ἤ κέν μιν ἐρύσσεαι.*
Odyff. α. 115.
ὀσσόμενος πατέρ᾽ ἐσθλὸν ἐνὶ φρεσὶν, εἴ ποθεν ἐλθὼν —
Brunck.

1171. *τῆς ἐμῆς κεκτημένης*, *herae meae.* Sic Pl. 4. *τῷ κεκτημένῳ*, *hero. Brunck.* Hunc locum attulerat *Bergl.* *τῆς ἐμὲ κ. Reisk.*

1172. *ἡμῖν γ᾽ ἂν ἐξευρεῖν δοκεῖς.* Sic omnino legendum. Vulgo *ἡμῖν γὰρ ἐξευρεῖν δοκεῖς.* Primo iftud *γὰρ* prorfus abfurde hic pofitum. Deinde nifi adfit particula *ἂν*, verbum *ἐξευρεῖν* nihil aliud fignificare poterit quam *reperiffe*, quod falfum eft; at cum illa futuri fignificationem induit. [Etiam fine *ἄν*: res nunc notiffima.] Vide not. ad Pl. 380. qua ex fabula hoc etiam exemplum notabo v. 465. *καὶ τί ἂν νομίζετον κακὸν ἐργάσασθαι μεῖζον ἀνθρώπους;* vbi infinitiui aorifto fignificationem futuri particula *ἂν* tribuit. *Brunck.*

1176. (1131. Br.) *μᾶλλον ὀλβιώτερος* r). Comparatiuus auctus per pleonafmum. Sic Euripides Hecuba 377. *θανὼν δ᾽ ἂν εἴη μᾶλλον εὐτυχέστερος, ἢ ζῶν. τὸ γὰρ ζῆν μὴ καλῶς, μέγας πόνος.* Plautus in lepidiffimo Menaechmorum prologo 55. Nam nifi qui argentum dederit, nugas egerit, qui dederit, magis maiores nugas egerit. Et V. 6. 13. nam magis multo patior facilius verba. *Brunck.*

1177. *πλεῖον ἢ τρισμυρίων.* Nempe vna cum inquilinis. Athenaeus p. 272. *Κτησικλῆς δ᾽ ἐν τρίτῃ Χρονικῶν, τῇ δεκάτῃ πρὸς τοῖς ἑκατόν, φησὶν, ὀλυμπιάδι Ἀθήνησιν ἐξετασμὸν γενέσθαι ὑπὸ Δημητρίου τοῦ Φαληρέως τῶν κατοικούντων τὴν Ἀττικήν· καὶ εὑρεθῆναι Ἀθηναίους μὲν δισμυρίους πρὸς τοῖς χιλίοις, μετοίκους δὲ μυρίους. Bergl.* Vide mihi *Athenas* Meurfii, qui huius loci non meminerat. *Faber.* De numero ciuium v. Boeckh. Staatshaush. der Athener I. p. 56.

---

r) *μᾶλλον ὀλβιώτερος. Magis beatior.* Sic veteres loquebantur. Ita Plautus, Catullus, et Graeci paffim. *Faber.*

1178. *οὐ δεδείπνηκας.* Praeter expectationem; tunc enim beatus esset, si coenasset. *Bergl.* Eadem ex Schol. monuerat *Faber.*

1183. *τάςδε τὰς μείρακας.* Scortilla, quibus constabat chorus. *Faber.* Schol.: *τὰς τοῦ χοροῦ. Bergl.*

1184. *παρατεθειμένος aufgetischt. Reisk.*

1186. Porson. ad Hecubam 788. p. 65. corrigit: *κεἰ τῶν θεατῶν ὤν τις εὔνους τυγχάνει: τυγχάνειν* enim non sine participio verbi substantiui dici. Satis hoc refutatum ab Erfurdtio ibid. p. 570. Schaefer. ad Bos. Ell. p. 785. Heindorf. ad Platon. Gorg. p. 190. et aliis.

1187. *κριτῶν.* Intellige iudices, qui iurati sententiam ferebant de fabulis. Testimonia in aliis comoediis passim. *Faber.* *ἑτέρωσε βλέπῃ.* Fauorem suum alicui accommodet, alio respiciens quam quo deceat. *Idem.*

1188. *μεθ' ἡμῶν.* Posset legi, *μεθ' ὑμῶν. Faber.*

1190. (1145. Br.) *καὶ μὴ παραλείψεις.* Vulgo *παραλείψῃς. Brunck.* *παραλείψῃς* reuocauit Inuern. non recte, vt videtur. Cf. Schaefer. ad Schol. Apollon. Rhod. p. 407. et ad Gnomicos p. 148.

1193. (1140. K. 1148. Br.) *ἣν ἀπίωσιν οἴκαδε.* Praeter expectationem hoc etiam. Omnes enim iam putabant se foris coenaturos. Vide in Lysistr. 1075. *Bergl.* Iocus praeter exspectationem, quales sunt in Lysistrata 1071. 1213. frequentesque aliis in comoediis. Sic clauditur Plauti Stichus: Intro hinc abeamus. Nunc iam saltatum satis pro vino est. Vos spectatores, plaudite, atque ite ad vos comissatum. [H. l. attulerat *Faber.*] Confer finem Pseudoli et Rudentis. *Brunck.*

1195. Cod. Rau. *ἔχω δέ τοι.* Reisig. I. p. 184. tacite scripsit *ἔχω σέ τοι.*

1196. *διατρίβεις ἔχων.* More Atticorum istud *ἔχων* est *παρέλκον. Faber.* Supra 851. *τί γὰρ ἕστηκ' ἔχων; Bergl.* Cf. Ruhnken. ad Timaeum p. 258.

1198. *μέλος μελλοδειπνικόν.* Melos, quod accinitur ad futuram coenam. *Faber.* Quod coenaturis accinitur, a *μέλλω*, vt *μελλονικιᾶν* in Av. 640. *Bergl.*

μελλ. Sic ſcribendum eſſe, recte monuit Biſetus. Priores enim edd. habent μελοδ. per vnum λ, inuito metro. *Kuſter.*

1199. Poeta loquitur: dein duo ſemichori ſcenam claudent. *Faber.* Verſus hic, vt ſequentes, tetrameter trochaicus eſſe deberet, cui tres deſunt ſyllabae. Hoc Kuſterus obſeruato verſum ſic complet: *σμικρόν ἐστιν, ὅ τι γ᾽ ὑποθέσθαι τοῖς κριταῖσι βούλομαι. Brunck.* κριταῖσι. Eos intellige, qui de pretio fabularum earumque praeſtantia ſententiam ferebant. *Faber.*

1200 — 1207. Stropha haec eſt, cui reſpondent verſus 1208 — 1224., ſed ita emendati:

Ὦ, ὦ, ὥρα — — μέλλομεν, ἀντιστρ.
Ἐπὶ τὸ δεῖπνον ὑπανακινεῖν Κρητικῶς οὖν.....
HMIX.
Τοῦτο δρῶ.
HMIX.
Τάσδε λαγαρὰς τοῖν σκελίσκοιν ῥυθμόν. ἔπεισι γὰρ τάχα
Λεπαδοτεμαχοσελαχογαλεοκρανιολειψανοδριμυπροστριμμοσιλφιοπαραμελιτοκατακεχυμενοκιχλεπικοσσυφοπεριστεραλεκτρυονοκεφαλιοκιγκλοπελειολαγωσσιραιοβαφητραγοπτέρυγι. Σὺ δὲ ταῦτ᾽ ἀκροασάμενος ταχὺ ταχὺ τρυβλίον, εἶτα λεκίθιον, κόνισαι λαβών.

De gloſſematis, quibus haec ſcatebant, monere ſuperſedeo. Promittit ſemichorus alter alteri *λεπάδας, τέμαχος, σέλαχος, γαλεὸν, κρανίων λείψανα, δριμὺ πρόστριμμα σιλφίου παρὰ μελιτὸν κατακεχυμένον, κίχλας ἐπὶ κοσσύφων, περιστερὰς, ἀλεκτρυόνων κεφάλια, κίγκλους, πελείας, λαγὼς σιραίου βαφῇ, τράγου (σὺν) πτέρυγι.* Alam hirci ridicule vocat lumbum animalis. *Hotib.*

1200. *τοῖς σοφοῖς μὲν* — Vulgo *τοῖς σοφοῖσι μέν. Brunck.* Correxerat iam Scaliger. *μεμνημένοις.* Sic recte Inuern., haud dubie e Rav. V. Reiſig. I. p. 142. qui MS. Monac. lectionem *μεμνημένος* commemorat.

1201. Propter dactylum Porſon. Praef. ad Hecub. p. XLV. Cantabrig. corrigit *διὰ τὸ γελᾶν.* Reiſig. I. p. 143. *διὰ τὸ γελῶν. διὰ* monoſyllabum eſſe monet Hermann. Elem. doctr. metr. p. 86.

1202. *σχεδὸν ἅπαντας s)*. Verſum hunc in priore meo apographo ſcripſeram. Poſtea quum fabulam quantum poteſt emendatam nitidius deſcriberem, vt ad id exemplum operae typos ordinarent, contigit mihi, quod olim librariis ſaepe: quia tres continui verſus eadem voce *ἐμὲ* claudebantur, aberrauit oculus meus, verſumque hunc transgreſſus ſum: quod nec animaduerti, quum madidum e prelo folium ſemel iterumque et tertio corrigerem, licet ſuo loco numerus 1160. poſitus eſſet, ſicque inter illum et praecedentem numerum tres tantum eſſent verſus, qui quatuor eſſe debebant. Etiam quum verſionem reconcinnarem, quia textum meum ob oculos habebam, nec illius verſus omiſſio hiulcam ſententiam reddebat, nullam eius rationem habui. Demum quum has notas ſcribo, quam imprudens Comico feci iniuriam, eius conſcius fio, cuius ne mihi actio intentetur, folium hoc typis iterum deſcribi iubeo. At verſionis ad marginem reponat lector: *Itaque, ni fallor, fere omnes de me ferre ſententiam iubeo. Brunck.*

1203. *μηδὲ τὸν κλῆρον γενέσθαι μηδὲν ἡμῖν αἴτιον.* Vulgo comma eſt poſt *γενέσθαι*, quod Faber eſt ſecutus in verſione; ſed non debet eſſe, vt non eſt in ed. Farrei. Vertendum itaque: *Nec ſortem eſſe cauſam nobis cuiusquam mali, quod nempe ante ceteros ſorte ductus in ſcenam prodii.* Alias locum recte exponit Faber. *Bergl.*

1204. (1159. Br.) *ὅτι 'προεῖληχ' t)*. Vno die Athenis plures diuerſorum poëtarum exhibebantur populo

---

s) Recte et *χαριέντως:* fere enim ſemper duplici ſpectatorum genere conſtat theatrum; aut eorum ſcilicet, quos *σοφοὺς* vocat, id eſt *ſapientes, κριτικοὺς*, et qui carminis bonitatem dignoſcere poſſunt: aut eorum tantum, qui vt oblectent animum, ſi quid feſtiuum ridiculumque ab hiſtrione dicatur, auditum venere: quamobrem *σχεδὸν ἅπαντας*. Nam nutriculae, ſeruuli, et qui ſunt illius modi, eorum omnium *οὐδεὶς λόγος*. *Faber.*

t) Id eſt, quod primus hic chorus ante caeteros ſorte ductus in ſcenam prodiit: ex quo id apparet, quod noſtri homines vix credant, poſtremum fabulae chorum non ſemper cum fabula ipſa continuatum; quod et locus quidam '*In-*

fabulae, quarum in commiſſione ſorte ducebant Chori ordinem, quo alii poſt alios prodirent. Ex hoc loco apparet meliorem illius chori fuiſſe conditionem, qui prodiret poſtremus, quia recens illius memoria et voluptas iudicum animis inhaerens, priorum merita obliterabat. Hinc facete Comicus iudices orat, ne male moratas meretriculas imitentur, quae benefactorum meminiſſe non ſolent, niſi quae poſtrema acceperunt. De fabularum commiſſionibus Athenis fieri ſolitis, legiſſe operae pretium fuerit, quae vir ingenioſus et elegantiſſimae doctrinae commentatus eſt in Actis Academiae noſtrae T. XXXIX. p. 172. *Brunck.*

1205. *μὴ 'πιορκεῖν.* Iurati enim iudices ſententiam ferebant, vt alibi dictum. *Faber.*

1208. et ſqq.

ὥρα δὴ, φίλαι γυναῖκες,
εἴπερ μέλλομεν τὸ χρῆμα
δρᾶν, ἐπὶ τὸ δεῖπνον ὑπανακιν-
εῖν· Κρητικῶς οὖν τοὺς πόδας
καὶ σὺ κίνει· τοῦτο δρῶ· καὶ τῇδε νῦν λαγαρῶς
τοῖν σκελίσκοιν τὸν ῥυθμόν γ'· ἔπεισι γὰρ ταχέως
τὰ λεπαδο—τεμαχο-σελ
αχο—γαλεο—κρανιο—
λείψανα, δριμὺ πρόσ-
τριμμά τε σιλφίων,
παρὰ μελιτο—
κατα—χυμενο—
κιχλ—επι—κοσσ
υφο—περιστ
ερ—αλεκτρυον—οπτεκεφαλλιο—κιγκλο—πελει
α—λαγωο—σιραιο—βαφητραγανο—πτερύγων·
σὺ δὲ ταῦτ' ἀκροασάμενος ταχὺ καὶ ταχέως

πέων oſtendit. Cum autem ita ſorte eueniſſet, vt Ariſtoph. chorus primus iuberetur prodire, erat cur timeret poeta; ne videlicet, qui poſterius venirent (nam plures poetae ſimul certabant, vt ex Didaſcaliis Comicorum Tragicorumque conſtat, nec non ex ſcriptore anonymo [Scaligero] Olympiadum) ne illi, inquam, ſibi palmam praeriperent, vel eo ipſo tantum, quod recens illorum memoria et voluptas in ſpectatorum animis eſſent. Lepide itaque addit: *μηδὲ ταῖς κακαῖς ἑταίραις — ἀεί. Faber.*

λάβε τρυβλίον· εἶτα κόνιε λαβὼν λέκιθόν γ',
ἵν' ἐπιδειπνῇς·
ἀλαλαλαὶ λαιμ-
άττουσί που·
αἴρεσθ' ἄνω.
(δειπνήσομεν εὐοὶ,)
ἐπινίκιον εὐαί.

Inter haec nihil fere mutandum fuit. Addidi *τὰ* in v. 7. et mutaui *λειψανο—δριμυ—ποτριμματο—σιλφιο* (ſic enim Rau. non vt Kuſter, *ποττριμματο—* neque vt Brunck, *ποτιτριμματο*) in *λείψανα δριμὺ πρόστριμμά τε σιλφίων.* V. 15, 6, 7, 8. Hi quatuor ſunt Anapaeſtici Pindarici. Vid. Gaisford. ad Hephaeſt. p. 291. V. 18. Rau. *κόνισαι λαβών.* Dedi *κόνιε λαβών.* Etenim *κόνιε* eſt amphibrachys. Vid. Blomfield. ad Perſ. 168. in Gloſſario. Male igitur vulgo *λαβὼν κονίσας.* Quod ad catalogum illum ciborum, nihil eſt quod legentem moretur praeter *οπτεκεφαλλιο—* et *βαφη τραγανο—* quod ad lineam interpoſitam, meminerit lector eam eſſe voces, non ſyllabas, diſiuncturam, ideoque non appictam eſſe ad finem verſuum 13, 14, et 15. ne *κοσσυφο, περιστερ—* et *πελεια* interſecarentur. V. 24. Repoſui *ἐπινίκιον.* Naſcitur *ἐπὶ νίκῃ* e Lyſ. 1293. *G. Burgeſſ.* in Claſſical Iournal Nr. XXVIII. p. 250 ſq.

1209. *εἴπερ μέλλομεν τὸ χρῆμα δρᾷν. Si hoc acturae ſumus:* ſupra 148. *καὶ γὰρ τὸ χρῆμ' ἐργάζεται. Bergl.*

1210. *ὑπαναγινεῖν. Reisk.* *Κρητικῶς.* Ergo Cretici rhythmi exemplum in iis verſibus habemus, qui mox ſequuntur. *Faber.*

1213. *λαγαράς.* Vacuas, quia nondum comederant. Biſetus. *Bergl.*

1215. (1169. Br.) Ad hunc locum reſpexiſſe credo Euſtathium cuius verba proferam ex Commentario in Iliadem p. 1277. *Ἰστέον δὲ, ὡς, εἰ καὶ Ὅμηρος μὴ φιλεῖ χρῆσθαι πολυσυνθέτοις λέξεσιν, ἀλλ' οἱ μετ' ἐκεῖνον ἐπλεόνασαν τοῖς τοιούτοις, καὶ μάλιστα οἱ Ἀττικοί. τῇ δὲ κωμῳδίᾳ λίαν πάνυ τὸ τοιοῦτον ὑπερεσπούδασται. εἴρηται γοῦν παρὰ τῷ Κωμικῷ χωρίον ἔν τινι ἀσυνήθει κωμῳδίᾳ, οὕτω συχνοσύνθετον* *), *ὥστε ὁ καταρξάμενος αὐτὸ ἀναγνῶναι, ἢ*

*) *συχνοσύνθετος* accedat Lexicis.

οὐ διΐξεται τὸ πᾶν ἀπνευστὶ, ἢ ἀλλὰ πνευστιῶν αὐτοῦ ἀπαλλαγήσεται. *Brunck.* Quod faciunt γελωτοποιοὶ noſtri in mimis, vt quindecim aut viginti vocabula vna serie colligantes, ea praecipiti volubilitate proferant; idem quoque hic noſter facit. Ex verſione facile apparebunt ſingula vocabula. *Faber.*

λοπαδο. Emenda Lucianum in *Aſino* [T. II. p. 615.] (ſi tamen Luciani eſt hic libellus; mihi certe alia omnino ſententia eſt) κρέα, λοπάδας, ζωμοὺς etc. Lego λεπάδας; quod quid ſit mox dicam. Arbitror autem abſurde mentionem hic fieri λοπάδων, *ollarum* vel *orcarum*. Itaque lego λεπαδο. Eſt autem genus oſtrei λεπὰς, alibi apud Ariſtoph. [Plut. 1096. Veſp. 105.], et alios. Plautus *lepadem* vocauit, et ita fortaſſe Graeci. Vtut ſit, nullus hic ollae locus eſt. *Faber.*

σελαχο. Quid σέλαχος, σελάχια, σελαχίτης etc. ab Athenaeo et aliis fuſe docetur. [Vid. Schneider. ad Eclog. phyſ. T. II. p. 552 ſq.] Emenda Heſychium: Σελάχιον. κόμμα ἰχθύος, ἢ τὰ σελάχια λεγόμενα. τινὲς δέ φασι σελάχη λέγεσθαι ὅσα ἄποδά εἰσιν ὡς τοκεῖ. Lege, ἐστὶ καὶ ζωοτοκεῖ. Nam ex piſcibus ſunt qui ζωοτοκοῦσι, ſunt qui γονὴν tantum laxent per arenam, ſaxa, etc. *Faber.*

1218. κιγλεπικοσσυφο. Legendum arbitror κιγλεπικοσσυφο. κίγλα enim turdus eſt; turdi autem et merulae vna ſimul iunguntur. Deinde κίγκλος auis (*beccaſſine de mer*) verſu ſeq. reperietur. Itaque certa eſt emendatio. *Faber.*

1220. βαφητραγανοπτερυγων. Iſtud τραγανο interpretor quaſi ex *trago*, (dicet Mathiolus quid ſit *tragus*) condimentum ſeu ἄρτυμα factum ex Zea aut tritico, vt id quod vulgo vocamus, *ſaulſe verte, ex tritico viridi*, etc. *Faber.*

1223. (1176. Br.) κόνισαι, *feſtina.* Sic bene Faber v), ſpreta Scholiaſtae explicatione γυμνάσθητι. Supra 291. ὃς ἂν μὴ πρῷ πάνυ τοῦ κνέφους ἥκῃ κεκονιμένος. *Brunck.*

---

v) κόνισαι. Id eſt γυμνάσθητι, ait Schol. Mihi ſecus videtur: nam *feſtinare* ſignificat alibi aliud et id quod ait Schol.; hic autem res aliud poſtulat. *Faber.*

1227. *δειπνήσομεν ἐπινίκια.* *Coenare epinicia,* cum poeta et chorus poſt reportatum victoriae honorem ſplendide e publico epulabantur. *Faber.*

1228. *εὐαὶ, ὡς ἐπὶ νίκῃ.* Porſon. apud Kiddium ad Dawes. p. 584.

Mutila eſt in fine haec fabula. Notarum in prooemio dixi verſum 1155. [1180. Inu.] vltimum in cod. Reg. eſſe. Nullum aliud vetus exemplar Mſ. nanciſci potui: quibus alia conſulere commodum erit, forte plura reperient iis quae Aldus edidit. *Brunck.*

ADDEN-

ADDENDA ET CORRIGENDA.

(Repetentur haec, additis aliis plurimis, in volumine, quod Supplementa continebit; interim potioribus lectores carere noluimus.)

P. X. not. l. 2. 592. leg. 591.

EQVITES.

V. 2. p. 12. lin. 1. l. νεώνητον. — V. 3. Reifig. I. p. 68. XV. Herm. El. doctr. metr. p. 128. — 29. Reifig. I, 245. — 32. Reifig. I, 77. Herm. l. l. p. 129. — 35. Elmsl. ad Acharn. 828. p. 128. — 133. Elmsl. ad Eurip. Heracl. p. 126. — 134 fq. Erfurdt. Koenigsb. Archiv. III. p. 452. Elmsl. l. l. Hermann. l. l. p. 129. Reifig. I. 63. 67. — 524. τῶν delendum effe monuerat Herm. loco in commentar. laudato. — 340. p. 83. not. p. in fine excidit *Cafaub.* nomen. — 342. Burney Monthly Review 1789. Sept. p. 233. Meineck. Cur. crit. p. 22. Reifig. I, 117. Herm. El. d. m. p. 146. — 354. Schweigh. ad Athen. T. II. p. 314. — 360. Elmsl. Acharn. 278. — 366. Reifig. I. p. VII. 239. — 401. Lamb. Bos. Animadu. p. 8. Porfon. Cenfura p. 575. Coray Plutarch. T. I. p. 455. Baft. Schaef. Gregor. p. 46. — 417. De hoc verfu res nondum confecta: vide interim Meineck. Cur. crit. p. 54. — 422. Reifig. I, 89. — 457. Reifig. I, 43. — 468. Porfon. ap. Kidd. ad Dawes. p. 616. Eundem hiatum in Eur. Hel. 124. fultulit Matthiae. — 512. Herm. El. d. m. p. 401. — 536. Maltby ad Morell. Lex. Profod. p. 422. — 540. Elmsl. Acharn. p. 101. — 640 fq. Reifig. I, 305. — 682. Herm. El. d. m. p. 129. Reifig. I, 59 fq. — 694. Reifig. I, 291. — 736. Reifig. I, XXIII. — 737. Reifig. I, XIV. Elmsl. Acharn. p. 124. — 795. Egregie de h. l. Schaefer. ad Bofium p. 423. — 903. Reifig. I, 94. Elms. Mus. crit. V. p. 35. Edinburg Review Nr. 37. p. 87. — 894. excidit *Cafaub.* nomen. — 913. omiffum eft *Brunckii* nomen. — 931 fq. Reifig. I, 110. Porfon. ap. Maltby ad Morell. Lex. Prof. p. 111. — 949. Reifig. l. l. — 1109. Errat Brunck. v. ad Ecclef. 816. — 1116. Elmsl. Muf. crit. III. p. 362. Reifig. I, 188. Vulgatam fanam putat Herm. Prius ἂν pertinet ad ὅπ. alterum ad μᾶλλον. — 1166. Elmsl. ad Acharn. p. 116. Porfon. ap. Kidd. ad Dawes. p. 478. —

1335. Reiſig. I, 151. — 1342. Porſon. ap. Kidd. ad Dawes. p. 349. — 1419. Recte cod. Rav. οἷς ἐλωβᾶθ'. Vid. Phrynichus in Bekk. Anecd. 50, 29. Platoni nuper reſtituit Bekker. T. I. P. II. p. 153. Similia λοιδορεῖσθαι, λυμαίνεσθαι, κυδάζεσθαι τινι. — Bentleii emendationes in hanc fabulam editae ſunt in the Claſſical Iournal Nr. XXIV.

P A X.

V. 32. Reiſig. I, 64. — 185. Cenſor Hotibii in Diariis Ienenſibus anni 1810. (Ahlwardtus, ni fallor) delet ἐστί. Aliter, ſed non recte, Maltby ad Morell. Lex. Proſod. p. 1137. — in nota ad 216. pro 305. leg. 102. — 246. Herm. El. d. m. p. 137. — 251. οἴ ἢ π. Blomfield. ad Aeſchyli Agam. p. 158. — 272. 282. Porſon. ap. Maltby ad Morell. p. 52. Seidler. de verſſ. dochm. p. 394 ſq. — Verſibus 346 — 361. apertum eſt reſpondere 386 - 401. Corrupta in his ſic ſunt emendanda: 346. veram ſcripturam ſeruauit c. Rau., modo ſcribas vocula transpoſita ταύτην με ποτε τὴν ἡμ. — 355. diſtingue - πολλύμεθα, καὶ κατατε-. — 357. praeeunte cod. Rau., qui σὺν δορὶ, σὺν ἀσπίδι habet, ſcribendum eſſe σὺν δόρει, σὺν ἀσπίδι, monitum eſt ab Hermanno ap. Erfurdt. ad Sophocl. Aiac. p. 628. et, qui Hermanni non fecit mentionem, Buttmanno in eximio opere Grammatico T. I. p. 230. Eodem modo in Veſpis 1081. ξὺν δορὶ, ξὺν ἀσπίδι a Grammaticis inuectum eſſe ſuſpicor. — 389. Alii aliter: fortaſſe ἐν τοιούτῳ πράγματι. — 591. παλίγκοτος recte ab Hermanno in 'πίκοτος mutatum eſſe videtur. Sed aliud reſtat inueteratum vitium, quod ſic tollo, non diſſentiente Hermanno: μὴ 'πίκοτος ἀντί σε βολοῦσιν ἡμῖν γένῃ. Nouam tmeſin quodammodo mihi tueri videor his, quae Etymol. M. p. 112, 48 — 54. de augmento adnotauit, et quibusdam inſolentiorum etiam tmeſium exemplis. — p. 444. lin. 14. excidit *Bergl.* nomen. — p. 460. l. 8. ante verba *quod ex* haec exciderunt: In A ἴδ' οἱ γεωργοί. Vulgo νῦν οἱ γεωργοὶ, — p. 463. v. 532. l. 7. poſt κρομμύων exc. οὖν. — v. 536. Reiſig. in Syntagm. crit. p. 31. corr. κλαύσει ἄρα, vt fiat ſynizeſis. — p. 508. not. d. pro *Fl. Chr.* leg. *Bergl.* — 734. Reiſig. I, 169. — 850. v. Herm. in Erfurdt. ed. minore Sophocl. Antig. 628. — 928 ſq. Elmsl. ad Acharn. 355. — p. 565. l. 17. pro *Fl. Chr.* leg. *Brunck.* — p. 573. l. 9. in fine excidit *Fl. Chr.* — 1132. Attigit nuper h. l. Döderlein *in den Philol. Beyträgen aus der Schweitz* T. I. p. 246 sq. qui Fl. Chr. notam non inſpexerat. — Bentleii adnotationes in Pacem editae ſunt in the Claſſical Iournal Nr. XXV.

E C C L E S I A Z V S A E.

Palmerii ad v. 10. 23. 102. 255. notas, quarum duae priores abſurdae ſunt, reliquae nihil continent, quod non ſit ab aliis melius dictum, dabo in Addendis, vbi etiam quaedam

Hotibii notae, quas in commentariis in Equites omiſſas eſſe video, repetentur. — p. 631. l. 15. add. Luzac. Lectt. Attic. p. 154 — 158. Sciens omitto alios. — p. 647. l. 17. pro *anonymus* l. *Iohn Seager*, eodemque modo corrige quod p. 668. l. 24. legitur *Anon.* et p. 702. l. 10. a fine V. D. in Claſſ. Iourn. — v. 117. p. 655. init. cf. Matthiae Miſcell. Philol. II, 1. p. 55. — v. 193 — 207. v. Schneider. in Add. ad Xenoph. Hellen. p. 103 ſq. — p. 678. not. y. Lectiones *πάσπαλον*, *πασπάλην*, *πάσπαλιν* commemorantur in Scaligeri Excerptis. — p. 692. l. 6. *ἵμαι* l. *ἵεμαι*. — p. 705. init. add. Herodoti editores III, 78. p. 78. Schweigh. — v. 506 — 516. ſunt ſtropha (512. excidit initium: *περιστρέφου*, vel ſimile quid ſuſpicatur Hermannus), cui reſpondet antiſtr. 517 — 527. v. 517 ſqq. ſic deſcribendi, monente etiam Hermanno:

ὥστ᾽ εἰκὸς ἡμᾶς μὴ βραδύνειν ἔστ᾽ ἐπαναμενούσας,
πώγωνας ἐξηρτημένας,
μὴ καί τις ἡμᾶς ὄψεται, χἠμῶν ἴσως κατείπῃ.

Vides, quot aliorum commenta paucis verbis funditus euertantur. — 558. *μετῆλθε* non niſi ex inutili coniectura Kuſteri recentiores editiones inuaſiſſe videtur, cuius errorem notauit Valcken. ad Herodot. III. 19. p. 20. Schweigh. — p. 759. not. lin. 8. a fine poſt *habuerit* adde: [Quaedam edd. habent, *καὶ τἀγάλματα.* In ed. Baſil. vox vltima prorſus deeſt. Sed vide hic Fabrum. *Kuſt.*] — p. 765. not. h. Quod barbarum dixi *εὐπορίζω*, aliorum iudicium ſequutus, inuito excidit. Adde locos qui Schneiderum dubitare fecerunt ad Xenoph. Anabas. p. 326.

LIPSIAE

IMPRESSIT BENEDICTUS GOTTHILF TEUBNER.

Sumti-

Sumtibus librariae *Weidmanniae* prodierunt:

Aeneae, Tactici, Commentarius de toleranda obsidione, graece, ad Codd. MSS. Parisienses et Mediceum recensuit, versionem lat. et commentarium integrum *Is. Casauboni*, notas Iac. *Gronovii*, G. H. C. *Koesii*, Casp. *Orellii* aliorumque et suas adiecit Io. Co[illegible] *Orellius*. Cum tab. aeri incisa. 8 maj. 1818. Charta impress. 1 thlr. 8 gr.

— — Idem liber, charta script. gall. 1 thlr. 16 gr.

Αἰσώπου Μῦθοι. Die Fabeln des *Aesop*. Zum Gebrauche der Schulen mit zweckmässigen meist grammatischen Anmerkungen und einem Griechisch - Deutschen Wortregister versehen von Dr. H. F. M. *Volger*. 8. 1811. Charta impress. 15 gr.

— — Idem liber, charta script. 18 gr.

Benedicti, M. Traug. Friderici, Commentarii critici in octo *Thucydidis* libros. 8 mai. 1815. Charta impress. 1 thlr.

— — Idem liber, charta scriptoria gall. 1 thlr. 6 gr.

Choerili, Samii, quae supersunt. Collegit et illustravit, de Choerili Samii aetate. vita et poësi aliisque Choerilis disseruit Dr. Aug. Ferd. *Naekius*. Inest de Sardanapali epigrammatis disputatio. 8 maj. 1817. Charta impressoria. 1 thlr. 6 gr.

— — Idem liber, charta scriptoria. 1 thlr. 12 gr.

Demosthenis Oratio de Corona, quam denuo recognovit et cum Ioa. *Taylori*, H. *Wolfii*, I. *Marklandi*, I. *Palmerii*, I. I. *Reiskii* suisque animadversionibus auctioribus iterum edidit Gottl. Christoph. *Harless*. 8 maj. 1814. Charta impress. 1 thlr. 16 gr.

— — Idem liber, charta script. gall. 2 thlr. 6 gr.

*— — Idem liber, charta pergam. (velin) 3 thlr. 8 gr.

Demosthenis Philippica I. Olynthiacae III. et de Pace, selectis aliorum suisque notis instruxit M. Carol. Aug. *Rüdiger*. 8 mai. 1818. Charta impress. 21 gr. et 1 thlr.

— — Idem liber, charta script. 1 thlr 4 gr.

Eichhorn, Io. Godofr., antiqua historia ex ipsis veterum scriptorum Graecorum narrationibus contexta. IV Tomi. c. indd. 8 mai. 1811 — 13. 10 thlr. 8 gr.

Etiam sub titulis sequ. separatim venduntur:

Eichhorn, Io. Godofr., antiqua *Asiae* historia, ex ipsis vet. script. Graecorum narrationibus contexta. 8 mai. 1811. 2 thlr. 12 gr.

— — antiqua *Africae* historia etc. 8 maj. 1811. 1 thlr.

— — antiqua *Graeciae* historia etc. 8 maj. 1811. 1 thlr. 20 gr.

— — antiqua *Italiae* historia etc. Pars I. 8 maj. 1812. 3 thlr. 3 gr.

— — antiqua *Italiae* historia etc. Pars II. 8 maj. 1813. 1 thlr. 21 gr.

Epistolae Parisienses, in quibus de rebus variis, quae ad studium antiquitatis pertinent, agitur. Editae a Prof. G. G. *Bredow*. 8 maj. 1812. Charta impress. 1 thlr. 6 gr.

— — Idem liber, charta scriptor. 1 thlr. 12 gr.

*— — Idem liber, charta membran. (velin) 1 thlr. 20 gr.

Göller, Franc., de situ et origine Syracusarum ad explicandam *Thucydidis* potissimum historiam scripsit atque *Philisti* et *Timaei* rerum Sicularum Fragmenta adiecit. Acc. tabula topograph. Syracusarum. 8 maj. 1818. Charta impr. 1 thlr. 12 gr.
— — Idem liber, charta script. gall. 1 thlr. 18 gr.
Hesiodi Opera et Dies. E veterum grammaticorum notationibus et optimis libris MSS. recensuit Frid. Aug. Guil. *Spohn*. Editio minor, in vsum scholarum et academiarum. 8. 1819. Charta impress. 8 gr.
— — Idem liber, charta script. 10 gr.
— — Idem liber, charta mel. 12 gr.
Hottingeri, Io. Iac., Opuscula philologica, critica atque hermeneutica. 8 maj. 1817. Charta impress. 1 thlr. 12 gr.
— — Idem liber, charta script. gall. 2 thlr.
*— — Idem liber, charta membran. (velin) 2 thlr. 16 gr.
Isocratis Panegyricus. Textum recognovit, cum animadversionibus Dr. S. F. N. *Mori* suisque edidit F. A. Guil. *Spohn*. 8 maj. 1817. Charta script. 21 gr.
*— — Idem liber, charta belg. opt. 1 thlr. 8 gr.
Memnonis historiarum Heracleae Ponti excerpta servata a *Photio*. Graece. Cum versione latina Laur. *Rhodomanni*. Accedunt Scriptorum Heracleotarum, *Nymphidis*, *Promathidae* et *Domitii Callistrati* fragmenta, vett. historicorum loca de rebus Heracleae Ponti et *Chionis* Heracleotae quae feruntur epistolae, cum versione lat. Io. *Caselii*. Omnia collegit, disposuit, recognovit, notis priorum interpretum integris aliorumque et suis illustravit et indicem adiecit Io. Conr. *Orellius*. 8 maj. 1816. Charta impress. 1 thlr. 18 gr.
— — Idem liber, charta script. gall. 2 thlr.
* — — Idem liber, charta meliori. 2 thlr. 8 gr.
Nicephori Blemmidae duo Compendia geographica. Nunc primum edidit Prof. Frider. *Spohn*. Accedunt fig. geograph. 4 maj. 1818. Charta impress. 16 gr.
— — Idem liber, charta script. 20 gr.
Opuscula Graecorum veterum sententiosa et moralia. Graece et Latine. Collegit, disposuit, emendavit et illustravit Io. Conr. *Orellius*. Tom. Ius. 8 maj. Charta impress. 3 thlr. 8 gr.
— — Idem liber, charta script. 1819. 3 thlr. 18 gr.
*— — Idem liber, charta membranacea. (velin) 4 thlr. 8 gr.
Platonis, quae exstant Opera. Accedunt *Platonis*, quae feruntur Scripta. Ad optimorum librorum fidem recensuit, in latinum convertit, annotationibus explanavit indicesque rerum ac verborum accuratissimos adiecit Frid. *Astius*. Tom. Ius, cont. Protagoram, Phaedrum, Gorgiam et Phaedonem. 8 mai. 1819. Charta impr. 2 thlr. et 2 thlr. 8 gr.
— — Idem liber, charta script. 2 thlr. 18 gr.
*— — Idem liber, charta membranacea. (velin) 4 thlr.
Platonis Leges et Epinomis ad optimorum librorum fidem emendavit, perpetua adnotatione illustravit et indices rerum ac verborum adiecit D. Frider. *Astius*. II Tomi. 8 maj. 1814. Charta impress. 5 thlr.
— — Idem liber, charta script. gall. 6 thlr. 12 gr.

*— — Idem liber, charta membranacea. (velin.) 10 thlr.

Platon's Leben und Schriften. Ein Versuch, im Leben wie in den Schriften das Wahre und Aechte vom Erdichteten und Untergeschobenen zu scheiden, und die Zeitfolge der ächten Gespräche zu bestimmen. Als Einleitung in das Studium des Platon herausg. von Dr. Friedr. *Ast*. gr. 8. 1816. auf Druckp. 2 thlr.

— — dasselbe Buch, auf Schreibp. 2 thlr. 12 gr.

Polybii editionis *Schweighaeuseranae* Supplementum, continens *Aeneae*, Tactici, Commentarium de toleranda obsidione ad codd. mss. et editionum fidem recensitum, Is. *Casauboni* aliorumque et suis annotatt. illustratum edidit Io. Conr. Orellius. Cum tab. aeri incisa. 8 maj. 1818. Charta script. 1 thlr. 16 gr.

*— — Idem liber. Charta belg. opt. 2 thlr. 12 gr.

Prisciani, Caesariensis Grammatici, Opera. Ad vetustiss. Codicum, hunc primum collatorum, fidem recensuit, emaculavit, lect. varietatem notavit et indices adiecit Augustus *Krehl*. Vol. Ium, cont. de arte grammatica libros XVI. 8 maj. 1819. Charta impress. 2 thlr. 18 gr.

— — Idem liber, charta script. 3 thlr. 6 gr.

Reisigii, Caroli, Coniectaneorum in Aristophanem Libri II ad Godofredum *Hermannum*. Liber Ius. 8 maj. 1816. Charta impress. 1 thlr. 6 gr.

— — Idem liber, charta script. 1 thlr. 12 gr.

*— — Idem liber, charta membran. (velin.) 2 thlr. 8 gr.

Schleusneri, Ioh. Frid., novum Lexicon graeco-latinum in Novum Testamentum. Congessit et variis observationibus philolog. illustravit. II Tomi in IV Partt. Editio quarta emendatior et auctior 8 maj. 1819. Charta impr. 8 thlr. et 9 thlr.

— — Idem liber, charta script. gall. 10 thlr. 12 gr.

*— — Idem liber, charta membran. (velin) 12 thlr.

Socratis et Socraticorum, *Pythagorae* et Pythagoreorum quae feruntur Epistolae. Graece. Ad fidem Codicis quondam Helmstadiensis, nunc Goettingensis, recensuit, notis *Allatii*, *Stanleii*, *Olearii*, *Hemsterhusii*, *Valkenarii*, *Koenii*, *Wyttenbachii*, Ch. *Wolfii*, H. *Bremii* aliorumque et suis illustravit, versionem lat. emendat. *Allatii*, *Pearsonii*, *Olearii*, *Bentleii*, *Meinersii*, dissertationes et iudicia de epist. Socraticis et indicem adiecit Io. Conr. *Orellius*. 8 maj. 1815. Charta impress. 2 thlr. 6 gr.

— — Idem liber, charta scriptoria. 3 thlr.

*— — Idem liber, charta meliori. 3 thlr. 12 gr.

Etiam sub titulo:

Collectio epistolarum graecarum. Graece et Latine. Recensuit, notis priorum interpretum suisque illustravit Io. Conr. *Orellius*. Tom. Imus, continens epist. Socraticorum et Pythagoreorum. 8 maj. 1815.

Spitzner, M. Francisc., de versu Graecorum heroico maxime Homerico. Acced. *Eiusdem* Mantissa observatt. crit. et grammat. in *Quinti Smyrnaei* Posthomericorum libros XIV et M.

Frider. Traug. *Fridemanni* Dissertatio de media syllaba Pentametri Graecorum elegiaci et Indices. 8 maj. 1816. Charta impress. 1 thlr. 16 gr.
— — Idem liber, charta scriptor. 2 thlr.
*— — Idem liber, charta membran. (velin) 4 thlr.
Spohn, M. F. A. Guil., Commentatio de extrema Odysseae parte inde a rhapsod. Ψ versu CCXCVII aevo recentiore orta, quam Homerico. 8 maj. 1816. Charta impr. 1 thlr. 8 gr.
— — Idem liber, charta script. 1 thlr. 12 gr.
*— — Idem liber, charta membran. (velin) 2 thlr.
Strabonis Rerum geographicarum Libri XVII. Graeca ad opt. Codd. MSS. recensuit, varietate lect. et adnotatt. illustravit, Xylandri versionem emendavit Ioa. Phil. *Siebenkees*, inde a septimo libro continuavit Carol. Henr. *Tzschucke*. Editionem absolvit et indices confecit M. Frid. Traug. *Friedemann*. Vol. VII. continens Commentarium Is. *Casauboni* cum notis G. *Xylandri*, Fr. *Morelli*, I. *Palmeri* integris etc. Vol. I. 8 maj. 1818. Charta script. 4 thlr. 18 gr.
*— — Idem liber, charta belg. 8 thlr.
Sylloge lectionum Graecarum, Glossarum, Scholiorum in Tragicos Graecos atque Platonem, ex codd. MSS., qui in bibliotheca Imperiali Parisiis adservantur, erutorum, in ordinem redacta. Accedit Observatt. criticarum Symbole in scriptores aliquot classicos et Graecos et Romanos nonnullarum. Utramque collegit et publicavit M. Godofr. *Faehse*. 8 maj. 1813. Charta impress. 2 thlr.
— — Idem liber, charta scriptor. 2 thlr. 12 gr.
Theocriti Reliquiae. Graece et Latine. Textum recognovit et cum animadversionibus Theoph. Christoph. *Harlesii*, Io. Chr. Dan. *Schreberi*, aliorum excerptis suisque edidit Theophilus *Kiessling*. Accedunt argumenta graeca, scholia, epistola Iac. *Morelli* ad *Harlesium* et indices. 8 maj. 1819. Charta impress. 3 thlr. 16 gr.
— — Idem liber, charta script. gall. 4 thlr. 12 gr.
*— — Idem liber, charta membran. (velin) 6 thlr. 16 gr.
Theologumena arithmeticae ad rarissimum exemplum Pariśiense emendatius descripta. Accedunt *Nicomachi* Gerasini Arithmeticae libri II. Edidit Fridericus *Astius*. 8 maj. 1817. Charta impress. 1 thlr. 18 gr.
— — Idem liber, charta script. gall. 2 thlr. 6 gr.
Theophrasti Characteres. Ad optim. librorum fidem recensuit, de notationum ingenio earumque auctore exposuit, perpetua adnotatione illustravit Dr. Frid. *Astius*. 8 maj. 1816. Charta impress. 1 thlr. 6 gr.
— — Idem liber, charta script. 1 thlr. 12 gr.
*— — Idem liber, charta meliori. 2 thlr.
Theophrasti Characteres in vsum lectionum edidit et indice vocabulorum instruxit Dr. Frid. *Astius*. 8 maj. 1816. 6 gr.